...tiò superesset vt de forma & ratione dicendi seu stilo aliqua referrem, sed quia in li... circa initium Commentariorum, de historia & de illius discrimine ab Annalibus, ...satis copioseq; scripsi, ideò ea nunc repetenda esse nõ arbitror, inde sibi petat, qui cupit ...cere. Id tantummodò adijciam, non esse hîc ornatam & elegantem dicendi formam, sed ...plicemq; narrationem: non sanè quòd Spiritus sanctus non valuerit splendidius ac nitidius loqui, sed quòd tale genus dicendi maluerit sibi deligere, quod omnibus esset aptissimum. ...tantum doctis & eruditis, sed etiam simplicioribus & rudibus consuluerit, qui fucis & ...verborum potius conturbantur, quàm docentur. Illud autem hoc scripti genus potissimum spectat, ne cæca sint vetustiora tempora, & ne Dei beneficia, mira opera, & iudicia neglecta... Nec putandum est, historiam ab humano inuento profectam, siquidem iussu Dei conscripta... Narres (inquit) filijs & nepotibus tuis, quæ tibi Deus in Ægypto fecerit. Et cùm Amalechites... esset, Mosi præcepit, vt eius rei memoriam literis consignaret. Neq; verò tum primùm literæ scribi cœperant, cùm in libro Numerorũ cap. 22. liber citetur bellorum Domini. ...attamen summa religione istæ narrationes, præcipuas historiæ leges. Primùm, vt nihil ...nouum, neue taceant, quæ vera sunt, ad gratiam vel odium. August. 131. Epist. ad Memorium ...quamuis multa historiæ tribuit, tamen addit: Quæ humano ingenio cõscribuntur, se ...quomodo perpetuò queant esse vera, præsertim cùm omnis homo sit mendax. Et eis ...humana ratione velint conscribere historiã, sæpe rumores è vulgo esse colligendos, ...certi ac solidi potest referre. Attamen excusari ait Historicum, si libertatem in scribendo... & nihil animo fallendi scribat. At in his libris, cùm à Spiritu sancto profecti sint, nihil ...periculi est metuendum: imò ex eis certa ducuntur argumenta, tanquam à testibus, vel ...iudicatis. Cùm itaque satis constet de narrationum veritate, tantùm id videndum est, vt ...tando cautè ac diligenter vtamur. Dialectici sanè rationes, quæ ab exemplo conficiuntur, syllogismos expositorios appellarunt, eosq; tertiæ figuræ ascripserunt, nempe in hunc modum: Abrahamus fuit vir hospitalis, Abrahamus erat vir sanctus, igitur sanctus vir est hospitalis. ...hoc argumenti genus aliter disponi, vt scilicet maiorem propositionem ab exemplis ...Deinde alteram adijcientes conclusionem inducamus, vt, Deus vagas & effrænes ...ponit: Nam Sodomam igni cœlesti perdidit, & regnum Troiæ sustulit, & Biniamitas pene ...delectionem deleqit: Dauidem quoq; afflixit. Nunc autem mundus hac peste mirum in ...corruptos. Quare dubium non est, quin Deus illum sit grauiter puniturus. Attamen ...colligendis argumentis quædam pericula sunt cauenda. Etenim vt Augustinus contra II. ...Gaudentij lib. 2. scribit, non omnia, quæ in sacris literis gesta leguntur, statim probari ...debent. Nam etsi à diuinis literis pij viri nonnunquam commendentur: ...homines erant, interdum labebantur. Quare videndum est, ne lapsus eorum imitemur. ...Samson alioqui bonus vir fuit, & in Epistola ad Hebræos annumeratur sanctis, qui ...amore lapsus est erga Dalilam: vnde illius exemplo non oportet existimare, nobis licere. Attendendum præterea est, Deum legẽ in vniuersum proposuisse, quæ cùm omnes ...oportet in eam intueri. Quòd si nonnunquam certis hominibus contra eandem quippiam imperet, id nobis minimè sequendum est. Etenim in lege mandauit in vniuersum: Non occides: Abrahamo tamen præcepit, vt suum filium immolaret, quod cæteris hominibus minimè licet imitari. Mandatum est præterea Iudæis, ne quis vxorem diuersæ religionis

Forma & ratio dicendi in his libris.

Quare spiritus sanctus simplici stilo vtatur.

Seruantur hic leges historiæ.

Quomodo argumentandum ab exemplis.

duceret. Simſon tamen vxorem Palæſtinam duxit, quod factum eſt conſilio Dei, vt aliqua occaſio arma ſumendi contra Palæſtinos daretur. Proinde cùm facta ſingularia eſſe cernimus, ea minimè ſequenda ſunt, ſed lex vniuerſalis ſpectanda eſt. Hoc ſi diligenter cauerimus, ex hiſtorijs, præſertim ſacris, quæ ſyncerè & verè ſcriptæ ſunt, magno cum fructu poterimus argumentari. Ideò Chryſoſtomus in præfatione in Epiſtolam ad Philemonem optabat, vt omnia etiam leuiſſima quæq; dicta & facta ſanctorum Apoſtolorum ſcripta extarent, quid ederint, quid biberint, quibus veſtibus amicti fuerint, & alia id genus. Alibi etiam inquit, hiſtorias eſſe ſcriptas ad emulationem, hoc eſt, vt ad bonos viros imitandos prouocemur. Nec dubium eſt, quin ſi bona exempla in animo aſsiduè verſaremus, opera præclara & eximia illa ſequerentur. Traditur quendam ruſticum ſatisq; deformem, cùm eſſet pulchrorum liberorum cupidiſsimus, vxorē multo ſe deformiorem duxiſſe, eum cùm amici riderent, & rogarent quo pacto ſobolem formoſam ex tali coniuge ſperaret. Ille tum nihil reſpondit, verùm ſe in forum cōtulit, atq; ibi pulcherrimas ſignā & tabulas comit, domumq; reuerſus in cubiculo eas collocauit, & vxorem iuſsit eas aſsiduè contemplari. Vnde factum eſt ex ea quotidiana ſpectatione, quadam ἀμαυρώσει, vt proles non ad matris formam, ſed ad tabularum exemplar fingeretur. Ita etiam ſi nos & animam & oculos mentis compleremus ſignis & exemplis virorum ſanctorum, opera eximia proferremus, & quæ Deo mirificè placerent.

Ordo rerum in his libris.

Hactenus de forma & ratione ſermonis in hac ſacra hiſtoria obſeruati. Superest, vt dicamus de rerum ordine, quæ in hiſce libris continentur. Vbi ſciendum eſt, Hebræorū regnum quandoq; vnum fuiſſe, quandoq; verò laceratū ac diuiſum. Nam & decem tribus habuerūt aliquandiu ſuos Reges, & Iuda ſeorſim ſuos. Tempore Saulis, Dauidis & Solomonis regnum fuit vnum, quod poſtea Solomone defuncto diſtractum eſt, vt licebit cognoſcere in libris Melachim. Quod verò attinet ad priores duos libros, qui Samuelis vocantur, in eorū priori docemur, Dei electione regnum fuiſſe primis regibus commendatum: nam Saul & Dauid electi à Deo fuerunt, & ſuffragijs populi confirmati. In altero verò traditur, regnum fuiſſe poſteritati Dauidis per ſucceſsionem traditum. Cæterum ab initio prioris libri mentio fit Eli & Samuelis, vt libri Iudicum extrema, cum principio regiæ hiſtoriæ coniungantur. Sed quæri poteſt, quomodo ſumma illa poteſtas ad Eli tranſlata fuerit. Ad hoc dicimus, quantum ex libro Iud. licet colligere, poſt Simſonem Rempub. rediſſe ad adminiſtrationem ordinariam, nempe vt per ſenatum gubernaretur, ſed omnibus temporibus inter Iudæos eximia fuit pontificis authoritas. Omnes enim cauſæ obſcurę ac difficiliores ad eius iudicium referebantur, vt de illis ex præſcripto diuinarum literarum iudicaret. Quare cùm Eli ſummus fuerit ſacerdos, neceſſe erat, vt ſumma eius authoritas fuerit: atq; ita dici potuit Iudex Iſraelitarum, qui tamen iudex nō ita fuit, vt populum in libertatem aſſeruerit: Non enim talis à Simſone vſq; ad Samuelem in Iſraele Iudex extitit. Cæterum cùm hic Pontifex eſſet in ſuos liberos indulgentior, eoſq; flagitioſè peccantes minimè coerceret, Deus tàm de illo & ipſis, quàm etiam de toto populo ſupplicium ſumpſit, ipſos tradendo in poteſtatem Palæſtinorum, at poſtea pro ſua miſericordia Samuelem excitauit, qui Rempub. in integrū reſtitueret. Primùm itaq; de illius natiuitate in priori libro agitur, idq; ob duplicem cauſam. Primùm, quòd per ipſum duo Reges, Saul, inquam, & Dauid inaugurati, atq; inuncti fuerint. Deinde quia ille ſummam poteſtatem, qua fungebatur, illis tradidit. Vnde facilè apparet, qua ratione liber Iudicum, Samuelis & Regum voluminibus iungatur. Quod autem attinet ad Samuelis natiuitatem, in ea tria ſe offerunt conſideranda, illum ſcilicet à Deo fuiſſe poſtulatum: deinde cuiuſmodi precibus mater illum impetrauerit. Tertiò, quæ de illo iam edito in lucem gratiæ Deo actæ fuerint. Atq; hæc de rerum ordine in hiſtoria exponendarum.

Inſcriptio horum librorū.

Nunc vltimo loco de titulo & inſcriptione librorum pauca ſunt perſtringenda. Duo priores appellantur Samuelis: quia res ab eo geſtas continent, & præſertim quòd ſtatim à principio eius natiuitas deſcribitur. Et Hebræorū conſuetudo eſt, vt libri ab ea re potiſsimū inſcribantur, quæ in illis primùm tractatur. Vnde liber Geneſeos בראשית nominatur. Non quòd in eo nihil dicatur, quàm principiū & rerū creatio tradatur, ſed quod hiſce de rebus ſtatim in limine agatur. Ita ſæpe item fit, vt libri à primo vocabulo, vnde orientur, nomen habeant. Nec defuerunt, qui arbitrati ſint eum ſcripſiſſe hos libros, nō quidē in vniuerſum, ſed vſq; ad eum locū, vbi de ipſius morte agitur. Sed quis poſtea ſcripſerit quę ſequuntur, nō omnes idē ſentiunt. Quidā opinantur Nathanem & Gaddum Prophetam illa ſubieciſſe, quæ obitum Samuelis ſunt conſequuta. Certum quidem id eſt, Regum hiſtoriam à variis Prophetis fuiſſe conſcriptam: Deinde in hos libros contractam, quò lectio perpetua eſſet, & magis conſpicua. Alij verò ſunt, qui multa fuiſſe ab Ezechia Rege coniuncta, & multa item per Eſdram ſacerdotem & Prophetam diſpoſita. Sciendum præterea in hiſce libris non tantum res geſtas Samuelis & Regum contineri, verumetiam plerasq; vaticinia,

Quis hos libros ſcripſerit

facta Prophetarum fuisse conscripta. Vnde non tantum Regum historia nomina- inter maiores Prophetas hoc volumen recensetur. Hieronymus in suis traditioni- hunc librum esse putat, qui olim inscribebatur Iustorum, sed quantum eius senten- sit, lectoris iudicium esto. De ratione verò temporũ huius historiæ, id sciendum -storum ex Ægypto vsq; ad Eli sacerdotem numerari annos 366. & ab Eli vsque ad -Babylonicam interceſsisse annos plus minus 570.

CAPVT I.

Erat vir quidam de Ramathaim Zophim, de monte Ephraim, cuius nomen erat El- filius Ieroam, filij Iehú, filij Tohu, filij Zuph Ephratæi.

Is autem habuit duas vxores: Nomen vnius Hannáh, & nomen alterius Pen- fuerunt ipsi Penninah liberi, at ipsi Hannáh non fuerunt liberi.

Ascendebat autem vir ille ab vrbe sua annuatim ad adorandum & immolan- Iehoua exercituum in Silò, vbi erant duo filij Eli, Hophni & Pinhas, sacerdotes

OCVS describitur, vnde fuit oriundus Elcanáh, is autem est mons Ephraim, vbi fue- runt duæ רמתים, ideò dualis numerus adhibetur: & vt nonnulli affirmant, idcirco di- cuntur צופים, quòd mutuò sese respiciant. Nam Hebræis verbũ צפה est aspicere. Vel sic appellati sunt duo hi scopuli, quòd inde spectatores ea spectarent, quæ procul age- propterea tale nomẽ inditũ est, quòd illic schola Prophetarum haberetur, qui צופים quasi dicerés, videntes aut speculantes, ceu vox illa cùm ad corpus, tùm ad animum re- Non enim tantum qui custodiunt alta loca, turres inquam, & promontoria, specula- sunt procul, verùm etiam Prophetæ cognoscunt & prænuntiant futura: idcirco Deus a- chielem inquit, Posui te, צפה, id est, speculatorem. Proinde triplicem huius loquutio- precationem colligimus: aut enim fuerunt duo cacumina montis, quæ sese mutuò ex ad- fuerint: vel quòd apta essent ad lustrandam regionem, & videndum ac renuntiandum, longinquis regionibus ageretur: aut illic aliqua familia Prophetarum ageret. Tertia in- Iudæis visa est probabilior. Vnde Paraphrasis Chaldaica Kimhi & Ben Gerso, eliciunt Prophetis originem duxisse. Nam certum est, illum è familia Chore prodijsse, vt ha- Paralipomenis, vbi etiam legitur, filios Chore fuisse Prophetas, & aliquos ex eis quandam -imorum condidisse. Quin & in præsentia inter maiores Elcanáh ponitur Zuph, à quo qui erant ex eius familia Prophetę, dicti sunt Zophim.

De Ramathaim Zophim. 1

Samuel fuit ex familia Chore.

Elcanah quo modo dicatur Ephratæus.

Quare Leuitæ per omnes tribus dispersi fuerint.

Trifariã quis potest appellari Ephratæum.

Elcanah ex monte Ephraim.) Dubium est, quomodo Elcanáh dicatur Ephratæus, cùm fuerit Leui. Respondemus ad hoc, Leuitarum familias, per omnes tribus Israel fuisse dispersas, libro apertè colligitur, quod grauissima de causa fuit institutum. Quoniam sacro- strros nec non doctrinæ sacræ oportuit in omnibus ciuitatibus adesse, vt populum do- Legem Dei, & iuxta illam causas iudicarent, quandoquidem hæc fuerunt Leuitarum idcirco suas ciuitates habuerunt passim inter alias tribus. Quod verò attinet ad ver- ordinem, putat Kimhi particulam מן semel quidem poni, sed bis repetendam, vt dica- virum fuisse ex altera Ramath, & Zophim, quoad familiam. Annotarunt præterea tribus modis quempiam Ephratæum posse appellari, vel quòd fuerit natus ex Ephrata, Bethlehem, quemadmodum Isai pater Dauidis vocatur Ephratæus: quod minimè po- accommodari, cùm Bethlehem ad tribum Iuda pertinuerit, Elcanáh verò Leuitis -tur. Alter modus est, cuius Hieronymus in traditionibus Hebraicis meminit, nimirum Ephratæus matris cognatione, licet quoad patrem esset Leuita. Sed ne hoc quidem filius non potest à matre familiæ nomen habere, nisi ea fortasis hæreditaria fuis- minimè locum habuit. Quia Elcanáh Leuita existens, non potuit quicquam ac- rum hæreditatis nomine, citra id quod erat suæ familiæ à Domino assignatum. Ter- Ephratæus aliquis dicitur, quòd ex tribu Ephraim fuerit procreatus, quod etiam El- dum non est, cùm ex Leui ortum duxerit. Restat itaq; sic vocatum esse, quòd in ea -naretur, & quòd illic habitarit, & in ea ciuitate, quæ in monte Ephraim sita esset, -natus & educatus. Cognomen autem Ephratæi aliqui ad Elcanam referunt, alij verò ad

Samuelis stirps fuit nobilis.

Zuph, & alij ad vrbem Ramath, quæ sita fuerit in monte Ephraim. Demonstratur liquidò ex his dictis, nobilem fuisse stirpem Samuelis, nimirum deductam à Leui, qui suscepit tres liberos Gerson, Cheath & Merari. Cheath genuit Amram & Izaar. Ex Amram verò nati sunt Moses & Aaron, sed Izaar Chore procreauit: ex cuius familia tandem Samuel prodijt. Vbi sciendum est, Choritas non solum obijsse functionem ordinariam Leuitarum, sed etiam propriam quandam: Nam cùm essent Cantores, etiam prophetabant. In hoc præterea Dei bonitatem admirabimur,

Choritarũ propria functio.

qui ex malo progenitore bonos liberos excitarit. Siquidem Chore tumultum & seditionẽ contra Mosen in castris excitauit, & à Deo publico supplicio est affectus. Idcireo potuisset Deus eius posteritatẽ spiritualibus charismatis priuare, sed maluit pro sua bonitate in progenitore malitiã reprimere, quàm pati vt in posteros grassaretur. Vnde mali parentes, aut prauos aut bonos liberos suscipiunt. Si malos, id eorum merito fit, nec habent quod de Deo iustè conquerentur, quandoquidem ea ratione Deus parentum nequitiam vlciscitur. Sin verò bonos, id pro sua clementia

Vnde malorũ parentum filij boni aut mali fiant.

Deus facit nẽ peccatum serpat in immensum. Boni quoq; parentes interdum bonos liberos habent, quæ Dei est benedictio. Siquidem pollicitus est, se benefacturum parentibus & semini illorum post ipsos. Quandoq; autẽ prauos habent, quod ea causa fit, ne bonitas hæreditaria existimetur. Texitur hoc loco Samuelis genealogia, non tamen, quæ à Paulo reprehenditur. Illa enim

Genealogiæ quatenus à Paulo reprehendantur.

quam taxat; prorsus curiosa & inanis erat, nec ad aliam vsum accommoda, quàm vt Iudæi haberent, quo suam nobilitatem superbè ac arroganter iactarent, & quo id luculentius facerent, eos sibi fingebant maiores, quos reipsa nunquã habuerunt. In captiuitate siquidem Babylonica, cùm tanta esset rerum Iudaicarum confusio, Iudæi maxima ex parte suas genealogias amiserunt. Vnde postea multi sese in tribum Leuiticam ingesserunt. Idcirco Esdras illos omnes qui probare non poterant, se ortos ex Leuitis maioribus, à ministerio templi reiecit. Qui factum est, vt postea docti ambitione multi, sint cõmenti sibi genealogias, & inter se de nobilitate purgare cœperint. Et hoc illud est, quod Paulus in genealogijs damnauit. Cæterùm hic nil inane aut curiosum habemus. Sed, vt alia taceam, ex hac descriptione duo adipiscimur commoda. Primùm quippe videmus, Dei promissiones stabiliri, qui Deut. cap. 33. in benedictione Leuitarum prodidit, Docebunt Iacobum statuta mea, & Israelem legem meam: quod Samuel (vti videbimus) exactè præstitit. Deinde cognoscimus in hac genealogia, quod & in Lege, nec non in Ezechiele habetur, filiũ non portare iniquitatem parentum. Siquidem Chore iniquitas nihil Samueli nocuit: vel quoad mores, vel quoad sancta charismata.

Ascendebat vir ille quotannis.) Hebraicè scribitur מימימימימה quod Kimhi est interpretatus משנה לשנה, hoc est, ex anno in annũ, vel singulo quoq; anno. Ita Deus in Lege præceperat, cùm inquit: Et obseruabis hunc ritum ex anno in annum. Multæ causæ referri possunt, quamobrem Deus voluerit populum suum quotannis ascendere ad locum, quem delegisset, religionis ergò. Primùm id statuit, ne memoria beneficiorum suorum excideret, sed refricaretur annuis peregrinationibus: siquidem in Paschate memoria liberationis ex Ægypto celebrabatur, in Pentecoste verò Legis per Mosem latæ. Deinde in vtraq; solennitate gratię de nouis frugibus agebantur.

Quare Deus populũ voluerit quotannis venire ad locũ à se electum.

Quia in Paschate offerebant hordei primitias, in Pentecoste panem ex nouo tritico factum. Postremò in festo tabernaculorum beneficium commemorabatur, quo Deus patres in deserto sustentauit per annos quadraginta, & gratiæ agebantur, quòd omne genus fructuũ iam collegissent. Rectè autẽ tria hæc præcipua capita donorũ Dei, tribus hisce peregrinationibus memorabantur: Nam sunt præcipua bona, quibus constat humana societas. Etenim prima gentis alicuius felicitas est, vt Respub. sit libera, quod Iudæi obtinuerunt, cùm ex dura seruitute Ægypti asserti fuerunt. Proxima est, vt habeat leges & sacra propria, siquidem nulla Respub. cõstat sine legibus & sacris. Tertia, ne quid ad victum desit. Proinde horum beneficiorum quotannis memoria Deum imprecabatur. Alia deinde causa huiusmodi ascensus fuit, vt populi coniunctio in cultu & religione cõseruaretur. Nam cùm semel collecti essent Iudęi, atq; vno eodemq; ritu sacrificarent, caute & prudentissimè, ne diuersæ religiones prirentur. Tertia, vt eos sacerdotes & Leuitæ de lege & sacris publicè docerẽt, vnde populus rediret multò melius instructus, quàm accessisset. Quarta hæc affertur causa, vt in eo conuentu & aspectu mutuo charitas inter tribus magis coalesceret & augeretur. Etenim se mutuò videbant, alloquebantur, & conuiuia simul agitabant, & quod præcipuum est, coniungebant publicas & solennes preces. Deinde consequebatur has peregrinationes ministerij sacri necessaria sustentatio. Multiplicabantur quippe oblationes & sacrificia, quorum maxima pars cedebat sacerdotibus & Leuitis. Adhæc animus precantium confirmabatur de precibus à Deo exaudiendis. Nam promiserat, se velle in eo loco vota populi cõplere, quæ sanè causa debet etiam nos mouere ad sacros cœtus celebrãdos. Quamuis enim Deũ possimus orare domi,

quia

illicitus est, se nostras preces admissurum vbi duo vel tres congregati fuerint eius Quare sacri cœtus à nobis celebrandi.
eo non sunt prætermittendi conuentus Ecclesiastici statæ celebrationes. Dehinc
vt sacris peregrinationibus obedientiam testarentur, eo præsertim, quod locum ad
rent, non ipsi eligebant, sed arbitrio Dei constituebatur. Nec prætereundum est, lo-
ibus Messiam retulisse, citra quem nulla hominum opera, quamuis pulchra & spe-
cere possunt. Postremò erat illud opus præclarum fidei exercitium, quoties enim
erat ad locum sacris destinatum, cogebantur Hebræi omnia sua domi vacua & in-
quere. Licuisset enim hostibus interea irrumpere, atq; omnia populari: verum illi
sultabant, & quicquid accideret, parui pendebant, omnia sua diuinæ fidei commit-
tanta fuit erga numen fiducia, vt illud non dubitarent suos fines quàmuis de-
turum. Ter autem in singulos annos oportebat omnes mares ostendere sese co-
q; statis certisq; solennitatibus, quas ante commemorauimus. Fœminæ verò hae
grauidę, aut alijs iustis causis impediri facile poterant, minimè tenebantur: Sed
nil erat impedimenti, vltrò veniebant.

Silò in Silò Elcanah.) Sed quo pacto ascendisse dicitur, cùm habitaret in Ramathaim
est, in editissimo loco, vnde potius descendisse videri potest, quàm ascendisse? Ad
illum prius descendisse de monte Ephraim: deinde confecta quadam parte itineris
campestre spatium ascendisse in Silò. Causa huius ascensus illicò traditur, vt ado-
caret Domino. Sed hic rogari potest, cum Elcanah Leuita esset, cur ipse in Silò non
cum cæteris ministraret? Respondeo, fortasse antea ministrauerat pro sua ætate. Cur Elcanah non habitarit in Silo.
tur Num. 4. adigebantur Leuitæ ministrare in Tabernaculo ab anno ætatis trigesi-
quinquagesimum: vel, vt habetur in 8. cap. ab anno 25. vsq; ad 50. Deus quippe ratio-
volnit ætatis, & Leuitis quinquagenarijs missionem dari. Quin & leges ciuiles non
endum putarunt senectuti. Nam in codice habetur titulus, de ijs, qui excusantur æ-
lex vnica est, quæ à Seuero Imperatore lata fuit. Verùm à tutela & curatione nemo Missio potest dari ætatis causa.
nisi septuagenarius. Vt autem à personalibus quis muneribus excusaretur, satis erat
quinquagesimum quintum. Quod statuerunt Diocletianus, & Maximianus in Co-
ætate vel professione se excusant. l. tertia manifesti iuris. Et quamobrem Leuitas tan
ad annũ 50. oportuerit ministrare, aliquot probabiles rationes afferri possunt. Primùm, Quare Leuitæ tantum ad 50. annum ministrare oportuerit.
rentur senes rude, sed in ministerio semper fuissent, iuuenes tantum defunctis succes-
rum & rituum prorsus expertes ac ignari. Deinde mactare victimas, excoriare, laua-
ponere, laboriosa erant officia, nec nisi à firma & vigenti ætate præstari poterant. Id-
fuit Leuitas vsq; ad annum trigesimum discere atque audire, postea vsq; ad quinqua
sacris, & in ministerio versari: ab illa verò ætate instituere ac docere alios, & per
ula ius dicere. Præterea non omnes Leuitæ sacra facebant, quandoquidem mul-
omnem regionem Hebræorum dimitti vt docerent, causas cognoscerent & iudi-
iustæ causæ, propter quas Elcanæ licuit à tabernaculo procul habitare.

annotatione dignum, hunc sanctum virum dici ascendisse ad preces & sacrificia,
forum, nundinas, ludos & spectacula. Quibus de causis in papatu plerunq; susciplun-
nes, quæ sacræ ab eis vocantur. Nec imperitè annotarunt expositores Hebræi Cur ascenderit in Silò.
adorationis, quàm sacrificij mentionem fieri. Etenim adoratio preces compehen
sacrificijs multò sunt priores. Vox Hebraica הִשְׁתַּחֲוָה Latine est, seipsum proster-
demum verè adoramus, quando nosipsos Deo prorsus subijcientes, in eius iusti- Adoratio potior est sacrificijs.
tatem intuemur, atque horremus peccatorum nostrorum multitudinem & grauita-
est adoratio in eo, vt bonitatem Dei cõmendemus, ab eo petentes omnia bona, de
gerint, illi gratias agamus, eius legibus atq; voluntati nos omnino subijcientes.
Reges & principes ad hunc modum adoramus, illorum virtutes commendan-
tes quibus indigemus, & gratias illis agimus, cum aliquid beneficij contulerũt,
legibus & præceptis eorum nos profitemur astrictos. Fateor, sed inter hæc Dei & principum adoratio quid differant.
criminis. Nam principes quidem suspicimus vel adoramus, sed tantùm vt Dei
laudamus, verùm ita vt omnis eorum laus in Deum referatur, & vt intelli-
in illis virtutis, roboris & bonitatis, id eos ex se non habere, sed accepisse di-
ab eis non petimus nisi ciuilia bona, quæ tantũ suppeditari ab eis possunt, non au
vel æternam vitã, quæ in eorum potestate sita esse nõ licet credere. Ad hæc ciuilia
statuendo nihilominus apud nos, quicquid ab illis datur, à Deo per illos nobis dari,
illis gratias agimus. Obedimus item illis, et non citra exceptionem: nã si quid im-

perauerint contra legem Dei, minimè parendum esse censemus. Ascendebat igitur, vt adoraret, deinde vt sacrificaret. Sacrificij autem ratio latè patet. Nam est, vt ab Augustino describitur, de ciuitate Dei lib 10. cap. 6. omne opus, quod facimus ad id, vt sancta societate Deo adhæreamus. Verùm hoc loco vocabulum sacrificij propriè ad victimas refertur. Ab eo verò, quod Rabbini annotarunt, prius adorationis quàm sacrificij mentionem fieri, August. minimè dissentit. Ait enim vbi ait: Nemo carnem Domini manducat, nisi prius adorauerit. Siquidem fideles antequam Christi corpus fide ac spiritu percipiant, illud pro se affixum cruci & mortuum, supplices adorant, ita eius adoratio ritum communionis antecedit. Locus ab historia notatur, vbi eo tempore Domini tabernaculum fuit, nempe Silóh, vbi fuisse dicuntur Hophni & Pinhas, Domini sacerdotes, qui filij erant Eli Summi Pontificis ex genere Aaronis, idcirco Domini sacerdotes vocantur. Quales autem fuerint, postea suo loco audiemus. Nunc ideo recensentur, quia patrem admodum senem iuuabant in sacro ministerio, vt Ithamar & Eleasar Aaronem: non tamen ita iuuabant, quod pater ista ætate cæcus esset, vt sacris operari non posset. Nam ex his, quæ postea dicentur, conosceremus eum in tabernaculo præsentem adfuisse, vbi animaduertit Hannam, vt iudicabat, non decenter precari, & idcirco eam reprehendit.

4 *Venit autem dies & immolauit Elcanáh, deditq; Peninnáh vxori suæ, omnibus filijs eius, atq; filiabus eius partes.*

5 *Ipsi verò Hannæ dedit partem vnam honorabilem, quoniam ipsam Hannam diligebat; Iehouah autem concluserat vuluam eius.*

6 *Irritabat autem eam inimica eius etiam ira propterea quod ad iram prouocaret eam, quod conclusisset Iehouáh vuluam eius.*

7 *Et sic faciebat annuatim, & ex quo ascenderat ipsa in domum Iehouæ, sic irritabat eam. Flebat autem nec comedebat.*

8 *Dixitq; Elcanáh vir eius: Hannáh, quare fles? & vt quid non comedis, & vt quid malè habet cor tuum? Nonne melior sum tibi, quam decem filij?*

Sacrificat etiã is qui victimas adducit.

Elcanáh sacrificasse dicitur cum in Silo ascendisset, non quod ipse immolauerit hostias, cum tùm adduxerit eas ad tabernaculum. Leuita siquidem erat nõ sacerdos. Vnde annotabimus illum quoq; dici sacrificare, qui victimam offert ad fores tabernaculi, vt immoletur, atq; ita Saul, Dauid, & alij cum sacerdotes non essent, nihilominus tamen sacrificasse leguntur.

Quale sacrificium obtulerit Elcana.

Deditq; Peninnáh partem.) Hinc facilè cognoscimus, quod genus sacrificij obtulerit Elcanáh. Non vtique fuit holocaustum, quia id oportuit vniuersum coram Domino igne absumi: nec erat sacrificium pro peccato, quoniam eius nulla pars cedebat offerentibus. Restat ergo vt sacrificium fuerit pacificum, & gratiarum actionis. Nam huiusmodi victimarum adeps coram Domino incendebatur, pectusculum & armus dexter vnà cum maxillis cedebant sacerdoti, reliqua ei reddebantur, qui victimam obtulerat. Nam Deus mandauit, vt illis partibus frueretur, quo & ipse, & vxor & filij coram Domino epulantes exhilararentur; & ea fuit illorum temporum sacra communio, quandoquidem in illis victimis pij patres corpore ac sanguine Christi vescebantur, vt nos hodie in pane ac vino Eucharistico facimus. Non enim tantum oculos figebant in carnes, quæ illis proponebantur, sed fide Christum spectabant, qui erat carnem assumpturus, vt morte sua totius mundi peccata expiaret. Nam vti scripsit August. Tract. 26. in Ioannem, res eadem & in nostris & in illorum sacrificijs proponebatur, solùm diuersitas in signis esse deprehenditur, quod Paulus apertè demonstrat decimo capite prioris epistolæ ad Cor. vbi ait: Omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt. Nec morari oportet ineptos papistas, qui cauillantur, habuisse veteres patres eandem escam & potum eundem inter se nobiscum verò eandem escam & eundem potum, hoc est, corpus & sanguinem Christi non habuisse, cum Paulus dicat, eos ijsdem sacramentis vsos cum ijs, quæ nos percipimus. Ait quippe illos omnes in nube, atque in mari fuisse baptizatos, nec non Christum comedisse. Et profectò nisi fuissent illis & nobis communia sacramenta, quid oportuit nobiscum Hebræos conferri? Clara & aperta sunt eius verba, quibus ait, petram illam vnde bibebant fuisse Christum. Et nisi sic fuisset, Pauli ratio infirma & admodum hebes fuisset. Id enim agebat, vt Corinthios doceret, Deum in illos esse animaduersurum, nisi sanctè ac piè se gererent, quod Iehudæis non pepercerit, cùm sacramentis abuterentur. Vno siquidem verbo potuissent occurrere, dicendo: Quàmuis Deus Hebræos puniuit, attamen in nos minimè animaduertet, cum sacramentis multò diuersis ab eorum sacramentis vtamur. Imò Apostolus, cum eadem sint illorum sacramenta & nostra, erant etiam

Communio veterum.

Veteres in suis signis eandem nobiscum rem habuerunt.

paria

hoc Augustinus asseruit, & quidem copiosè Tract.26. in Ioannem, nec non libro Christiana cap.9. vbi affirmat, reipsa nihil esse discriminis inter illorum sacrificia & ...ctum circumstantijs discernuntur. Quia nostra sunt augustiora, pauciora & castio- ...orum fuerint, cum reipsa minimè distent. Et contra Faustum lib.29.cap.13. scri.. ...& nostra Sacramenta eadem esse, quod ad rem attinet. Nostra tamen fatetur virtu- ...dicate meliora, actu faciliora, numero pauciora.

Quid differant à veterum Sacramentis nostra.

...alus hic se offert, quia si res vtrinq; sit eadem, quomodo nostra dicantur esse vir- ...Vnde quo pacto fieri potuit, vt illi carnem Domini comederint, cum illam filius ...susceperit? Ad interrogationē posteriorem dico, in Apocalypsi haberi, agnum ...ab origine mundi. Quia diuinæ præscientiæ omnia, etiam quæ longissimè ab- ...sunt. Vnde Christus cum esset venturus, & seipsum pro nobis oblaturus in cruce, ...hoc respectu comprehendebatur, & cibus eorum animis erat ad æternam vitam. ...longissimè remota sunt à nobis, fides ea facit præsentia. Quare illi eundem Christum ...quo & nos in præsentia fruimur. Discrimen autem in tempore situm est: nam illi na- ...nos verò natum credimus: illi moriturum, nos mortuum affirmamus. Vnde August. ...contra Faustum, illum (ait) vehementer errare, qui putet in religione Christiana retineri ...Sacramenta Iudæorum, quoniam Dominus iam perfecit, quod voluit, eratq; necesse vt ...instituēret, neq; id absurdum videri debet. Nam cum aliquid factum, aut factum iri si- ...alijs atq; alijs verbis vtimur. Idem ait ad Ianuarium, ad Optatum, & sæpe alibi. Nec ...quod idem Pater in Psal.73. ita loquitur: illorum Sacramenta promitebant salutem, nostra ...saluatorem. Hæc papistæ iactant mirificè, clamantq; nostra sacramenta gratiam confer- ...Hebraica præstare non poterant. Verùm quid ibi sibi voluerit Augustinus, ignorant, qui ...aliud sentit, quàm quod aduersus Faustum docuit, nostra videlicet Sacramenta dare ac exhi- ...Christum, hoc est datum & exhibitum declarare ac testari. Etenim addit, non dico, quod iam ...salutem sed quia iam venit Christus. Et si quando Augustinus dicit, non esse rem eandem, ...modò nobis, & quæ olim Iudæis promittebatur, de alijs vtique rebus agit, non autem de eo, ...promissionibus Dei erat præcipuum. Siquidem illis promittebatur citra Christum re- ...nec non regio Chananæa, terra fluens lacte & melle, atq; consimilia. Quæ res aliæ ...sunt ab Euangelicis promissionibus. At Christus & nobis & illis communis, non alius ...quam illis fuerit. Nunc ad priorem interrogationem accedo, qua rogabatur sacramenta ...modo possint esse virtute maiora, si vtrinq; res eadem fuerit? Ad hoc respondeo, cum ...proponitur, de qua plus alius sumit quàm alter, in reipsa non est discrimen, sed in in- ...quo sumitur. Vt si appoatur aliquibus cumulus argenti, vnde cuiq; liceat capere quā ...complecti queat, quanto quisq; fuerit latiori firmioriq; manu, tanto plus de appositō ...capiet. Ita cum fides nostra, qua Christum complectimur, maior & firmior sit, quàm Iu- ...fuerit, plus de Christo percipimus, quàm ipsi olim sumpserint. Verùm dixeris, quo- ...nostra maior est quàm Iudæorum fuerit? Hic oportet cautè respondere: nam inter He ...fuerunt egregia fide præditi, prophetæ inquam, & patriarchæ, quorum nonnulli ...religionis ergō profuderunt. Neque à nobis plura creduntur quàm illi crediderint, ...nostra & illorum eadem est Ecclesia, & idem Christus. Cæterum diuersitas est in ...rum credendarum. Nobis etenim in præsentia omnia sunt clariora, & magis per- ...illis fuerint. Nobis Christus natus est, mortuus, excitatus è sepulchro, & in cœlum ...quæ omnia & illi habuerunt, sed obscuriora, & quodāmodo in vmbra. Cum itaq; nobis ...apertiora magisq; dilucida, Fides etiam nostra & maior & firmior dici potest: quia magis ...quàm obscuris excitatur. Vnde antiquitus Fides in Christum vltra Iudæam pa- ...proferebatur, nunc verò per vniuersum orbem est propagata. Cumque dico no- ...maiorem quàm Iudæorum esse, loquor de vniuerso statu, & vt plerunq; ac passim ...non autem de singulis hominibus. Non enim affirmare ausim fidem cuiusuis firmi- ...Abrahami, Dauidis, Isaiæ, atq; consimilium. Etenim Christus de Abrahamo te- ...suum diem viderit, & sit lætatus. Isaias quoq; cap.53. vniuersum Christi regnum ...sic expressit, vt eum Hieronymus potius Euangelistam, quàm prophetam fuisse ...Dauid in Psalmis multa de Christo quàm clarissimè vaticinatur.

Sacramenta nostra, quomodo sint virtute maiora,

An fides nostra sit maior quàm Hebræorum.

...tinæ, ac filijs eius, &c.) Hinc docemur, Elcanam totam suam familam secum ha- ...plum sanè præclarum pietatis: Ita enim quenq; decet suos instituere ac educare in ti- ...Dei: quod permulti homines haudquaquam præstant, qui potius diuitias & opes ...quas liberis postea relinquant, de quorum pietate atq; moribus fermè nihil cogitant,

Pietas Elcanæ imitanda.

Duæ vxores Elcanæ.

Hannæ autem dedit.) Habuit vt liquet Elcanàh duas vxores, Hannam, inquit, & Peninnam. Sed Hannam priorem duxerat, eamque habuit suæ pubertatis vxorem: sed cum sterilis esset, ipsam duxit Peninnam, vt liberos ex ea susciperet, Hannam tamen repudiare noluit. In eo autem minùs rectè facit, quod alteram vxorem induxerit: quia de liberis ex priori susciendis non erat desperandum. Oportuit expectare Dei gratiam & bonitatem, cuius vnius beneficio liberi suscipiuntur. Verùm de polygamia sese offeret aliàs dicendi occasio. Dolebat imò Hanna plurimùm,

Sterilitas quæ re probro habita.

quod liberis destitueretur: nam ea ætate sterilitas contumeliosa erat, & pro grauissimo probro habebatur, idq; multis de causis. Primùm, quòd videretur pugnare cum eo præcepto, quo Deus mandauit cùm statim ab orbe condito, tùm mox post diluuium dicens: Crescite & multiplicamini. Deinde quod steriles illam Dei benedictionem non assequerentur, qua pollicitus est Abrahamo, semen eius fore, vt stellas cœli, & arenam maris. Adhæc ij qui liberis carebant, quodammodo videbantur Deo exosi, quod eorũ genus & stirpem nollet vlterius propagari. Alij verò sterilitatem ideo apud Iudæos fuisse infamem arbitrantur, quod Messias proditurus esset ex illorum posteritate: quare studebat quisq; plures consequi filios, vt ex prosapia sua Messias aliquando nasceretur. Sed ille tribui Iudæ tantum & familiæ Dauidis promissus erat, quare istos duntaxat ea de re operatuit esse solicitos. Cæterùm alia ratio multò verior afferri potest eius cupiditatis. Vera quippe religio, & purus Dei cultus ante Christi aduentum, solum inter Iudæos publica saltem professione retinebatur. Quantò itaq; Iudæi magis numero augebantur, tantò numerosior futura erat cultorum Dei multitudo. Proinde sancti viri idcirco studebant ampliſsimam posteritatem habere, vt verus Deus à quam plurimis coleretur. Quod si cui liberi minimè contigissent, is probro & infamia quodammodo notabatur. Vnde Rahel cum tandem vterum gereret, abstulit, inquit, Dominus opprobrium meum. Et Isaias inquit: Septem mulieres complectentur virum vnum in die illo, & dicent: Panem nostrum comedemus, & vestibus nostris operiemur, tantùm aufer à nobis opprobrium nostrum. Quin & apud Ethnicos probrosum fuit liberis caruisse, & iure ciuili apud Romanos à curatione atque à publicis muneribus excusabantur, qui plures liberos susciperent. Quemadmodum Tit. de ijs, qui numero liberorum se excusant, manifestè habetur. Romæ vtique tres erant satis ad excusationem, in Italia requirebantur quatuor, in prouincia quinque, modò nõ essent adoptati, neq; ab hostibus capti, neq; mortui extra bellum. Hic autem numerus liberorum tantùm à personalibus muneribus, non autem à patrimonialibus excusabat. At filij numero sexdecim ab vtroque genere munerum excusabant, quemadmodum habetur in ff. de iure immunitatis lege Semper, quæ à Pertinace lata fuit. Postea etiam duodecim excusabant, vt apparet in codice de Decurionibus lege Si quis Decurio. In summa procreasse multos liberos apud omnes nationes fuit semper honorificum. Lacedæmonius quidam senex & cœlebs cum per publicum incederet, quendam vidit sibi honoris causa non assurgere, rogauitq; illum, cur ita faceret. Is autem respondit: quia tu neminem reipub. reliquisti, qui mihi, vbi consenuero, assurgat. Et quamuis in Christianismo videatur sublatum hoc genus opprobrij, tamen pro viribus adnitendum est, vt Ecclesiæ liberos cumplurimos post nos relinquamus.

Elcanæ iustitia in administranda familia.

Memoratur item, quàm Elcanàh iustus fuerit in administranda familia, & inter duas coniuges quàm moderatè se gesserit. Ita porrò vtranq; amauit, vt neutram earũ negligeret. Cum Peninnàh præbet se hilariorem, cum ipsi & liberis præbet in conuiuio iustas partes, cum Hanna verò lugente suam orbitatem quodammodo luget. Hoc est reipsa, vt monuit Apostolus, gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus. Et certè si Hannam durius tractasset ob inflictam sterilitatem, nihil aliud id fuisset, quàm afflictam noua cumulare afflictione. At dicet quispiam, quare non licet afflictum affligere, nonne id est Deum imitari? Is etenim est, qui pro suo arbitrio quosdam affligit. Respondeo, Deum non esse in omnibus, quæ agit, imitandum: quia multa ille sæpe facit, quæ suis legibus nobis interdicit. Malum quippe minatur & Moabitis & Ædomæis, quod Iudæos exules & inopes contumelioſè atq; crudeliter acceperint, & latitantes hostibus prodiderint, quos tamen ipse cùm exules fieri, tùm pessimis modis à Babylonijs vexari decreuerat. Existarum duarum mulierum conditione allegoriam habemus, quam Paulus ad Galatas est sequutus, dicens: Lætare sterilis quæ non paris, quia plures sunt liberi desertæ, quàm ejus quæ habet virum. Deus ad aliquod tempus Hannam voluit prole destitui, cujus postea voto abundè satisfecit. Hoc exemplo monemur, & orbitatem & fœcunditatem non tantum à secundis causis esse petendam, cum ab ipso Deo cumprimis proficiscantur. Etenim in familia regis Abimelechi, Deus conclusit vteros mulierum, ne possent parere. Deinde ad preces Abrahami liberatæ fuerunt, vt parerent. Idcirco Rahel cum se miserè affligeret, atq; marito diceret: Da mihi liberos, alioqui moriar: ille iratus inquit: An ego tibi sum pro Deo? Si Deus conclusit vterum tuum, quid ad me clamas? Sic à diuerso fœcun-

Licet Dei exemplo afflictos affligere.

Allegoria. Fœcunditas & orbitas à quibus pendeant.

das

est: idcirco apud Isaiam. 66. cap. dicit: An ego qui alias facio parere, ipse non pa
in Psal. cecinit: Deus qui facit sterilem habitare in domo, & abundare liberis.
dedit partem vnam אַפַּיִם, hoc est, vt aliqui vertunt, honorabilem Hebraica vox
nempe vultum seu faciem, nec non iram: vnde afferuntur huius loci geminæ
Prima est, Elcanam dedisse Hannæ portionem præstantissimam, & idcirco nu-
dhibitus, quòd eius portionis duplex qualitas esset, vt quæ haberet pinguitu-
altero latere careret, vt ea vesceretur pro vario appetitu: atque hanc inter-
gnatus est R. L. Ben Gerson. Vel dicitur hoc nomine, quòd ea pars cum pulchra
milis, alliciebat faciem & vultum discumbentium ad se præ cæteris optandam &
Sin verò sequamur alteram significationem, nempe iræ, dicemus, Elcanam eam par
Donalenium mœrorem.
næ, vt eius mœrorem ac tristitiam sedaret. Qui enim sunt in mœrore, dum se vi-
donis honorari, vtcunq; leniuntur. Dedit ergo eam partem, quæ huc videbatur cō
ægritudinem ac molestiā alij referant ad ipsum Elcanam, nimirū quod ipse dan-
Hannæ tristis & mœstus fuerit, quòd eam doleret sterilem esse. Vtraq; forma in-
est verisimilis, & ad verba historiæ potest accommodari; & ex vtraq; rectè colligitur
Vxores quare diligendæ.
subijcit historia, Elcanam amasse Hannam: quandoquidem vxores non tantum libe-
diligendæ sunt, sed etiam propter fidem thori, & summam illam coniunctionem,
ero, & Christi cum Ecclesia vnitatem significant. Idcirco Paulus ait: Viri diligite
sicuti Christus Ecclesiam. Nec tantum Elcannah consolatur Hannam, selectam
omnibus illi dando, sed verba consolationis plena illi dixit, ostendens eam non ita de-
indulgere, atque à potu desistere. Quia etsi liberi deerant, se illi pro decem liberis
suam erga illam declarabat singularem dilectionem. Non immeritò displicebat El-
tristitia vxoris in tali cōuiuio: quia violabatur vtcunq; Dei præceptum, qui man-
de sacrificio pacificorum læti ac hilares coram Domino manducarent. Mœroris etiam
causa proponitur, nimirum quod ab æmula & inimica, hoc est, altera vxore Pe-
Peninnæ mālitia.
netur, à qua illi exprobratur sterilitas, vt Dei maledictio satis ignominiosa. Dolebat
per se ipsa orbitas, dolebant præterea maledicta æmulæ. Qua in re procacis Penin-
nam expendemus, quæ de multitudine liberorum, vt altera Niobe, superbiebat: quum po
nec agnoscere Dei beneficium, eique gratias agere, nec non afflictam Hannam amicis
verbis consolari. At illa ex collata sibi fœcunditate materiam superbiæ collegit: Non
conuertimus herbas suauissimas in venena conuertit. Abutitur itaque dono Dei, & diem
opera polluit. Oportebat siquidem eò maximè tempore Deum orare, qui solùm
contritos & fractos corde audit, & vicissim elatos & superbos à se reijcit. Proinde cum
se offerunt, & pronocet ac irritet Hannam, & suas ipsius preces indignas reddit, quæ à
Deo & Hannam ipsam, quantum in ea fuit, à precibus reuocauit. Quis enim Deum
putat orare, qui se illi putet esse odiosum? Elcanah quidem, vt potest, Hannam con
contra ei hostiliter insultat. Hinc malum fructum polygamiæ cernimus, quia
Polygamiæ malus fructus.
in & turgia inter plures vxores prouideri non potest, sed mala hæc existimaban-
multitudine liberorum compensari. Sunt, qui velint, Peninnam Hannæ sterilita-
exprobrasse, sed vt illam vehementius excitaret ad preces coram Deo fun-
auxilio eius fœcundaretur. Nec semel aut iterum hæc accidebant, verùm vt sa
historia, quotannis, cùm ad domum Dei ascenderent. Quod verò fuerit hoc fe-
est facile diuinare, quàmuis Hebræi ad solennitatem tabernaculorum hæc refe
ex historia confirmari non possit, ideò arbitror in medio relinquendum.

Hannah postquam comederant in Silo & biberant. Eli autē
sedebat super solium iuxta postem templi Iehouæ.
Ipsa verò amaro animo orauit Iehouam, abundè flenit.
Deinde votum dicens: Iehouah exercituum si respexeris afflictionem ancil-
læ tuæ, & memor fueris mei, neque fuerit oblitus ancillæ tuæ, sed dederis famulæ tuæ
semen virile, dabo illud Iehouæ omnibus diebus vitæ eius, & nouacula non ascendet

Conuicia aduersariorum quomodo ferenda.

Hannàh contumelijs huiusce modi vexata, sese ad preces recepit, & ibi solùm habebat portum tutissimum, in quo posset acquiescere. Ita etiam Sarâh filia Raguelis, cùm ab ancilla probris & conuitijs peteretur, in conclaue domus abijt, atque illic Dominum orauit. Et Dauid loquitur de seipso, pro dilectione detrahebant mihi, ego verò precabar. Nos quoq; hoc eodem exemplo vtimur, cum ab aduersarijs incessimur, & hæretici, Schismatici, Sacramentarij appellamur, conuicia minimè regeramus, sed animo summisso ac deiecto precemur Deum, illique causam eius causam commendemus. Surrexit igitur Hannàh è conuiuio, vt ad Deum sese conferret. An verò aliquid comederit, antequam surgeret, ex verbis historiæ minimè liquet. Dauid Kimhi fatetur illam nonnihil comedisse, at secus existimat L. Ben Gerson, ad cuius opinionem ego quoque accedo: Primùm quia ipsa respondit Eli sacerdoti, se nihil bibisse; deinde quia lege cauebatur, ne quis tristis & mœrens coram Domino comederet. Nam Deut. 12. ita scribitur: Comedetis coram Domino, & eritis læti: quare non est verisimile Hannam, cum esset pia & obseruans diuinæ legis, aliquid voluisse comedere de sacrificio, antequam à Domino consolationẽ accepisset. Leuit. 10. traditur, cum filij Aaronis Nadab & Abihu percussi à Domino interijssent, Mosen vidisse hircum esse combustum: vnde iratus ait: Cur hircum non comedistis? Respondit Aaron, hæc mihi acciderunt, vt scilicet liberos infeliciter amiserim, etsi comedissem, an potuissem Domino placere? Quamobrem verisimile iudico, Hannam in mœrore & luctu constitutam noluisse cibum capere. Surrexit igitur, venitq; ad tabernaculum Domini, vbi ad postes Eli sedebat loco (inquam) ei propriè attributo. Nam vt in Num. habetur quatuor erant partes tabernaculi, & in singulaquaque singulas familias sacerdotum residere oportuit. Ad Orientem hoc est, ad fores & ingressum, manebat Aaronis familia: ad Occidentem Gersonitæ: ad Aquilonem Merarita: ad Meridiem Cathitæ. Iure itaq; summus sacerdos in tabernaculi aditu sedebat. Quod item alia de causa cõgruebat: quia introeuntes multa de iudicijs, de ceremonijs & voluntate Dei rogabant, quare oportuit sacerdotem præstò esse, qui doceret & responderet interrogantibus. Deinde videndum erat, ne quis indignus aut immundus admitteretur contra diuinam legem. Reste igitur sacerdos excubabat pro foribus, nisi cum publicè Deum precaretur, aut sacrificaret. At nostri Episcopi minimè resident in suis Ecclesijs, cum perpetuò huc atq; illuc vagentur, & præsertim in aulis principum volitent, atque vbiuis potius esse volunt, quàm vbi esse deberent: sed tametsi mali sunt, vt eos multò præstet abesse, quàm suis Ecclesijs præsentes adesse: quoniam sua turpi vita & corrupto exemplo minus nocent, quàm si adessent. Kimhi tradit, nemini licuisse in extrio sedere, nisi tantũ summo sacerdoti, quod etiam regibus Iudæ negatum fuisse scribit. Quin & veteres opinati sunt, die quo ista contigerunt, Eli ordinatum summum sacerdotem: sed hoc parui momenti est, nec certa ratione probari potest. Nos potius annotabimus, Hannam minimè vacasse rogandis probris æmulæ suæ, neque iocis aut nugis quæsiuisse lenimentũ doloris: sed cum ageret diem festum, & suam doleret sortem, ad ædem sacram sese contulit, vt illic Deum summo affectu ac vehementia oraret: nõ quæsiuit ariolos, veneficos aut magos, vt complures impiè faciunt, sed ad Iehouam Deum verum Israelitarum se recepit, animum habens egregiè paratum, vt audiretur. Erat quippe amaro & deiecto spiritu: certum verò est, Deum facillimè audire homines qui sunt corde afflicto atque contrito. Vnde Posteriore libro Melakim 20. cap. Rex Ezechias cum ab Isaia intellexisset, moriendum sibi esse, faciem suam conuertit ad parietem, atq; vberius fleuit, quẽ postes Isaias diuinitus iussus est redire, & ex ore Domini referre, Audiui preces tuas, & vidi lachrimas tuas. Adhæc mulier ista fide munita erat, & ideo ad locũ accessit, vbi sita erat arca fœderis, quoniam ibi Deus promiserat, se vota populi auditurum. Huic promissioni credidit, & ideo circo surgens à mensa ad Iehouæ tabernaculum se contulit. Erat etiam memor eius promissionis, quæ in Exodo 25. cap. scribitur. Si exterminabis idola à facie tua, benedicam pani tuo, & aquæ tuæ, nec erit in te sterilis, nec abortum faciens. Ex ijs & consimilibus Dei verbis fide bonum ipsi concepit, vt à Deo exaudiretur. Nec eam fugiebat, vt opinor, exemplũ Rebeccæ, quæ à Deo pro sibus liberos impetrauit. Hac eadem ratione operæ pretium nos orare, nempe vt constanter fidem semper ad preces adiungamus. Ad locũ verò vbi erat arca fœderis nihil opus est vt accedamus: Veteres enim ceremoniæ Christi beneficio sunt ablatæ, nobisq; omnis locus ad precandas patet. Vnde 1. Tim. 2. cap. scribitur: Volo autem viros in omni loco manus puras attollere. Quin ipse Paulus auditus fuit in carcere, & latro in cruce. Quia Deus locum nullum fidelibus, sed credentes vbique audit. Cæterùm si penitius rem ipsam velimus aspicere, nobis etiam ea, quæ Christus est, minimè deest, eum siquidem Paulus nostrum vocat [illegible] propitiatorem, vel propitiatorium, quo alludit ad Mosaicum propitiatorium, quod Arcæ superponebatur. Deum itaq; precamur, ad Arcam, nostram, hoc est, ad Christum, fide respicimus: qui diuinitate atque

Hannah cum comederit in conuiuio.

Quem locum in tabernaculo habuerit summus sacerdos.

Hannah quomodo dolorem suum lenierit.

Deum exaudit eos qui sunt corde cõtrito.

Fides Hannæ.

Quomodo nobis sit orandũ.

...stat constat, & qua Deus est, esse vbique non dubitatur, *licet* corpoe situs pro... vt rectius dicam, super omnes cœlos, quo etiam nobis ascendendum est men... ...timus. Neque oportet nos orando spectare ad Occidentem, vt Iudæi facie... ...mandato, neque ad Orientem, quamuis multi ex patribus nimis pertinaciter ...Orientem esse precandum: & inter cæteros Basilius eius, vt vocant, traditionis eam ...nititur: quod amissam paradisum, quæ ad Orientem fuerat, denuò requiramus. ...tur Hannah filium à Domino: Hebraicè habetur אנשים זכר, quibus verbis po... ...sculum, quasi postulet marem filium, non fœmellam: vel possumus generaliter ...dicatur semen virile: vt à Deo petatur fieri semen viri efficax ad prolem concipien... ...cuius cuius fuerit sexus. Sed prior sententia ijs, quæ sequuntur, magis congruit: ...sipiendum sacro ministerio dedicat, quod fœminæ haudquaquam poterat attribui. ...votum adiecit, vt puer, si daretur, Nazaræus fieret. Cum autem habere filium ...sit, quandoquidem homines prole tam bene, quàm malè vti possunt, à nonnullis du... *An liceat à Deo petere res indifferentes.*
...petere à Deo res indifferentes, quia nescimus, vt inquiunt, an petentibus nobis ...sint, vel nocituræ. Et Plato in Alcibiade 2. difficillimum esse ait, preces nostras definire, ...in vniuersum ac generatim putat bonum esse petendum. Chrysostomus item in E... ...Hom. 8. Qui scire possum, inquit, me impetraturũ, quod postulo? Si nihil cõtra vo... ...Dei aut eius maiestate indignum postules, nihil terrenum, nihil mundanum, omnia spi...
qui cadunt irriti, nec Dei voluntatem queunt remorari. Nec dubium eſt, quin homi-
cerdum polliceantur, & ſibi facienda proponant, quę præſtare ac perficere nequeunt.
mias præclarè monuit, non eſſe hominis viam ſuam.

Arcus & fortes confracti ſunt, & debiles accincti ſunt robore.

Saturi pro pane ſe locauerunt: & famelici ceſſarunt, adeò vt ſterilis pepererit ſe-
& quæ multiplicabat liberos, infirmata ſit.

Iehouàh mortificat & viuificat, deſcendere facit ad inferos, & aſcendere facit.

Iehouàh pauperem facit & ditat, humiliat & exaltat.

Suſcitat è puluere pauperem, è ſtercore eleuabit mendicum, vt ſedere faciat cum
, & ſolium gloriæ ſortiri faciat eos. Iehouæ enim ſunt cardines terræ, & poſuit
orbem.

videntiam Dei nec non potentiam ex eo probat, quod nullo negotio ex oppoſitis
libuerit. Vnde multa edit admiranda opera præter noſtram ſententiam & expẽ-
Bella quæ nobis videntur neq; ſuperari neq; ſuſtineri poſſe, facilè profligat. Arcus vo- *Arcus pro om-*
ni inſtrumento
bellico.
mus hoc loco inſtrumenta omnia bellica, quibus homines confidere ſolent. Ea
uerit, ſtatim comminuit ac diſsipat. Itaq; arma nihil proſunt fortibus, nam qui mo-
ſuperiores, ſtatim vincuntur, & viciſsim qui antea vincebantur, mox euadunt ſu-
Deus ita voluerit. Ægyptij ſiquidem præſtabant armis & omni bellico apparatu, Iu
di erant & imbelles, & ideo videbantur nullo pacto euaſuri: at Deus facilè viam in-
perderet, & ſuos tueretur.

ore.) Hoc eſt, qui antea fuerant diuites, & ad ſaturitatẽ veſcebantur, ſic deinde ſunt
redacti, vt ſuam operã locarint pro cibo conſequendo. *Famelici aũt ceſſarunt.*) Hoc eſt,
mercenarios agere, cùm habuerint ſorte immutata, quod affatim ederent. Hoc accidiſſe
Chanaan, vbi Gabaonitę ſatis antea opulenti & copioſi redacti ſunt *in* ſeruitutem
cogebantur aquã & ligna ſupportare cùm ad ſacrũ tabernaculũ, tùm in caſtra, vt ipſis

alimonia sufficeretur. Accidit etiam id posteritati Eli, cuius filij cùm in sacerdotio se corrumperent, minatus est vir Dei, fore aliquando, vt sacerdotale munus ad alterā stirpem transferretur, ita vt eius posteritas cogeretur panis tortā petere, atq; nummulū argenteū, quo saltem vesci posset. *Donec sterilis peperit septem.*) Iam allatæ inductioni Hannah se quoq; adiungit, quæ cùm esset olim sterilis, peperit: & septem ponit liberos pro multis. At dixeris, qui scire potuit Hannah se multos liberos pariturā? Spiritus Dei, cuius afflatu loquebatur, quemq; nulla fatuitas tenet, hæc per eam loquebatur: neq; dictis obstat quòd ea tantum sex liberos habuerit: quia, vt dixi, septenarius numerus pro multis est positus: quæ dicendi formula non est insolens diuinis literis. In Isaia scribitur, Septem mulieres apprehendent virū vnum. Et Dauid ait: Septies in die dixi laudē tibi. Atq; in Zach. Septē oculi erant super lapidē, &c. Quo significatur vniuersum ecclesiæ omnium iustorū in Christum dirigi. Dauid Kimhi hoc loco allegoriā sequitur, aitq; Iudæos in captiuitate steriles esse, quòd non pariant. Sed cùm Deus illos ab omni parte orbis terrarū congregabit, deniq; parient, & numero vehementer augebūtur, quòd fore, inquit, Messiæ tempore. Hac fortasis alludit Isaias Propheta, nec non Paulus ad Galatas, cùm dixerit: Lætare sterilis, quæ non parit. *Septenarius numerus pro multis positus.*

Mortificat & viuificat.) Videtur commutari naturæ ordo, quandoquidem homines prius nasci oportet, quàm interire possint, sed tamen quotidie cernimus hoc euenire. Nam tritici granum minimè renascitur, nisi prius marcescat & moriatur. Et Christus antea mortuus est, quàm in gloriam adduceretur. Nos item, quoad iustificationē, sensu peccati prius deijcimur, quàm per fidem in Christū renescamur. Permultas vtiq; huius rei habemus adumbrationes in veteri Testamento. Iacobus cùm audisset Ioseph um extinctū, parū abfuit quin ipse quoq; moreretur. Sed postea cùm audiuisset illum viuere, exhilarari cœpit, & à mortuis quodammodo resurgere. Ezechias ne cùm accepisset à Propheta Dei nomine, sibi esse moriendū, reuocatus postea est ad longiorem vitā. Ionas etiā ceu desperatus in ventre cœti iacebat, qui paulò post inde eiectus est, & inter homines vixit. Nec prætereundū est, verba quæ hìc habemus, ex Cantico Mosis, quod habetur Deut. xx. cap. desumpta esse, vbi vis & potestas Dei prædicatur ad hunc modū: Ego sum, qui mortifico & viuifico: qui vulnero, & sano. Etenim Deus, quos vult aut interficit, aut à morte liberat, & aliquando contingit, vt quis adeò cum morbo confligatur, vt de illo actum putetur, quasi iam penè foerit sepultus, quem tamen Deus è vestigio sanat. Licet itaq; propositum versum, vel de vno, vel de diuersis hominibus intelligere, nempe quòd Deus vnum occidat, alterum sanitati restituat, eundem hominem modò conficiat, modò reparet ad suum, non alienum arbitrium. *Sæpe prius interimus, & postea quasi renascimur.* *Versus hic è cantico Mosis desumptus.*

Pauperem facit, & ditat.) Deiectionē hominū per varios modos amplificat, ait deijci homines ad paupertatē, ad puluerē, ad stercora. Similiter amplificat exaltationē ad regnū, ad principatum, ad solium imperij, nec non ad æternā vitam. R. Ben Gerson docet ex hoc loco non superbiendū, si floreamus opibus, nec si premamur inopia, desperandū, quia Deus est, qui omnia temperat ac regit, & cùm visum fuerit, ea cōmutat. Hæc in Samuelē pulcherrimè quadrant, qui primo vix impetrari potuit, vt nasceretur, qui tamen postea ex humili gradu ad summam dignitatem euectus est.

Columnæ terræ eius sunt.) Hęc profectò vis & potentia Dei tanta est, vt cōtraria statim atq; pro suo arbitrio in cōtraria possit vertere. Nō tamen ita, vt vtraq; simul & eodē tempore sint & coniungantur, nimirū, vt quispiam, simul & pauper sit & diues. Verùm id efficit Deus, vt regnigrent ab vno cōtrario in alterū, quod idcirco dixi, quòd etsi Deus vi sua possit omnia facere, tamē quædam reperiuntur, quæ natura sua minimè possunt fieri. Quod idcirco dixerim, quoniā aduersarij nostri eò vsq; diuinā prouidentiā proferunt, vt statuant corpus Christi esse vbiq;, quòd Deus sit omnipotens, & propterea id possit efficere. At cogitare illos oportuit corpus Christi non posse simul & esse vbiq;, & esse humanū corpus. Vtq; res eadē simul sit humanū corpus, & non sit humanum corpus, nulla potentia fieri cōtingit. Ita etiā illi frustra sperant, qui se putant saluos fore, licet nō resipiscant, neq; vitā in melius cōmutent. Hæc enim cùm se mutuò destruāt vna cōstare non possunt. *Deus contraria vertit in contraria, & non tamen coniunguntur.* *Nec glorietur sapiens.*) Hæc sententia in Hebræo nō habetur, sed ascripta fuisse videtur ex marginem ex 9. cap. Ierem. Vnde postremò in textum relata fuit. Columnæ & bases terræ ipsam terrā significant, in qua ceu in basi & fundamento quodā alia omnia sunt ædificata. Siquidem cælum, æther, aer, aqua & alia omnia terrā ambiunt. Hæc omnia Deus fecit sapientia sua, ita vt in libro Prouerb. cap. 8. sapientia ipsa loquitur, Cùm iaceret fundamenta terræ, eram cū eo cuncta disponens. Reges & principes Domini appellantur vrbium & ciuitatum, sed eorum potentia cum diuino robore non est conferenda. Nam Deus mundum vniuersum condidit ex nihilo, quia materiam, vnde fieret, non accepit, deinde illum ornauit omni pulchritudinis genere, atque vt vult administrat, citra vllum impedimentum, idq; non vno tantum, vel altero die, sed perpetuò. Vnde rectè dicitur illum efficere vbique, quicquid voluerit. Sed quorsum hæc potentia Dei pertineat? *Quare Dei potentia prædicetur.*

Aa

...pios & impios, vt merentur puniendos. Quemadmodum enim figulus alia vasa fin-
... alia verò ad contumeliam, ita Deus conseruat pios & perdit impios, quo notam fa-
...ericordiam suam, in his verò iram & potentiam suam declaret. Pij Hebraicè dicun-
... est, quos Deus misericordia sua complectitur. Nec temerè ita dicuntur, cùm eo-
...bonitate Dei pendeat. Et cùm misericordia Dei boni sint, ipsi quoq; sunt in alios
...profectò suæ nostram electionem spectare velimus, siue iustificationem, siue pu-
...vitam quam hîc degimus, siue æternam, quam expectamus, omnia hæc nullo meri-
...sed tantum Dei clementia & mera bonitate.

Pij omnia ex Dei bonitate habent.

Pedes piorum suorum seruabit, at impij in tenebris conticescent, quia non in for-
...*praebebitur vir.*
Iehouáh conterantur litigantes cum eo, super ipsum è cælo tonabit, Iehouáh iudi-
...*ras terræ, & dabit fortitudinem Regi suo, & exaltabit cornu Christi sui.*

...posuit pro omni actionum genere, studio, conatu, atq; consilio, quæ omnia, si Deus fa-
... & bonitate subtrahat, statim labuntur, vt in rebus naturalibus vsu venire cernimus,
...dia Spiritum suum Deus impertitur, tantisper durant & viuunt, eo verò sublato ste-
...Cùm autem Deus custodire pios dicitur, satis demonstratur multas illis passim in
...alioqui non opus esset tam diligenti & valida custodia: & pij licet diuinitus conser-
...tamen sunt immunes omni lapsu: septies quippe in die cadit iustus. Verùm intelli-
... Deum illos à lapsu exitiali tueri, qui ad æternam mortem impellat. Sinit autem i-
...dem labi, vt suum ingenium & naturæ humanæ corruptelam intelligant, ne quid si-
...piribus ascribant. Nec eos ab omni externo incommodo omnino seruat. Nam sa-
...stiones immittit, sed ita, vt cruces noxias ab illis auertat, quæ illis interuertere pos-
...& vitam æternam. Sed qua ratione ac via Deus tueatur suos, Hannah præterire
... Cæterum si eius verba prestius expendantur, ex Antitheto satis nos docet. *Impij*, ait.
conticescent.) Lux porrò tenebris opponitur. Deus ergo luce ac verbo suo pios con-
...quia verbum externum minimè satis est, opus etiam habemus luce interiori, quæ nisi
...nobis affulgeat, quantò magis audimus, tantò magis magisque induramur. Necessaria
...est non quæuis, verùm ea, quæ illustret mentem & voluntatem flectat. *Impij conti-*
...tenebris, nimirum ea luce destituti, qua Deus tuetur & regit pios. Iusto autem iudi-
...cium, vel vt atterantur, vel vt sileant, cùm in tenebris impingant, vt ait Kimhi. Tene-
...non tantum sunt humanæ afflictiones, verumetiam ratio nostra, prudentia carnis,
...& quicquid in nobis est citra Dei gratiam. In istis inquam tenebris relinquuntur & im-
...& corruunt impij. Quia nostra caro & ratio nihil habet, quod respondeat Deo. Nam o-
...obtemperabitur, vt subditus fiat totus mundus Deo. Licet etiam sequi alteram interpretatio
...Kimhi, quasi conticescere in tenebris nihil aliud sit, quàm condemnatos aliquando à sua
...destitutos. Hinc enim absq; modo nobilitatem ac titulos iactant, in futuro autem seculo
...siescent silentio. Atq; dum in hac vita cadunt impij, non instar piorum cadunt, vt re-
...sid in sempiternum exitium ruunt.

Pij labuntur et sub cruce sunt, quamuis Deus eos tueatur.

Qua ratione Deus pios tueatur.

Tenebræ quid significent.

...in robore validus erat quisquam.) Hoc Hemistichium referendum est ad illa duo, quæ
...nimirum ad conseruationem piorum, & ad impiorum exitium. Quandoquidem in
...vires nullius momenti sunt, siquidem pij robore suo minimè seruantur, & impij cùm
...nulla ratione possunt resistere. R. Leui hoc loco ait, sæpe fieri, vt princeps potentissimus
...ri superetur. Id aût eo fit, quia non est fortitudo aut robur hominũ, quo paretur victo-
...nisi pij Deo curæ sunt, ideo vincunt. Idcirco rectè Paulus dixit ad Rom. non esse volen-
...rentis, sed miserentis Dei. Impij verò aduersus Deũ cõsistere nequeunt. Quare Dauid
...dero in cœlũ, tu illic es, si descendero in infernum, ades. Quo notatur numinis iram e-
...posse. Atq; alibi scribitur: Si nidum tuum in cœlo posueris, vsq; ad terram detraheris.

Piorum salus & impiorum exitium non posita sunt in humanis viribus.

...Domini conterentur.) Ea scilicet de causa, vt potentia Dei timeatur ab eius hostibus,
...bolus, Antichristus duplex, Papa & Turca, & quicunque se veritati Euangelij op-
...Et rectè Kimhi adiecit, piorum hostes Dei quoque hostes esse. Quam eandem senten-
...sius habet de Ciuitate Dei libro 17. capite 4. Etenim hoc est ius fœderis inter nos &
...nostros hostes pro suis habeat, & nos vicissim eius nostros esse ducamus. Deus o-
...qui nostræ saluti aduersantur, ac è diuerso, vt scribitur in Leuitico. Si ambulaue-
...ge, faciem meam cõtra eos ponam. Væ autem illis, quibus ipse Deus sese opponit,

piorum hostes sunt Dei hostes

Super illos è cœlo tonabit.) Nostros vtiq; hostes perfundabit non vlusta aut vulgari ratione, sed inaudita vi, singulari & incredibili ratione. Deus forè semper, quamuis vbique sit, tamen esse scribitur, quia eius eximia & magnifica opera, vt pluuiæ, tempestates, fulmina, tonitrua, quibus vehementer aut laduntur, aut iuuantur homines, è cœlo dimanant. Tandem subitò & insperato vindicta Dei eos occupabit. Ita perditi sunt Ægyptij olim in mari rubro, ita Sennacherib, nec non Antiochus & Iulianus, cùm insolentia rerum gestarum alios omnes superarent, & ita sunt afflicti, vt vel ipsi agnoscerent manum Dei fortissimi. Ioathan canit in libro Iudicum: stellas cœli aduersus hostes Dei pugnasse. Et sanè qui Deum habet aduersum, omnia sibi experitur aduersa. Kimhi scribit, voce tonitrui etiã fulmina intelligi, quod vehementiora tonitrua ferè semper comitentur. Talem porrò Dauid tempestatem in hostes Dei cadentem, Psalmo 18. describit, cùm inquit: Præ fulgore in conspectu eius nubes transierunt, grandines & carbones ignis. Intonuit de cœlo Dominus, & altissimus dedit vocem suam, misit sagittas suas, & dissipauit eos, fulgura multiplicauit, & conturbauit eos. Hæc Deus interdum conseruandos, vt pios conseruet, & excindat impios. *Dominus iudicabit fines terræ.*) Cur appellantur ista Dei iudicia? Vt intelligamus hoc vindictæ genus non temerè aut casu, sed magna ratione ac deliberatione à Deo suscipi. Quocirca in Dan. capite septimo scribitur, filium hominis adduci ad Antiquum dierum, & libros fuisse apertos, vt, Deus agnoscatur nõ sine ratione causaq; probè cognita supplicia de reis sumere. *Iudicabit fines terræ.*) Id est, omnes in vniuersum adducet in iudicium, ne quis arbitretur, se in aliquo angulo posse latere, ac iudicium Dei effugere. R. Leui existimat dignitatem Samuelis demonstrari, qui futurus esset Iudex populi, & omnem prouinciam obiturus. Mihi verò Thesis magis placet, quàm [illegible] Sed quando ista fient? Respondet, cùm Regi suo dabit robur. Si respicimus historiæ seriem, videbimus primis temporibus filios Israel ab Ammonitis, Moabitis, Palæstinis cæterisque hostibus fuisse oppressos. A Iudicibus autem vtcunque adiutos, sed non omninò liberatos: verùm postea cùm regia potestas inualuisset, extra omnem quodammodo periculi aleam vixerunt. Etenim Palæstini à Saule vehementer sunt attriti: à Dauide autem & Salomone fermè prorsus extincti. Vaticinatur itaq; Hannah hisce verbis, Reipub. mutationem fore ab Aristocratia in regnum.

Deus quare in cœlis esse scribatur

Vindicta Dei inopinata.

Hæc de Christo dici.

Verùm ista expendenda sunt altius, & à rebus temporarijs ad æterna & cœlestia mentem oportet attollere, quandoquidem in hac mortali vita interdum ab afflictionibus liberamur, sed imperfectè. Nam per Christum, & iustitiam & multa præclara dona Dei sortimur, sed ea omnia tantùm inchoata possidemus. At quando cornu Christi exaltabitur, tum demum ista omnia in nobis perficientur. Id verò tum fiet, cùm Dominus iudicabit omnes fines terræ, tradetq; (vt ait Paulus) regnum Deo & Patri. Cæterum dicet quispiam, hoc expositionis genus non est proprium, cùm spectet ad allegoriam, nec iustus haberi debet Scripturarum sensus. Atqui statuendum est, ea quæ in vetere Testamento de rebus temporarijs conscripta fuerunt, ad res æternas pertinere. Promisit olim Deus patriarchis, Dauidi & eius posteritati regnum, id autem non tantum est intelligendum de Solomone, verumetiam de Christo. Quare angelus, cùm de ipso loqueretur, inquit: Dabit Deus illi regnum Dauid patris sui, & regnabit in domo Iacob in æternum. In Deuteronom. quoque Deus edicit populo suo, ne magos aut ariolos consulant. Excitabit enim inquit, Deus Prophetam inter vos: Quod etsi de Prophetis intelligi potest, qui nunquam essent defuturi, vt à populo consulerentur, Petrus tamen in Actis Apostolicis illud ad Christum transfert, affirmatq;, regnum promissum Dauidi fuisse in Christo perfectum. Ita etiam promissio in Genesi Abrahamo facta de semine, quamuis potest ad Isaacum referri, à Paulo tamen ad Christum applicatur, qui ait; Dictum est, non in seminibus ceu in multis, sed in vno, qui est Christus. Itaque dum Hannæ carmen ad res altiores transferimus, nihil alienum ab Apostolica doctrina committimus.

Temporaria in vetere Testamento pertinent ad res æternas.

Quare temporaria ad res æternas transferantur.

Cur autem ita fiat, ratio facilè reddetur. In omnibus Dei beneficijs expendendis, ad fontem ipsum & caput, vnde ea dimanant, decet redire. Summum verò Dei beneficium erga hominum genus est Christus: quare alia omnia sunt ad hanc radicem prorsus reuocanda. Vnde Paulus ad Romanos ratiocinatur ad hunc modum: Si Deus Filium suum nobis dedit, quomodo non cum eo simul omnia donauit? Verùm dixeris, multa beneficia in impios conferuntur, qui tamen Christum pro capite nec habent, neque agnoscunt. Fateor, sed ea sunt [illegible], quemadmodum Tangicus inquit, & non ad eorum salutem, sed potius ad exitium faciunt. Sic Paulus ad Philippenses quamuis multa dona, nec ea contemnenda, prius quàm veniret ad Christum, habuit, tamen ea, inquit, se pro damnis & stercoribus ducere. Siquidem impij cùm omnibus opibus & copijs floreant, instar victimarum sunt, quæ vbi pinguissimæ fuerint, in macello iugulantur. Sed quò ista melius adhuc intelligantur, sic rationem concludamus. Beneficia sua Deus, vel iustus, vel pla-

hominibus confert. Ab irato nemo vellet accipere: quia beneficia non essent: quia fa-
ciam, non ad salutem. Optandum igitur est, vt ea placatus & propitius largiatur At
natur nisi per Christum, igitur nihil solidi beneficij à Deo in nos confertur, quod non
radices habeat. Adhæc statuendum est vetus & nouum Testamentum, vnum atq;
Deum & homines esse fœdus, quo Deus promisit se illis futurum pro Deo, illosq; pro *Idem fœdus est vetus & nouum Testamentum.*
habitarũ. Hoc illi pactum in veteri Testamento, nõ minus quàm nos in nouo habue-
cap. 11. ad Rom. fœdus illud tanquam plantam seu arborem describit, cuius tàm
Christiani sint brachia & rami. Idcirco inquit, Si quidam ex ramis defracti sunt, atque
esses illorum loco es insitus, particepsq; factus radicis & pinguedinis oliuæ, &c.
est arbor, idem stipes, eadem planta, quæ tam nos quàm illos gestat. Sed hoc interest,
rami sumus insititij, cùm illi sint natiui. In summa quicquid est discriminis inter vtrũq;
totum id non in substantia fœderis, verùm in accidentibus versatur. Nam antiqui-
caput summũ erat, Deum verum fore nobis verè Deum. Accesserunt deinde aliæ pro
nimirum de regno in stirpe Dauidis, de possessione terræ Chanaan, de sacerdotio ex-
non præcepta de ceremonijs & iudicijs. Verùm folia illa ceremoniarum, flores regni, &
cortex sublata iam sunt per Christum, qui eis referebatur, vt in cap. 9. ad Hebræos dili-
penditur, vbi summum sacerdotem habetur, semel oportuisse quotannis ingredi in san-
orum per sanguinem. Quo ritu mors Christi adumbrabatur, qui non per alienum san-
sed per suum in vera & propria sancta est ingressus. Ideò Apostolus omnem illam sce-
moniarum & sacrificiorum *ἀλήθειαν* Christi appellat: Quoniam Iudæis pro temporis eius
Christum effigiabant. Eodem modo in illa Epistola de terra promissionis loquitur, Ho-
inquit, si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, vt in exacerbatione in die tenta
deserto. Huius rei non ignari veteres Prophetæ, quemadmodum aliàs dixi, tractant sic *Prophetæ quo modo suam doctrinam Christo accommodent.*
rum temporum, vt maximam suæ doctrinæ partem ad Christum accommodent, & ideò
quam pro illis rebus, de quibus agunt, nimis videntur magnificè scribere, ac facilè quis-
dicaret, euentus rerum dictis illorum quandoque non respondisse. In Zacharia Prophe-
pollicetur se fore murum igneum ciuitati Hierosolymorum: quod post templum restitu-
nunquam accidit. Sed non multò postea euersi quodammodo sunt Hebræi à Macedonibus,
quam antea ferè calamitosius. In Psal. 72. vaticinium de regno Solomonis tale continetur,
mentur coram ipso omnes Reges, & omnes nationes seruient ei, & omnes gentes in eius
benedicentur. Ista nunquam Solomoni contigerunt, neq; omnino intelligi possunt, nisi
Christo. Isaias quoque ait, tantam fore pacem, vt lanceæ in ligones ab hominibus commuten-
lupus agnusq; vnà cubent, quæ si referantur ad illa tempora, sunt prorsus hyperbolica: In
autem propriè ac verè quadrant. Idcirco nemo conqueri iure potest, si hæc & similia
torqueantur ad Christum, quandoquidem hæc est vera & iusta Scripturarum interpreta-
minus huiusmodi miracula in Christum, quàm in illa ipsa tempora cõueniunt, de quibus
dicebantur. Et ne quis opinetur Apostolos tantum, aut Euangelistas hoc audere, sciat Chal
interpretem istud idem fecisse, qui hæc ipsa verba Prophetidis, Exaltabitur cornu Chri-
Messiæ intelligenda esse perhibet. Cæteri quoq; Rabbini Hebræorũ non modò hunc lo-
& alia multo plura ad Messiam accõmodant, præsertim antiquiores quàm Apostoli & *Chaldæus interpres & Rabbini hunc locum & plurimos Messiæ accommodant.*
quibus fuit satis ratione tantum indicare, quomodo multa dicta factaq; in veteri Te-
ad Christum essent referenda. Nec putarunt necessariũ esse omnia persequi. Zacharias
Ioannis Baptistæ satis vidit, & testatus est hanc veram & genuinam esse veteris Te-
expositionem, cùm in suo Cantico ait: Erexit cornu salutis in domo Dauid pueri sui,
modum loquutus est per os sanctorum, qui à seculo sunt Prophetarum eius. Iam tan-
quit, Deus excitauit cornu tam diu expectatum in domo Dauidis, quod ideò dicit, quo-
Christus stirpem ex Dauidis familia ducebat. At quando erigetur hoc cornu? Certè etiam *Cornu Christi quando exaltandum.*
latum est in sublime, quia Christus in præsentia quoque regnat ad dexteram Patris. Sed
perspicuè magnificéq; attolletur, cùm orbem terrarum iudicabit, cumque regnum
Deo & Patri, cùm omnia subijcientur pedibus eius. Etenim vt inquit author Epistolæ ad
nondum illi subiecta sunt omnia, sed tum subijcientur, quando mors nouissimus hostis
Hic à Spiritu sancto nos quoque iubemur esse bono animo, ad quos etiam ista perti-
nent etenim Christi membra, & eadem fors est capitis & membrorum. Christus vtiq; in- *Nostrum cornu quoq; erigendum.*
mortali habitu versatus est, deinde à mortuis excitatus ad summam gloriam eue-
tamẽ adhuc hominum oculis celatur, illis tempore suo patefacienda. Itaq; nos etiam
nostrum cornu habemus vtcũnq; depressum, partim nostris ipsorum cupidita-

tibus iactati, partim externa tyrannide tantum non oppressi. Cæterum nostrum cornu tandem excitabitur, quando erimus cum Christo in gloria.

Quare cantio Hannæ precum titulo inscribatur.

Ad finem huius capitis duo expedienda sunt mihi dubia. Primum est, Cur hæc Hannæ cantio titulo precum inscribitur, cùm tantum gratiarum actionem, Dei laudes, & vaticinia cõtineat? Alterum est, cùm partes mulierum sint, in Ecclesia tacere, quod Paulus præclarè Corinthios monuit, quomodo licuerit Hannæ in cœtu loqui, idq; in Silóh coram Domino, & ita loqui, vt viros astantes docere videatur. Quod alienum iure potest videri à mulierum conditione atque officio.

Preces gratiarum actioni coniunguntur.

Quoad primum potuissem facilè supersedere, cùm id superius aliqua ex parte attigerim, o scilicet in gratiarum actionibus sacras etiam preces quodammodo contineri: sed nunc vilum est addere, ista ferè semper coniungi. Vnde Paulus ad Tim. ait, Volo fieri ἐυχὰς, προσευχὰς. Idẽ ad Philip. inquit: Petitiones vestræ, orationes, & gratiarum actiones innotescant apud Deum. Adhæc pij solent, & quidẽ non rarò suis precibus tantum Deo gratias agere de beneficijs, quæ acceperunt, abiecta cura perendarum aliarum rerũ, cùm ignorent, an bono an malo sibi futuræ sint. Id tacito affectu postulantes, vt beneficia iam collata sibi perpetuò maneant, vtq; illis queant rectè vti. Hoc igitur pacto cum gratiarum actione preces coniunguntur. Et sanè ad hunc modum hypocrita ille pharisæus apud Lucam orasse scribitur, cùm tantum diceret, gratias tibi ago, quòd non sim vt cæteri homines.

Prima pars carminis laudes continet altera preces.

Quo etiam in genere Psalmi Dauidis permulti extant. Attamen L: Ben Gerson hoc loco se aliter expedit, qui aliam partem huius carminis existimat pertinere ad laudes Dei seu gratiarum actiones, aliam verò ad preces: & precum initiũ ab illis verbis fieri opinatur, Timeant Deum omnes fines terræ, & tonet Deus è cœlo super hostes suos. Quas preces à Domino auditas ex eo colligit, quod in 6. & 7. capite huius libri scribitur, Dominũ tonitruis & cœlestibus prodigijs Samueli dignitatem apud populum & maiestatem conciliasse. Orat postremò, vt Deus Regibus, quos erat destinaturus addat robur, orat item vt ipse iudicet populum, hoc est, vt summum gerat magistratum, & populi causas cognoscat. Placeret vtiq; ista interpretatio, nisi ab ea præterirentur vaticinia, quæ Hannah suo cantico fudit diuino afflatu spiritu.

Quomodo licuerit Hannæ in cœtu sacro loqui.

Et hæc de priori dubio, idcireo me ad alterum confero, & primum id sumo, Deum suam voluntatem decreuisse patefacere, non tantum per viros, sed etiam interdum per mulieres. Etenim Deboram olim excitauit inter Iudices, quæ populum docuit, & pulcherrimũ canticum eecinit publicè, nec non Oldam prophetidem ætate Iosiæ, nec non (vt in Act. Apost. habetur) filias Philippi. Atq; ita futurum Ioel prædixit: Filij inquit vestri, & filiæ vestræ prophetabunt. Nec dubium est, quin populo indicarint & proposuerint sua vaticinia, non enim Deus charismata sua elargitur, vt iaceant occulta, vel vt in angulos abijciantur. Attamen sciendum est, vt mulieres in cœtu doceant, extraordinariam esse rationem, idcirco non esse in exemplum trahendum. Paulus autem ad Tim. & ad Corin. id cõmuni & recepta consuetudine prohibet fieri, & sui præcepti rationem affert. Primùm quod oporteat vxorẽ viro subijci. Nam in Gen. scribitur, Ad eum erit cõuersio tua, & ipse dominabitur tui. Sed qui docet, dominij quoddam genus in eos habere videtur, quos instituit. Deinde quòd vir non sit factus propter mulierem, sed mulier propter virum: Tum quòd vir prior factus sit, postea mulier. Hæc ostendunt virum esse digniorẽ præstantioremq; muliere, ideò non ei permittendũ, vt viros doceat, cùm docentes præstent dignitate & authoritate illis qui docentur. Postremò quòd Adamus non fuerit seductus, sed mulier: quare si mulieres ordine verso in Ecclesijs docerent, viri subinde possent suspicari, diabolũ velle suo instrumento veteri abusi, & homines per illud in fraudẽ & pernicie illicere. Quod ergo aliquot mulieres loquutæ fuerint aliquando in Ecclesia, prærogatiua quędã fuit, non cõmunis & recepta œconomia. Ita conciliare possumus duos locos Pauli, qui prima fronte videtur pugnare 1. ad Cor. 11. scribit, Mulier prophetans, aut orans aperto capite afficit ignominia caput suũ, quæ verba ostendunt licere mulieri prophetare, si tamen id operto capite fecerit. At è diuerso idem postea mandat cap. 14. eiusdem Epistolæ vt mulieres in Ecclesia taceant. Hæc breui distinctione possunt expediri, quod alia sit prophetia ordinaria, & alia extraordinaria. Si mulier afflata fuisset Spiritu Dei, ac inde modo extraordinario excitata, licebat illi prophetare, sed ita, vt meminisset decori, seq; modestè gereret: sed vt ordinario ministerio prophetandi fungeretur, nullo modo licuit.

Pauli duo loca conciliantur.

11 *Abijt autem Elcanah in Ramâ in domum suam. Puer verò ministrabat Iehouæ coram Eli sacerdote.*

12 *Filij autem Eli, filij erant Belial, nec agnoscebant Iehouam.*

13 *Nam consuetudo sacerdotum cum populo ea erat. Quocunq; sacrificante sacrificium veniebat puer sacerdotis quando coquebatur caro, cum fuscinula tridente in manu sua.*

14 Et

Ea pronunciebat in concha, vel in aheno, vel in lebete, vel in olla: quicquid edu-
cula accipiebat sacerdos sibi: sic faciebant vniuerso Israeli venientibus illuc

Etiam antequam adoleuissent adipem, veniebat famulus sacerdotis, & dicebat
sacrificanti, Da carnem vt assem sacerdoti: non enim accipiet abs te carnem coctam,

Cui respondebat vir ille, adolendo adoleant hodie adipem, postea tolle tibi ficut
placet anima tua. Ille dicebat, noquaquam, sed nunc dabis: & si non dederis, acci-

Erat q; peccatum puerorum, magnum valde coram Iehouáh, quia contemnebant
sacrificium Iehouæ.

gressis Elcanáh & Hannáh domum suam redierunt. Puer verò Samuel Iehouæ minis-
ram Eli, hoc est, ad Eli præscriptum, & prout ille mandabat. Ea præstando, quæ ferebat
cula canendo: & instrumenta mulica pulsando, quemadmodum Eli curabat ipsum insti-
legem Domini addiscebat. Collatio quædam fieri videtur inter Samuelem & filios Eli,
Samuele perhibeat historia, quod iusta disciplina pro sua ætate Deo ministraret, de fi-
lium perhibet, quòd filij Belial fuerint. Belial, vt aliàs monui, significat absq; iugo. Græ- *Cui iugo natura nostra subijcienda sit.*
interpretes verterunt, pestilentes. Sciendum verò est, naturam nostram ita esse corru-
micas cupiditates, vt nisi freno quodam coerceatur, sæpe nos in præcipitium auferat.
freuum, ratio & lex naturę fuisset, nisi ea iam essent nostro vitio deprauata, & tantum
Quare Deus legem suam adiecit, qua ceu iugo quodam nostra ferocia reprimere-
pij & scelerati verba & legem Dei abijciunt, dicentes: Vincula eius disrumpamus, pro-
à nobis iugum eius. At è diuerso pij & sancti viri sese mulceri & regi patiuntur verbo
leue iugum experiuntur iuxta Christi sententiam dicentis, Iugum meum suaue est, &
leue. Suaue quidem illud iugum probis est, sed tamen iugum, quandoquidem illud
frenatur, eamq; reprimit exultantem. Proinde filij Eli filij Belial vocantur, quòd iugũ Do
excusissent. Et additur, *Non cognouerunt Iehouam.*) Arguitur porrò eorum gra-
scelus: quid enim in sacerdotibus turpius dici potest, quàm illos Deum ignorare? Hoc
non quòd illi apertè profiterentur, se Deum nescire, nam ita perijsset eorum quæ-
pia quoad animam erant *ἄθεοι*, & Iehouam vnà cum eius mandatis contemnebant. Vel
erat vtcunq; Deũ, tamen impiè viuebant, perinde ac si eum ignorarent. Quare Chaldæus
inquit, eos timore Domini fuisse destitutos. Ego verò illos dixerim verè Iehouam ne-
quò; ob eam maximè causam, quia verbo eius minimè studebãt, ex quo solo Deus verè co-
potest. Idcirco ait Kimhi, viam Dei nesciebant, hoc est, ius diuinum, & veras ministerij sa-
propterea illi ius aliud sibi statuerunt, & nouas agendi rationes excogitarunt.
historia dicit, eam fuisse consuetudinem, sacerdotum cum populo, notat illorũ prauum
inuentum, neque significat ea loquendi formula institutum Dei, quod sacerdotibus
scripserat. *Quicquid fuscinula educebat, sacerdos accipiebat sibi.*) Non erant contenti de- *Quæ partes victimarum cesserint sacerdotibus.*
portione. Quas autem partes victimæ sacerdoti cedere oportuerit, lege constitutũ
sacrificium pro peccato, totum sacerdotis erat præter adipem, qui coram Domino
& sanguinẽ qui circa altare fundebatur. Atq; ita decretum fuit, quoad victimã pro
priorum hominum & priuatorum. At si oblatio fieret pro peccato vel sacerdotis, vel
totum oportuit cadauer extra castra incendio consumi: sin aũt sacrificium fuisset pa-
eius ita distribuebantur, vt aliqua coram Domino combureretur, aliqua daretur
inquam dexter, pectusculum & maxillæ. Reliquum verò ad offerentes redibat,
animo corã Domino vescerentur. Atq; ita, aiunt Hebræi, ex tribus victimę præcipuis
aliqua portio erat sacerdotis. Nam ex trunco pectusculum habuit, ex cruribus armũ de
capite maxillas cum lingua. Neq; contemnenda est hac de re satis elegans Origenis al-
pectusculum, vbi sedes cordis est, significasse ait sacerdotum oportere sapientiã egre-
maxillas & linguam, oportere illos recta & sana loqui, ac populum vera & vtilia docere:
verò dextrum, qui manus quædam est victimæ, vt benè ageret, & sanctè viueret, atque
sæ salutarem authoritatem conciliaret. Quòd si fuisset sacrificium pacificum pro
batur insuper sacerdoti fœmur. At id singulare fuit, quandoquidem in alijs sacrificijs
obseruabatur. Hoc sacrificiorum ius filijs Eli non satisfaciebat, idcirco aliud lon-

ge diuersum inuexerant. Veniebat minister sacerdotis & impacta fuscinula in ollas vel lebetes non quod erat præscriptum in lege auferebat, sed quicquid collibuisset: & hoc tyrannico more fiebat, cùm sorte sua nollent sacerdotes esse contenti. Peccabant itaq; non modò in distributionem iustitiam, sed etiam in rem diuinam: quare non tantum erant iniusti, sed etiam sacrilegi. Turpe cuiuis homini est, qui religionem profiteatur nescire legem Dei, at sacerdotem illam ignorare, longè turpissimum est, cùm in Deut. sacerdos iubeatur custodire verbũ Domini, atq; fideliter populum docere. At eam partẽ nescire, quæ propriè ad munus ipsorum pertineat, omninò est intolerabile.

Etiam antequam adoleuissent adipem.) Accesit adhæc aliud peccatum, quòd partem suam prius ripiebant, priusquam Domino adeps adoleretur: vbi annotandum est, sacerdotes non oportuisse comedere nisi sancta, at isti etiam prophana comedebant. Nam adipis concrematio fuit instar primitiarum, vnde cùm adoleuissent adipem totum, residuũ victimæ sanctũ habebatur, sed antea prophanum erat, nihil ab alijs carnibus differens. Notantur etiá vt homines dediti gulæ ac ventri. Volebant enim carnem acceptam coquere nimis tempestiuè, nec prandium tantisper differre, donec adeps victimæ coram Domino absumeretur. Ex lege oportuit sacrificio peracto carnes distribui, sed istorum animi magis in patinis, quàm in Dei sacrificijs erant. Curabant, vt inquit L. Ben Gerson, prius suam mensam, quàm Dei. Nam sacrificiũ erat quodammodo mensa Domini, altera seruorum: at ij serui constituerunt Domino suo quæ offerebantur prægustare. Cogitabimus præterea ordinem hîc fuisse omninò inuersum, quia oportuit sacerdotes populum docere & monere, nunc eò res redijt, vt illi & monendi & docendi sint à populo.

Filij Eli gulæ dediti.

In peccatis estimandis spectandum præceptũ Dei.

Tunc accipe tibi, quod placuerit animæ tuæ.) Populus tyrannico more cogitur plus dare quàm par esset, & antea dare, quàm cõgrueret. Huiusmodi peccata sæpe habentur leuia, & ideo negligentur, sed in oculis Domini, hoc est, diuino iudicio habentur grauissima. Nos autẽ in eis non tam rei pondus & dignitatem spectare debemus, verùm præceptum Dei, quod illis est annexum. Sic quidem fuit pomum quod Adamus comedit: sed verbum Dei magnam vim & grauitatem illi adiecerat. Deinde hoc scelere sacerdotum populus à cultu & lege Dei auertebatur. Quid enim, inquiebant, dabimus victimas ad tabernaculum, quas isti rapiant & vorent in contumeliam Dei? Ita peccatum sacerdotum & in populum & in dedecus Dei redundabat.

Sacramentorũ contumelia ad ignominiã Dei pertinet.

Sacramentorum quippe contumelia pertinet vtique ad ignominiam Dei. Nam si Regum sigilla nefas est & capitale adulterasse, quid esse iudicabimus, si quis violet & adulteret Sacramenta Dei? Ad populum item peccatum sacerdotum redibat, non tantum quòd eo facto cuncti offenderentur, sed etiam quia ob id à Sacrificijs auertebantur, & sacra minus frequentes celebrabant, quod etiam nostro tempore in Sacramentis videmus vsu venisse. Nam cùm erepta sit altera Sacramenti pars, & omnia ignota & peregrina lingua musitentur, pij nec interesse huiusmodi sacris, neq; cum illis communicare possunt, & hoc interea negligitur & ridetur ab Episcopis, cùm tamen citra controuersiam id sit grauissimum coram Domino peccatum. Certè hac de causa Deus, vt suo loco audiemus, passus est auferri & perdi tabernaculum, & deniq; cùm omnia essent contaminata, diripi & euerti Hierosolymorum templum. Erat quidem populus dignus qui hæc pateretur, cùm enim haberent medicinam, hæc factu indignissima non modò reprehendere, verumetiam fieri minimè passi debuerunt. Principum enim est, cùm sacra fuerint corrupta, dare operam vt instaurentur. Certè Ezechias quòd externos mores collapsa & vitiata esset, illicò ad arma conclamassent, quod in Iecrethi vindicando Biniamitarum factum legimus. Hic verò prophanatur Dei cultus, & nemo est, qui putet ad se id pertinere. Nunc quidem aliquid dicunt, & verbis peccatum sacerdotum reprehendunt, sed malunt cultum Dei relinquere, quàm peccatum ciuili potestate corrigere. Hodie quoque principes orbis Christiani ad has curas dormiunt. Permulti pij exultare cogantur, vt cum aliquem inuenient, vbi salua puraq; conscientia Deum queant inuocare. Vbiq; terrarũ vocem horrimæ audiuntur, hanc tantam cæcitatem & religionis dissipationem reprehendentiũ, sed principes aures occludunt, & curas huius generis ad se pertinere non arbitrantur. Ad hæc omnia filij Eli, ne non satis esset scelerum, scortationem adiecerunt. Verùm hac de re postea dicemus. Apud Iosephis quatuor præcipuæ virtutes numerantur, quas vulgò Cardinales appellant, in quas omnes filij Eli peccarunt. Primùm prodiderunt seipsos imprudentes, quòd legum suæ functionis essent ignari. Iustitiam contemplerunt, quòd aliena reperent. Nec fortes dici poterant, cùm essent molles & effœminati, nec sua prandia paterentur differri. Et intemperantiæ se polluerũt, cum adulterijs & scortationibus turpiter vacarent. Hæc porrò vitia non sunt cardinales virtutes, sed potius vitia quorundam Cardinalium, in quibus est plerunq; summa legis diuinæ ignoratio, iuris plebeij rapina & iniustitia, mollities incredibilis, & luxuriosissima intemperantia. Cumq; Deus punierit reos illius ætatis, etiá istos tempore suo iustis pœnis afficiet. Ij erat corrupti mores filiorũ Eli.

Principum est instaurare sacra collapsa.

Principum negligentia in curãda religione

Filij Eli in omnes virtutes peccarunt.

De Sa-

scribitur è diuerso, quod Iehouæ ministrarit coram Eli sacerdote: id autem su
est, ex sententia Dauidis Kimhi: in qua illud minus est probabile, quod inseruie-
ndo in tabernaculo. Quia eo tempore non erat vsus, quantum scriptura te-
longo post tempore à Dauide ac Salomone fuit instituta. Sed quemadmodũ
mus, & in nauibus gubernandis minutulos pueros inseruire maioribus; ita Sa-
lo adultis Leuitis inseruiebat, gulæ ac voluptatibus minimè deditus. Hæc for-
parua, sed parum non est, à teneris annis quenq; in officio suo diligentem esse.

Pemuel non in seruijt canendo.

Samuel autem ministrabat coram Iehouáh puer accinctus Ephód lineo.
Tunicam paruam fecerat ei mater sua: & afferebat ad eum anniuatim quando af
ipsa cum viro suo ad immolandum hostiam anniuersariam.
Benedixit autem Eli Elcanáh & vxori eius, dixit: Ponat Iehouáh tibi semen de
hac pro commodato quod commodauit Iehoua. Et abierunt in locum suum.
Visitauit autem Iehouáh Hannam, quæ concepit, & peperit tres filios, & duas fi-
liuas: puer Samuel apud Iehouam.

dē retulerat historia Samuelem in tabernaculo Iehouæ ministrasse sub Eli disciplina
cio, at nunc idem repetit, adijciendo illũ fuisse indutum Ehpód lineo. Quare duo mihi
sunt, primùm quid sit Ephod, postea quod nam discrimen fuerit inter vestem sacer-
Leuiticam. De ipso Ephod, & quis fuerit sacerdotalis vestitus, in Exod. 28. & 20. nec nõ
scribitur, qua etiam de re Hieronymus ad Marcellam copiosè disputat. Sacerdotes
bant subligacula, quæ Græci ἐπωμίδας vel ἐπωμίδια vocant, Hebræi מִכְנְסֵי בַד Ita
ipse mandauit, Facies, inquit, eis subligacula. Deinde addebatur subucula, quam Græci
Hebræi בְּתֹנֶת. Huic imponebatur tunica talaris, ex qua pendebant malogranata,
bula. Græci vocant ποδήρη, מְעִיל. Talarem superius vestē astringebat Ephod quę ve
humeris demittebatur, pertingens vsq; ferè ad extremũ pectus. Hæc fermè omnia
bat, appellatur autem à Græcis ἐπωμὶς. Ad pectus rationale affigebatur, Græcis
Hebræis חֹשֶׁן. In capite Cidaris erat cum lamina, in qua sculpebatur nomen Dei
ab Hebræis dicitur מִצְנֶפֶת & צְנִיף. Hæc vestimenta fuerunt summi sacerdotis, ex
non est cognoscere, quid fuerit Ephod. Verum addendum est, sacerdotis Ephod
purpura, hyacintho, cocco & bysso fuisse: aliorum autē tantũmodo ex lino con
simplici. Ephod non tantùm Leuitæ, sed etiã alij quandoq; vtebantur. Idcirco Da-
arca Domini, Ephod lineo scribitur fuisse indutus. Proinde tali Ephod lineo
Hannah verò mater parauerat ei tunicã talarẽ paruã. Hebraicè scribitur מְעִיל
Ephod. Parua fuisse dicitur habita staturæ pueritiæ ratione: alioqui talaris
in festis solemnioribus, & idcirco matet dicitur, illam ad eum attulisse annua-
& statis temporibus, cũ ascenderet vnà cum viro ad immolandũ. Hoc loco pie-
tatem laudamus, quæ licet filium suum Domino consecrasset, tamen curã eius minimè
aliter hodie nonnulli faciunt, qui vbi suos filios ministerio sacro semel dicarũt, eos
amplius pertinere. Sic agendo pia mater addebat animum puero Samueli, vt in
pergeret, non tam ipso munere, quàm quod eum verbis etiam, vt est verisimile,
hortabatur. Dauid Kimhi Hannam putat hanc vestem non reliquisse apud
sed secum retulisse quotannis, vt ea puer in sacris & solemnibus diebus vteretur.
videntur hęc verisimiliter dici. Nam cum puer in annos singulos adolesceret, nõ po
perpetuò conuenire. Tegula vnius, quæ apta est puero, adolescenti aut iuueni
debit. Hæc pietas parentũ Eli sacerdoti vehementer probabatur, & præsertim quod
semper adesse ad dies festos erant, & ideirco illis precatus est ad hanc sobolem, dicens;
Semen de Vxore ista. Preces Eli sacerdotis non fuerunt inanes, quia cum promissio
cõtumelijs afficiebant. Pollicitus quippe Deus erat hominibus pijs non defuturũ posteri
accedebat parentũ fides, qua procul dubio sacerdotis preces reddebãtur efficaci
Hannã dicitur Hannã, vt ederet & pareret tres filios, atq; duas filias. Hannah igitur
Domino recipit cũ amplo fœnore. Vnũ dederat, & quinq; recipit, quod futurũ i
suo prædixit. Donec sterilis, inquit, pepererit septẽ. Cęterũ id annotandũ est, quod
sterilem, vt cõciperet & pareret, quia liberorũ procreationẽ cõiugalis vsus nõ efficit,

nisi benedictio Dei accesserit. Adhibenda quidem sunt vires naturæ, quæ tamen incepta frustrantur, nisi Deus fauorem & gratiam suam interposuerit. Ad eundem modum scribitur Deum visitasse Hannam, quæ cum sterilis esset, nulla vi naturali poterat concipere. Nec secus in cæteris. Dicendum est de omnibus causis inferioribus, quas vulgò secundas appellant, quæ omnes ad nihilum in cassum, nisi Deus illas fortunauerit.

22 *Eli autem erat senex valde, & audiuit vniuersa, quæ faciebant filij sui vniuerso Israeli, & quomodo dormirent cum mulieribus quæ congregabantur ad ostium tabernaculi Ecclesiæ.*

23 *Dixitq; illis: vt quid facitis res tales? audio enim ego gesta vestra mala ab vniuerso populo isto.*

24 *Ne filij mei ita faciatis: non enim est bona fama quam ego audio, faciunt vt non egredi populum Iehoua.*

25 *Si peccauerit vir in virum, iudicabit ipsum Iudex: si autem in Iehoham peccauerit quispiam, quis indicabit pro eo. Et non audierunt vocem patris sui: quia volebat Iehoua occidere eos.*

26 *Puer autem Samuel ambulabat & crescebat, & bonus erat tàm apud Iehouam, quàm apud homines,*

Cum dicitur Eli consenuisse, demonstratur eum per ætatem non potuisse officio suo ampliùs fungi, sed coactum fuisse filios in ministerio surrogare, qui cum à patre iam sene atq; caco videri non possent, facti sunt omnium pessimi. Libertas enim declarat homines, liberi tantùm per in officio continentur, dum sunt in potestate patrum. At cùm excesserunt ex ephebis, aut sui iuris esse incipiunt, tum plerunq; in omnem licentiam erumpunt. Quamuis iam consenuisset Eli, tamen illi non abrogatur magistratus, neq; dignitas sacerdotalis. Audiuit interea quàm scelerate filij se gererent, & matronas etiam iuxta tabernaculum violarent, quod vtiq; scelus in ignominiã Dei & religionis contemptum redundabat. Nam ex eo indies etiam atq; etiam diuinus cultus imminuebatur. Quo enim aut filiam aut vxorem ad tabernaculum mitteret, quam sciret aut suspicaretur à talibus ganeonibus constuprandam? Mulieres illæ congregari dicebantur ad tabernaculum. Vox Hebræa צבאות à militando est derivata, & ideirco sic dictũ est, quod religionis causa multæ simul & quammodo turmatim ad ostium tabernaculi cõgregarentur. Non enim veniebant seorsim & singulæ, sed magna simul caterua, tanquã acie instructa. Dauid Kimhi ait, consuetudinẽ fuisse, vt quæ à puerperio vel alia immũditia cõualuissent, ad tabernaculum simul venirent, offerentq; de more vel duos turtures, vel par columbarũ. Ea igitur de causa dictæ sunt militantes. Occurrit eadem quæstio in Exod. cap. 37. vbi Bezeleel & Aholiab dicuntur labrum æneum ex speculis mulierũ confiasse. Veniebãt quippe mulieres pix cateruatim, & sua speccula offerebant. Interpretes Græci constituerunt τας νηστευσας, quod frequentes adessent, vt vacarent precibus & ieiunijs. Alij opinantur eas venire solitas, vt iuuarent sacrum ministerium, & diuino cultui operam darent. Id autem facere præstare potuerunt viduæ, quod essent liberæ ac solutæ à iure virorum. atq; ita scribitur apud Luc. cap. 2. de Hannah, quæ putatur ex hoc genere mulierum fuisse. Sed quæcunq; illæ fuerint, certum est, à filijs Eli fuisse constupratas. Erat porrò illud scelus grauissimum, non tamen temporibus nostris inauditum. Nam monachi & presbyteri sic homines infatuarunt, vt specie magnæ religionis suas filias monasterijs committant, sed quomodo se ibi gerant, testantur infantes, quos illæ horrendum dictu, vt ait Tertullianus, solitæ sunt debellare. Proinde filij Eli non solùm pellices alienas vxores, verùm etiam locum ipsum Deo sacrum contaminabant, effecerunt q; vt sacra Dei ferè ab omnibus parui fierent. Id præterea scelus eorum augebat, quod cum proprias haberent vxores, in alienas insaniebant. Hodie sacrifici Papæ cum de adulterio postulantur, excusare solent, quod vxoribus careant. Sed hac strophe non possunt iudicium tàm humanum, quàm diuinum eludere. Nam ipsi fuerunt sibijpsis authores impuri cœlibatus, & voluerunt perpetuò spurcè viuere, quàm honestè sanctoq; suæ matrimonio. Iosephus ait eos alienas mulieres corrupisse vel per minoribus. Extat historia lib. 5. cap. 9. apud Socratem & apud Sozomenum lib. 9. quemadmodum Constantinopoli sublata fuerit priuata confessio. Erat in Ecclesia quidem presbyter, cuius officium erat pœnitentes audire, cumq; illi matrona confessa esset grauia quædam se peccata admisisse, iussa est ab eo vt in templo vacaret precibus & ieiunio. Id illa cum se facere humanæ consuetudinem habuit cum diacono. Quod cum iam inoleuisset, & ministerium ob id publicum male audiret, Nectarius Constantinopolitanus Episcopus illam rationẽ confitendi omnino sustulit.

Filiorum animus se prodit cum è potestate patrum excesserint.

Qua de causa mulieres ad tabernaculum cõgregatæ fuerint.

Filiorum Eli peccatũ nunc quoque in vsu est.

...ſſi, vt intelligatur quãta offenſio conſequi ſoleat, vbi à miniſtris Eccleſiæ turpiter ...at. Hoc porrò flagitium ſacerdotum in eorum parentem redundabat, illum enim ...bere ſubiectos, cum omni caſtitate, vt Paulus ad Tim. & ad Titum præclarè mo... lib. 1. contra Iouinianum: Is, inquit, cuius filij viuũt impudicè, non poteſt eſſe ... in Epiſt. ad Epheſ. de Epiſcopis multa ſcribit, quorum filij ... & eorum culpa ...ri ſunt. Et vbi locũ illum Pauli ad Tit. induxit: Oportet Epiſcopum eſſe ..., ... extra omnem ſuſpicionem impudicitię, pater non poteſt eſſe .... Cum il... rem dicuntur habuiſſe, quæ ad oſtiũ tabernaculi militabant, vel erant congregatæ. ...em temporis tabernaculum ſeu tentorium vocabatur, quia templum nondum ex... ...at, Eadem verò ſacram pelles taxorum & arietum contegebant. Dauid Kimhi ait, illas ...foribus, quod nefas eſſet mulieribus ingredi atrium tabernaculi. Sed L. Ben Ger... ...ſacerdotum extenuet, comminiſcitur illas mulieres non fuiſſe ab eis conſtupratas, ...affert, quod nec pater Eli, nec vir Dei eius accuſauerit adulterij, hoc autem ſolùm fuiſ... ...eorum peccatum, quod ſacrificia Dei violarint. Adulterium verò cum ſit ſcelus non mi... ...quam prophanatio ſacrorũ, nec ab Eli, nec à viro Dei præteriri debuiſſe. Cæterùm ar... ...quod affert, eſt leue, atq; ineptum. Quoniam Eli nihil in ipſis nominatim reprehendit ...tantùm vitio eis dat, quod ſuis peccatis populum impuliſſent ad legem Dei violandam. ...tem Dei ſatis fuit contaminationem ſacrificiorũ & ingluuiem, nec non auerſionem popu... Dei cultu obieciſſe. Aliud præterea commentum iſte Iudæus affert, nimirum haſce mulie... oblationes ad fores tabernaculi adduxiſſe, verùm ſacerdotes alijs rebus occupati earum ...non faciebant in tempore, atq; ita eas crebrò fuiſſe coactas pro foribus tabernaculi per... Verùm hæc non conſtant, quia verbum Dormierunt maſculei generis eſt in Hebræo; ...mulieres nõ poteſt referri, quæ antè fores tabernaculi dormierint, ſed ad ſacerdotes om... ...ſunt, qui hac dicendi formula demonſtrantur cum illis rem habuiſſe. Hieronymus in ...braicis rem aliter narrat, ſacerdotes nimirum ſuaſiſſe mulierculis, vt cum vel à partu, vel ...eſſent ſanatæ, viris ſuis commiſcerentur antequam ſacrificia obtuliſſent. Verùm & ...tum eſſe hiſtoriæ loquutio docet. Quare ſimplicius & rectius eſt ... appel... ...ſunt ſcelerati homines, vt ijs ambagibus eorum adulteria nitamur excuſare, quæ ſa... ...palàm & apertis verbis traducit.

...de correctione, qua Eli filios ſuos coarguit, eſt dicendum. Quæ res cum in Eccleſia, tum ...in omni familia perneceſſaria eſt. Quandoquidem ea ſubmota, omnia peſſum eunt. Vt ...pores nunquã deerunt, quibus poſsimus noſtra liberalitate opitulari, ſic nunquam dee... ...linum vitia, quibus valeamus reprehendendo mederi. Eſt igitur actio ad diſciplinam per ...cum lapſis de peccatis eorum expoſtulamus ex charitate, monentes eos, vt reſipiſcãt, ...dum & formam à Chriſto expoſitam, quo malum de medio auferatur. In hac definitione ...genus actio collocatur. Efficiens cauſa eſt charitas, quia nõ eſt iuſta correctio, ſi ex odio, ...dia proficiſcatur. Materia verò circa quam verſatur, peccata ſunt eaq; grauia, cũ leuiora ...pertineant ad correctionẽ. Forma verò, eſt modus à Domino præſcriptus. Finis: vt ma... ...dio fidelium auferatur, quod pio cuiq; in Eccleſia curandũ eſt, quoad eius fieri poteſt.

...correctio vniuerſa diſciplinam continet, quia neq; pater, neq; paſtor Eccleſiæ, neque ...ciuilis debent finere peccata ſic abire: quia non pauci ſunt, apud quos monitio frater ...eſt momenti. Quare pater filium peccantem, ſi vitam non emendauit, & magiſtratus ci... ...acem, acerbius quàm monitionibus punire debent: paſtor fratrẽ pergentem inordi... ..., grauiori diſciplina coercebit. Neq; genus hoc actionis ab hominibus eſt inuentum, ...Dei lege ſancitum. Chriſtus vt in Euangelio ſcribitur, ait, Si peccauerit in te frater tuus, ...inter te & illum ſolum. Et Paulus ad Galat. Si præoccupatus fuerit frater tuus in ali... ...vos qui ſpirituales eſtis, omni lenitate illum inſtruite. Et 2. ad Theſſal. Eos non exiſti... ...ſtes, verùm admonete vt fratres. Et in Leuit. ſcribitur cap. 19. Ne odio habeas proxi... ...ſed feras eum, corrigito peccantem, ne portes peccatum eius, ne vleiſcaris, aut ſerues ...contrà eum, ſed amabis proximum tuum, vt teipſum. Igitur non tantùm Euangelio, ſed ...monere & corripere fratrem iubemur. Et certè ſi mandatur, vt aſinum inimici noſtri ...labentẽ ſubleuemus, quànto magis præcipitur, vt labenti fratri ſubueniamus? Altero itẽ ...Leui. 20. Deus lege cauit, ne quis eueco ponat offendiculũ: ſed potius eũ reducat in vi... ...graũter peccantes cupiditatibus excæcantur, & aberrãt à via. Quare à nobis prę... ...citra culpã. Eli quidẽ ſuos filios monuit, ſed molli brachio pro grauitate criminũ.

...inquit: *Fama, quam de vobis audio, non eſt bona.*) Publicè peccatis, nam veſtra mia-

Filiorum flagitia in parentes redundant.

An mulieres ſint conſtupratæ à filijs Eli.

De correptione.

Correptionis definitio.

Correctio non complectitur vniuerſam diſciplinam.

Correptio non eſt hominum inuentum.

leficia mihi ab vniuerso populo referuntur. Nec tantùm ipsi scelerate agitis, sed populum Domini facitis legem transgredi. Si peccauerit, inquit, vir in virũ, Iudices de hoc statuent. At si quis peccet contra Deum, quis sese arbitrum interponet? Huius correptionis Eli plura capita licet animaduertere. Nam cum ait, Quid hoc est? declarat eorum crimen & magnum & impudens fuisse. Nam cum aliquem volúmus acrius reprehendere, interrogatione instamus & vrgemus, vt rationemq; sui facti reddat, cum tamen eum sciamus nihil habere, quod respondeat. Alterum est, crimen eorum, vt diximus, fuisse vulgatum, & in ore totius populi. Et porrò qui occultè peccata declarant in se adhuc aliquid sani iudicij reliquum esse: verùm qui palàm & sine fronte non verentur publicè delinquere, satis ostendunt iudicium, sensum, & mentem vniuersam corruptam se habere, vt qui ea bona existiment, quæ alijs omnibus videantur mala. Adhæc illis exprobratur, quod alios ad peccandum induxerint, & non quosuis homines, sed populum Dei, nec in quauis re sed in sacrificijs, quod erat grauissimum. Quare subijcitur illos in Deum ipsum, non in homines peccasse, non in posteriorem tabulam, sed in priorem. Extremo loco ponitur comminatio. Quis inquit, se arbitrum interponere potest inter Deum & hominem? Quare nihil super est nisi Dei vltio, & acerbissima vindicta.

Crimen filiorũ Eli magnum.

Deinde vulgatum.

Tertio populum Dei in sacrificijs peccare fecerunt.

Comminatio.

Quod attinet ad verba, vltima hæc sententia paulò est obscurior. Primum itaq; dicam, quid Hebræis interpretibus visum de illa sit, postea quid ipse opiner. Aiunt ergo illi, vocem אלהים hoc loco significare iudices, sensumq; verborũ esse, cum homo in hominem peccat, iudicẽ pro authoritate sua illum posse legere, qui fecit iniuriam, vt ei quem læsit satisfaciat atq; ita inter se vterq; in gratiam redeant. At si quis in Deum peccet, neminem posse reperiri, qui se iudicem interponat, cũ Deus ipse de sua offensione futurus sit Iudex. Et sanè cum in hominem peccatum est admissum, iri potest ad Iudicem, qui se medium præbeat, & neutram in partem odio aut gratia propendeat, vnde ab eo malum iuxtaq; bonum expectare possit. At si Iudex ipse læsus fuerit, nihil ab eo nisi malum est expectandum. Consequitur ergo filios Eli, cum Deum offenderint, eundem habituros esse iudicem, & ideò facilè videri posse, quid apud eius tribunal sperare debeant. Hæc interpretatio licet recepta sit, & mihi non displiceat, simplicius tamã esset, & magis ad rem, si quid ego video, si peccare in Deũ, interpretemur esse in eius peccare sacrificia: ac si diceret: Si homo in hominẽ peccet, supersunt adhuc sacrificia, quibus peccata dicuntur expiari: at dum sacra ipsa corrupta & vitiata fuerint, quæ præterea supereſt expiatio? Propterea cum uos legem Dei contaminaueritis, & sacrificia corruperitis nihil super est, nisi Dei vindicta. Sed hic monendus est de duobus pius lector. Primũ non ita esse accipiendũ peccatũ in hominẽ, quasi eo non offendatur ipse Deus, quod proximum lædit, sed illud esse peccatum in hominẽ dicimus, quo primum lædit homo deinde ipse Deus cuius lex violatur. Illud autem peccatum in Deum vocatur, quod immediatè, vt ita dicam, in contumeliã Dei redundat. Secundo loco id monebo, quod licet quispiam in Deum ipsum peccarit immediatè, Christum tamen esse mediatorem, nec peccatũ tam graue reperiri, citra culpã in Spiritũ sanctum, quin per ipsum remitti queat. Sed tamẽ sciendum est, non prodesse Christũ nisi pœnitentibus & credentibus: istos autẽ apparet, quia perseuerabãt in suis malis, absq; fide & pœnitentia prorsus fuisse, ideoq; non poterant à Deo nisi pœnas, & quidẽ grauissimas expectare. Eli, vt docui, nimis indulgẽter filios corripuit. Oportuit enim singula eorũ scelera efficaciter ob oculos ponere. Nam generatim vitia cõmemorare leuius est, & auditu facilius, quã si cum authoritate singula exprobrentur: & quæ seorsim exaggerantur, vehementius cõmouent. Deinde non eos affirmando reprehendit, sed tatũ ex cõditione. Sic dicunt, inquit, sic ad me perfertur: ac si diceret, si vera sunt, quæ audio, grauiter peccatis. Ad dicere oportuit, hæc vestra sunt scelera, hæc flagitia cõmittitis, hæc nefariè peccatis. Certè qui frigidè ac leniter monent, nil aliud quærũt, quàm dedecorare inuidiã. Non satisfeciſſe autem Eli grauitati disciplinæ inde colligitur, quod postea & à viro Dei, & à Samuele ob hanc eandẽ causam reprehendetur, quod minimè cõtigisset, si reprehendendo liberos, authoritate pontificia non paterna lenitate fuisset vsus. Erat senex, & ea ætate solẽt homines ad misericordiã esse propensiores. Iosephus inquit, illum ab eo tempore ferè semper diuisse, quod in filios suos Dei vindictam certissimam expectaret. Chrysostomus contra vitiorum tores vitæ monesticæ, scribit illum oportuisse liberos non tantummodo verbis castigare, sed verberare, abdicare, nec nõ sacerdotio exuere, nec debuisse nebulones tã perditos in sacro ministerio ferre. Ambrosius Mediolanensis Episcopus nõ dico filios, sed ipsum Theodosium Imperatorem ad publicam pœniteniam adegit. Martion quoq; cum puellam violasset, à patre suo Episcopo pulsus est ex Ecclesia, qui veniens Romam, cum & ibi ad pacẽ & cõmunionem recipi non posset, scelleratam cõmentus est hæresin. Fortasse iste senex Eli fuit paulò ambitiosior, & conatus est sacerdotiũ in familia sua retinere, interea loci ea ratione in seipsum, & in filios suos, & familiam peccatis

Quid peccare in Deum & peccare in hominem.

Christus mediator.

Eli nimis indulget liberis.

cumulo.

...queretur Eli nō ſua ſponte, atq; vltrò filios reprehēdiſſe, ſed populi querelis ...modo conctū. Vtiq; omnes ob vitiatā & corruptam naturā ita ſumus cōparati, ...cipiamur. Vellemus enim placere omnib⁹ & nemini diſplicere. Etenim homo ...q; ferè ſemper verſatur, ne ſi alium arguat, aut liberius moneat, ſocietate in... homo ... aut furioſus appelletur. Tales enim exiſtimantur, qui liberè ... Idq; prophetis maximè vſu veniebat, vt hominū vitia dū reprehenderēt, à ple... fuit. Sic enim principes exercitus de diſcipulo Eliſæi percōti ſunt Iehu. Quid ... ad re? Veriſimè porrò à comico dictū conſtat, veritatē odium parere. Sic etiam ...it: Num inimicus vobis factus ſum, verum dicens? Noluit itaq; odioſam prouin... ſed inſtar boni Mitionis in corrigendis filijs egit. Adulatio placet omnib. verbaq; ...ſtomachū audiuntur. Quidam etiā reperiuntur, qui à monendis & corrigen... abhorrent, quod ſint malè ſibi conſcij, atq; intelligant, ſe quoq; non immeritò ...rentur ne illud audiant: Hypocrita, prius tolle trabem ex oculo tuo. Cic. in Ver. ...lege indicere innocētię, qui paratus eſt in aliū dicere. Alij prætexunt nouum quod ...phi genus, vt doceāt omnes huiuſcemodi admonitiones vanas & inutiles eſſe. Is e... vir corripere, vel prædeſtinatus eſt, vel reprobus. Si vnus eſt prædeſtinatorum, ... eſt opus, nam ſalutem aſſequetur, etiamſi per me non corrigatur: Sin verò inter ...monitio nequaquā proderit. Quis enim eum corrigat, quē Deus abiecit? Hic mi... Vincentij reſponſum quoddā Stoici ægrotantis, qui cum iuberet medicū accerſiri; ...ibus inquit: Nihil tibi operæpretij medicus afferet. Nā ſi eſt in fatis, vt conuale ...q; medico eueniet: ſin verò non eſt, medicus minimè te ſanabit. Ille reſpondit, ...vt conualeſcā, medicū accerſendo facilius id cōſequar, quod fata deſtinauerunt: ...nihil tamē oberit medicus ad me accedens. Alteri cuipiā vxorē ducturo, quo libe... quidā ait: Nil tibi eſt opus vxore. Nam ſi fatis deſtinatū eſt vt pater fias, etiam ...ſcipies liberos. Ad hęc ille ait: Si fata decreuerunt mihi liberos, ducam vxorē, vt illos ...ſcipere. Ita etiam argutulis hiſce cauillatoribus dicemus, Si qui lapſus eſt, fuerit ... nihilominus corripiemus, vt effectus prædeſtinationis in eo compleatur. Sin ...pertinet, illū admonuiſſe nil oberit. Diuina etenim decreta nihil auferunt ſalu... minus Deus prædeſtinauit ſuis electis, quàm extremā ſalutē. Nos decet ratio... ingredi. Nam quid occulta ſua voluntate Deus conſtituerit de ſingulis homini... Cæterùm qui hæc dicūt, reuera ſuperioribus illis cauſis, quas iam cōmemorauī, ...quàm hoc vano prętextu, quē fallaciter proponunt. Nolunt quippe hominibus ...ſuā vitā huiuſmodi eſſe intelligunt, vt multis grauibusq; reprehenſionibus ſit obno... dictū eſt, odioſam prouinciā monendi & reprehēdendi alios ſuſtinebant, & ...cabantur. Quin Samuel ipſe, vt audiemus, vix adduci potuit, vt cōminatioē Do... exponeret. Grauiſsimū itaq; illius onus eſt, qui omnes ex æquo inſtituit coar... parcere. Sunt quippe homines admodum veritatis impatientes, cū ipſam nullo ...audire queāt, niſi delicatè ac magno artificio condiatur. Propterea laus Hora... tributa eſt, quod vitia ridenti amico indicare poſſet, & circū eius præcordia ludere. ...didè atq; apertè velit agere, non effugiet, quin odiū & quidem grauiſsimū incurrat. ...lia de cauſa in aulas principū fatui & moriones adducuntur, niſi quod alij propemo... principibus adulantur, ſtulti verò ſoli, ſi quid liberius dixerint, vtcunq; feruntur. Hæc ...bus admonendis cautio adhibenda eſt, vt ne quid odio aut inuidia inducti videamur ...quippe facilè fert, vel ab inimico, vel ab inuido ſe reprehēdi. Quocirca Eccleſijs dari ...ſtor, qui populo ſit inuiſus. Quoniam apud eum nihil vnquam docendo proficiet. ...hiſtoriā iā reuertar, concludā ex iam inductis rationibus, Eli pontificē erga ſuos filios ...lenius, quàm oportuerit. Nā quamuis illos aliquatenus reprehēdit, alias tamē partes ...minimè adhibuit, & filij cū patris monita, qualiacūq; aſpernarētur, digni fuerūt, vt eos ...cōficeret, qui legē ſanxit, vt filius qui parētes cōtēpſerit, ad iudices producatur, qui vt ...ptū eſt, filiū cōtumacē dedāt neci. Cæterū hic duo ſe dubia offerūt. Primū eſt, vtrū De... occidere ſeu perdere, ſiquidē hic ſcribitur, filios Eli non audiuiſſe patris vocē, quod ...ſeruerit occidere. Alterū eſt, an Deus author ſit peccati, cū verba hiſtorię prima frōte, id ...ſe ferre, idcirco enim aſſerūtur nō audiuiſſe vocē patris, quod eos Deus occidere vo... effecit, ne patrē audirēt? an ideo nō dedit illis oculos ad videndū, neq; cor ad intel... omnino eos decreuiſſet perdere? Quod ad primū attinet Eze. in 18. & 35. capitibus ...q; capitis idē eſt argumentū, quāuis Hier. aliquod inter ea diſcrimē indicauerit, ſed ...vt nihil propemodū referat) ſub pſona dei ait: Viuo ego, nolo mortē pecatoris, ſed vt cō...

Quare alios in ulti corripiamus.

Prædeſtinatio non tollit correptionem.

Durum eſt alios reprehendere.

Cautio ſeruanda in admonendo.

An Deus velit mortem peccantium.

Deum nolle mortem peccatorū.

uertatur, & viuat. & apud Isa. ca. 28. legitur: Ego faciam inquit Dominus [illegible] vos puniam. Vnde colligitur, à natura Dei alienũ esse, vt pœnas pro peccatis [illegible] clesia passim canitur, Dei proprium esse parcere ac misereri. Ed. [illegible] illum recipimus) Deus mortẽ non fecit, nec delectatur in perditione viuentium. [illegible] us Dei Iehouah in sacris literis prædicatur, quod mihil aliud sonat, quàm esse [illegible] re, in libro de vera religione cap. 12. Auguſt. ait: Naturæ Dei est, esse. Quamobrem [illegible] habent illud ipsum, quod extant. Mors verò efficit, vt recesserit de [illegible] proficiſci. Et in Gen. scribitur, Deum fecisse hominẽ in animam viuentem. Vnde [illegible]

Testimonia diuersa quod Deus nolit mortem peccatoris.

sic fecisse, vt illum perderet, sed potius vt viueret. Sic Hier. 9. cap. dicitur: Egó cogito [illegible] pacis & non afflictionis, ait Dominus. Cæteràm è diuersò hic additur, illum [illegible] lios Eli. Et Hiere. in Threnis ait, Deum cogitasse, vt everteret murum Zion. Et in [illegible] Quemadmodum cogitauit Deus facere malum, cum irritaret eum patres vestri, sic [illegible] cogitat benefacere. Extat item locus 14. Isa. quo apertissimis verbis refertur, Deum apud se [illegible] tasse aut decreuisse omnino perdere Babylonios & Assyrios, & testimonia complura in [illegible] tiam facilè possent è diuinis literis colligi. Sed cum passim obuia sint, supersedeo.

Mors distinguitur.

De proposita disputatione primùm aliquid constituendum est, deinde occurrendum [illegible] nijs & rationibus, quæ positæ definitioni resistere videantur. Ante omnia ratio [illegible] quẽda, quod alia sit animi, & alia corporis. De illa, quæ pertinet ad corpus aliquis dixerit [illegible] neum esset, cũ sensu percipiamus eam nil aliud esse, quàm discessum animi à carne. Vnde [illegible] statuimus mortẽ animi tum accidere, cùm à Deo peccati ergò separamur. Id quod [illegible] est, corporis mortem à morte animi pendere nisi enim ea præcessisset, hæc non sequeretur. Vnde Paulus verissimè scripsit, per peccatũ mortẽ ingressam in mundum. Vnus Christus hic excipiendus est, qui solus citra peccatũ obijt. Quanquã ne is quidem prorsus absq; peccato fuit mortuus, quandoquidem peccata nostra in suo corpore super lignum pertulit. Concilistorum verborum

Deus quatenus mortem fecit.

Augustin. de Ciuit. De lib. 4. cap. 12. ait fuisse Diabolũ. Is enim à Ioanne idcirco dictus [illegible] iam inde ab initio, quod primus hominibus peccatũ suaserit. Vtitaq; Christus mediator [illegible] ita Diabolus mortis, & peccatum scribitur ingressum in mundum per vnum hominẽ, [illegible] nus, id est, primus homo à Diabolo corruptus fuerit. Proinde inquit Augu. Deus mortem [illegible] ter ac per se nõ fecit, sed eam ex retributione iusta peccantibus irrogauit. Aliud siquidem [illegible] ter ac per se aliquid producere, aliud iustè infligere. Omnia enim, quæ per se fiũt à Deo, bona [illegible] sunt. Videt enim Deus omnia quæ fecerat, & erant admodum bona. Illa etiam, quæ mortes peccatorũ infliguntur, etsi natura sua mala sunt, hoc est, naturæ nostræ aduersantia, tamẽ quatenus [illegible]

Dei voluntas alia simplex, alia retribuẽs.

tionem iustitiæ subeunt, pro bonis debent haberi. Ad quã rem dilucidus expediendã, Augustinus [illegible] mile quàm elegantissimũ adhibet. Cum Iudex reum supplicio damnat, non dicimur propterea [illegible] plicium fecisse, cum reus illud sibi accersiuerit. Est ergo Dei voluntas quædã simplex, alia verò (vt Augu. appellat) retribuens. Ad vtrã earum præsens locus pertinet, quo Deus voluisse dicitur [illegible] perdere filios Eli. An de simplici, an de retribuẽte ista intelligemus? Certè de retribuente. Nã de [illegible] simplici voluntate accipi nõ debet. Propterea inquit Augu. æquissimũ esse, vt cum animus noster

Peccantiũ conditiones discernendæ.

sua voluntate discesserit à Deo, nolens & inuitus à corpore suo abiungatur. Discernendæ itidem sunt peccantiũ conditiones. Quidam enim eorum sunt, qui se peccasse dolent, & quos pœnitet eò [illegible] missorum scelerum, ij vt ad electionẽ pertinent, ita etiam fidem, qua sunt ornati, exerent. De hoc [illegible] peccantiũ genere Deus loquitur, cum apud Ezech. inquit: Nolo mortẽ peccatoris. Atq; hæc Dei [illegible] voluntas ita firma & stabilis est, vt eam iureiurando confirmet. Viuo ego, inquit, nolo mortem [illegible] peccatoris. Alij verò sic in suis flagitijs hærent, vt nulla vnquã resipiscentiæ ducantur, quandoquidem [illegible] dem ad reprobatorum numerum pertinent. Istos vtiq; Deus vult mori. Et sanè postquam impleuerint mensuram suorum flagitiorum, expedit vt moriantur, quo finem peccandi tandẽ aliquando faciant. Proinde quod propheta inquit sub Dei persona, se nolle mortem peccatoris, non in vniuersum de omnibus, verùm de quibusdã est accipiendũ. Possemus item cum plerisq; Theologis

Voluntas Dei alia efficax, alia signi.

addere, quandã esse Dei voluntatem, quam efficacẽ appellant, nec non aliã signi. Dantur quippè omnibus promiscuè signa quædã salutis, cuiusmodi sunt externa vocatio, quæ præcipuè cõstat Verbi Dei prædicatione, atq; Sacramentorũ administratione. Altera volũtas Dei arcana est, quæ vocatur efficax, & ad omnes promiscuè nõ pertinet. Nã si omnes cõpleterentur, omnes procul dubio seruarentur. Nã ea est Dei vis & potẽtia, vt de illo scriptura prædicet. Omnia quæcũq; voluit fecit. Scribit igitur Exe. propheta, nõ esse Deo ascribẽdas nostras pœnas, sed nostris potius ipsorũ peccatis. Et cũ subijcit, Deũ velle, vt homines cõuertantur, & viuãt, id nõ sic interpretandũ est, quasi ex virtute & merito pœnitẽtiæ, vitã æternã assequamur, cũ illã adipiscamur sola fide in Christũ Dei misericordiam

Nec minus pœnitẽtiæ q̃ fides nostra, inter dona Dei est annumeranda. Et sanè inqu. ad Tim. Si fortè Deus det illis resipiscentiã. De fide verò scribitur ad Phi nõ solũ vt crederetis in illũ, sed etiã vt p eo patiamini. Ad Ephes. itẽ: Fide ser ex vobis, donũ. v. Dei est. Ex Dei vtiq; liberalitate nõ aũt ex nostris viribꝰ hæc ciẽtes nõ sumus ex nobis, tãquã ex nobis, aliquid ad salutẽ nostrã cõferre. Deus erat in nobis tã velle, q̃ efficere. Quocirca nõ aliqua pars nostræ salutis, verũ vni Quod si q̃sieris cur Deus hęc sua dona isti, & nõ illi elargiatur, id est ἀνεξιχνίαστον. facere, vt illũ profiteamur, quicquid facit, rectè ac iustè facere. Quod verò Isaias opus alienũ cã sceleratos iustis pœnis afficit, nõ est difficile ad sententiã, quã p odare, cũ Deus spẽte sua, & absq; iusta causa malũ nõ inferat. Prouocatur quippe , & sceleribus iustã dãnationẽ rependit. Mihi tamẽ eo loco significare videtur opꝰ inusitatũ, non antea visum, & insuditũ: ac si diceret Deus, Nõ aliquo vulgari, & quoti io, verũ insigni & stupẽdo vos afficiã. Qui ad hunc modũ verba prophetę acceperit, tẽcia eius gẽuina minimè aberrabit. Quodq; in primo capite Sapiẽtię legitur, Deũ nec lętari perditione viuentiũ, ex ijs. quę iã dicta sunt, satis liquere arbitror. Quia mortẽ intelligemus, qd nos eã peccatis nostris attraxerimus. Nec tamẽ ꝓpterea sta à Deo nulla ratione deriuari, nec ibi vehemẽter vrgẽdũ est, alioqui regereretur stes mortẽ & vitã, bona & mala, paupertatẽ & diuitias esse à Deo. Et quod subjci- ditione viuentiũ nõ lętari, verũ id est, quoad prędestinatos, quãdoquidẽ ex illis neminẽ , cũ è diuerso de reprobis scribatur. Prou. Ego quoq; in interitu vestro ridebo nolens aut violenter, sed sponte sua & alacriter ad perdẽdos impios adducitur. De homine ab initio creatũ est: inanimam viuentẽ, Deumq; posse videri ob id non mortis, quod hominẽ creauit, vt viueret, qui postea sibi vitio suo mortẽ peperit, sed addo, non potuisse hominem vitam habere, nisi Dei singulari beneficio: nam ille dat, qui facerit, pro suo arbitrio. Et ꝓfectò verum est, quod ipsi inquit apud Hieremiam, se cogi- pacis, & non afflictionis. Primùm, quod mors & satellites eius à nobis ipsis, vt sæ ea, attrahantur. Deinde nõ leuiter expendendũ, quod in ꝓpheta subjcitur, domui L- electis, & ad salutẽ prædestinatis. Nam illis Deus nil cogitat, nisi ad eorum salutem. ad nomẽ Iehouah, quo Deus præcipuè nuncupatur, quod ab eo res omnes idipsum cisci antur, & idcirco mortem, cum homines ad nihilum redigat, non posse videri à causam, sciendũ est, mortẽ hominibus irrogari, vt peccati supplicium, & merentibus ficiamur, Deum per se vitam esse, cum ab eo essentia omnium rerum tanquam à fon Quod tamen nõ ita est, quin eam possit retrahere, quoties visum fuerit. Nam quicquid ac sua sponte facit, non vt Sol, astra, Luna & ignis, ac cætera physica, quæ naturali necessitate operantur. Idcirco Dauid sapienter cecinit: aperiente te manum tuam, o- bonitate, quam si retraxeris, & semel clauseris, omnia statim destruentur. Sed non claudit, nisi malis nostris meritis prouocatus. Et de priori quæstione hactenus.

Fides & pœnitentiæ dona Dei.

Punire malos quomodo Deo sit opus alienũ

Quomodo Deus mortem non fecerit.

Quid sit Deũ cogitare cogitationis pacis.

AN DEVS SIT AVTHOR PECCATI.

altera disputatio, nimirũ an Deus aliquo modo sit causa peccati. Extant in vtranq; pauca scripturarum testimonia. Primùm, Deus perhibetur nolle, sed potius, odisse . Vnde in Psalmo scribitur: Non enim tu es Deus volens iniquitatem, sed odisti omnes, perantur, & in Zacharia legitur, Deum odisse mendacium atq; periurium, & Ioannes te piscentiam non esse à Deo. Ex altera verò parte Deus prædicatur induraſſe cor Pha- tradidisse impios in reprobum sensum & Chaldæos excitasse, qui affligerent Israe misisse spirium mendacem, qui Achabi prophetas deciperet, & alia permulta huius scripturis habentur. Ad huius rei perspicuam notitiam, duo sunt expendenda. Primùm, & natura peccati: alterum, quæ sit circa nostra peccata Dei voluntas: quia tota pro- nisi seorsim excutiantur singulæ partes.

Deum non esse authorem peccati.

Scripturæ quæ videntur Deũ facere authorem peccati.

peccatum attinet, omnibus, id est in confesso, illud esse defectum à rectitudine ac eius nationem, quam in nobis esse oportuit. Etenim tunc labimur, & peccamus, cum à Dei voluntate deficimus. Talis nihilominus est hic defectus, vt in aliquo bono semper intel- priuationes nõ ita fingi possunt, ve per se queant existere. Vnde sapientissimè inquit tantũ esse vim boni, vt ne mala quidem inueniantur: nisi fuerint in aliquo bono collo- cæcitas cum sit malũ, citra oculum esse non potest, & nisi auris extaret, nulla surditas ita etiam peccatum, cum sit priuatio & defectus, vel in actionibus humanis, vel in affe uniuersa nostra natura collocetur oportet. Et sanè in vniuersa natura hominum si- illud peccatũ, quod originis vulgò appellatur. In affectibus aũt sunt primi motus, & incli-

Quæ sit ratio & natura peccati.

Peccatum est priuatio.

Peccatum in quo situm sit.

nationes ad malũ impellentes, in actionibus verò ea peccata inhærent, quę in scholis essentiales cupantur. Duo itaq; in peccato sese offerunt, priuatio inquam, & subiectum illud cui adhæret. De quibus duobus est separatim dicendũ. Primùm haud negari potest, Deum ad omnem physicum actionem producendã concurrere. Nam est primus omnium rerum producendarũ motor, sine cuius numine & vi nihil potest existere. Quare in Actis Apostol. ex nobilissimi poetæ sententia scribitur: In ipso viuimus, mouemur, & sumus. Quicquid enim fit, non modo ab intelligentibus & sapientibus producitur, verùm etiam à Deo prima efficiente causa dimanat, quod & philosophorum latuit, & à Ioanne confirmatur, cum ait: Omnia per ipsum facta sunt, quęcunq; facta sunt. Quia verbo dei, hoc est filio Dei æterno verbo loquitur: sine quo testatur, nihil posse fieri. Quia cum omnes hominum actiones res quædam sint in natura, dici non potest, quatenus earum causa sit Deo non esse. Propterea inquit Aug. lib. 3. de Trinitate cap. 4. ab illa prima causa omnes modos & species tanquam à summa aula magni Imperatoris proficisci, verùm cum iustitia.

Quicquid fit à prima causa efficiente promanat.

Priuatio iustitiæ ad quam causam sit referenda.

Cæterùm inter disputantium partes nõ multũ de hoc laboratur, omnes enim quod sumpsimus vltrò videtur cõcedere, sed in altero plus est negotij, videlicet ad quã causã priuatio illa iustitiæ sit referenda. Verũ hic nõ efficiendi causa, sed potius deficiendi esset inuestigande, q̃si diligenter quæratur, prius à nobis est. Sumus q̃ppe ac nascimur iræ filij, quod q; deflectimus à Dei iustitia, id ex nostra ipsorum corruptione habemus, nec Deo nostrũ peccatũ ascribi potest, nisi fortasse eo modo, quo philosophi ponunt etiã inter causas eã, q̃ impedientia remouet. Videmus quippe nõ rarò lapides à colũnis fulciri sublimes, q̃bus impulsis aut labefactatis deorsum lapides põdere suo & spõte corruũt, suiq; casus aut ruinę causã in seipsis habẽt, ꝓpria nimirũ põdera. Est n. grauiũ rerũ natura, vt ad inferiora deferãtur, ideò qui sustulit colũnas, etiã potest dici quoquomodo causa, quòd nõ ꝓpriè, cur lapides ad ima corruerint. Adhęc si gubernator in tẽpestate nauim deserat, naufragium sequitur, cuius vera causa in tempestatẽ, in fluctus, & in scopulos est referenda. Sed tamẽ etiã gubernator suã operã & industriã subducens, potest quoquomodo eius causa dici. Nã ea sustulit, q̃ illud valuissent ꝓhibere. Sed quorsũ hęc similia? Vt intelligamus gratiã Dei, qua dũ stamus à peccando seruamur, & qua sublata è vestigio labimur, & ideo qui eã subtrahit, potest vtcunq; causa nostri lapsus appellari, vt si quis infirmo & debili scipionẽ auferat, quo incedẽdo sustẽtatur, causa dicitur esse, cur ille cadat. Cũ itaq; Deus gratiã & fauorẽ suũ peccantibus auferat, quod inficiari minimè possumus, videri potest causa nõ modo actionũ humanarũ, verùm etiã defectuum atq; priuationũ quæ ipsis inherẽt. Quod verò ille gratiã à peccantibus auferat, satis liquet, cũ solus arbiter sit moderator donorũ suorũ, quandoquidẽ nemo est, q̃ eũ sibi debitorẽ aut obnoxiũ habet. Quare dicit nõne mihi licet facere quod volo de rebus meis? Quis eũ vocabit in ius, vt ei dicat, quare hoc fecisti? Nõ tamẽ ob rationes adductas Deus ꝓpriè dici potest peccati causa. Quicquid n. vitij est in nobis, id totũ à nobis ipsis manat. Hoc pręterea est addendũ, insõmoda quę patimur, minimè accidere nobis innocẽtibus & immeritis: quia semp aliquid antecedit in nobis, ex quo possit intelligi nos indignos minimè fuisse, q̃ eo malo afficeremur. Vnde in posteriori lib. Par. ca. 15. scribit: Si reliqueritis Deũ Deus etiam vos relinquet. Et in Apoc. Qui sordescit, sordescat adhuc. Vniuersa humani generis massa corrupta est in Adamo, ex ea Deus aliquos ꝓ sua misericordia eruit, & si neminẽ inde liberaret, tamẽ crudelitatis accusari nõ posset. Toti n. sunt homines in sua stirpe corrupti. Deinde cum hic vitam exigunt, alia peccata natiuæ corruptioni adijciunt. Nihil ergo est, cur queramur, cum gratia destituimur, nos indignè tractari. Quin Scholastici iam dictis hoc etiam adiecerunt, quod natura nostra etiamsi ab omni peccato esse prorsus immunis, tamẽ Deum non fore obstrictũ, vt nos fauore ac gratia sua ornaret, sed illos mitto, quia me iuuat loqui, de rebus vti iam sunt. Quod enim illi fingunt, iam esse non potest, vt scilicet natura humana sit omnis corruptionis immunis. Id verò nobis oportet omnino constare, Deum cum suos electos gratia prosequitur, id ex mera puraq; misericordia facere, & reprobos, cum destituuntur, indignos fuisse, quos gratia sua complecteretur, cum in ipsis causa sit, cur ita reijciantur, ita vt nihil habeant, quod possint iuste conqueri. Interiores profectò ac veræ causæ peccati spectandæ sunt, quas in nobis ipsis habemus, nec alienas in Deo quærere debemus. Etenim si quis q; velit in seipsum descendere, videbit se volentem & cupientem peccare, atq; ita cupientem, vt impatientissimè ferat, si à peccando forsitan retrahatur, vel quoquo modo impediatur. Hac de re pulcherrimè scripsit Iacobus, cũ ait: Deus est malis non tentatur, ita neminẽ tentat, sed quisq; à seipso tentatur, cum à ꝓpria concupiscentia abducitur. Nõ ignorauit porrò Iacobus id, qd̃ iam diximus, Deũ esse primã rerũ causam, eũq; gratiã suã peccãtibꝰ auferre, nec nõ id, quod in Deut. de malo ꝓpheta scribitur: tẽtat vos Dominus: scilicẽ quadraginta annos tẽtasse Israelitas in deserto: Hęc vtiq; oĩa intelligebat, sed cũ aliã cernere vellet ꝓ priãq; peccati causam, q̃ in nobis est sita, fideles potius ad illã reuocare maluit. Proinde vera omnis tẽtationũ & peccatorũ est cupiditas in vnoquoq; nostrũ infixa. ꝓptera nõ debet q̃squã ita securè

Deum gratiam suam à peccantibus auferre. Non indigne à nobis gratia subtrahitur.

Peccati veræ & interiores causæ.

peccare

ſcelerum ſuorũ in Deum conijciat. Deus profectò non tentat, ea videlicet ra-
Diabolus, vel homines mali bonos viros tentare ſolent. Et ratio affertur, quod ipſe
tenterur à malis. Nam qui alium tentando ad malum incitat, ipſe prius à malo
Qui enim ſic alios ad peccandum inflammant, libenter id agunt, quo ſocios in pec-
Deus verò in ſcripturis in aliam finem quandoque tentare dicitur, nimirum,
aut vires noſtras exploratas habeamus. Efficit etiam nonnunquam, vt in aliquam
calitatem incidamus, vt ea occaſione tandem reſipiſcamus. Neque patiamur, vt nobis
ciat, Deum inſtillare hominibus, quam non in ſe habeant, nouam malitiam, qui non
dum hic viuunt.

hoc negari poteſt Deum, cum ſit (vt loquuntur philoſophi) actus purus, vel *Quomodo à Deo omnia mouentur.*
ris literis habetur, non poſſe, nec velle pati, vt creaturæ otioſæ iaceant. Itaq; omnia
citat, monet, & impellit. Sed quamuis motus rerum omnium ſit à Deo, attamẽ ſingula
ſuq principijs mouentur. Et cuius rei principia ſana fuerint, ea res vtiq; bona & ſa-
ſcetur, & cuius è diuerſo fuerint deprauata, ea corrupto motu & vitiato permouetur.
ſimã & primã cuſam malitiæ eius motus eſt referenda, verùm ad ſingularia principia
obnoxia, vnde profectus eſt, accommodabitur. Quemadmodũ auriga dum claudum
incitat, non propriè aſſeritur cauſa eius claudicationis, quæ impulſionẽ eius conſe-
quidẽ aurigæ motus tantùm, vel curſus aſcribẽdus eſt, verũ initiũ claudicationis nequa-
quã, verũ in ipſo equo debet inquiri, quod in eo ſitũ eſt etiã dũ ab auriga non incitatur.
Deus ita bonus eſt, vt iſtas ipſas actiones, quamuis corruptas & vitiatas, poſtquam eli- *Deus etiam actiones corruptas regit.*
relinquat, aut ſibijpſis deſerat. Verùm illas gubernat, regit, flectit, neque graſſari
ſinere pro libidine. Verùm illis abutitur vel ad reſipiſcentiam electorum, vel ad glo-
minis. Etenim illas non patitur erumpere, niſi quando ipſe velit, quantum velit, &
velit, nec minus eas, quàm cætera omnia, quæ ſunt in rerum natura, temperat & mode
Auguſt. in lib. 83. quæſtionum, Quæſt. 3. ſcribit. Homine ſapientiæ authore nemo dice
liquem fieri deteriorem, ea enim culpa tanta eſt, vt in ſapientem cadere nequeat. Quare
cuiquã licet aſſerere, authore Deo quempiã fieri deteriorẽ. Ideò cum prauitas reue
bis, Deus tamen eam in lucem educit, & pro arbitrio ſuo, nimirum ſapientiſſimo, illam
cum medicus ægrotum accedit, vitioſos humores ei non inſtillat, verùm potius tempe-
æquabilitatem ſalubrem reuocat. Quod ſi fieri non poſſit, extra corpus educit, aut vomi
aut excrementis, cæteriſq; vijs ad ſuam artem pertinentibus. Ita Deus nouam praui-
ingerit nobis, ſed eam, quæ innata eſt, pro ſuo arbitrio temperat. Quod ſi dixeris, quor- *Quare Deus peccata regat.*
præſidet peccatis, ea regendo & gubernando? Reſpondetur: partim vt maleficos pu
vt lapſos reuocet: partim vt pios exerceat, nec non vt ipſius dona & beneficia magis
euidentia. Exemplo Achabi hoc poteſt confirmari, qui Rex impius fuit ac idolo-
non digniſſimus vt ſupplicijs horrendis afficeretur. Fuit præterea in ipſo Diabolo vehe
nocendi, & adhuc in pſeudoprophetis eſt parata voluntas & prompta mentiendi ac
fini modo. Has vtiq; prauas affectiones Deus in ijs minimè creauit, ſed regendo & fle-
tãẽ eduxit, miſitq; ſpiritum mendacẽ, qui Regem decepit. Identidem Sichon Rex Am
& Pharao Ægypti Rex ob grauiſſima ſcelera cõmeriti erant, vt à Deo infeliciter per
pendo quidẽ erat in animis eorũ obſtirmatio & rebellio contra Deum incredibilis, quæ
illis non inſeuit, ſed ea iam eorum ſponte inſita direxit, & abuſus eſt ad illorum, vt me-
pernicie. Ad Pharaonẽ legauit Moſen & ad Sichonẽ certos nuncios, quibus auditis illi
& obſtirmatiori animo reddebantur. Hac via Deus vſus eſt, cũ ad eos delendos, tum ad
potentiamq; ſuam mirificè illuſtrandã. Dauid cõmiſerat & adulterium & homicidium,
grauiſſimum ſcelus: Deus quo ſuam iuſtitiam declararet, ambitionẽ Abſolomi ſiuit
quam non iniecit in eum, ſed antea inſitam in Dauidem caſtigandum temperauit ac di-
de illi fugienti occurrit Semei, & odium iam ante conceptum, in illum euomit. Dauid
tulit, dixitq;, Deus illum iuſſit, vt mihi malediceret. Semei vtiq; malenolum animum
à Deo habuit, quo tamen Deus abuti voluit, vt Dauidem caſtigaret. Præterea Eze-
chiel, Daniel, cæteriq; pij viri explorandi erant, & probandi aliqua rerũ acerbitate. De
poris Rex Chaldæorum ambitione dominandi vehementer incenſus exercitũ aduer-
Syriæ conſcripſit atq; in itinere cum ad bini um peruenisſet, vt inquit Ezechiel, Deus
pellit, vt arma potius in Iudæos conuerteret, qui tamẽ illi non indidit eã dominandi libi
men pro ſua voluntate flexit vt potius Iudæos, quàm Syros affligeret. Qua ratione ſa
vt & Iſraelitæ pro meritis punirentur, vtiq; Rex ille Babylonis manum Dei non prorſus

Peccati quæ nam sit causa.

cuaderet. Ad hunc modũ retinet Deus ac frenat impetum peccatorũ, nec ea patitur hactenus grassari, quàm ipsi visum fuerit. Sed quæsiuerit fortasse quispiã, cum Deus non producat, sed cohibeat & gubernet peccatũ, vnde nam illud ortum ab initio habuit? Recurrendũ porrò est ad primum hominẽque Deus à principio rectum fecit, vt in Ecclesiastico legitur, & gratia sua [illegible] instruxit. Verùm cum ille negligentius ageret, Deusq; gratiã & dona sua ob id si [illegible] tum vniuersam posteritatem horrenda calamitate inuoluit. Cum autem àquoquam gratia & auxilium eripit, sequentium lapsuum non est quærenda causa efficiens, cum deficiens præbuerit. Et sanè, vbi destituimur luce, vita, felicitate, necesse est vt ruamus in tenebras, mortem, miseriam. Quemadmodũ in rerum natura contingeret, si Deus vim suam abstraheret à rebus omnibus, tunc esset necesse, vt in nihilum redirent. Ita etiam nos, cum à Deo auertimur, in cor[illegible] & vitium deficimus. Vnde qui liberantur, tantùm per Dei gratiam & misericordiam [illegible] tur. Et vtcunque restituti, quia reliquias veteris corruptionis in carne semper circumferimus, ea eo fit, vt crebrò labamur. Sed rursus obijcitur, Nonne Deus potuisset ita primum hominem [illegible] gere ac sustentare, ne laberetur? Potuisset quidem: nam sanctos viros Apostolos inquam, & prophetas, pleroſque alios non raro confirmauit, ne ruerent. Verùm non semper auxilium gratiamque suam eadem contentione largitur, pariq; vehementia, sed illam temperat ad suum arbitrium, quæ statim vt remissior cœperit esse, tum ex nostra infirmitate lapsus consequi possint qui non vtique succederent, si perpetuò summa vi & ope sua Deus iuuaret. Quod & in Adamo vsu venisse non est dubium. Sed illud notandum est, remissum vtcunque illud auxilium diuinum potuisse Adamo satis esse vt in ipsa iustitia perseueraret, modo voluisset diligenter & fortiter agere, quod quia non præstitit, à sua prima institutione miserè corruit. Hic humana ratio quærit, non omnes homines eodem tenore diuinæ opis & auxilij sustentari. Nec eundem hominem eadem ope Dei perpetuò iuuari, sed modo laxiori, modo efficaciori sustineri, cui occurrendum respondendo: Deum esse liberrimã causam, & prout visum fuerit, semper agere. Et cur velit, aut velit, velit an nolit, solus ipse cognoscit, nihil ominus tamẽ ex hac inæquabili eius gubernatione permagnę vtilitates ad nos redeunt. Primùm si omnes & quisq; semper æquali & eodem sustentarentur præsidio, facilè possent omnes existimare id ex viribus naturæ suæ proficisci, citra [illegible] diuini subsidij. At Deus magnopere quærit, vt suã erga nos curã & bonitatẽ intelligamus. Deinde hac ratione in timore ac reuerentia Dei sancti homines assiduè continentur, qui cũ se in [illegible] nu actutela positos vident, quam Deus, pro vt videtur, & laxet, & augeat, ad orandũ excitetur, ne gratia se remittente labantur. Et cum se labi senserint, postulant, vt eius gratia resurgant. Hac Deus occasiones quærit, vt se adeamus, quæramus & pulsemus. Hæc hactenus de initio lapsus Adami, eiusq; prauæ cupiditatis, quam in nobis experimur. Cæterùm in hoc toto negotio [illegible] da est cum primis iudicij nostri temeritas, qua statuitur à nonnullis, Deum oportere omnibus hominibus prorsus eundem & æquabilẽ esse, cum tamen res longè aliter se habeat, cum ille voluerit ex magno numero eligere, quos iuuaret, & ad salutẽ æternã adduceret: alios autẽ in sua corruptione relinquere, vt eius gratia & bonitas agnosceretur, potẽtia itẽ & iustitia redderetur illustris. Si autem causam quis quærat singulatim de illo, vel hoc homine, cur ita fiat, vtiq; frustra laborat, non enim vnquam poterimus ad illam peruenire. Nam Paulus Apostolus cum ea de re multa disputasset, ad extremum exclamauit: O altitudo diuitiarum, sapientiæ & scientiæ Dei. Sed hoc posthabito, rursus quæritur, cum Deo liceat per suam potentiam immensam peccata reprimere, ne foras erumpant, quare illa non impedit. Ad hoc respondeo, illum quidem peccato assidue adesse, at non semper eodem modo: in nonnullis quandoq; illi occurrit, antequam committatur & erumpat, in alijs autem postquam fuerit patratum, coercet & punit. Cur autem id aliquot ita aliter faciat, nõ est nostrum, sed eius iudicij. Proinde tria iam satis ex dictis liquere arbitror. Primum actiones ipsas hominum vt res quædam in natura sunt, esse à Deo, quamuis peccatum illis vitiosum ex nostro inhæret. Alterum, gratiam suam Deum subducere ab hominibus, vbi voluerit, sed nunquã id nisi iustè facere. Postremum, illum sic peccata regere ac gubernare, vt ne longius, aliterue grassentur aut erumpant, quàm ipse decreuerit. Nunc de voluntate ipsa Dei superest vt dicamus.

An Deus non potuerit primum hominem sustentare ne laberetur.

Ex inæquali Dei gubernatione quid vtilitatis sequatur

An Deum oporteat omnibus æquabilẽ esse.

Quare Deus peccata non impediat cum possit.

Primùm autem profiteor mihi distinctionem illam non displicere, qua Scholastici vti solent, cum statuunt, aliam esse voluntatem signi, aliam verò efficacem, vel vt alij scribunt, beneplaciti. Signi voluntas est, quæ indicat, quid facere, quidue fugere nos oporteat. Nam ex ea colligimus Dei iudicium & institutum. Ea vero fit est in lege, mandatis, promissionibus, minis atque consilijs. Ad hoc porrò genus voluntatis illud pertinet, quod supra cõmemorauimus: Non Deus volens iniquitatem tu es: nec non illud, Odisti mendaciũ, & iniquitatẽ: & omnia ea testimonia, ex quibus demonstrari potest, Deũ nolle peccata. Et sanè quomodo potest ea velle, cum aduersetur legem

Voluntas signi

illis seueriſsimè punit? cum in animis piorũ hominũ detestationẽ peccatorũ ...llendi causa peccati dilectiſsimum filium ſuum in crucẽ agi paſſus fuerit? Cæte- ...demus, contra voluntatem hanc Dei quæ ſigni appellatur, multa cõmitti & fieri, ...numerus eſt ſceleratorum, qui auerſantur legem Dei, concionatores diuexant, ...imò filium ipſum Dei olim interfecerunt. Nec prætereundum eſt, hanc verè ...voluntatẽ Dei, cum Chriſtus dicat: Qui fecerit voluntatem patris mei, hic mater ...& ſoror mea eſt. Et in Deut. ſcribitur, Quid aliud vult Deus, quàm vt diligas ...in vijs eius? Altera præterea eſt Dei voluntas, quæ potens, efficax, & beneplaciti ...illa vi ſuperari & vinci poteſt, cum de illa ſcribatur: Omnia quæcunq; voluit, fecit. ...inquit: Voluntati eius quis poteſt reſiſtere? Et profectò, ſi quid inuito & no- ...eſſet fieri, debilis & infirmus eſſet. Geminæ autem iſtæ voluntates, ſic diſtinctæ ſunt, ...res & facultates, quæ ſint in Deo ſitæ, cum ille actus exiſtat ſimpliciſsimus: ſed ...minibus non ſemper vniuerſum totumq; conſilium ſuum patefaciat (non enim eſt ...tis fuerit illud indicaſſe, quod ad ſalutem obtinendam ſufficiat) ex eo duæ iſtæ vo- ...differunt. Nam quod aliquò modo indicauit, referendum eſt ad voluntatem ſigni: ...ſibi ſoli, vt ſecretum & arcanum retinuit, id ad voluntatem beneplaciti pertinet. ...ris & planis exemplis, quo facilius intelligatur, illuſtrari oportet. Deus Abraham ...catum Iſchaacum vnigenitum filium. Hoc vtique præcepto ſigni voluntas conti- ...Quoniam Deus Abrahamo non indicauit, ſe tantummodo voluiſſe illius obedientiam ...q; demonſtrauit, ſe poſtea velle inhibere immolationẽ Iſchaaci. Quæ ſanè prohibi- ...ſequuta nec antea patefacta, fuit voluntatis beneplaciti. Quamobrem ſtatuere poſ- ...eandemq; voluntatem eſſe beneplaciti, ac ſigni: ſed variè appellatam, prout cognita ...ſuerit. Ad hæc dictum Ezechiæ fuit, Domum tuam diſponito, cum ſis iam mo- ...vi morbi & naturæ ordine Rex omnino moriturus erat, eiuſq; mors Dei voluntas, ...ſignali & verbis prophetæ colligi poterat, fuit. Quia tamen Deus ex miſericordia ſua ...eius pœnitentiæ ac lachrymis vitam in multos annos prorogare, hæc eius voluntas, ...beneplaciti fuit. Voluntate quoq; ſigni denunciatur Niniuitis poſt quadraginta dies ..., cum tamen voluntate beneplaciti Dei conſtituerit ipſis pœnitentibus ignoſcere.

Multa fiunt cõtra voluntatẽ ſigni.

Voluntas ſigni eſt voluntas Dei.

Voluntas efficax.

Duæ hæ voluntates Dei quid differant.

...cum altera coniuncta eſt, nam qui ab altera excidunt, in hanc incidunt, & qui a- ...Dei voluntatem, qua legem, promiſſa, minas, & conſilia proponit, in eam incur- ...pœnantes pro ſceleribus pœnam luunt. Quare Auguſtinus in Enchiridio ad Lauren- ...elegantiſsimè ait, Quod vult Deus, omnino fit, vel à nobis, vel de nobis. A nobis ...uimus: de nobis, cùm de peccatis commiſsis pœnas damus. Et cap. 102. inquit, Peccat ...in ipſis eſt, contra legem Dei faciunt, ſed quoad eius omnipotentiam attinet, facere ...Quin & Gregorius in Moralibus cap. 11. lib. 6. ſcripſit: Multi voluntatem Dei faciunt, ...nitentur mutare, & reſiſtendo imprudentes obſequuntur diuino conſilio. Ioſephus ...ſententia fratribus reſpondit: Vos quidem vendidiſtis me, ſed conſilium Dei erat, vt ...præmitteret in Ægyptum, vt vobis & cibum, & ſalutem pararem. Hæc porrò ea volun- ...Deus electos ad æternam vitam prædeſtinat, quæ vt nobis obſcura eſt, ita cum ſit po- ...beſactari non poteſt. Ex hac diuinæ voluntatis diſtinctione ſatis intelligimus, quid ...oporteat, quando nobis obijcitur, Deũ feciſſe hominẽ in animã viuentẽ, & propterea ...vt pereat. Nam dicimus id eſſe verũ, quoad ſigni voluntatẽ, ſiquidem homini legẽ obtu- ...minas, & conſilia, quæ ſi fuiſſet amplexus, vtiq; vixiſſet. At ſi alteram illam potentem ...voluntatẽ ſpectemus, certè negari minimè poteſt eum voluiſſe hominem interire. Quia ...6. cap. Prou. Deus omnia propter ſeipſum condidit, impium etiam ad diem malũ. Et ...Deum inſtar figuli alia quidem vaſa in gloriam fingere, alia verò in contumeliam. ..., voluntas ea eſt, qua Deus prauas hominum cupiditates & peccata regit, gubernat, & ..., vt dictum eſt pro ſuo arbitrio. Hac Deus voluntate impios tradit in reprobum ſen- ...Chaldæos, qui populum ſuum captiuum abducant, addit illuſionibus efficaciam, ſe- ...impios, & eos dicitur indurare.

Voluntas ſigni efficaci coniuncta eſt.

...cũ diſertè legantur iſta, & crebrò in ſacris literis occurrant, videndum eſt attentè, quo ...ſcipienda. Vulgus exiſtimat, cũ Deus excæcare, indurare, tradere, immittere, decipe- ..., nihil aliud ſignificari, quàm ipſum permittere, vt iſta fiant. In quam ſententiam per- ...Patribus eas locutiones interpretantur, ea procul dubio ratione adducti, quod impiũ ...iudicarint, ſi Deus author peccati haberetur, nollentq; homines peccatorũ ſuorum ...Deũ ipſum reijcere. Quod eorũ conſiliũ mihi vehementer probatur, & vnà cum illis fa-

Indurare excæcare, &c. quo modo Patres per permiſſionem interpretentur.

teor Dei permissione ista fieri. Nam cum peccata ne fiant, queat inhibere, nec tamen impedit, nisi permittere dicitur. Vnde Aug. in Enchiridio ad Laurentiũ ca. 98. rectè ait, nullũ esse animal malum, quin Deus illũ, si modò velit, queat emendare. Nõ aũt prohibere, cum possit, est permittere. Idemq; author contra Iulianum lib. 5. cap 3 tradit multa esse mala, quæ Deus nisi velit, non vtiq; permitteret. Attamen oportet etiam quippiam aliud, quàm permissionem afferre, si scripturarum locis, quæ obijciuntur, volumus rectè satisfacere. Nam qui Deum peccata solùm, non permittere, non queunt eius voluntatem prorsus excludere, quoniam illa volens aut inuitus permittit. Non sanè permittit inuitus, quia nemo potest eum cogere. Ideo consequitur, vt aliqua ea patiatur fieri. Nec somniare licet eam voluntatem permissionis, in Deo esse remissam, quia nihil in Deo est quod non sit perfectum & absolutum. Quare constituendum est, Deum non tantùm permittere, sed etiam certo quodam modo velle peccatum: sed non quatenus peccatum est: quandoquidem voluntas necessariò semper in bonum fertur: sed quatenus pœnas sequentium scelerum. Nam ea ratione quamuis peccatum est, tamen boni formam subit. Iudices principes & maiestratus nonnunquam leones & feras bestias in maleficos homines immittunt, & elephantos in hostes extimulant, qui tamen ea genera bestiarum non fecerunt. Sed illarum ferinis & ferocitate abutuntur. Ita Deus operam tyrannorum vsurpat, cum vult de aliquo populo iustum supplicium sumere. Vnde Rex Babylonis malleus, baculus & serra, manus Domini appellatur, cum Deus voluerit eius violentia populum Israelitarum castigare. Non enim Rex ille, quamuis potentissimus, Iudæos valuit suis viribus affligere: imò arrogantię accusatur, quod id aliquando proprię fortitudini abscripserit, Deus enim se verum fuisse authorem tantę cladis perhibet. Et Iobus cum à Sabæis & Chaldæis, nec non Diabolo fuisset graviter vexatus, & bonis propemodum omnibus exclusus, non minus piè, quàm sapienter, inquit, Dominus dedit, Dominus abstulit. Vtque apertius Dei voluntate id contigisse ostenderet, subiecit: Sicut Deo placuit, ita factum est. Siquidem vidit Chaldæis ac Sabæis, & Diabolo Deum pro instrumentis fuisse abusum. Et posteriori libro Samuelis 24. cap. habetur, Deum excitasse Dauidem ad populum recensendum, quod factum in Paralip. Diabolo attribuitur. Vtrunq; autẽ duorum verum fuit: quia Deus illum ministerio & opera Diaboli ad id faciendũ incitauit. Vt enim Solomõ ait, Regis cor est in manu Dei, & Deus id, quocunq; voluerit, inclinat. Non quidẽ, vt sæpe iam dictũ est, nouã instillando malitiam, sed ea quã inuenit abutendo vel ad punienda peccata, vel ad alia sua cõsilia perficienda. Itaq; cum Deus vel indurare, vel excęcare scribitur, non tantùm relinquere, aut deserere credendus est, sed etiã voluntatẽ suam adhibere. Nec prætereundũ est in ca. 6. & 7. Exodi Deum scribi cor Pharaõis induraſſe, cum tamẽ in 8. ca. Pharao ipse scribatur, suũ cor obfirmasse. Vtrumq; porrò verum est: prius quippe Pharao tantæ contumaciæ principia in se habuit, & libenter ac sua voluntate Dei verbo se opposuit. Ex altera tamen parte Deus, vt supra demonstratum est, illam eius animi duritiem in lucẽ produci curauit, eamq; moderatus est, & rexit ad suum arbitrium. Nec fingere debemus orbi terrarum sic Deum præesse, vt instar otiosi sedeat in specula, ibiq; nihil agat. Vel vt mũdo & rebus infernis tanquam equo frena permittat, & sinat vagari, quo libuerit. Nec verum alt id, quod à nõnullis asseritur, Deum ipsa mala seu peccata nec velle, nec nolle, ceu de illis nihil prorsus cogitet. Velut si quis me roget, velimne hodie Regem Galliæ venari, rectè possim respondere, me id neq; velle, neq; nolle, siquidem ad me nihil pertinet. At sic responderi non potest rectè de Deo, cum ad eius curam & prouidentiam attineant, quæcunque in rerum natura fiunt. Sed illi velim, cogitent, ex quo testimonio scripturarum suam illam permissionem, quam tam mordicus retinent, confirmare valeant. Non me latet, illos pro se adducere, quod 81. Psalmo habetur: Permisi eos desyderijs cordis eorum. Cæterùm si Hebraica veritas consulatur, insimius & dilutius apparebit, quàm arbitrentur. Nam שלח verbum in Piel Hebraicè habetur, quod ex coniugationis vi actionem vehementem significat. Nec est conueniens, vt illud interprtatione permissionis leniamus: imò potius cum phrasi Paulina facit, qua dicitur ad Romanos Deus impios tradidisse in reprobum sensum, & potius impios abiecisse quàm permisisse Deus ostenditur. Sed quo eos permisit, seu abiecit? nempe in ipsorum prauos desyderia, scilicet, vt ab illis toti possiderentur & regerentur. Atque in hanc sententiam verbum illud Hebræum in sacris literis crebro vsurpatur. In Genesi quippe traditur Deum eiecisse homines è paradiso, vbi verbum eijciendi, quis interpretetur, permisit? Cum potius illinc homines extruserit, & deturbarit. Deinde in capite 19. Angeli dicunt: Et misit nos Deus ad perdendam Sodomam. Quo loco emittere non potest idem esse, quod permittere. Et in Exechiele scribitur, Emisit propaginem, cum tamen vitis non permittat ex se propaginem exire, sed potius eam ad egrediendum impellat. Quare videat interpres, vt eo loco verbum Hebraicum

שלח

Quatenus Deus non tantum permittat sed etiam velit peccatum.

Pharao quomodo se indurarit & à Deo indu ratus sit.

Permittendi verbum vbi & quomodo in scripturis accipiatur.

verbo permittendi. Nec est omittendum, diuinas literas permissionem Dei non ...quàm malis tribuere. Etenim ad Hebræos cap. 6. cùm de bonis rebus agere... Si Deus permiserit. Iulianus Pelagianus (vt apparet ex Augustino contra ... sententia fuit, vt cùm Deus in Scripturis tradere aut excæcare dicatur, sit in ... relinquere aut permittere. Augustinus verò è diuerso Deum, ait, non solùm ... Apostolus docuit, iram & potentiam suam declarare. Tradit præterea Iulianus ... esse hyperbolicas: Augustinus verò contendit esse proprias. Iulianus inter... traditi dicuntur suis desiderijs, laborasse antea illis morbis, vnde subijcit, quid ... traderentur? Satis fuit, vt sinerentur in ijsdem volutari & acquiescere. Ad hoc ... idem esse putas habere desideria, & illis tradi? Traduntur enim impij malis cu... tantum vt eas habeant, sed vt ab illis prorsus habeantur & possideantur. Itaq; ad... Deus agit in corporibus impiorum ea vexando & affligendo, ita etiam in ... operentur, ea impellendo in peccata. Eoq; loco historiam Semei tractat, vbi Dauid ... iussit, vt mihi malediceret. Voluntatem, inquit Augustinus, Semei vitio suo ma... iustè inclinauit, vt Danidem conuitijs incesseret: & causa redditur: Mihi quippe ...buet pro hoc maledicto bona. Idem quoq; Augustinus de gratia & libero arbitrio ... animis hominum operari eos inclinando tam ad bona, quàm ad mala, iudicio iæ... sed interdum aperto, semper autem iusto. Quibus addas: Quemadmodum, & qua cau... sint, difficillimum est explicare. Hoc tamen est certissimè statuendum, hæc mala, ... Deo proueniunt, non esse peccata, sed res iustas ac bonas: sed quatenus vel à diabolo, ... proficiscuntur, iure peccatis accenseri debent. Manichæi, cùm ex ista quæstio... sint explicare, finxerunt duo esse rerum principia, quorum vnum esset bonum, alte... Nos verò docemus, vnum esse Deum bonorum omnium authorem: peccata ve... orta ex discessione Adami à Deo, quæ tamen Dei voluntate atq; arbitrio tempere... Vnde concludimus, & actiones ipsas, hoc est, peccatorum subiecta esse à Deo: ip... fuerit, subducere gratiam & auxilium: deinde hominũ prauas cupiditates regere ... quocunq; placuerit: & cùm peccatis hominum abutatur ad aliorũ peccatorum suppli... nullo pacto voluisse. Verùm de peccato Adami difficilior est quęstio, quia nul... ius lapsus qui posteriori peccato à Deo plecteretur. Ad hoc tamẽ respondemus, ... hoc est, subiectum deformitatis ac iniustitiæ fuisse à Deo: priuationẽ autem seu ... libero Adami arbitrio, quem Deus integrum, liberum & absolutũ creauerat, non ta... non deficere, ac errare posset. Nec Dei gratia, qua retineretur à lapsu, tanta fuit, vt eum ... stabiliret. Deum verò Adamum voluisse cadere dubitari non potest, alioqui non ce... Voluit autem cadere, non quidem ratione peccati, sed vt eo lapsu ad patefaciendas opes ... diuitias suæ bonitatis veteretur, ostenderetq; se non tantum potuisse hominem inte... perfectum efficere, verumetiam lapsum & perditum restituere. Ac ea de causa misit Fi... pro humano genere in cruce moreretur. Vnde Gregorius exclamauit: O felix cul... meruit habere redemptorem. Atq; hactenus de propositis quæstionibus, ... explicatis reuertemur ad historiã, vbi Deus perhibetur, filios Eli voluisse occidere. ... rebelles filij dignissimi erant, qui perderẽtur, & idcirco Dei voluntas fuit iustissima. ... erant filios contumaces erga parentes lapidari, quod ab humana potestate cũ eo tem... fieret, Deus id, sua potentia & voluntate suppleuit. Voluit igitur eos perdere, vt vasa irę ... interitum. Et Dauid Kimhi hoc loco scribit, Cùm impij peccata peccatis cumulant, De... postremò iter ad resipiscentiam præcludit, partim vt suorum scelerum dent pœnas, partim ... exemplis pij admoniti sibi diligentius caueant. Quod verò de Samuele repetitur, ... creuerit & creuerit, bonusq; fuerit tam apud Iehouam, quàm apud homines, res hoc ... intelligenda, quod vt annis, ita etiam probitate, nec non bona fama quotidie augebatur. ... quippe subinde fiebat, gratiorq; tàm Deo, quàm hominibus. Repetuntur hæc, vt ... illum & filios Eli euadat illustrior. Hoc præterea loco notabimus malo ... liorum Heli Samuelem non fuisse corruptum, & mirabimur ipsos Eli filios, cùm ... eadem tribus cum Samuele ac erudirentur in eadem schola, eodemque præceptore v... fuisse adeò malos, & Samuelis dissimiles. Vnde licet colligere, non quidem esse leue, ... præceptorem nancisci, & idcirco parentibus id cumprimis curæ esse debere, vt suos libe... probis pijsq; præceptoribus cõmittant. Sed nisi Deus Spiritu suo eos afficiat, curam ... vel parum vel nihil profuturam. Nam vt Paulus docuit, qui aut plantat aut ri... sed Deus est qui tribuit incrementum. Quare licet præceptores & pij & docti

Permißio Dei bonis etiam re bus tribuitur.

Pelagianorum & Auguſt ſen tentia de per mißione.

De Adami pec cato.

Præceptorum opera parum aut nihil pro deſt, niſi Deus Spiritum ſuum det.

contigerint, tamen adhuc parentum est Deum, sine cuius ope nihil potest absolui [illegible] ardentissimis votis orare, vt suis liberis adsit, eosq; foueat & perficiat. Eandem [illegible] & trinam eandemque disciplinam, eundemq; Præceptorem Petrus & Iudas habuerunt, [illegible] men ille præclarissimus Ecclesiæ minister, alter verò perfuga & proditor [illegible] quare mirari desinamus discrimen inter Samuelem ac filios Eli.

27 *Venit autem vir Dei ad Eli, dixitque ei, Sic dicit Iehouah [illegible] manifestaui me domui patris tui, cùm essent in Aegypto in domo Pharaonis.*

28 *Et elegi eum ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotem, vt offerret [illegible] tare meum, vt suffiret thymiama, vt gestaret Ephod coram me, & dedi domui [illegible] omnes oblationes filiorum Israel?*

29 *Cur calcitrastis in sacrificium meum, & in oblationem meam, quam præcepi in [illegible] bernaculo? & maiori honore affecisti filios tuos, quàm me, vt impinguaretis vos [illegible] primitijs omnium oblationum Israel populi mei?*

30 *Idcirco dixit Iehouah Deus Israel: Dicendo dixeram, quòd domus tua, & domus patris tui ambularent coram me vsque in seculum, nunc autem dicit Iehouah: Absit à me, quia honorantes me honorabo, contemnentes autem me contemnentur.*

31 *Ecce dies veniunt & præcidam brachium tuum, & brachium domus patris tui, ne sit senex in domo tua.*

32 *Et aspicies inimicum in habitaculo in cunctis quibus benefacies ipsa Israel: non erit senex in domo tua omnibus diebus.*

33 *Et virum non excindam tibi ab altari meo, vt consumam oculos tuos, & dolore afficiam animam tuam, & omnis multitudo domus tuæ morientur viri.*

34 *Et hoc tibi signum, quod eueniet duobus filijs tuis Hophni & Pinhas: [illegible] dem morientur ambo.*

35 *Suscitabo quoque mihi sacerdotem fidelem, qui vt fueris in corde meo, & in [illegible] meo faciet, & ædificabo ei domum stabilem, ambulabitque coram Christo meo omnibus diebus.*

36 *Et erit, quicunq; residuus manserit in domo tua, veniet, vt incuruet se ei pro [illegible] mo argenteo & buccella panis, & dicet: Adiunge me quæso vni sacerdotiorum, vt comedam buccellam panis.*

Iam à Deo legatus ad Eli mittitur, qui eius indulgentiam erga liberos & ignauiam [illegible] Is oratione sua primùm grauitatem peccati explicat: deinde vltionem de illo sumendam [illegible] & ne verba, quæ affert, contemnantur, signo externo, id est, nece filiorum Eli veritatem [illegible] tionis confirmat. Quis autem fuerit iste legatus cùm sacra historia non doceat, hinc relicta [illegible] occasio interpretibus, vt varia comminiscantur. Quidam ex Hebræorum expositoribus putant, istum fuisse Pinhas Eleasari filium: sed ratio temporis id non patitur. Alij suspicantur Heliam fuisse, at ne id quidem potest constare. Nec desunt, qui ad Elcanam patrem Samuelis hoc referant. Verùm hoc, quia è Scripturis authoritatem non habet, ea facilitate cõtemnitur, qua proponitur.

Quis fuerit vir Dei missus ad Eli.

Qui sint viri Dei, & horum duo genera.

Quocirca nobis quia Spiritus sanctus eius nomen prodere noluit, satis erit nosse, quicunq; fuerit & legatum, & virum Dei fuisse. Viri autem Dei sunt omnes quicunque ab eo sunt conditi, sed peculiarius ita dicuntur, qui Spiritu Dei aguntur, quique ad populum eius legatione funguntur. Horum verò duo sunt genera: quandoquidem alij ad ministros ordinarios pertinent, ad hoc delecti, vt populum doceant verbum Dei, & Sacramenta eidem administrent. Qua ratione Paulus virum Dei Timotheum appellauit. Alij verò extraordinarij iure dici possunt: qui à Deo interdum aliquâ magna de causa citra consuetam electionem excitantur, vt modò factum est, quando sacerdotium corruptum erat, & sacra vitiata. Hunc legatum misit Deus hominem à familia sacerdotali alienum, qui Eli Pontificem corriperet. Ita peruersa & disiecta erant omnia, vt sacerdotem ipsum, cuius vnius fuerat alios emendare, oportuerit ab alijs edoceri. Ad eundem modum temporibus nostris accidit, quando religio Christiana à Papis, Cardinalibus, & Episcopis, qui antistites in ea esse, atque haberi volunt, sic horribiliter corrupta & vitiata est, Deus extra ordinem aliquot excitauit, qui & illos acriter corriperent, & religionem collapsam instaurarent. Nunc si conferatur oratio viri Dei cum ea, quam Eli Sacerdos ad suos filios habuit, deprehendetur virilis ad [illegible]

Corruptis ordinarijs ministris alij extra ordinem excitantur.

& [illegible]

...da, neq; mollis: sed talem deniq; viri Dei esse decuit. R. Leui Ben Gerson ...Eli quòd iam consenuisset, prophetiam fuisse ablatam. Quod ineptum vide- ...pulla ætas parum idonea est Spiritui sancto. Prohibet quidem senectus ara- ...fare, vel in templo sacrificare, facultatem verò spiritualem & cœlestia charis- ...fortasis hîc interpres eam diuinationem respexit, quę per Vrim & Thumim ...sacerdotes oracula & captabant & edebant, quod Eli amplius cum præ sene- ...exercere non potuit. Sed quid etiam si prophetiam adhuc retinuisset, nónne ab a- ...potuit admoneri? Quasi Prophetæ nec labi, nec errare potuerint. Certè Pro- ...mino missus est in Samariam, fuit seductus ab altero Propheta, vt in libro Regum ...ebat Eli filiorum peccatum, sed vt erat animo erga eos nimis leni, non exag- ...miserant, quemadmodum par erat, nec disciplina & seueritate pontificia casti- ...est Deum pro sua misericordia id esse illorum ætati condonaturum. Idcirco ...durus nuncius. Is peccatum illud, vt merebatur, amplificat. Primùm ab eius ma- ...citate. Deinde à grauitate atq; pondere supplicij, quòd eius toti familiæ immi- ...lent homines negligentes, quiq; de suis peccatis leuiter cogitant. Monentur e- ...pter statum & conditionem, in qua versantur, securè peccant. Ita Dauid cùm in ...crimina incidisset, adulterium inquam & homicidium, & Rex in Israel esset, nec ...alio puniri, Nathan ad eum missus est, qui ei nunciaret Deum pœnas grauiss- ...turum. Ita nunc agitur cum Eli, qui & Pontifex, & Iudex erat in Israel. Huius au- ...admonitiones, vtiles admodum sunt pijs hominibus: nam per eas, & resipiscunt, & in ...Impij verò admoniti contemnunt, sibiq; grauius iudicium accersunt. Ita enim ...mine, sed ab ipso Deo admonitus, factus est deterior, & se in extremam desperatio- ...verò Deus graues calamitates aliquando antea denunciare, quàm eueniant, ne ...queat, se illa euentura non audiuisse. Noah mittitur preco iustitiæ antequam or- ...deretur. Et innumeri Prophetæ sunt eò citati, antequam Hebræi captiui abduce- ...bris. Et ad Dauidem missus est Nathan, priusquam Deus illum affligeret. Sic modò ...ad Eli, qui de vindicta instanti domui eius illum admoneat.

Prophetiam non esse ab Eli ablatam propter senectam.

Prophetæ errare possunt.

Qui sint monendi.

Admonitionum vsus.

...h.) Hæc est omnium Prophetarum communis præfatio. Legati etiam cùm ad ...pub. aut Rempub. mittuntur, ante omnia literas proferunt, quibus legationis eo- ...cognosci possit. Quare sic etiam Prophetæ authoritatem sibi conciliant, cùm te- ...præterverbum Domini afferre. Adnotandum præterea est hoc loco, etiam sum- ...ex verbo Dei potuisse reprehendi, quod hodie Paparum & Cardinalium adu- ...esse clamitant, aiuntq; nemini licere Papæ dicere, Cur ita facis? Sed aliter visum est ...Nam Paulus audacter Petrum coarguit, cùm in Euangelio administrando minus ...Certè si Papæ, Cardinales, & Episcopi sint membra & filij Ecclesiæ, vbi errant, ...debent? Quare malè sibi cauit Symmachus Papa, cum suo decreto statueret, à ...sua iudicanda esse. Moses Porrò Aaronem summum sacerdotem grauiter in- ...nec veritus est summi Pontificis dignitatem. Status accusationis est, ...sacrificia. Deinde subijcitur, Senem plus liberis suis tribuisse, quàm Deo. Quòd ...contemnerentur, & Deus filijs posthaberetur, à nullo expectandum erat homi- ...minus à Pontifice, ac denique minimè omnium ab eo Pontifice, qui tàm or- ...esset diuinis beneficijs. Vt itaque crimen amplificaretur, confert legatus Dei præ- ...illius ingratitudine. Extant, inquit, præclara beneficia erga te minimè recen- ...sima. Delegit quippe sibi Deus Pontificem Aaronem, ex quo tu genus du- ...Pontificatum geris. In Ægypto Deus ad Mosen fratrem Aaronem adiunxit, vt eo ...Arbitrantur autem Rabbini Hebræorum, Aaronem fuisse Prophetam, & ...populum Israeliticum in Ægypto habuisse, atq; illorum idololatriam reprehendis- ...Ezechielem ex eius concionibus extare. Accedit deinde ad beneficij magnitudi- ...Deus elegit, cùm adhuc seruiret in Ægypto. Inquit enim historia, *Cum essent ...Pharaonis.*) Tota Ægyptus potest domus Pharaonis appellari: vel idcirco ...domo fuisse dicuntur, quod præfectis domus eius faciendo lateres inseruirent. ...consueuerunt homines humilis conditionis aspernari. At Deus tum suscepit ...fortunæ abiectissimæ. Destinauit autem Aaronem non ad quamuis functio- ...sacerdotium, hoc est, ad splendorem & amplissimam dignitatem. Nam ...sacerdos ab hominibus assumptus, pro hominibus constituitur, in ...Deum. Erat Pontifex inter Deum & populum sequester, & umbra huiusque Chri-

Prophetarum præfatio.

Pontifex summus ex verbo Dei potuit reprehendi.

Beneficia Dei erga Eli commemorantur.

Aaron ex vili conditione ad amplissimam functionem euectus.

ſtum venturum. Nec tantum voluit Deus illum excellere honore, ſed [illegible]
diſsimè proſpexit. Dedi illi, ait, victimas, oblationes, hoſtias & primogenita.
ſuum inſtituit Pontificem, vt hodie multi principes equites auratos creent, [illegible]
tulos & honores largiantur, ſed vnde viuant gradumq; ſuum tueantur, [illegible]
etiam Epiſcopi presbyteros & diaconos ordinant, quos deinde oportet, vt [illegible]
ciant, nec ſacerdotia moris eſt apud eos conferre, niſi prouenerit Synodus.

Vt offerret ſuper altare meum, vt ſuffiret thymiama, & geſtaret Ephod coram me.)
Sacerdotum tria miniſteria complectitur hiſtoria tria ſacerdotum miniſteria. Primum victimas ad altare [illegible]
teriori aditu ſuffitum facere: tertium per Ephod conſulere Dominum, & [illegible]
dere. Subijcitur ad hæc. *Patris quoq; tui familiæ dedi cunctas oblationes filiorum Iſrael.*
eſt, vt alibi oſtendi, ſacrificium pro peccato ſacerdotis, & pro peccato vitulæ [illegible]
guinem inferri oportuit in ſanctum, & aſpergi coram propitiatorio, deinde [illegible]
efferri oportuit, & extra caſtra comburi. Holocauſta quoq; tota igne conſumebantur.
ſacrificia pro peccatis à ſacerdotibus comedebantur, & de pacificis patiorum partem [illegible]
Iſta Deus Aaroni & poſteris eius contulit, ne operis externis cogeretur victum [illegible]
vt quantus quantus eſſet, in ſacris verſaretur, nec de alia quapiam re ſolicitus [illegible]
adijcitur Antitheſis.

Quare conculcaſtis ſacrificia mea?) Pro tot beneficijs, inquit, hanc mihi ſolam gratiam [illegible]
Dei ſacrificia & ſacramenta quomodo conculcantur. ſtis. Conculcaſſe dicuntur ſacrificia, quod in obeundo miniſterio ab inſtitutis [illegible]
næ legis receſſiſſent. Qua defectione ſapientiam Dei videntur pedibus conte[illegible]
ta eius iudicio anteferre. Hodie quoq; Papiſtæ noua quædam Sacramenta inſti[illegible]
Chriſtus tradidit lacerantes, eaque diſtribuentes populo tum contaminata, tum [illegible]
conculcare ſacrificia Domini verè prædicantur. Quamuis id permoleſtè ferens, [illegible]
Papiſtæ imitatores filiorum Eli. oportet, quando non à nobis, verùm à diuinis literis arguuntur. Sunt ergo filiorum [illegible]
cordes imitatores, nec dubium eſt, quin factorum ſuorum eandem prætexant excu[illegible]
quam filij Eli arbitrabantur ſibi patrocinari, qui fortaſsis apud ſe ita diebant, carnis [illegible]
nobis citra controuerſiam debentur, quid nos oportet de tempore tam anxiè [illegible]
pectare? partem aliquam victimæ nobis oportet coqui, neq; tantopere [illegible]
per ſit armus dexter, aut pectuſculum, nos pro noſtro iure atque [illegible]
dum commutare. Nónne hodie Papiſtæ hæc eadem rationes ſuas [illegible]
lacerationes tuentur? Suam Eccleſiam inquiunt hæc prædium eſſe poteſtatem [illegible]
& imminuat pro ſuo arbitrio. Atqui Spiritus ſanctus hoc loco pronuntiat, id eſſe [illegible]
crificia Domini.

Ego vos extuli, ait, ſupra fratrum veſtrorum ſortem, vos autem infra pedes [illegible]
ſtis. Præter allatam iam expoſitionem alia quoque ſuccurrit. Verbum enim Hebraicum
Recalcitrare. ſolum eſt conculcare, ſed etiam recalcitrare. Sic enim Moſes illo eſt vſus, cùm ait: [illegible]
eſt dilectus, & recalcitrauit. Nihil autem magis arrogantiam & contemptum Dei
Diuitiarum copia parit contemptum Dei. diuitiarum copia, opulentia, & vberior annona. Vnde cùm filij Eli gulæ ac cupidi[illegible]
ram nauarent, illicò cœperunt recalcitrare atque à ſo iugum diuinæ legis excutere.
Chriſti cùm adhuc tenuis, inops & paupercula eſſet, verbum Dei trectabat fidelius, & [illegible]
ta piè caſteque diſtribuebat & percipiebat. Poſtea verò quàm Epiſcopi facti ſunt principum
rum Domini, cœperunt mirum in modum inſolefcere, & Verbum Dei non [illegible]
faſtidire. Adhæc verbum illud Hebræum ſignificare poteſt calcibus abijcere, quod [illegible]
cum pulcherrimè quadrat. Nam accuſantur filij Eli, quòd repulerint ſacrificia Dei à [illegible]
nam ſuis malefactis illos abigebant à tabernaculo, qui victimas & munera ſolebant [illegible]
re. Allatæ iam expoſitiones probabiles vtiq; ſunt, & ſignificationi verborum [illegible]
Adhæc obſeruandum eſt, Dei legatum non arguere filios Eli tertia perſona, [illegible]
fecerunt: verùm ſecunda inquit, Cur calcitraſtis? Quæ dicendi formula ipſum Eli [illegible]
liberorum ſceleribus, nempe quòd eos non caſtigarit, ſed fortaſsis [illegible]
bus comederit. *Et maiori honore affecisti filios, quàm me.)* Hoc non verbis illam [illegible]
ligendum, ſed reipſa, quemadmodum Paulus de impijs loquitur, cùm dicunt ſe [illegible]
ctis illum negant. Eo videbatur Eli pluris facere ſuos liberos, quàm Deum, quod [illegible]
capere cibum priuſquam Deo ſacrificium adoleuiſſent. Verùm dicetis: Si filij [illegible]
An pater deo beat reprobari propter filios ſceleratos. non debuit pater eorum cauſa reprehendi, cùm in Ezechiele cap. 18. [illegible]
parentes non eſſe conferendum. Verùm attendendũ eſt, Ezechielem [illegible]
ſtitia & iudicium exerceatur, quod Eli minimè præſtitit. Neque operæ [illegible]

ponamus, quæ sunt omnibus communia, sed ea item, quæ peculiariter ad *Præcepta peculiaria suæ vocationis cuiq; ob seruanda.*
pertinent: vt qui minister Ecclesiæ fuerit, docere fideliter studeat: si magi-
præscriptum laboriosè dicat: si pater, filios disciplina graui atque seuera in-
blandiri debet, quod præcepta communia vtcunque obeat, si peculiaria
Apud Ezechielem sit Dominus: Cùm ego misero Prophetam, vt popu-
non docuerit, illi quidem in peccato suo morientur, sanguinem tamen illo-
rum exquiram. Pater erga liberos Prophetæ locum obtinet, quare si eos insti-
tuerit, illorum casus ac ruina de manibus eius repetetur. Eli autem non mo-
Pontifex & Iudex erat, quare omnibus istis nominibus adigebatur, vt liberos
coercaret. Paulus Romanus Episcopus eius nominis III. cùm iam penè age- *Paulus III. Papa.*
ret, se in eo vehementer peccasse, quòd nimium suis indulserit, quasi solus
ad commiserit. Omnes fermè alios duriter vexant, cùm suis plena manu in-
dulgeant. Eli quod suos filios pluris quàm Deum fecerit. At hodie qui præla-
tiæ, dignitates, aulicum strepitum, & inanem pompam ipsi Deo publicè ante-
de causis fit, vt verbum Dei abijciant, & fœdissimam omnium sacrorum vio-
rum atque carceribus, nec non ignibus eos insectentur & perdant, qui aliquid in
rari instaurare. Oportuit Eli cogitare, opulentiam & copiam non fuisse datam *Quare Deus sacerdotibus copiam rerum dederit.*
libidines alendas, & cutem curandam. Voluit quidem Iehouah amplam sacer-
dignitatem esse, illisque omnia ad victum cultumque pertinentia, suppeditari
circo sese nimium efferrent, sed vt maiore authoritate ac studio legitima sacra
tractarent. Quare debebant omnia ista vni Deo postponere: sed peruersè tum age-
bantur, cùm Deus omnibus istis longè postponitur. Dona vtiq; Dei materia esse
fidei atque charitatis erga illum declarandæ, quod cùm illi non præstitissent,
ac si diceret: Vos hæc mihi feciſtis, nunc audite vicissim, quid ego sim vobis

daturus, vt domus tua & patris tui ambularent coram me vsque in seculum.) Ait se de-
mino statuisse, vt hæc familia officio summi sacerdotis fungeretur in taberna-
nitio Eleazari posteritati Pontificatus cessérat, qui postea translatus fuit ad Eli, *Cur pontificatus ab Eleazari familia ad Eli translatus.*
lia Ithamari. Cur verò id factum fuerit, non satis ex Scripturis liquet. Expositi-
rantur, cùm illud scelus nefarium, cuius mentio habetur in lib. Iudicum, fuisset
morum sequitur, vniuersum populum Israeliticum grauibus multiplicibusq; pec-
catis inquinatum, quocirca sacerdotes per omnes regiones excurrere debuisse vt omnes
reuocarent, & in viam reuocarent. Quod facere quia neglexerunt, sacerdotij dignita-
tem, & ad Eli familiā translatam. In qua vsq; ad regem Solomonem permansit, is
rum vltimum ex ea familia Pontificem summouit, eiq; Zadoccum ex antiqua fami-
lia. Hoc illi, *vt ambularent coram me.*) In Hebræo est: יתהלכו. Pertinet verbum ad *Coram Domino ambulare.*
Hithpael atque significat seipsum mouere. Hoc autem omnibus pijs est commu-
ne, reddè agere. Quod autem dicitur Coram me interpretantur nonnulli, omnes
nos ac si Deus omnibus eorum actionibus interesset. Verùm hîc sacrum ministe-
rium nihil aliud sit, quàm in sacra facienda coram arca Domini, & in tabernaculo, di-
uinare. *Absit à me.*) Non patitur iustitia mea, vt sacerdotium vobis diutius permit-
tam, hoc decreueram, sed vos impediuistis. Quid ergo, dicet aliquis, an reuocat Deus
Certè reuocat, quamuis ipse non mutatur. Voluit vt illi ambularent coram se, *An Deus sententiam suam reuocet.*
sedulò in ministerio se gererent, hoc illi nō fecerunt, idcirco eis eripit sacerdotiū.
lia cap. 18. hoc edictum conscriptum est: Si locutus fuero de gente, vt eam per-
turpem, & ipsa pœnitentiam egerit, me quoque pœnitebit, quod ei facere con-
cepturus fuero de aliqua gente, vt eam ædificem & plantem, & ea malè fecerit in
quoque boni pœnitebit, quod ei facere decreuerim. Quare considerandum est *Promissiones Dei aliæ absolutæ, aliæ cum conditione.*
nibus alias conditionem sæpe habere coniunctam, alias verò absolutas &
Qualis ea censetur, qua Filium suum statuit in mundum pro salute humana
quod promissum perfecit, quamuis homines pergerent esse nequissimi. Pollici
tum cor carneum pro lapideo. Quod subinde facit citra nostrum vllum meri-
quia credidimus: nam vt crederemus prius oportuit cor saxeum tolli. Quo ve- *Conditio addita promissionibus à nobis non potest præstari.*
nientes, quæ pendent à conditione, intelligendum est eam esse talem, vt à nostris
viribus præstari non possit. Conditio vtique Legis hæc est: Si feceris omnia
ro tibi, vita vives. Sed quis vnquam fuit, qui hæc sua vi ac facultate præstare va-

Quare additæ sint conditiones.

fuerit? Quorsum igitur data sunt huiusmodi conditiones? Non frustra. Nam [illegible] ipsorum infirmitate perceptâ, confugiamus ad Christum, eumq; fide [illegible] ejus. Vnde iustificatis per illum, vires in nobis instaurentur, [illegible] ea operemur, quæ Deo placeat, ita vt, quod nostrâ defuerit iustitia, [illegible] tur. Certè conditiones legales si perfectè à nobis præstarentur, [illegible] Sed cùm id neque fiat, neq; fieri possit, ad Christum nos reijcimus, [illegible] dam iustitiæ inchoationem adipiscamur, atque ita quæ fuissent ex [illegible] nunc sunt effecta eius per fidem partæ. Quare confitemur, eos non [illegible] fuisse adiectas. *Quia honorantes me honorabo.*) Ratio subijcitur, [illegible]

Sententia hæc est thesis.

posset vos diutius in sacerdotio perferre. Est porrò valuerunt, [illegible] trorum interpretes illam ad hypothesin reuocat, & priorem eius partem, [illegible] me honore affacio, referunt ad Pinhas & eius posteros, à quibus Deus pro [illegible] cùm ille studio accensus diuini cultus, Hebræum principem vulgum [illegible] misset, ad honorem sacerdotij euectus est, eiusq; posteri in eo permanserunt [illegible] quo poterant honore affecissent. Vos è diuerso me ignominia & contumelia [illegible] circo vos mouebo loco. Ego verò aliatam propositionem malim Thesin esse, [illegible]

Vt Deum honoremus non ex nobis proficiscitur.

tineat. Et licet præclarum sit Deum afficere gloria, tamen credendum non est [illegible] ficisci, quandoquidem ille suo auxilio efficit, vt eo adducamur. Et Christus [illegible] go elegi vos, non autem vos elegistis me. Vt itaque honor ille, quo Deum [illegible] manat, ita oportet, vt ad illum referatur. Quemadmodum igitur ipse nos [illegible]

Deum honorare vt quid sit.

cultores, ita nos vicissim debemus illum suspicere ac venerari. Nec aliud est [illegible] quàm eum ex animo colere, nec posse quicquam ferre, quod in eius contumeliam [illegible] varijs modis Deus honore affici. Nam scribitur, Timentes Deum, illum honorificabit: Sacrificium laudis honorificabit me. Atque hoc genus alia testimonia permultum [illegible] Verùm ea omnia vno comprehenduntur capite, nimirum vera solidaque fide. Quemadmodum [illegible] lomonem in Prouerbijs appositè scripsisse, cùm sic: Si amplexatus fueris illam, honorificabit te. Vbi attendendum est, amplecti sapientiam nihil aliud esse, quàm in Christum credere. Sic [illegible] tiam inquit Abrahamum Deo credidisse, non vetuisse animum ad fenile ac effœtum [illegible] neque ad emortuum Sarræ vterum, sed dedisse gloriam Deo. Consequimur hanc [illegible] re ignominia, quicunq; illius verbis fidem non adhibent.

Ecce dies venient.) Iam demonstratur quo pacto Deus velit suam ignominiam [illegible] quam demonstrat non fore latin. quod minatur, cùm inquit Ecce venient. Quemadmodum [illegible] Solomonem in familia Eli conseruatum est sacerdotium. Hæc Dei bonitas est, vt [illegible]

Deus pœnas ante prædicit vt det spacium pœnitentiæ.

plicium sumat, plerunque multò antea id prædicat, quo monitis & admonitionibus [illegible] quatur. Misit Noe vt hominibus prædicaret ante centum annos, quam diluuio [illegible] deret. Et multò ante captiuitatem Babylonicam prophetæ ad Iudæos legati, [illegible] & vastatione gentis admonierent, vt eos interim admissorum scelerum [illegible]

Calamitates quæ prædicuntur Eli.

brachium tuum, & brachium domus patris tui.) Hæc est descriptio opulenti familiæ, quæ illius familiæ robur & firmamentum instar brachij erat. Eventura infelicitatis molem [illegible] merantur. Erant quippe dignitatem Pontificatus amissuri. Deinde prædicitur, in [illegible] fore senem, quod præpropera & immatura morte perituri essent. Adhæc annalem [illegible] tiscem. Præterea ita vitam obsidiandam, vt inuidia contabescerent propter [illegible] tatem. Accedit adhæc, filios ipsos Eli vno patre morituros. Indicatur item, [illegible] nem fore tali templo excitato, cum populus maxima felicitate frueretur. Nuncupatur [illegible] liam æmuli sacrificandi perpetuò manserunt in honore sibi collato: quin in ille [illegible] vsque ad Christum durarunt. Et denique additur, Eli posteros mendicos, non tamen [illegible] esse victuros, & omnium iudicio expositos. *Ne sis senex in domo tua.*) Quibus [illegible] tantur, non quoad ætatem esse dictum, sed quoad excellentiam & dignitatem, [illegible] in ea stirpe fore prudentem, itaq; doctrina & sapientia præditum, qui vel [illegible] lium publicum allegeretur. Ego verò potius arbitror, Deum illis minari, quod [illegible] vsque ad senium protracturi, sed morte immatura & ante vigentem, vt ipsam [illegible] tius animaduerterent, perituros: ac si dicatur: Viuetis quidem [illegible] immaturè peribunt.

Et effectes ænulum.) Nempe tum. Duæ videntur [illegible] Metaphoræ ab [illegible] rint vni viro: vt de Hannah & Peninnah modò cognouimus, & [illegible] hele traditur, quæ angebantur ærumnabundæ [illegible] animi, [illegible] videmus [illegible] gani.

...sit Deus, æmulum contra te, qui oculos tuos perpetuò vret. Hinc de-... duas familias perpetuam fuisse æmulationem, & ferè semper accidit, ... atque honoris gradu versantur, sibi mutuò inuideant. Vnde Prouer- ... Egyptum non inuidere Scythæ. Nec prætereundum, inuidiæ morbum o- ... conferri, & idcirco nunc subijcitur, Vt tabescere faciam vel marce- ... animam tuam, &c. Quemadmodum enim oculus aut vitiosus aut le- ... intueri non potest, sic inuidus minimè valet dignitatem aut commodum ... ferre, cui inuidet. Nec emphasi caret, quòd oculis animus etiam coniungitur, vt ... vtraque hominis pars comprehendatur. Et additur, *In cunctis, quibus benefa-* ... Eo nunc augetur calamitas, quòd eo tempore sit euentura, cùm sacerdotalis di- ... gnitas. Nam tempore Solomonis populus felicissimè vixit, latè proferebatur He- ... tum, tum erant opulentissima sacrificia in excellentissimo imperio, atq; tum ma- ... dum videbatur expetendum. Vobis, inquit, tum eripietur, vt grauius commodea- ... *dam virum tibi ab altari meo.*) Neq; verò id beneficij aut gratiæ causa fiet, sed vt vi- ... ad miseriam, idcirco & Dauid Psal. 59. inquit: Ne occidas eos Deus, sed fac, vt va- ... tus, vt omnes videant illorum calamitatem, & ipsi oculis videre non possint di- ... tui. Moses etiam in lib. Num. cùm cerneret populum miserè affligi & perire, ... mè ô Domine potius, quàm vt ista videam. Idcirco igitur Deus ait se velle istos ... ria sua grauiorem capiant molestiam. Neque opinandum est, Eli posteros fuisse ... fuerunt & ipsi mali, quare non poterant rectè conqueri, se parentum causa pu- ... cri ista Deus Eli comminatur, cùm posteris essent euentura? Quoniam voluit, vt ... suorum infortunia, dum adhuc viueret, sentiret. Cur verò pœna in longum tem- ... tulam iam adduximus ex Dei misericordia & bonitate: sustinet pœnas expectan- ... & pronepotes: vt spacium detur ad resipiscentiam: quæ vbi negligitur, tandem ... ne peccatum latius grassetur. Apparet deinde hic lex talionis, ac si diceretur: Vos ... rnes præripuistis ante tempus, ita etiam ante tempus moriemini: Tu Eli mihi tuos ... ego vicissim æmulum tuum præferam tibi: Vos meas leges conculcastis, ego ... olim meum rescindam. Cùm hæc retulisset, signum proponit, quo testata sit ve- ... dictionis.

Inuidia est inter eos qui pari sunt conditione.

Inuidia ægro oculo confertur.

Vita aliquando profertur ad miseriam.

Quare Eli ea comminatur Deus, quæ posteris erant euentura.

Lex talionis.

Signum.) Cùm Deus iam esset comminatus Eli posteritatem malis modis accipien- ... cilè secum dicere, id mea nihil refert, modò sit pax me viuo, idcirco De- ... quoque afflicturum: eo pertinet hoc signum, nempe duos eius liberos Hophni ... eodemque die perituros. Tu, inquit, superstes & viuus tuos liberos mori senties. ... erit, ne me vanum falsumue Prophetam existimes. Ea verò de causa mihi vi- ... Dei vsus, quod illis diebus (quemadmodum audituri sumus) verbum Dei ... tiosum, quòd ferè Propheta non esset, à quo futura prædicerentur. Proinde si- ... vt fidem orationi suæ faceret, ne videretur ea, quæ dixit, humano sensu protulisse. ... Dei attinet, ex seipso authoritatis & firmamenti satis habet, nec ei opus est vt ... confirmetur. Verùm vt nobis constet certo verbum Dei esse quod proponitur, ... signis nonnunquam adhibetur. Signa enim instrumenta sunt, quibus homines ad ... inducuntur. Nec tamen ex seipsis eam vim habent, vt quæ sunt credenda per ... nisi Spiritus Dei animos intus & illustret, & flectat. Proponuntur quidem illa ob ... diuinus est, qui mutat animos, & illis persuadet vt credant. Etenim qui sunt in ... tione variè afficiuntur. Alij quippe mouentur, & ad credendum inclinantur, alij ... atq; prius fuerant. Et signa, quæ Christus edidit, alijs ad salutem profuerunt, ... rebub referebantur. Negare quidem ea perfidi non poterant, sed inficiabantur à

Quare signum additum à Propheta.

Signa quatenus fidem faciant.

morientur vno die.) Signi vis in eo sita est, vt si hoc euenerit, quemadmodum ... putare debes, tempore suo repræsentanda. Hac ratione Augustinus aliquando ... quit, pollicitus est nobis Deus, & ex illis multo maximam partem iam exhibuit. ... aut alterum tantummodo præstandum superest, ea quoq; bona fide præstabit. ... diam, & euenit: Abrahamo pollicitus est semen, dedit: prædixit eius posteritatem ... in aliena terra, fuit: vaticinatus est Iudæis captiuitatem Babylonicam, & deinde ... restituturum, quæ ita euenerunt: promisit Messiam ex virgine, atque ex fa- ... suscitaturum, moriturum atque reuicturum à mortuis, quæ iam facta esse credimus. ... Spiritum sanctum & Ecclesiam propagandam ad vltimos terrarum fines, quæ vt

Ex his quæ à Deo prædicta euenerũt, colligendũ est, etiã cætera quæ futura sunt euentura.

Ecclesiastica historiæ perhibent, iam sunt completa. Superest nunc resurrectio non postremum iudicium: quare cùm Deus in alijs promissis toties fidelem se [illegible] quæ supersunt, qua fronte, quóue animo possumus ambigere? Si mercator [illegible] pecuniam sibi creditam repræsentarit ad diem, non solemus de illius fide [illegible]

Lex in Deuteronomio iubet signis prophetiam confirmare.

Quare cùm Deus toties promissa effecerit, si de illius fide ambigeremus [illegible] præsentanda sunt, incredulitatis admodum perfidæ rei essemus. Nec sine [illegible] vir Dei cõfirmationẽ petit suæ orationis. Etenim Deut. ca. 18. Deus testatus est se per [illegible] turũ similem Mosis, cui si non obtemperarent Israelitæ, pœnam incursuros: quod si [illegible] pacto sciemus illum esse Dei Prophetam? Respondet, Si euenerint, quæ prædixerit. [illegible] (vt id obiter dicã) in vniuersum non est verũ. Nam Pseudoprophetæ quandoq; vera [illegible]

Quatenus signis & vaticinijs credendum.

Deut. ca. 13. habetur: Si surrexerit in te Propheta & vaticinatus fuerit aliquid [illegible] eius prædictionẽ successerit, deinde te incitet ad alienos deos colendos, ne illũ audias. [illegible] pe vos Dominus, vt sciat, an ipsi credatis. Quamobrẽ regula iã proposita ita est explicanda: [illegible] prædixerit, & à verbo Dei aliena minimè suadeat, illũ verũ Prophetã esse censeas. Idem [illegible] qui loquebatur Eli, cùm sanàm religionem incolumẽ esse voluerit, suas minas, restè confirmare euentu signi, quod proposuit. Sed quid respondebimus Isaiæ, qui cap. 41. videtur simpliciores per se ad prædictiones futurarum rerum prouocare? Nunciate, inquit nobis, quæ futura sunt, & dicemus vos esse deos. Certè primo aspectu videtur nimium successioni vaticinionem tribuere. Quid enim si aliquid fortè contingat, quod satan prædixerit, an eum pro Dei Propheta [illegible] bebimus? In Ethnicorũ profectò historijs dæmones legimus permulta verè prædixisse. Nam [illegible] cùm tenere Deus esse non posit, simia tamen eius vult esse, quantũ potest. Animaduertere Deum per Mosen signa facere, idcirco etiam ipse magos excitat, qui ferè ad eundem modum [illegible] Videt Deum oracula fundere, vult etiam ipse de futuris consuli, sibiq; parat lebetas, tripodes, [illegible] na & specus, vnde rogantibus det responsa: vtq; Deus suos prophetas, ipse item diuinos [illegible] arruspices præparauit, per quos nonnunquam vera respondet. Quid ergo Isaiæ respondebimus? [illegible] Quidam locum illum interpretantur de ijs prædictionibus, quæ à causis naturalibus [illegible] deant. Non enim ducunt absurdum, ex astrorum cursu ac positu satanam posse multa [illegible] & quia eum non latet antecedentium vis & potestas, inde potest de multis cõsequentibus [illegible] iudicare. Vnde se insinuat impijs hominibus, quibus meritò illuditur, & ideò execrantur, quod [illegible] sint à veritatis dilectione auersi. Et Christus ait, fore tantam vim falsorum prodigiorum sub Antichristo, vt si fieri posit, etiam electi Dei sint ruituri. Nec dubium est, diabolum si velit sibi credi, [illegible] portere, vt aliquando vera dicat, quia si perpetuò mentiretur, nemo adeò stultus esset, vt ei vllam fidem habere. Illud tamen est annotandum, satanam non immeritò dici [illegible], quod nihil plane, quæ apertè, sed obscurè & obliquè pronuntiet, quale illud est: Cræsus Halim transmittens magnum euertet imperium, & Aio te Aeacida Romanos posse vincere. Hæc responsa eiusmodi sunt, vt in vtrumtrum euentum flecti possint. Sentit igitur Isaias, si certò & verè futura prædicere, tum demũ pro dijs habendos, modò apertè atque clarè, quæ dicunt, nuncient adhibendo [illegible] narum locorum temporumq; circumstantias. Deus prædixit orbem perituram, sed adiecit [illegible] idq; post centum annos, solumq; Noah cum sua familia euasurum. Prædixit populum [illegible] gendum, sed captiuitate inferenda per Chaldæos & Nabucadnesar, eamq; duraturam [illegible] quam postea soluendam pronunciauit per Cyrum, eius expresso nomine centum [illegible] nasceretur. Deinde oportet his addere, vt semper vera dicat, quod minimè potest diabolus [illegible] cùm prædictionum eius maxima pars constet mendacijs. Et post Christum natum ita eius oracula sunt abolita, vt nihil amplius respondeant. Hæc alij. Ego verò simplicius arbitror, Isaiam eo loquutum de statuis lapideis & ligneis: Nam illæ vt Dauid inquit, Os habent & non loquentur: in illis quippe ibi loquitur non de satana, & vi malarum potestatum. Quibus addi potest semper [illegible]

Satanæ vaticinia ambigua.

Diaboli prædictiones maxima ex parte mendaces.

Diaboli prædictiones impellunt ad legis transgressionem.

boli prædictiones ad legis diuinæ transgressionem impellere. At vir Dei, qui modò cum [illegible] & vera prædixit, & à proposita regula non discedit: eius quippe scopus fuit, vt religio [illegible] raretur, & verbum Dei signo allato fieret euidentius. Oportuit Prophetam cautè atq; [illegible] tè loqui: nam si quid prædixisset nomine idolorum, vel etiam Dei nomine citra illius [illegible] lo sumendum erat capitale supplicium, vt Deut. scribitur cap. 18. Sed adhuc quæri potest, cum [illegible] quoq; audita captiuitate arcæ perituros esset, cur illius etiam mortem Propheta non vaticinatus [illegible]

Quare hic propheta mortem Eli non prædixerit.

Respondeo, id nunciauit Propheta, quod ei futurum erat admodum graue. Nam cùm esset [illegible] grandis natu, non videbatur esse magnum, si mortem oppeteret. Sed longè molestius id erat, [illegible] turum audiret, vt liberi ante se occiderentur.

Suscitabo mihi sacerdotem fidelem.) Hoc perinde est ac si diceret: Etiamsi ex [illegible] [illegible] tus

tamen ſacerdotium non deficiet. *Qui vt fuerit in corde meo & in animo meo,* interpres exponit Secundum verbum meum, hoc eſt, qui mea ſacrificia non citra præſcriptum Legis ea faciendo. Vnde Paulus inquit, nil amplius à quæri, niſi vt ſint fideles. Et ſanè Dei miniſtro non poteſt aut nobilior, aut præ- ribui. Qua de cauſa cum ſuum Timotheum idem Apoſtolus commendat, illum ſuum vocat, ſed fidelem miniſtrum in Domino. Fides autem miniſtri conſtat populum ex Dei verbo doceat, vt munus commiſſum diligenter & ſedulò præ- id non ex hypocriſi, aut dolo malo, ſed bona fide obeat. Multi enim videntur ſe be- amen pietatis ergò non agunt, verùm ſua conſequi ante omnia ſtudent. *Ambulabit* ...) Vactum ſuum appellat Solomonem. Nam ille fuit, qui ſacerdotium tranſtulit ...thitharo deiecto. Fuit autem ſacerdotum & Leuitarum legem deſcribere, ac eam ... quo ille ad eius præſcriptum Dei populum inſtitueret. Ideoq; ſcribitur, Coram Chri ... ambulaturus, quòd eius munus eſſet Regem docere. *Aedificabo ei domum ſtabilem.*) ...turarum ædificare alicui domum, eſt illi poſteritatem dare. Ita ſcriptum eſt de obſte- ... in Ægypto miſericordiam Iſraelitis exhibuerunt. Et Sarah inquit de Agarra, Si for- ... ædificer. Liberos quippe Agarræ cùm ſerua eſſet Saræ, oportuit ad Dominam perti- ...ſtus vterum ſequatur. Et idcirco Hebræi hac Metaphora vtuntur, quia parentes, vtut ..., attamen videntur manere in poſteris, & quodammodo in eis ædificari, quod in illis ...entur. Itaque cùm Deus Abrahamo dixiſſet, Ego ſum merces tua, ille cœpit conque- ... ego abibo vaſtus & euerſus, hoc eſt, abſque prole. *Cunctis diebus.*) Indicat ſacerdo- ... familia Zadoci perſeueraturum, & Kimhi colligit ex 1. Paralipom. cap 7. Zadocum poſte- ... fungentes ſacerdotio vſque ad Ezram. Selomòh duplici ratione Chriſtus Domini ap- ... Primùm quia multos fratres habentem natu maiores, Deus illum extraordinaria voca- ...bus prætulit, fecitque Chriſtum ſuum, id eſt, peculiariter abs ſe delectum. Deinde ſic ... vocatur, quia Seruatorem noſtrum Ieſum Chriſtum in ſuo regno adumbrauit. Sed quo- ... Sacerdos traditur ambulare coram Rege? Non ſanè quòd illo aut maior eſſet, aut præſtan- ... fortaſſis (vt Paraphraſtes Chaldæus annotauit) quòd futurus eſſet Regis miniſter, quod ... doctrinam & eruditionem. Dauid autem Kimhi putat לפני ſignificare circum Regem ... Rege. E diuerſo autem à Scriptura non traditur, debuiſſe Regem eſſe coram ſacerdo- ...um cum oraculum captabat, tum enim quodammodo ſtabat loco indigniori coram ſa- ... Et locum adducit, vbi Deus Moſen ſic alloquitur: Veni in montem Abarim, & ibi morie- ... Moſes, Domine, inquit, Deus ſpirituum, præficias aliquem populo tuo, nec ſint velut o- ...e paſtore. Tum Deus inquit: accipe Iehoſuam & ſtet coram Eleazaro ſacerdote, qui pro ... in Vrim & Thumim. Hic ait, iubetur princeps coram ſacerdote ſtare, dum conſulit ... Et eò refert Zachariæ Prophetæ verba, quibus dixit, Princeps in ſolio ſedebit, & ſacerdos ...um ſolio, nimirum vt Regem ſeu principem doceret ac inſtitueret. Sed quoad ea verba ..., nihil impedit, quin duo throni eſſent, vnus altero celſior, in quo ſederet Zorobabel, al- ... inferior, in quo ſacerdos collocaretur. Kimhi tamen (vt retuli) tradit vnum duntaxat ſo- ...ſſe, atque addit: Si Rex cum ſacerdote voluiſſet agere, ſacerdotem oportuiſſe ad Regem ... primis Eccleſiæ temporibus Papæ ſiſtebant ſe Imperatori, nec tantùm ei, verùm etiam ...præfectis. Etenim Syluerius Beliſarium acceſit. At hodie Papæ primas partes omnium ... deferri volunt, & Reges atque Imperatores ad ſe venire ſupplices & patiuntur. & ſom- ... Indicat præterea vir Dei ſua oratione, Iſraeliticæ Reipub. formam immutandam, quòd ...gendi eſſent, qui ante Saulem nulli fuerant. Sed longo poſt tempore (vt iam diximus) ...euentura, hoc eſt, Rege Solomone, non tantum vt pœnitendi ſpacium tribueretur, vt- ...retur ſanctorum fides: verumetiam vt menſura impleretur peccatorum. Quamobrem ...nunquam debet excidere, Deum ſuo tempore promiſſa completurum, ſiquidem omni- ...propria momenta præſcripſit: ideò Ethnicorum Poetæ non abſurdè tradiderunt, Ho- ...des eſſe cœli: quòd à Deo ſuis quæq; temporibus temperentur & fiant.

...*ſdomus manſerit in domo tua, veniet vt incuruet ſe illi pro nummo argenteo & buccella panis.*) ... inquit, erunt poſteri tui ſuis aduerſarijs, vt victum ab eis paneiſcantur, alioqui fame pe- ...rent inde non voluptates aut lautitias, ſed obulum fruſtumue panis. Verùm hic poteſt ...potuerit id euenire, cùm illi eſſent ex familia & ſtirpe Aaronis, de qua iuſsit Deus, vt illi ...oblationes & ſacrificia, quæ inter miniſtros diuiderentur, atque ipſis, quemadmodum ...Leuitis & ſacerdotibus decimæ obueniebant? Quid ergo precibus opus erat, cùm cibus ...Dei non poſſet denegari? Quibus addas, Deum etiam nominatim cauiſſe poſteris

Miniſtri Dei præcipuum titulus eſt, fidelem nominari.

Miniſtri fides in quibus conſiſtat.

Aedificare domum.

Solomon quare Chriſtus Domini appelletur.

Sacerdos quomodo ambulet coram rege.

Initio Eccleſiæ Papæ inferiores Imperatoribus.

Quomodo poſteri Eli mendicarint, cum vt Aaronitæ oblationes haberent, &c.

Aaronis, vt si quis ex illis corpore manco ac vitiato sic esset, vt ad altare non posset accedere, ne men ex oblationibus & sacrificijs aleretur. Mihi porrò videtur hoc ad historiam alludere, quæ tempore Solomonis accidit. Is enim Abiatharum summum Pontificem ita deiecit, vt non tantum abdicaret sacerdotio, sed in vniuersum omni sacro ministerio. Iussit enim de medio abire, & se conferre in agrum suum. Quamuis enim reus erat læsæ maiestatis, tamen quia portauerat Ephod olim coram Dauide, noluit Selomóh eum supplicio capitali afficere. Quare constituens ea calamitate, si quid volebat sibi ministrari, oportuit eum vel per filios vel per alios Zadoc sacerdoti supplicem fieri. *Incuruabit se.)* Tradit Aristoteles in Rhetoricis, hunc esse habitum singulorum, sed tamen non nisi apud exteros & barbaros. Non enim Græci sese incuruabant coram suis principibus, atq; magistratibus: attamen hodie non modò in Syria, verumetiam in toto fere Oriente consuetudo adhuc retinetur, & ab Europæis Regibus atque Papis Romanis vsurpatur, vt prostratos vel flexis poplitibus admittant supplices. At posteros Eli non causa honoris hoc facturos demonstrat vir Dei, sed famis necessitate compulsos, nempe vt victum consequerentur. Quod scribitur pro nummo vel obolo argenteo, Hebraicè habetur גרה, quam vocem Kimhi opinatur habere א à capite sibi adiectum, vt ster גרה vt significetur moneta, cuius in lib. Numer. cap. 18. fit mentio, & est vigesima pars sicli sanctuarij. At sanctuarij siclus duplo fuit maior, quàm prophanus. Erat ergo גרה sicli vsitati & prophani decima pars. *Et pro fruſtulo panis.)* Agendum erat cum istis pœna talionis. Nam antea peccauerant lautè ac delicatè comedendo, ac sese ingurgitando sacrificijs. Nunc è diuerso esurire ac egere strenuè coguntur. Magna porrò infelicitas denuntiatur, quòd ex tanta dignitate nec non affluentia, in tantam calamitatem & inopiam essent redigendi. Hoc sanè illud est, quod hodie Pontifices, Cardinales & Episcopi tantoperè verentur, ne scilicet tandem aliquando huc detrudantur. Etenim docere populum & ministerium sacrum legitimè obire nec possunt, nec si possint, volunt. Itaq; vel sui ventris ergò est necesse, vt pro viribus opponant se crescenti Euangelio. Aiunt cum perfido villico, Fodere non valeo, mendicare erubesco; scio quid faciam, veræ ac solidæ reformationi Ecclesiæ omni conatu resistam. Sæpe in Scripturis prædicitur impios fame affligendos, è diuerso autem de pijs cecinit Dauid Psal. 36: Iuuenis fui, & incanui, & non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. Quod non ita est in vniuersum, sed pertinet ad communem cursum & morem vsitatum diuinæ prouidentiæ. Alioqui reperiuntur Lazari, qui fame grauissima premantur. Deus quippe vult interdum eorum calamitate ac patientia nomen suum illustrari. Nam alioquin mendici permulti nequissimi sunt, quos tamen destituere prorsus non oportet, ne illos videamur crudeliter persequi, quos Deus affligit. Vni parti sacerdotiorum orabunt se adiungi, vt bucella panis fruantur. Precabuntur inquam, vt noui Pontificis benignitate vno quopiam ex officijs minorum sacerdotum fungantur pro victu, vt scilicet ea ratione possint viuere.

Incuruandi mos quibus fuerit in vsu.

Talionis pœna.

Papæ & Episcopi ventris sui causa se opponunt Euangelio.

Dei aliquando fame premuntur.

CAPVT III.

PVer autem Samuel ministrabat Iehoua coram Eli: & sermo Iehoua erat pretiosus in diebus illis, nec erat visio aperta.

2 *Fuit autem in die illa, Eli dormiebat in loco suo, & oculi eius cœperunt caligare, nec poterat cernere.*

3 *Et lucerna Dei antequam extingueretur, & Samuel dormiebat in templo Iehoua in quo erat arca Dei.*

4 *Tum vocauit Iehouáh Samuelem: qui respondit, En ego.*

5 *Et cucurrit ad Eli, & dixit, Ecce ego, quia vocasti me. Et ait, non vocaui, reuertere, dormi. Abijt ille, & dormiuit.*

DOminus ne sic quidem facit monendi finem, sed Samuelé etiá tunc puerũ mittit ad Eli, qui cũ verbis Dei corripiat, sed antea præfatur historia, Samuelé Deo ministrasse, etiamperius dictũ fuit corã Eli, hoc est, instruente ac docente, vel (sicuti Paraphrastes Chaldæus ait) illo adhuc viuente. *Et sermo Dei erat pretiosus.)* Id est, iam rarò à Deo responsa fundebantur. Nam quę rara sunt, magis habentur in precio. Hic annotabimus puerum Samuelem

eam

CONSVETATIO de qua hunc agitur, in duo capita præcipua distribuitur. Vtrum est, an arcæ Dei sit restituenda. Prætexta si reddenda videretur, quæ ciendum censerent. Finis autem deliberationis est veritas, nam corporibus, nec non ab agris auferretur. De istis rebus cæterum sine fide. Quandoquidem nihil eis de vero Deo constabat. consultatione, an Deus Iudæorum illud numen sit, à quo tam male stremò hæc sententia, vt Arca remitteretur, idque cum aliquo hon eam, inquiunt. Peccatum Hebraicè scribitur חטאת. Quam vocem in Leuitico, sacrificium aliud erat pro peccato, חטאת, & aliud pro commissum contra legem: אשם verò Ieuius. Vode liquet Palæstinos nem suam, qua Deum offenderant, leuius fuisse peccatum. Imp donario facilè placatum iri, cùm tamen grauissimè peccarint, quandoquidem uam detinebant, quasi Deum Hebræorum suo Dagoni subiecissent. anathemata, quinque imagines aureæ anorum, quod ea maximè corporis pars re[illegible]tidem aurei, quod alienum fuisset, nisi mures quoq; agros illorum deuastassent. historia diserte verbis tradit, quæ antea minimè commemorauerat. nium propensodum gentium, vt ab aliquo morbo seu calamitate diuina ope afferto, & monimenta quædam numini ponerent, à quo se putarent fuisse liberatos, vt quod beneficium rarat, celebraretur & coleretur. Hæc igitur erat hostia pro delicto, quoniam & imaginibus se & suum Dagonem testabantur victos à Iehouah, illi eidem & medicinam.

Palæstinorum deliberatio an Arca sit remittenda.

Anathemata Palæstinorum.

6 *Sed quare aggrauabitis cor vestrum, quemadmodum aggrauauerunt Ægyptij & Pharao cor suum? Nonne quando mira operatus est in eos dimiserunt eos, & abierunt?*

7 *Nunc ergo capite, & facite plaustrum nouum vnum, & duas vaccas lactantes, super quas non ascenderit iugum, & alligate vaccas plaustro, & reducite filios earum, qui sunt post eas ad domum.*

8 *Tollite quoq; arcam Iehouæ & imponite eam plaustro: & vasa aurea, quæ reddetis ei pro expiatione peccati, ponetis in capsa ad latus eius, & dimittetis eam, vt abeat.*

9 *Et aspicite: si via termini sui ascendat in Bethsemes, ipsa fecit nobis malum grande hoc: sin minus, sciemus quod nequaquam manus eius tetigit nos, accidens est quod fuit nobis.*

10 *Fecerunt ergo viri illi sic: tulerunt enim duas vaccas lactantes, quas adiunxerunt plaustro, & filios earum reclusserunt domi.*

11 *Imposuerunt quoq; arcam Iehouæ plaustro, & capsam, & mures aureos, & imagines anorum suorum.*

12 *Et direxerunt se vaccæ per viam, per viam Bethsemes, via eadem pergendo, & mugiendo: nec declinauerunt ad dextrum, aut ad sinistrum. Satrapæ verò Philistinorum sequebantur eas vsq; ad terminum Bethsemes.*

13 *Viri autem Bethsemes metebant messem triticeam in valle: & leuantes oculos suos, viderunt arcam, lætatiq; sunt cùm vidissent.*

14 *Plaustrum autem venit in agrum Iehosuæ Bethsamitæ, & substitit ibi. Illic autem erat lapis magnus: & conciderunt ligna plaustri, & vaccas immolauerunt in holocaustum Iehouæ.*

Authores allatæ sententiæ illam persuadere conantur argumento, quod ab exemplo ducunt. Nolite, inquiunt, imitari Pharaonem & Ægyptios. Commoda est similitudo, quam Palæstini vtq; illi erant consimiles. Nam Pharao Iudæos habuit captiuos, Palæstini verò arcam Dei. Pharao grauiter à Deo vexatus est in eos, à Palæstinis Pharao dubitanter, an Deus, qui sibi mandaret, vt populum dimitteret: ita Palæstini ambigunt an Deus Hebræorum se ulciscatur ac moribus castigaret. Additur Pharaonē cor suum obfirmasse, cùm Deus in Exodo scribatur id fecisse. Quamuis in eodem libro legitur, ipsum etiam Pharaonem cor suum induraſſe. Verum est profectò sensus vtriusq; sententiæ, vnde Augustinus de Prædest. & Gratia cap. 4. sit: Deus non dicendus est indurare, quasi nouam malitiam operetur in cordibus, sed quod pro suis voluntatibus in quo

Palæstini Pharaoni similes.

De indurationibus.

...temperet, Deinde scribit duritiem esse, mandatis Dei resistere. Quod etiam Ste... innuisse dicendo in sacerdotum concilio: Dura cervice, incircuncisis corde, atque ...per vos spiritui sancto resistitis. Adiecit præterea idem pater indurare esse, non e... indurare, nolle vocari. In lib. verò de Prædest. Sanct. lib. 1. cap. 8. habet: Ille aufert à no... dum, alioqui semper necessariò duri maneremus. Et in ca. 16. scribit: In potestate pec... peccet, verùm vt hoc modo aut illo peccet, in eius potestate non est, sed in potestate ... ordinat & diuidit, prout vult. Proinde hoc pacto Deus dici potest aggrauare & ... non emollit animos, & quia regit ac definit, quo peccata impiorum dirigantur, & ... Homines verò peccant malitia sibi innata & insita, quam non opus est, vt Deus i... Solet etiam August. citare Ambrosij verba, quibus affirmauit cor nostrum non esse ... nostra. Itaq; nemo confidat, se posse cor suum emollire cum voluerit, quandoquidem ... est Dei opus. De his volui admonere paucis lectorem, ne credantur sacræ literæ in... cùm interdum perhibeant, homines à seipsis interdum à Deo indurari. Argumen... tur concludere: sicut Pharao inuitus postremò cogebatur populum dimittere, ita ... etiamsi sponte vestra non hoc feceritis, tamen adigemini deniq; arcam Iehouæ remitte... roderis, quicquam ista cunctatio, imò potius grauiter officiet. Præterea sic ratiocinantur: ... domitæ iunctæ ad plaustrum rectà processerint ad Bethsemes, præsertim relictis domi ... erit indicio, hanc plagam inflictam fuisse à Iehouáh. Sin verò discurrendo aberrauerint, ... hoc malum esse aliunde importatum, nec interea vllam iacturam faciemus. Nam si ... Deum Israelis non esse huius mali authorem, facilè arcam & oblationes ad nos retra... Plaustram iubebant esse nouũ quod nihil antea vexisset, ad honorem Dei. Et ob eandem ... vaccas adhuc indomitas, suos primos labores Deo voluerunt dicare. Sed ijs adijcias, hoc ... fecisse ad miraculum. Quia boues indomitæ citra ductorem sine manifesta vi numinis re... viam nunquam tenuissent. Ioseph inquit: Vitulos domi fuisse conclusos, vt matres desi... iter & citius & facilius conficerent. Cæterum hoc mihi non minus videtur miracu... quod statim est commemoratum. Nisi enim vis diuina matres impulisset, nunquam il... dilexissent. Profectq; itaq; sunt in Bethsametz, qui locus ad tribũ Iudæ pertinet, & est ... sacerdotale. Palæstinorũ itaq; pontificum ratio hæc fuisse videtur. Si Deus Israelitarum ... inferre tantũ calamitatis, poterit etiam efficere, vt arca sua citra ductores ab indomi... reducatur domum. Hæc de historia generatim, cuius partes singillatim excutiemus.

Quo pacto Deus dicatur indurare.

Cor nostrum non est in potestate nostra.

Palæstinorum argumentum.

Populus cùm iam grauiter esset affectus, res ad Concilium est delata, quo principes conue... non quidem sua, vt arbitror, voluntate, sed (vt est credibile) inuiti & à plebe coacti. Illi ete... eandem tam insignem de manibus emittere noluissent, sed illam potius ad memoriam po... retinere. E diuerso tamen decretum, vt arca statim remitteretur. Principes attamen sua... ab initio, vt per fines circumferretur: quod malè omnibus cedebat. Idcirco decretum, vel ... consultum factum est, vt honorificè tandem remitteretur. Prior illa circunductio eó spe... vt experirentur, an plaga illata esset à Iehouáh. Ex Iosepho habemus quosdam in eo con... fuisse, qui dicerent: Si Deus Israel tanta calamitate potuisset afficere Palæstinos, nunquam ... passurũ, vt arca in hostium potestatem veniret. Quare concludebant, illorũ malorum ... causas fuisse naturales, hoc est, cœli mutationem aut concursum stellarum, aut quippiam ... huius generis. Interea verò dum concilij cunctatione occasiones corrumpuntur, & quisq; ... suam sententiam, augetur plaga. Quod non modò Iosephus, verumetiam Rabbini an... ideò sacerdotes & diuini Palæstinorum ad extremum dixerunt, Quousque obfirmabi... vestros instar Pharaonis? Idcirco principes denique sunt assensi de arca reducenda.

Concilium Palæstinorum de dimittenda arca.

De modo quidem restitutionis eius, sacerdotes & diuini consuluntur, cùm ea res Ecclesiastica es... ...nem pertineret. Ita etiam apud Romanos hisce casibus libri Sibyllini consulebantur... ...batur ieiunium in honorem Cereris, Æsculapius aut Cybele in vrbem arcessebantur.

De modo restitutionis arcæ.

...erdotum & diuinorum peculiaris mentio, quòd fuerint etiam apud Ethnicos ho... ...tes, qui religioni vacarent, quos etiam Deus in populo suo habuit. Sacerdotum or... ...erat cœtus, à quibus religio curabatur: verùm cùm & ipsi corrumperentur, à Deo pro... ...uebantur, qui res collapsas in integrum restituerent. Ij autem vates ratione ordinaria ... ratione minimè designabantur, verum à Deo peculiari afflatu in sacro ministerio col...

Populi Dei sacerdotes & Prophetæ.

Consimile institutum diabolus, qui est Dei simia, inter Ethnicos architectatus est. ...storia nunc & sacerdotum & diuinorum euidenter meminit, qui pronunciarint ar... ...orificè dimittendam, & suo decreto gloriam dant vero Deo. Sic etiam magi Pha... ...emum sunt confessi à digito Dei plagas proficisci, quibus Ægyptij Mosis & Aaro...

Ethnicorum sacerdotes & diuini.

nis ministerio conficiebantur. Nec mirum est, sacerdotes & diuinos quosuis Ethnicos & idololatras benè consulere, cùm Deus nonnunquam per sceleratos & perditos homines ea respondeat, quæ faciunt ad gloriam sui nominis. Qui non solùm per Bileam, sed etiam per asinam eius vera potuit respondere. Vtq; perhibet Christus, Deo permulti dicturi sunt, Nonne in nomine tuo dæmonia eiecimus, & prophetauimus, virtutes fecimus? Qui tamen audituri sunt, Nescio vos. Quòd si dixeris, sacerdotes istos & diuinos videri potuisse homines pios, quando quidem illorum consilio placata fuerit ira Dei, & populo restituta fuerit pristina sanitas. Ad hoc primùm respondeo, id Scripturam non dicere. Sed facito populum conualuisse: tamen ab Ethnicis & prophanis hominibus multa non ignoramus edita fuisse quodammodo admiranda opera. Actius Nauium tem, vt fertur, nouacula dissecuit. Et cùm se Curtius in hiatum terræ conieciisset, lues horribilis desijt. Et sublata nonnunquam est pestis, ludis aut sacris instauratis: & in Samaria cùm esset restitutus aliqualis Dei cultus, leones desiterunt in homines grassari, quamuis illi adhuc idololatriam suam retinerent. Origenes contra Celsum inquit, Deum adeò esse bonum, vt non tantum virtutes, verumetiam species ipsas virtutum præmio afficiat. Vnde licet à minori sumere argumentum: Si Deus virtutum species & simulachra tanti facit, quid faciet de ipsis veris & solidis virtutibus? Certè virtutum simulachra peccata sunt, & ad hypocrisin attinent, illaque Deus nonnunquam punit, sed quando ea punire velit, & quando nolit, id in sua vnius potestate retinet. At dices, cùm isti fuerint idololatræ, cùm successum Deus responsis eorum dederit, videri potest ipsorum idololatriam confirmare. Minimè. Nam pluit etiam super iustos & iniustos, & nihilominus iniustitiam eorum, quibus benefacit, nequaquam confirmat. Atque si fortassis iniustis vel idololatris hinc stabiliatur, id per accidens, vt loquuntur scholæ, fiet, non ex ipsius rei natura, sed tantùm quia talia beneficia in animos infidelium incurrunt. Sed cur Palæstini suos potius sacerdotes adhibent, & non accersunt Samuelem Iehouæ Prophetam? Is certè non longè aberrasset eos de cultu Dei multò rectius instituere potuisset. Nam isti nec pœnitentiam suadent, nec abiectionem idolorum, nec inuocationem veri Dei. Ceremoniam tantum externam proponunt, qua Deo aurea munuscula offerantur, cùm talia ornamenta & ceremoniæ sine fide mera sint religionis pestes. Tamen sciendum est, Deum omnia ista cònsilia in suam gloriam referre. Dederis quippe ista satis declarant, cùm arca fuisset à Palæstinis indignè habita, Deum sumpsisse de illis grauem pœnam: ideò Dauid perspicuè docet in Psalmo 78. quid hic Deus egerit. Tabernaculum inquit suum deseruit, & dedit gloriam suam hostibus, sed excitatus est tanquam vir potens à vino, & percussit eos in posterioribus, deditq; illos in opprobrium sempiternum. Nam cùm suorum idolorum simulachra Deo cõsecrarent, suum opprobriũ proprio testimonio cõsignabant. Aruenorum denatium mulcta quædam fuit, & ideò in Hebræo appellatur, vt dictum est, עפלים, hoc est, dilectum. Testabantur igitur se voluisse quodam genere sacrificij Deum sibi reconciliare. Nec aliò spectabant oblationes, & exhibiti honores, sed quia nulla fide nitebantur, peccata illis erant, indicabantque illorum conscientiam fuisse cauteriatam. Non enim ex fide integra & vera ista faciunt, sed pœnis coacti se Deo subiecerunt: & quamuis præ se ferunt aliquam resipiscentiæ speciem, impium tamen animum & impurum sibi retinent. Nec modò ipsi dubitant de fortitudine Dei Hebræorum, quem contumelijs affecerant, sed populum etiam in eandem dubitationem inducunt. Videbimus inquiunt, sit ne Deus ille Iudæorum, qui nos ita vexauit, an non. Nesciunt itaq; nec certò intelligunt, vtrum affirmare possint. Et nihilominus vtrumuis horum deprehenderetur, tamen idololatriam non erant deserturi. Sic enim aiunt, Si fortè remittat manus eius à vobis, à nostra vestra, & à dijs vestris. Cùm aiunt, Et à dijs vestris, satis indicant se adhuc velle ipsis adhærere. Persuasum erat fermè omnibus nationibus vnum esse Deum, cuius tamen fuerint variæ proprietates. Vnde fiebat, vt alij Iouem, alij Iunonem, alij Mercurium, alij Neptunum, & alij alios colerent, quo vna illa Dei natura distracta in multas partes honore cumulatius efficeretur. Nec error gradum hic sistebat, sed viterius prolapsi hasce Dei proprietates inter se committebant, ceu ipsorum dij pugnarent inter sese, quod in obsidione Troianæ vrbis factum Poetæ fabulantur. In qua dissensione licet Venus fuerit victa, nihilominus à suis perpetuò colebatur. Sic Iuno victa pugnæ ad Augustini tempora Carthagine retinebatur. Ad eundem modum Palæstini Dagonem fractum vtut miserè profligatus & perditus esset, diuino tamen honore ac cultu afficere decreuerunt. Putasis apud se ita cogitantes: Etsi modò superatus est, alias vincet. Est enim belli fortuna communis & anceps. Sic etiam diaboli quandoque Christum & Apostolos prædicabant, sed tantum in hunc finem, quo apud populum fidem & authoritatem quoquo modo sibi conciliarent, quæ responderent quæ vera essent, neq; prorsus desererentur. Nec secus hodie in Papatu accidit. Fatentur quidem esse aliqua errata, & abusus inoleuisse haud paucos, & contendant nihilominus ea

An hi Palæstinorum sacerdotes & diuini pij fuerint.

Ethnicorum miracula.

Virtutum simulachra à Deo præmio afficiuntur.

Cur non accersunt Samuelem.

Honores hi Deo exhibiti erant illis peccata.

Gentes Deos suos inter se cõmittebant.

Deos suos etiam victos colebant.

Papistæ errata agnoscunt & tamen defendunt.

...bilia esse. Illud præterea hic attendendum est, Palæstinos constituere signum si- ...inuit a Dei. Qui tamen illorum decreto nec obligabatur, neq; cogebatur an- ...quid facit liberrimè facit, imò istos impulit, vt hoc signum potissimum peterent. ...eterum patrum cõsuetudo, vt homines deligerent sibi certa quædam signa, vnde ...statuere, quoad euenta futura de voluntate Dei. Ita Ionathas animo suo cogitauit, ...scendite ad nos, tradet illos Deus in manus nostras. Et seruus Abrahami, Puel ...ini necnon camelis meis potum, ea est, quam Dominus filio heri mei vxorẽ desti- ...nunc Palęstini se gerunt, sed cùm fide vacui essent, in eorum facto nihil sani esse po ...eorum consilium eò euasit, quò Deus volebat. Nisi enim Deus rationi eorum ...moderatus esset, fortè decreuissent Arcam exurere, vt iniurias vleiscerentur & da ...accepissent: vel consuluissent vt retineretur aliqua ratione placandi Iehouæ adhibi ...nihil horũ fieri voluit. Quare illius arbitrio & voluntate sic & non aliter deliberarunt. ...erat coniecturalis, nam alij Deum Hebræorum existimabant fuisse authorem tantę ...alij verò negabant. Quare ad signa confugiunt, vt altera pars deliberationis propositę ...Proinde signum constituunt, ex quo voluntas diuina patefieret. Voluit sanè Deus ...suam innotescere, qui posset nõ modò vijs bonis & malis, rectè factis & peccatis, necnon ...pro sua voluntate abuti. Boues indomitæ destitutæ suis vitulis mandato eius ob ...Cum itaq; Deus ita vendicarit Arcã suam in libertatẽ, nos quoq; bono animo esse de- ...euangelij, prędicationem verbi, & Sacramenta Domini haud fore in perpetuum caduca. ...filia vis Dei suo tempore asseret. Nostrũ interea est precari, vt id maturè facere dignetur.

Palæstini signum sibi deligunt.

Si Deus arcam liberauit verbum suum & Sacramenta non deseret.

...stini sequebantur currum, non quidem honoris causa, vel vt boues regerent, sed inspe- ...ratis, vt vaccarũ iter considerarent. Iosephus adhæc tradit, illos constituisse boues in tri- ...viorum ipsorum eis proponerent, qua maximè via incedere vellent. Boues quidem arcam re- ...non in Silóh, quia eum iam locum propter impietatem filiorum Eli Iehouáh deserue ...in agrum Bethsamiticũ. Nam quamuis eam Deus reduci nolebat in Silóh, tamen curauit ...reditum. Bethsamitæ erant fortè occupati tunc in messe triticea, nihilominus re intelle- ...perfusi gaudio arcam recipiunt, plaustrum cedunt. & boues offerunt in holocaustum. ...siquidem putarunt, vt plaustrum & boues, per quas Deus tantum miraculum edidis- ...vsibus postea inseruirent. Audierant enim ea omnia, quibus Deus aliquando vim ...suum ostendere voluisset, pro sanctis fuisse habita, nec ad vsus humanos amplius ...Virga quippe Aaronis, quæ olim floruerat, asseruata fuit in tabernaculo. Thuribula à ...Dathán, & Abirám fuerunt in laminas conflata, & altari affixa, vt monumentum miraculi ...perpetuum. Serpens etiam æneus ad cuius aspectum periclitantes conualuissent, asser- ...est, ad clementiæ diuinæ testimonium. Sed quæri posset, licuerit ne Bethsamitis eo lo- ...locare? Ad hoc respondeo, nondum excelsa fuisse prohibita, cum Deus adhuc certum lo- ...non delegisset. Deinde præsentem habebant arcam Dei, idcirco non dubitarunt coram ...posse fieri. Deinde illic, vt audiemus, Leuitas habuerunt, qui sacra procurarent. In ...errasse videntur, quòd vaccas holocáustum fecerunt, cùm in Leuitico 22. cap. præci- ...quod pecus in holocaustum incendatur nisi masculum, & fortasis (vt est verisimile) ...negligentius tractabantur. Sed num licebat immolare Domino alienas boues? Non ...esset, verùm fortè suspicati sunt, illas iam fuisse datas & dedicatas. At Palæstini erant ...atque impij, unde Bethsamitæ videntur communicare cum eis, quod minimè licebat. ...Respondeo, si Palæstini adfuissent, & vnà cum Hebræis de sacris comedissent, hoc fuisset ...communicare, quod vtiq; Iudęis minimè licuisset, cùm sacramenta illa fuerint promissionum ...signationes. Et idcirco promissa Hebræis facta cùm ad Palæstinos minimè pertinerent, Sa- ...cramenta illa obsignantia minimè tradi poterant incircumcisis Palæstinis. Proinde quia ...non aderant, sed oblatione sua testantur se à Deo Hebræorum liberari cupere ac eximi ...malo, nihil admissum est à Bethsamitis contra diuinam legem, cùm liceat etiam pro im- ...precari. Siquidem Paulus iusserit pro omnibus fundi preces, etiam pro impijs & idolo- ...latris offerunt Deo boues in holocaustum, gratias nimirum agentes de Arcæ resti- ...tutione, gratum animum erga Iehouam ostendunt. Palæstini è diuerso domum rede- ...unt meliores. Nec enim idola sua remouerunt, neq; deposuerunt odia, quæ aduersus ...exercebãt. Nam postea cùm Israelitæ conuenissent in Mispha ad Samuelem, & sibi ...indicerent publicè, illi repentè ad arma conclamarunt. Colligamus igitur hinc non ...sacramenta vidisse, aut verbum Dei audiuisse. Quia nisi Deus cor intus aperiat, nec ver- ...bum nec Sacramenta quicquam prosunt.

Arca non in Silo, sed in Bethsemes reducitur.

Deo semel sacra non licet in prophanos vsus transferre.

An licuerit eo loco sacrificare.

An communicarint cum Palæstinis.

15 *Porrò Leuitæ deposuerant arcam Iehouæ, & capsam, quæ erat cum ea, in qua erant vasa aurea, & posuerant super lapidem illum magnum: viri autem Bethsemes obtulerunt holocausta, & immolauerunt victimas die ipsa Iehouæ.*

16 *Quod vbi vidissent Satrapæ Palæstinorum, reuersi sunt in Ecrón in die illa.*

17 *Isti autem sunt ani aurei, quos reddiderunt Palæstini in oblationem pro peccatò Iehouæ, pro Asdod vnus, pro Azzâh vnus, pro Ascelón vnus, pro Gath vnus, pro Ecrón vnus.*

18 *Mures verò aurei secundum numerum omnium vrbium Philistinorum pro quinque Satrapis, & ab vrbe munita vsque ad villam absque muro, & vsque ad planitiem magnam super quam reposuerunt arcam Iehouæ vsque ad hanc diem in agro Iehosuæ Bethamsitæ.*

19 *Percussit autem ex viris Bethsemes, quia introspexissent in arcam Iehouæ: percussit inquam è populo septuaginta viros & quinquaginta millia virorum: luxitq; populus, quod percussisset populum Iehouah plaga magna.*

20 *Dixerunt ergo viri Bethsemes, quis poterit stare coram Iehouâh Deo sancto isto? & ad quem ascendet à nobis?*

21 *Miseruntq; nuncios ad habitatores Ciriathiearim his verbis, Reduxerunt Philisthim arcam Iehouæ, descendite, & abducite eam ad vos.*

Plures ne mures fuerint, quàm ani aurei.

In hoc numero anathematum referunt nonnulli plures fuisse mures, quàm anos, quòd ani tantùm dicantur fuisse quinq; iuxta numerum Satraparum, mures autem scribantur missi non à ciuitatibus modò, sed etiá à pagis & villis. Verùm interpretantur alij, non ciuitates modò, sed etiam pagos & villas pecunias ad has impensas faciendas publicè cõtribuisse, sed verum horũ statuere, non magni refert. Hæc donaria Palæstinorũ, si materia spectetur, satis magnifica sunt. Sin verò ea consideres propius, ac iuxta eorũ formá reuera nihil aliud sunt, quàm mures & podices. Talia sunt

Opera infidelium.

infidelium speciosa opera, quantumuis præclara & magnifica hominum iudicio habeantur, in conspectu Dei turpia sunt. Nam quicquid ex fide non fit, peccatum est, vt Apostolus docuit. Arca Domini recipitur à Bethsamitis paulò reuerentius, quàm à Palæstinis. Nam illi sacra ei non fecerunt, nec Iehouam Deum Hebræorũ inuocauerunt. Bethsamitæ aũt vtrunq; præstiterunt, quamuis non ritè quemadmodũ oportuit. Accurrunt enim, vt videãt & explorent nõ tantũ arcæ formã, sed etiá quid intus in ea lateret. Id aũt Deus in lib. Num. diserris verbis cauerat, ne fieret. Senxit etiam Deus fore capitale illi, qui arcam Dei vidisset. At isti omnia cõtemplari ausi sunt, idq; nulla respiscentia ducti priorũ scelerũ, propter quæ victi fuerant à Palæstinis. Et fortasis persuaserant sibi, arcam restitutam ipsis ob aliqua eorũ præclara merita. Malè quidé Palæstini fegesserunt adueʃus arcam, quòd illam ceu captiuam apud se habere voluerint. Bethsamitæ aũt non multò melius, cùm eam suæ curiositati subiecerint. Quare puniuntur vtriq;, sed Palæstini aliquantò grauius. Apostolus cum dixisset propter abusum & prophanationẽ Cœnæ Dominicæ alios ægrotare, alios verò dormire, subiecit: Nos aũt à Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur, quod propter lapsus fideliũ addidit, quos Deus ita punit in hac vita, vt in perpetuum seruet. Impij verò hîc nonnunquam affliguntur, deinde ad supplicia æterna damnantur. Cur aũt Deus voluerit aliqua mysteria sua in veteri Testamento ab oculis prophanæ multitudinis abduci, & non videri nisi à sacerdotibus, quæri posset. An inuidebat hominibus beneficia sua? Minimè: sed illis hac in parte, non sibi consultum voluit. Homines quippe mysteriorum curiosa contemplatione deteriores fieri possunt, meliores autem non possunt. Equidem si oculos, atq; animos, dum habetur sacra Cena in pane ac vino figamus, nihilq; altius cogitemus, ea statim contemnere inciperemus. Proinde illis conspectis animus in cœlũ est attollendus, vt externis elementis diu non hæremus. Etenim Sacramentorum initia in terris habentur, finis verò in cœlo, vbi nos oportet corpus & sanguinem Domini quærere, cùm eis frui volumus. Quare Chrysostomus prudenter admodum scripsit, mentem nostram aquilarum esse non graculorum. Nam qui graculi sunt, humi & in elementis hujus mundi versantur. At fideles instar aquilarum in cœlum subuolare oportet. Bethsamitæ cum arcam viderent, nihil aliud cernere potuerunt, quàm lignum auro contectum, quam (verisimile est) illos postea minoris fecisse, seu præ fastidio contempsisse. Debuissent porrò illo externo signo admoniti fidei aciem ad verum propitiatorium dirigere, hoc est ad Christum, qui est hominum propitiatio & certissimum Dei oraculũ, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei. Hoc re-

Cur Deus aliqua mysteria cerni noluerit.

tiqua

...in cœlum attollere. Quocirca rectè instituerunt veteres, vt in sacris mysteriis populus de corde sursum attollendo. Vnde conuincitur eorum crassus & putidus sentiendi error, qui corpus Christi pane delitescere. Nam si res vti credunt, se haberet, non esset adhortandus, vt cogitationes exerceret. Nec illi audiendi sunt, qui aiunt id non ... dici, sed vt astantes excitantur ad gratias Deo agendas, quandoquidem ipsa Eucharistiæ vocis declarat, est gratiarum actio. Imò ipse August. lib. 2. de Prædestinatione ... ait, in ipsis mysterijs canimus, Sursum corda, & propterea inquit, subijci, Gratias agamus Deo nostro, quod scilicet corda nostra sursum habeamus. *Sursum corda.*

DE CVRIOSITATE.

... est nimium studium cognoscendi res interdictas, & parergas. Quod ad Arcam attinet, ne quis eam videret: Sacerdotes soli eam inuoluebant pannis: deindè tectam & portendam dabant filijs Cheath. Nam si eam Leuitæ vidissent, moriebantur. Ita vero populus accederet ad montem, aut propius, quid fieret, intueretur. Satis illi erat ad ... mittus expauescere. Iam verò ne in ... quidem fas erat curiosius inquirere. Nam ... percunctatus esset de Iohanne; Hic autem quid? Christus respondit, Quid id ad te? ... Nam dum in istis rebus animum habemus occupatum, tempus melioribus cogitandis ... Verùm ex altera quoque parte cauendum est, ne nimium facilè, quicquid ... recipiamus. Id enim stultæ cuiusdam leuitatis est. Nos autem firmos & stabiles oportet ... ventò nouæ doctrinæ commoueri. Prudenter fecerunt Thes. qui consulere voluerunt scripturas, & videre, an ea vera essent, quæ à Paulo dicebantur. Nec aliam ob causam Christus ... scrutamini scripturas. Papistæ cum vident, portenta sua à nobis non credi, corpus ... & eius sanguinem delitescere sub speciebus panis & vini, clamant, nos nimium esse curiosos, renouari Iudaicum illud, Quomodo. Sed stultos meminisse oportet, in sacris literis ... viros sæpe quæsisse, Quomodo. Moses deprecabatur legationem suam, & causabatur ... eandem, & Quomodo audiet me, inquit, Pharao? Et Gedeon, Quomodo possum ego ... Israel, cum sim infimus ex omni tribu mea? Et Abraham, Vtinam viuat Ismael coram te: ... vnde sciam me possessurum esse terram Chanaan? Et Sara risit promissionem Domini de ... sua virgo, Quomodò, inquit, fiet istud, Et Hierem ait, se puerum esse, & nescire loqui. ... eorum ex istis alios fuisse reprehensos, alios laudatos. Nam Abraham ea fide iustificatus est, ... virgo audiuit, Beata quæ credediſti. Moses verò reprehensus est, & ita quidem, vt ad extremum Deus illi etiam succenseret. Hoc ergo est discriminis: Qui propter incredulitatem quæ- ... modò, labuntur, & peccant. Verum qui cupiunt infirmitatem suam hoc modo confirmare ratione tantùm & modo percunctantur, quoniam se vident ad rem gerendam adhibe- ... ant. Virgò quærit, qua ratione paritura esset filium, naturaliter ne, an suprà naturam. ... infidelis erat, nec reprehenditur. Quando autem hic peccetur, ex verbis ipsis intelligi. Omnes enim eodem pacto dicunt, Quomodo? Sed primum Deus est ..., quidquid dicatur intelligit. Nos etiam ex antecedentibus & consequentibus idem ... possumus intelligere. Iam verò si isti reprehendêdi non erant, qui quærebant, Quomodo Domini, quantò minus nos, si in istorum commentis & ineptijs quæramus, Quomodo. Petrus iubet nos paratos esse ad reddendum rationem de omni doctrina nostra. At ... mysterijs rationem nullam possunt reddere. Traditio, inquiunt est: non oportet quærere. manus necessariò dandæ sunt. Sed, vt dixi, ista facilitas ad credendum non minus ... quàm illa curiositas, qua primùm cœpi dicere. *De quæstione Quomodo.*

Percussit autem aliquot ex viris Bethsemes, quia introspexissent in arcam Iehouæ, percussit inquam è populo septuaginta viros & quinquaginta millia virorum: luxit populus quod percussisset Iehoua populum plaga magna.

Dixerunt ergo viri Bethsemes, Quis poterit stare coram Iehoua Deo sancto isto? ... quem ascendet à nobis?

Miserunt q; nuncios ad habitatores Ciriathiearum, his verbis, Reduxerunt Philistæi arcam Iehouæ, descendite, & abducite eam ad vos.

... tur à Domino Bethsamitæ, quod indignè tractassent sacramenta. Quare hoc loco ... sacramenta, reuerenter administranda esse, idq; ex præscripto sacrarum literarum. Qui ... iter offendit Dominum: quod multis exemplis & ex nouo & ex veteri Testamento ... Primum isti Betsamitæ grauiter à Domino puniuntur. Et Paulus ait, propter in- ... tionem Eucharistiæ, multos ex Corintijs ægrotare, multos esse mortuos. Oza etiã *Magno nostro malo sacramenta indignè tractari.*

percussus est, cum accessisset ad currum: non quidem quod arcam attigisset, sicut fortasse quidam opinatur, Leuita: Sed quod arcam Domini coniecisset in plaustrum, cum non nisi humeris Leuitarum portari ius esset. Socrates lib. 7. cap. 17. ait, Iudaeum quendam Christianis colligeret pecunias, sæpius voluisse baptizari: Cumq; venisset ad Nouatinorũ Episcopum, & ille eum de more tinctorus esset, aquam sæpenumero hauriens, cum autem suspicatum foramen aliquod aut rimam esse in fundo, infudisse replens: Quæ cum euanuisset, impostorem miraculo percussum prodidisse nequitiam suam. Theodoretus lectaneis ait: Arrianum quendam mutasse formulam Baptismi, vt diceret, Baptizamus te nomine patris, per filium, in Spiritu sancto, & aquam disparuisse. Moses dissimulare cupiebat filij sui circumcisionem, nisi Sippora pius vxor maturè eum circumcidisset, Angelus Domini eum interfecturus. Sichimitæ circuncidi voluerunt, quamuis de Deo & eius promissionibus nihil curassent. Itaque ea res illis malè cessit. Deus enim profanationem suorum sacramentorum non impune tulit inultam. Quid ergo speret Papistæ, qui transubstantiationes, adorationes, & deprecationes sacramentorum inuexerunt? Haud dubiè eos aliquando persequetur manus Domini.

Homines suorum malorum causam in Deũ transferunt.

Quis poterit stare coram Iehoua Deo sancto isto?) Malorum causam in Deum transferunt, suis sceleribus nihil interim cogitantes. Illum clamant esse durum, difficilem, morosum, seuerum, ac si ipsi nihil mali commeruissent. Obliti erant, vel potius nunquam cogitarant se pactum habere cum Deo: vt & ipsorum curiositati satisfieret, & aliquid eius præscripto relinqueretur, de quo ita decidendum erat cum Deo. Lexerat in libro Numerorum, ne quis esset Arcam Dominicam contemplari. Eam illi negligunt: nec vlla cruciantur suorum scelerum pœnitentia. Idemque excutiuntur. Non ita tamen, vt Palæstini, vt fœda eorum proiectione afflingerentur. Tantum castigantur fuisse percussi.

Percussit ex populo septuaginta viros, & quinquaginta millia virorum.) Putant quidam tantum illos, septuaginta fuisse à senioribus & principibus: quinquaginta autem millia de plebe. Non est verisimile omnes istos fuisse Bethsamitas: sed multos accessisse spectatum ex omni regione. Alij putant septuaginta tantum perijsse: sed eos fuisse instar quinquaginta millium. Ita enim de Dauide dicitur, Tu vnus es instar decem millium. Isti arcam à se allegerunt ad vicinos Israelitas cum insigni benedictione à se dimittunt. Hinc videmus, quanti sit donis Dei bene vti, non res ipsas à Deo, quam bonum illarum vsum petendum esse.

CAPVT VII.

VEnerunt ergo viri Chiriathiearim, & abduxerunt arcam Iehoua, & introduxerunt eam in domum Abinadab qui habitabat in ipso colle: & Eleazar filium eius sanctificauerunt, vt custodiret arcam Iehoua.

2 *(Fuit autem è die qua mansit arca in Ciriathiearim, multi elapsi sunt dies, vigenti nempe anni) & lamentata est vniuersa domus Israel, sequuta est Iehouam.*

Partitio capitis.

HOC caput quoniam multiplicem historiam continet, diuidi potest in quatuor partes. In prima narratur, arcam Domini receptam fuisse in Chiriathiearim à diuersa gente filiorum Israel, quemadmodum resipuerint ad monita Samuelis: In secunda, conuenisse omnes in Mispha, atq; in eo conuentu Deum excitasse iudicem Samuelem. In quarta, eos res feliciter gessisse aduersus Palæstinos: In quinta, Samuelem prudenter & strictè Rempublicam administrasse.

Gibea.

In domum Abinadab in Gibea.) Gibea nõ est ciuitas illa, quam alibi legimus fuisse in tribu Beniamin. Est vox appellatiua non propria. Itaq; Græcus rectè reddidit collem. Dies multos fuit Arca in Chiriathiearim, vsq; ad tempora Dauidis. Is enim eam ad se transtulit in Sionem. Relinquebat enim Deus Silunta & Cetsamitas: & nunc sibi nouum delegit domicilium in Chiriathiearim.

Arca fuit in Ciriathiearim absq; tabernaculo. Quandiu fuerit arca in Ciriathiearim

Arca cum esset in Ciriathiearim, non habuit tabernaculum illud, quod Moses curarat fieri. Non enim satis constat primùm fuisse in Silo, deinde in Nobe, postea in Gibeon. Interim tamen sine tabernaculi tectione tegebatur. Postea cum Dauid eam transferre vellet in Sion, & Oza in iniuriam eius mortuus esset, iussit eã deduci ad Obededomi domũ. Postremò eam aduehi curauit in Sion, quo in loco tabernaculum etiam excitauit. Apparet etiam & ex 2. lib. Sam. & ex 1. Paralip. domum eo tempore fuisse in Ciriathiearim. Deus sibi certum locum delegerat, in quo vellet inuocari. Sed cum ea deseruisset, patres eam passim & liberè modò in hoc, modò in alio colle adorabant.

dum Abin-

...fecisse meminerant, antequam arca esset facta. Expectabant tamen, vt Deus cer... locum designaret. Id ante Dauidem Regem non est factum. Interea non pecca... colebant & inuocabant in excelsis.

...cum, &c.) Ritus cõsecrationis traditur in lib. Num. Oportuit Leuitam mutare ...pus & pilos omnes abradere, deinde venire in tabernaculũ ad Aaronẽ, & ab eo ...mino. Ad eundẽ modum sacerdotes quoq; oportuit inaugurari, vt lauarentur, vt ...derentur, vt oleo sacro, vt sanguine tingerentur. Hęc externa ratio eò valuit, vt ...ierent, eos esse iam ministros sibi designatos à Deo. Sublatis autẽ istis vmbris, nobis ...nisi impositio manuũ. At Papistæ, vt essent, credo, augustiores, omnes illas cere... Mosaicos ad se transtulerunt. Tondentur, raduntur, lauantur, vnguntur, vestiun... miror, cur non etiam circuncidantur. Sed addunt, sua ista, vi multò maiore esse ...illa Mosaica. Se enim imprimere characterem indelebilem, nec tantùm in carne ...tenus vsq; ad animam penetrare. Paulus ait, se portare stigmata Domini in corpore ...homines ea volunt in animo recondere. Nam corpore quid facant, omnes vidẽt. ...enim tractatur ad præscriptum Domini: Itaq; nulla secuta est clades.

Consecratio leuitarum & sacerdotum. Impositio manuum. Papistarum consecratio & character.

...est de resipiscentia populi. Causa cur resipuerint erat afflictio. Vehementer enim ...Palæstinis. Itaq; tędio, & ęgritudine cogũtur redire ad Dominũ. Agũt pœnitentiã, ...vbi arcam recepissent. Nam ista narrantur contigisse intra viginti annos. Primum ...tur: deinde modus. Samuel apud Israelitas verba facit, suaq; illis peccata in memo... Audierant illi antea verbum Domini, sed non egerant pœnitentiam: quod nullis ...fracti aduersis casibus. Itaque bene dixit ille paterfamilias, Compelle eos intrare. ...Donatistas cogendos esse in Ecclesiam. Nam quamuis primò statim tempore ni... ...tione vtilitatis capiant, tamen postea incipient audire & cogitare attentius. In hoc ...excitatur Samuel vindex populi. Ita in libris Iudicum, cum populus se affligeret, ...Deum, semper datus est aliquis Iudex, qui populum assereret. Cæterùm, quoniam ...veram esse & ex animo proficisci oportet, Samuel monet auferendos esse de medio ... Nam id Palæstini non fecerant, quamuis speciem aliquam pœnitentiæ præ se fer... Paulò aliter hunc locum exponit. Putat enim populum ad verba Samuelis resi... ea re animaduersa Samuelem arripuisse occasionem, vt illos ad libertatem incitaret ...vt eam expectarent à Domino, tanquam mercedem suæ pietatis. Sed ea re fortasse ...phus, quia in textu ita scribitur: Resipuerunt: & dixit Samuel ad eos. Solet enim sæ... primum rem omnem generatim proponere: deinde distributius rationem & modũ ...quo. Ita hic primo loco proponitur, populum resipuisse: deinde ostenditur, id conti... Samuelis. *Israelitarum resipiscentia.*

Scriptura primum rem proponit, deinde modum describit. Supputatio 20. annorum.

Multi elapsi sunt dies, viginti nempe anni.) De viginti illis annis non o... ...do sentiunt. Hiero. illud tempus ad arcam refert: & eam putat viginti annos man... ...terim. Atqui id non conuenit. Satis enim constat, eam mansisse in ea ciuitate vsque ...Dauidis. A morte autem Eli vsq; ad Dauidem interceserunt anni plusquam quadra... ...it autem Dauid septem anis in Hebron: deinde 33. annis in Hierusalem. Reduxit au... ...iam regnum obtineret in Hierusalem. Quare minimùm oportet fuisse quinqua... Sed arca legitur fuisse in Nobe, in Maspah, in Galgala. Non est verum. Nam quod le... ...dis, intelligendum est de tabernaculo. Arca enim & tabernaculum erant iam di... ...nus in 2. Samuelis cap. 6. Dauidem reduxisse arcam à domo Abinadab ex Ciria... ...od idẽ scribitur in 1. libro Paral. cap. 21. & in libro Sederolam. Sed viginti isti anni nu... ...eo tempore, quo arca fuit restituta. Hęc autem quę narrantur, contigerunt illis vi... Non enim credibile est, populum statim resipuisse, cum recepissent aream: sed longo ...dq; opera, labore, & cohortatione Samuelis. *Sequuta est Iehouam.*) Nam antè pror... ...t à Deo. Munc supplices orant, vt faciem suam ad se conuertat. Vel quod mihi pro... ...nunc non anteuertunt Deo, sed ex eius præscripto volunt religionem suam in... ...tanquam itineris ducem, sequi.

Ambulare post Dominum.

Dixit Samuel ad vniuersam domum Israel hisce verbis, Si toto corde vestro ...ad Iehouam, auferte Deos alienos de medio vestri, & Astharoth, & ...ser vestrum Iehoua, & seruite ei soli: tum liberabit vos de manu Pe...

...fuerunt ergo filij Israel Baalim & Astharoth, & seruierunt Iehouæ

5 *Dixit verò Samuel, Congregate vniuersum Israelem in Mispah, & orabo pro vobis ad Iehouam.*

6 *Congregati ergo in Mispah, hauserunt aquam, & effuderunt coram Iehouah, & ieiunauerunt die illa, atq; dixerunt ibi, Peccauimus Iehouæ. Iudicauitq; Samuel filios Israel in Mispah.*

Partitio orationis Samuelis.

Oratio Samuelis distribuitur in quatuor capita. Primum est, Si resipiscitis ex toto corde, &c. Secundum est, Eijcite Deos peregrinos. Tertium parate cor vestrum. Quartum autem, Seruite soli Deo. Post in epilogo addit Euangelium: Et liberabit vos Dominus. Primùm monet vere ac serio redeundum esse ad Dominum. Id fit certa erga Deum fiducia, & charitate. Hoc autem nisi ex animo, & ex toto corde fiat, nihil aliud esse potest, quàm hypocrisis, nec Deo potest nõ esse odiosum. Antea reliquerant Deum, conuersi ad creaturas. Nunc ergo suadet Samuel, vt relictis omnibus creaturis redeant ad Deum. Hoc vbi fit, sequuntur præclari fructus. Statim enim abijciuntur Dij alieni. Solent homines interdum commentitios Deos sibi fingere: vt Iouem, Neptunum, Mercurium: Interdum verum quidem atq; vnum Deum colere, sed cultu, aut vetito, aut alieno, vt si quis mactaret filium suum, aut quod fecit Rex Achaz, aram Damascenam in templo Dei constitueret: interdum eadem ceremonias, quas Deus instituit, retinere, sed eas absque fide & sine mente percurre. Hoc facere nihil aliud est, quàm idolum colere. Homines enim fingunt sibi Deum, qui velit ita coli, qui reuera nullus & nusquam est. Itaq; Augustinus quæstione 29. in librum Iosue, quo in loco idem à Iosua populo proponitur, quod hic à Samuele, Qui fingit, inquit, sibi Deum alium, quàm est, alienum Deum portat in corde suo. Quare nõ tantum Iuppiter, & vana Numina, sed etiam ista idola & phantasmata prorsus ex animo ejcienda sunt. Id fiet, si talem nobis Deũ constituemus, qualis nobis pingitur in sacris literis. Tertullianus in libro de idololatria, Non tantùm, inquit, iste crassus & insanus cultus simulachrorum idololatria est. Veteres enim habuerunt olim fana sine simulachris: cum tamen nihilominus essent idololatræ. Nihil, inquit, refert, siue ex gypso, siue ex marmore, siue ex trunco (ego addo etiam, siue ex tuo fantasmate) Deum tibi fabriceris. Et addit idolum dici ab εἶδος Græca voce. Εἶδος autem esse formam: idolum itaque esse formulam. Hortatur ergo Samuel, vt & commentitios Deos, & inanes cultus, & prauas de Deo opiniones ex animis abijciant. Hic primus est fructus pœnitentiæ. Hoc nisi Papistæ faciant, quantumuis se affligant, & peccata sua lugeant, nihil faciunt.

Idolum.

Quid sit cor præparare.

Præparate cor vestrum.) Id nihil aliud est quam cor habere flexibile, quodque sequi velit mandata Dei. Hoc est cor præparare. Quanquam nemo sibi debet persuadere, id in sua manu esse positum. Nisi enim Deus det nobis cor nouum, idque reddat carneum & flexibile, nostris viribus nihil promouemus. In Actis Apostolorum Dominus aperuit cor mulieri purpurariæ, vt attenderet ijs quæ dicebantur. Sed iubemur cor nostrum præparare: Ergo possumus. Est infirmum argumentum. Sunt enim verba legis: quæ multa iubent, quæ à nobis nostris viribus præstari non possunt. Nam nisi Deus nobis corda præparet & aperiat, semper eius mandatis aduersamur. Ideoque id in precibus nostris perpetuò à Deo petimus. Sed quoniam non sumus trunci, aut stipites, ideò in scripturis vtrunque dicitur. Nam & nos iubemur parare corda nostra, & Deus legitur illa præstare. Non tamen hoc ita dico, quasi homines etiam à Deo alieni aliquid ex se boni possint efficere. Quid enim boni fructus sperandum est ab arbore mala? Et certè si nihil adimenti sumimus, quo facilius ex parentibus nostris nascaremur, quid afferre potuimus, vt ex Deo renascamur? Eramus enim antè mortui. Sed Deus nos occulta quadam vi Spiritus sui adduxit ad se. Verũ quidem est, Deum nos interim, cum essemus ab illo alieni, multis modis præparasse. Illis modis Deus ad nostram salutem abuti voluit: quamuis, quòd ad nos attinet, fuerint peccata. Fieri enim potest, vt, qui cupide quærat lucrum, incidat in itinere in prophetam, aut ministrum bonum: id quem si mansisset domi, non incidisset. Hæc Deus pro sua bonitate regit & temperat, nobis etiam imprudentibus. Quanquam non sum nescius, verbum כּוּן, quod Latine redditur, præparare, Hebraicè esse, dirigere, confirmare, aut certum reddere. Cœpistis, inquit, redire ad Dominum: id nunc confirmate, ne sit temporaria, & inanis conuersio. Vos ipsos hac de re certos reddite.

Iubemur cor præparare nõ tamen possumus.

Præparare est dirigere, confirmare.

Et seruite ei soli.) Deus est Zelotes: non patitur rivalem: solus vult inuocari, & coli. Quare, inquit Elias, claudicatis in duas partes? Nemo potest duobus Dominis seruire. Seruitus autem ista in eo sita est, vt vnum Deum inuocemus, illi vni fidamus, & ad eius gloriam omnia nostra cogitata ac studia referamus. Siue editis, inquit Paulus, siue bibitis, siue aliud quippiam facitis, omnia ad gloriam Dei facite. Augustinus in verba illa Pauli, Quærentes, quæ sua sunt, Illi, inquit, quæ sua sunt, quærunt, qui Christum non propter Christum quærunt. Est ista concio Samuelis grauissima: quia

Seruitus Dei in quo sita est.

...ni est qui non in aliquam eius partem offendat quotidie. Sed tamen, vtut pos... ...it ad Deum, auferenda sunt idola, paranda sunt corda nostra, & vni seruien... ...intelligere debemus, non fuisse hanc vniuersam Samuelis orationem. Sunt enim ...rorum, & vt vulgo loquuntur, themata: quæ ille prosequutus est prolixius. Ha... ...: post addidit Euangelium. *Et liberabit vos de manu Philistiim.*) Deus, in... ...potestate Palæstinorum. Qua in liberatione summa intelligitur liberatio à ...mus per Christum. Atque hinc nascitur solida pœnitentia: quæ partim est E... ...gis: Lex primum animos nostros perterrefacit, & adigit ad pœnitentiam. Sed il... ...perfecta est, imò potius plena desperationis; nisi sequatur fides in Christũ, quam ...angelium.

Solida pœnitentia.

...uit Samuelis, & fructosa oratio. Populus ea persuasione permotus, statim magnõ ...illos suos alienos, Baalim, & Astaroth. Baal, si spectare velimus etymon vocis, ...Magistrum, Maritum, Principem. Ista cum propriè conueniant soli Deo, tamen ...tate sæpè accommodantur creaturis. Nam per adulationem principes suos appel... ...hoc est, Dominos, & Deos. Imõ factum etiam illud nomen Iehoua sæpè impo... ...ibus, & rebus creatis. Nam Iudæi vitulum aureum, quem sibi conflarant, ado... ...Iehouæ. Augustinus quæstione 16. in librum Iudicum, ait, Punicam linguam affi... ...Hebraicæ. Nam Pœni venerunt in Aphricam profugi è Phœnicia: & rogati, quinam, & ...respondere solebant, se esse Chenanos. Ex quo factum est, vt multa nomina Phœnicia ...Nam Baalshem appellabant Dominum cœli: & Baalim Iones. Plures enim vbique gen... ...bantur Iones. Astaroth Cicero de Natura Deorũ putat fuisse Venerem: eam enim apud ...fuisse Astar. Sed ego magis accedo ad Augustini sententiam: qui eam ait fuisse Iuno... ...nomine Iuno à Pœnis & Phœnicibus colebatur. Et satis constat, Astaroth fuisse ido... ...orum. Pœni autem cum venissent in Aphricam, semper retinuerunt Iunonem pro tu... ...fertur verò Astaroth numero multitudinis: quod multæ crederentur esse Iunones, ...Phœnicia. Quemadmodum hodie à Papistis multæ coluntur Mariæ, Parathalassia, ...& nescio, quæ aliæ, eodem propè ritu, quo ab illis Iuno. Hebraica vox Astar significat ...autem. Vnde suspicio esse potest, Iunoni impositum fuisse hoc nomen, quia proponeba... ...ous. Nam de Ioue Antmone constat, cultum eum fuisse sub imagine Arietis. In his duo ...Iudæi complexi sunt omnia falsa & peregrina numina. Hic videmus, cum cultus Dei ...violatus fuisset ab Ophni & Phinhas sacerdotibus, populum potius, quàm vt ad templũ ...prophanata sacra accederet, sequutum esse Deos alienos. Ad vocem tamen Samuelis re... ...Deum. In instauranda Republica, prima ratio haberi debet cultus Dei. Nam doctus me... ...dum causam exquirit morbi, deinde facit medicinam. Causa autem dissipationis public... ...ta. Quare necesse erat, vt ea primùm tolleretur. Et certè nulla vnquam erit tranquil... ...Principes Christianos, nisi populo restituatur cultus Dei. E Tito Liuio, & alijs histori... ...ritum fuisse apud veteres, vt Imperatores antequam educerent exercitum, sacra ...& Deos placarent. Quod nisi fieret, videbant se Deos habituros aduersarios, & peccata ...esse suffragatura. Verùm illi honorem, quem debebant vni Deo, contulerunt in idola. ...cum decreuit Rempublicam aliquam liberare, inspirat populo bonos motus, vt ve... ...errorem suum, & eius præsidium inuocare. Huiusmodi enim pia studia ab illo sunt ...Cum Rex ille Ægypti crudelissimus esset mortuus, Israelitæ clamauerunt ad Domi... ...aderat tempus, quo Deus illos statuerat liberare.

Quid Baalim.

Quid Astaroth

Quod si caput instauranda Reipub.

...uersum Israelem in Mispah.) Mispah locus erat aptus ad celebranda comitia. Rab... ...profligatis viginti Regibus Cananæorum, excitasse in illo loco altare Domino, ...tionis. Quidam putant, eundem fuisse Siluna, & Mispa. Sed longè falluntur. Fini... ...li loci sunt: at non idem. Conuenerunt in hunc locum Israelitæ, cum pugnaturi ...micas, deinde sub Saule Rege, postea sub principe Godolia, postremò sub Macha... ...prophanatum esset templum Domini. Erat autem Mispa in confinio tribus Iuda ...Non delegit Samuel hunc locum, quod ibi esset arca Domini, quod commentarij ...qui ascribuntur Hieronymo, sed quod locus aptissimus esse videretur ad agen... ...Dominus vt excitat nouos principes, ita populi etiam studia & voluntates ...vt vndique ad illum confluant: quemadmodum bruta animantia impulit, vt vltrò ...Id autem Deus facit, interdum vt populo bene sit, interdum vt si princeps ...affligatur. *Et orabo pro vobis ad Iehouam.*) Potuisset Samuel seorsim ora... ...preces suas, cum futuræ essent tanti momenti, esse priuatas, sed publicas totius po...

Quare in Mispah conuenerint.

Populi studia à Deo excitantur.

Quare non priuatim orat.

puli voce comproberi. Non autem vsurpat sibi munus Pontificis. Erat iam [illegible]
Et prophetarũ erat orare pro populo. Deinde Deus præconsentiente [illegible]
statur. Vbicunque erunt duo aut tres congregati nomine meo, inquit Christus, [illegible]
dio illorum. Ita Ezechias & Iosaphat Reges, cum Respublica verlaretur [illegible]
voluerunt cum populo. Cauendum tamen est, ne, quod sæpè fit, facer [illegible]
frigidam ceremoniam. Hic videre possumus admirabile consilium Dei. [illegible]
preces & ad instaurandã Rempublicam. Interea arma capiunt Palæstini, quod [illegible]
meditari rebellionem. Ita factum est, vt vna opera & preces conciperent, & hostes [illegible]

Hauserunt aquam & effuderunt.) Hæc verba variè ab interpretibus intelligun-
tationes Hieronymi referunt ista ad opinionem veterum Rabinorum propemodum [illegible]
Samuelem diris & execrationibus aquam denouisse, eodẽ omnino ritu, quo [illegible]
Zelotypiæ: vt perspicuo aliquo argumento internoscerentur, quinam essent in populo [illegible]
deinde illam aquam dedisse bibendam. Ea hausta idololatris dentes & labra fuisse [illegible]
possent aliquo modo aperire: itaq; de illis ita iam cognitis Samuelẽ sumpsisse [illegible]
hoc illud esse, quod postea scribitur, Samuelem fecisse iudicium in Mispah. Atq; hoc [illegible]
Mosen, cum cinerem vituli populo dedisset bibere, deprehendisse idololatras & eos [illegible]
plicio. Sed hæc fabula nihil aliud est, quàm fabula. Primùm enim aqua effusa legitur, nec [illegible]
deinde cum omnes essent idololatræ, quid oportuit delectum facere paucorum? [illegible]
cædes quomodo taceri potuisset? Rabbini nostrorum temporum putant, illud fuisse [illegible]
symbolum remissionis peccatorum: videlicet, quemadmodum aqua eluuntur sordes, ita [illegible]
sericordia populi peccata deleri. R. Leui Ben Gerson ait, illud fuisse signum mutati propositi [illegible]
se posthac mundos esse, & nihil superfuturum idololatriæ. Iosephus putat, populum eam [illegible]
libasse Domino. Alij putant esse methaporam, nec aquam intelligi, sed vim magnam lachrymarum. [illegible]
Paraphrastes ait, eos ita effudisse corda sua coram Domino, ac si aquam fudissent: nihil [illegible]
lasse, sed prorsus omnes suas cupiditates patefecisse. Hęc omnia videri possunt probabilia. [illegible]
ego nihil eos puto fecisse alienum à lege. Deus autem in lege præceperat multa genera [illegible]
tionum, & baptismatum: vt aqua, in quam coniecti essent cineres vaccæ rufæ, populus [illegible]
tur, vt raderetur, vt lauaretur. Hoc enim pacto fatebantur se immundos esse. Hoc [illegible]
aquam, sese lauisse ad legis præscriptum vt purificarentur. *Coram Domino.)* Non [illegible]
ca esset in Mispah: sed quod ista gererentur in sacro cœtu: in quo pie & legitime [illegible]
per Deus ipse præsidet. Vbicunque enim erunt duo aut tres congregati in nomine [illegible]

Quo spectet ieunium.

sum ego. Quare sacros conuentus negligere non debemus, vt in quibus semper [illegible]
præsentem Deum. *Ieiunauerunt{q} die illa.)* Ieiunium est exercitium, quo caro domatur, [illegible]
impediat sanctos motus animi. Populus in publicis precibus semper vacabat ieiunio: [illegible]
die vsq; ad vesperam. Nemo tamen religionem ponebat in delectu ciborum, aut [illegible]
modo peccatorum remissionem promereri. Nec interim, vt papistæ solent, indulgebant [illegible]
sed diem totum agebant ieiuni vsq; ad vesperam. Quoniam autem magna est natura [illegible]
firmitas. Deus ieiunium vno die claudi & finiri voluit. Et Iosephus hoc loco ait [illegible]
vnum diem ieiunasse. *Atq; dixerunt ibi, Peccauimus Iehouæ.)* Pauca quidem sunt [illegible]
magni ponderis. Non enim moratur Dominus multitudinem, aut ornatum verborum. [illegible]
tem requirit, non eloquentem. Publicanus paucis verbis ait, Deus propitius esto mihi [illegible]

Peccare Domino.

Dauid paucioribus, Peccaui Domino. Tamen vtriusq; oratio Domino erat gratissima. [illegible]
Peccauimus, inquiunt, Domino, hoc est, offendimus in primam tabulam: Abiecimus Deum, [illegible]
quuti sumus idola. Ac si dicerent, afflixit nos Dominus per Palæstinos: sed nostro merito nos [illegible]
flixit. Hic tui iudicij erit, Lector, quàm prudenter papistæ faciant, qui ex hoc loco [illegible]
lint suam illam auricularem confessionem. *Iudicauit{q} Samuel filios Israel in Mispah.)* [illegible]
suprà de hac re veterem fabulam Rabbinorum: Samuelem propinata populo aqua, idololatriæ [illegible]
ternouisse, & illos neci tradidisse. Alij putant, enim errata cuiusq; didicisse, & singulis [illegible]
varia genera sarificiorum, prout quisq; plus minúsue peccasse videbatur. Sed cum iam [illegible]

Quid sit iudicasse Israelem.

redijsset in gratiam cum Deo, proximum erat, vt intestinæ inter ipsos seditiones & iniuriæ [illegible]
ponerentur. Iudicauit ergo Samuel populum: hoc est, dedit operam, vt omnis memoria [illegible]
rum in populo funditus tolleretur. Verum ego hunc locum simplicius intelligo: Samuelem [illegible]
fuisse à Deo designatum iudicem: nunc ab eo publicè declarari. Itaq; illum pro ratione [illegible]
sui populi libertatem asserere. Hebraica enim vox, Iudicare, non est Ius dicere, sed vindicare [illegible]
tatem. Ante Prophetæ erat Samuel, cum prædiceret quid Ophni & Pinhas [illegible]
autem creatur iudex.

[illegible]

...ctus autem Philisthim, quod congregati essent filij Israel in Mispah, ascen-...runt principes Philistim contra Israelem: quod cum audissent filij Israel, timuerunt à ...facie Philistim.

...erunt filij Israel ad Samuelem, Ne sileas pro nobis clamando ad Iehouam ...strum, vt eripiat nos de manu Philisthim.

...lit ergo Samuel agnum lactis vnum, & obtulit illum holocaustum totum Iehouæ: ...clamauit Samuel ad Iehouam pro Israele, & exaudiuit eum Iehouah.

...Samuele offerente holocaustum, Philisthæi decesserunt protinus ad prælium ...Israelem: intonuit autem Iehouah voce grandi illa die super Philisthæos, & con...fusi sunt coram Israele.

...gressi autem viri Israel de Mispah, persequuti sunt Philisthim, & percusserunt ...eos usque Bethchar.

...cum audirent Israelitas conuenisse in Mispah, cœperunt suspicari, illos moliri defe... Non enim nō patiuntur populum inter se conuenire: sed eos, quantum maximè pos...sunt, & à se mutuò dlienant. Ita Palæstini non ferunt Iudæos inter se agere conuentus. ...eos in officio continere non verbis aut legibus, sed vi, & armis. Itaq; conscripto mi...lunt precantibus. Iudæi consternantur, vtpotè ab illis sæpè & miserè afflicti, ...præter spem de repente oppressi. Samuel, dum studet populum liberare, videtur illi ...grauissimum periculum. Hoc videlicet est, quod hodiè à quibusdam dici solet, eos, qui ...habere cum Christo, in odio totius mundi & grauissimas calamitates incurrere. Sed ...scrutabile consilium Dei: per cruces & molestias ducit nos ad felicitatem.

...quamuis perculsi timore, tamen non discedunt ab instituto, non despondent animum, ...sed eam, quæ preferatur. Accedunt ad prophetam: Confitentur & agnoscunt peccata ...vt non desperent. *Ne sileas pro nobis clamando ad Iehouam Deum nostrum.*) Allu...dunt Mosis. Nam cum ille orans Dominū brachia sustineret, profligabatur Amalech: cū ...remitteret, cedebat Israel. Ita populus orat Samuelem, ne remittat preces, sed assiduè ...clamitet. *Tulit ergo Samuel agnum lactis vnum.*) Sed cur sacrificat Samuel pro populo, ...qui pontifex? Nam victimam oportuit deferri ad templum à populo: sacrificari autem, ...nisi à pontifice. R. Ben Gerson putat Samuelem nō ipsum sacrificasse, sed aliena ma... quod hoc ipse fatetur infirmū esse: Samuelem enim ipsum potuisse sacrificare. R. Chimhi ...lege pontificia duas fuisse exceptiones: vnā, Si nullus esset certus locus, vbi sacrū fie...ri erat, nō solum in excelsis, sed etiā ab hominibus priuatis rem diuinā procurari. ...propheta aliquis à Deo esset excitatus. Ita enim Iosuæ, ita Eliæ, ita nunc Samueli licuit sa...crificare. Samuelem constabat esse prophetam: & templum nondum erat exædificatū: Arca ...habuit certum locum: in Silo omnia erant confusa & perturbata. *Clamauitq; Sa...muel.*) Non adscribitur quid clamauerit. Fieri potest vt intus tantum & in animo ...Huiusmodi preces à Deo facillimè audiuntur. Itaque Samuel apud Hieremiam nu... precatores. Et Dauid ait, Samuel inter eos qui inuocant nomen eius. *Et exaudiuit ...eum.*) Quo argumento constabat, Dominum audisse Samuelem? Rabbini aiunt, id igne cœ... confutisse. Nam id argumentum erat litationis, si quando ignis de cœlo demitteba... ...ad tonitru: alij per metalepsin, aut anticipationem, ad euentum: nam Domi... ...fulminibus & terræmotibus dissipauit, & perdidit. Palæstini putabant, se facilè ...inermes & imparatos interficere. Sed longè aliter cecidit. Deus audiuit preces ...et audiuit in sacrificio. Erat autem illud sacrificium non ita splendidum, aut magni... ...aliud erat, quàm agnus lactens. Verùm Deus animum spectat offerentis, non ...pompam. Proponere voluit Samuel populo agnum illum Dei, in cuius vnius nomine ...erat pax, & salus: illud inquam, semen, in quo benedicendæ erant omnes gentes. Ille e... ...Dei, qui abstulit peccata mundi. Ergo, inquiunt, habent externa sacrificia eam vim, ...vt conciliare Deum. Nihil minus. Itaq; cum legimus in Leuitico, Deum aut propitiari, ...expiari, aut placari huiusmodi sactis & ceremonijs, id non debemus existimare fieri ex ...opere: sed externo symbolo id communicari, quod proprium est ipsius rei. Sacramenta ...sunt nomina earum rerum, quarum sunt sacramenta. Quare vt nomina, sit effecta quo... ...illis attribuantur: eaque per metonymiam dicuntur pacem & salutem exhi...

Cur Samuel sacrificet cum non esset pontifex.

Samuel magnus Dei precator.

Vnde patuerit Deum audiuisse Samuelem.

Samuel agnum sacrificat.

Quomodo Deus placari dicatur sacrificijs.

bere. Ita patres Eucharistiam appellant sacrificium: non quod putent, quod ibi sacrificetur filium Dei ab homine posse reipsa sacrificari. Hoc inter nos interest & patres veteris legis, quorum sacrificijs proponebatur mors Christi futura, in nostris præterita.

Intonuit autem Iehoua voce grandi illa die super Philistæos. Palæstini ante sentiebant vim Arcam Domini haberent apud se captiuam. Nunc vim multò grauiorem experiuntur. Tantum sequutũ est tonitru, & tàm horribilis tempestas, vt Palæstini nullo modo possent consistere. Iosephus addit, fuisse etiam terræ motus, & hiatus: & hostes præ terrore cæcos, & amentes in illos se præcipitasse. Ita Deus Palæstinos vno momento profligat & perdit. At Imperatores & Principes volunt potius armis & strategematis vincere: idque putant ad memoriam sui nominis magis fore gloriosum: At Deus inaudita & singulari ratione voluit, & vim suam in hostibus ostendere & nouum Iudicem populo commendare.

Egressi sunt Israelitæ.) Et, vt Iosephus scribit, vnà etiam Samuel, vt persequeretur fugientes. Non enim propheta tantùm fuit, aut Iudex, sed etiam Dux militaris.

12 *Tulit verò Samuel lapidem vnum, & posuit inter Maspha & Sen, vocauitq; nomen eius Ebenhaezer, & dixit, Huc vsq; auxiliatus est nobis Iehoua.*

13 *Itaq; humiliati sunt Philisthim, nec venerunt vltra in terminum Israelis: & fuit manus Iehouæ contra Philisthim omnibus diebus Samuelis.*

14 *Et restituæ sunt vrbes quas tulerant Philisthim ab Israele, Israeli, ab Ecron vsq; ad Gath, & terminum suum liberauit Israel de manu Philisthim: fuit pax inter Israelem & Emorræum.*

Trophæum excitatur iustè.

Samuel non immemor eius tanti beneficij excitat victoriæ monumentũ. Ethnici quoq; facere solebant trophæa, sed sibi: Samuel autẽ statuit Deo. Voluit enim hoc esse æternũ monumentũ diuini beneficij. Ita Iacob, cùm iret in Mesoptamiam, erexit & inunxit lapidem: & Iosua duodenos lapides, cum transmisisset Iordanem: & alium insignẽ lapidẽ postea, testimoniũ fœderis renouati.

Ebenhaezer lapis adiutõrij.) Non ascribit lapidi illam victoriam & salutem populi, sed vt supra monui, quod proprium erat rei, attribuit symbolo. Nam hæc est natura sacramentorum, quod aduersarij nostri velint, nolint, coguntur confiteri. Vnam tantum excipiunt Eucharistiam: quod qua ratione inducti faciant, aliàs videbimus. Iosephus appellat lapidem fortem, quòd Deus vim & rõbur populo contulisset. Atqui Palæstini non populi robore fugati sunt, sed manu Dei. Et bonum Hebræum oportuit retinere vim vocis Hebraicæ. Vere nunc Ebenhaezer lapis adiutorij dicitur, qui superius ita nominatus fuit per anticipationem. *Nec venerunt vltra in terminum Israelis.)* Hoc intelligendum est, cũm esset ætate integra. Nam cum iam grandis esset natu, & filij eius non recte imperarent, atq; ea causa populus relapsus esset ad idola, Palæstini iterum instaurare bellum. Itaq; indicto conuentu populus deliberare cœpit de creando Rege.

An venerint amplius Palæstini viuente Samuele.

Deus plus dedit Iudæis quã sperauerant.

Et restituæ sunt vrbes quas tulerant Philisthim ab Israele, Israeli, ab Ecron vsq; ad Gath.) Hæ ciuitates pertinebant ad tribum Iudæ, vt apparet ex libro Iosua cap. 15. Iosephus ait: Samuelem multis expeditionibus mouisse in Palæstinos. Vnde apparet, eum verè fuisse, & Iudicem populi & Imperatorem militarem. Iudæi plus obtinent à Domino, quàm sperarant. Non enim tantum fortes fiunt in libertatem, sed etiam frangunt hostes, recipiunt ciuitates quas ante amiserant, & cum finitimis nationibus pacem constituunt. Hoc tanquam speculum nobis semper ante oculos proponere debet. Magna enim subit consolatio in rebus aduersis, cùm intelligimus Deum nobis plus dare quàm sit pollicitus, velle largiri. *Fuit pax inter Israelem & Emorræum.)* R. Chimhi ait, se nescire quod bellum Iudæi habuerint cum Amorrhæis: nisi fortè, dum Iudæi pugnarent in Palæstinos, alij interim impressionem fecerint in Danitas. Per Amorrhæos autem Iosephus intelligit omnes Chananæos. Respublica amissa per Ophni & Pinehas, nunc instauratur in integrum per Samuelem.

Multum momenti est in bono magistratu.

Tantum momenti est in magistratu bono. Itaq; rectè dictum est à Platone, felices fore respublicas, cum Philosophi imperent, aut imperatores studeant Philosophiæ.

15 *Iudicauit autem Samuel Israelem omnibus diebus vitæ suæ.*

16 *Ibat verò singulis annis, & circuibat Bethel, & Gilgal, & Maspha, iudicabatq; Israelem in cunctis hisce locis.*

17 *Postea reuertebatur in Ramah: ibi enim erat domus eius, & ibi iudicabat Israelem, ibiq; ædificauerat altare Iehouæ.*

Samuel dicitur iudicasse populum omnibus diebus vitæ suæ, non quod iudex fuerit ab puero: sed quod ex quo tempore creatus est iudex in Maspha, semper retinuerit magistratum. Fuit enim non

...ssimus Iudex, sed perpetuus. Si credimus Rabbinis, præfuit populo tredecim an... ...satis conuenit. Sed surrogauit, inquies, sibi filios. Verum. At nō abrogauit si... ...sed postea vnxit regem Saulem. An ne tum quidem desijt iudicare? Non. Nam ...tamen ille remansit iudex. Erat enim quodammodo rex regum. Nam & *Samuel iudex fuit regnante Saule.* ...& postea Dauidem. Id autem fecit, ne regnum ad quosuis homines perueni... ...exclusit liberos suos ab omni spe regni. Sed quo in statu erant res Israeliticæ, ...continebat magistratum? Dicam: Saul habuit magistratum ordinarium: Samuel ...rium. Deus enim subinde excitabat Iudices, tanquam Dictatores, qui alios magi... ...Itaq; Samuel Saulem regem publicè increpat. & illo viuente vnxit Dauidem: & ...regum capituum iussit occidi. Itaq; cum commotus in Saulem ab eo discederet, ...vt se honoraret coram populo.

...singulis annis, & circuibat Bethel, & Gilgal, & Mispa.) Hîc describitur Samuelis *Cur ista loca circumierit.* ...ter ornauit Spartam, quam acceperat: & in singulos annos obiit prouinciam. ...Mispa erant ciuitates celebres & aptæ ad cælebranda comitia. Egit autem in istis ...de ornanda republica, describendis legibus, de domandis hostibus, de muniendis ...dis populi controuersijs. Id etiam curabat, vt inferiores iudices causas rectè co... ...Hos pacto parebatur impensis populi. Non enim opus erat, vt omnes vndiq; conflue... ...Dixit quidam, nullum esse genus lętaminis pinguius, quàm oculū Domini. Ita ad con... ...populū in officio, est nihil vtilius, quá oculus boni principis. Verùm, vt nunc sunt mores, *Reges hodie præstat domi manere.* ...reges manere domi, quàm obire prouincias. Quocunq; enim incedūt, affligunt mi... ...donantur magnificè, vbiq; ab adulatoribus dispiciuntur nouis vectigalia: & tamen ...miseri magis miseri. Deinde abhorrent à laboribus, nolunt audire controuersias, abdunt se in ...domodo, indulgent libidinibus, nugantur, scortantur, helluantur. Curam interim re... ...vni cuipiam, aut alteri, quem sciunt fore ad expilandū populū crudelissimū. Eadē ...Episcopis & diligentia, & pietas. Quàm possunt longissimè discedunt ab ouibus: ac si *Episcoporum visitationes.* ...ad se pertineret. Et animi ac voluptatis causa loca alia quærunt amœnissima. Populi au... ...his committunt, quibus certè equos, aut canes suos vix committerent. Habent visitatio... ...appellant, tantùm vt nouis artibus colligant pecunias, & vt suis sacrificulis elocent con... ...Ita se gessit Samuel. Sed hic dicit aliquis, Anna vouerat, Samuelem semper fore co... ...Quomodo ergo nunc discedit ab Arca, & obit prouincias? Hic scire debemus omnia *Cur Samuel cō tra votum matris ab arca discedit.* ...hanc conditionem, fore ea firma, quoad Deo secus videretur. Nam vbi semel certi ...quid Deus velit, nullum nostrum priuatum consilium debet eius voluntatem impedire, ...quidem Samuel diu coram Domino. Verum cum iam esset à Deo constitutus iudex, nō ...eum amplius delitescere. Non enim conuenit principem esse monachum. Quare si qui ...hoc tempore vouere volunt, quod ego vix licere arbitror; tamen posteaquam semel per ...de voluntate Dei, debent votum suum rescindere.

...dificauerat altare.) Sed licebat nę ædificare ibi altare, & sacra facere, vbi non esset Arca? *An licuerit altare ædificare in Ramah.* ...hoc factum debet in Samuele reprehendi. Nam cum Silóh esset euersa, templum nō ...structum, & Arca Dei nullo certo loco consisteret, etiam priuatis hominibus fas erat ...sacrificare. Deinde Samueli multa permittebantur, quæ fortasse alijs facere non licuis... ...instinctu Dei fiunt, mirari magis debemus, quàm imitari. Cur autem altare extruxe... ...fuisse causa. Frequens fiebat ad illum concursus populi: capienda erant consilia de *Cur altare ædificarit.* ...republ. At ista fieri non oportuit absque publica inuocatione nominis Dei. ...nostra nituntur fide, fides fertur in promissiones, promissiones obsignantur no... ...symbolis.

CAPVT VIII.

Cum autem senuisset Samuel, posuit filios suos Iudices Israeli.

Fuitq; nomen filij eius primogeniti, Ioel: & nomen secundi eius, Abijâh, Iu... Beersaba.

Non ambulauerunt autem filij eius in vijs illius, sed declinauerunt post auaritiam, ...q; munera, & peruerterunt iudicium.

...hoc capite, cum agatur de mutatione reipub. primo loco describitur occasio, cur po- *Partitio capitis.* ...pulus induxerit animum, vt regem peteret: ea fuit, quòd filij Samuelis se in magistratu ...non rectè gererent: in secundo loco continetur postulatio populi, aiunt enim, se instar ...aliarum nationum velle habere regem. Tertiò, Deus dissuadet, ne quid mutetur. Quar

Cur Samuel filios Iudices fecerit.

tò ostenditur obfirmata voluntas populi. Quod ad primum attinet, [illegible] erat ferendis laboribus. Itaq; cogitauit de cooptandis sibi filijs suis: & [illegible] biam voluit vnà secum esse Iudices: vt & ipse ſe minus laboribus crucia[illegible] ſpublica aliquid detrimenti caperet. Videri posset speciosum Samuelis [illegible] non videtur: sanctus quidem fuit: at fuit homo: Propheta fuit: at labi potuit. [illegible] lapsi sunt, Aaron, Dauid, Petrus, & alij. Hoc autem est quod in eius facto debet [illegible]

Peccauit quod non consuluit Dominum.

ta re non legitur Dominum consuluisse, aut ab eo oraculum accepisse. Credibile [illegible] non audisse illum de nequitia filiorum. Imò audierat ex senatoribus. Nec tamen [illegible] causam cognoscere, aut illis abdicare magistratum. Et fortasse, vt erat homo, [illegible] gebatur, vt magistratum in sua familia retineret. Postea tamen sequutus est [illegible] Dei. Fecerat filios suos nõ inferiores iudices, vt de causis minoribus statuerent. Nam [illegible] Leuitis licuit. Sed sibi eos suffecerat, & in eodem dignitatis gradu collocarat. Nam [illegible] lus affectus iniurijs, ab illis ad alios iudices prouocasset. Id autẽ à summa potestate [illegible]

Sine exemplo aliorum id iudicium fecit.

de fecit hoc Samuel nullo exemplo superiorum Iudicum. Nam cum Gedeon [illegible] à Madianitis, succlamatum est ab omnibus, Tu dominaberis nostri, & filius tuus [illegible] Decernimus tibi & familiæ tuæ imperium hæreditarium. Sed Gedeon magnanimus [illegible] imperium. Ego, inquit, non dominabor: sed dominabitur vobis Dominus. Moses cum [illegible] esset laboribus, An possum, inquit, hunc tantum populum in sinu meo circumferre? Non [illegible] ferre amplius tantum laboris. Tu me occide potius. Neminem sibi surrogat, sed querelam [illegible] fert ad Deum. Itaq; illum Dominus exaudit, Delige, inquit, tibi septuaginta viros, illis [illegible] ritu tuo. Sed Samuel, cum succumberet laboribus, respicere cœpit ad filios suos. Et fieri [illegible] id animo bono fecerit: vel, quòd eos videret esse bona indole: vel quòd domestico [illegible] ret futuros meliores: vel, quod se sciret habiturum imperium in illos, si quid deliquissent [illegible]

Iudices à solo Deo oportuit excitari.

dices à solo Deo oportuit excitari, non hominum arbitratu constitui. Eoq; Samuel [illegible] modo punitur, quo peccauerat. Nam ille non expectauit voluntatem Dei in surrogando [illegible] populus Dei voluntatem expectat in petendo Rege: nec filij satis idonei erant ad [illegible] gistratum. Non enim obibant regionem, vt ius dicerent, sed sibi ædificabant palatia in [illegible]

Filij non resi. debant commodo loco.

que ita populum graviter cruciabant. Nam, ne quis nesciat, Bersaba est in finibus Iudæ, [illegible] legitur à Dan vsq; ad Bersaba. Quare oportuit populum vndecunq; eò confluere, & [illegible] gnas impensas facere. At si alter illorum voluisset alibi ius dicere, alter in Bersaba, [illegible] populo consuluissent. Sed isti nulla tangebantur cura Reipublicæ, nec vlla in re similes [illegible] tris. Nam vt Homerus ait:

Πατὴρ μὲν τοι ἐσθλὸς ἐὼν περὶ πάντων ἀλάλητο Παῖδα μὲν τοι ἐσθλὸν ἐόντα πατὴρ ὀΐεται ἔμμεν ἑοῖο:

Nam si semper ex bonis parentibus nascerentur boni filij, virtus posset videri hæreditaria. Sed Deus vult intelligi eam illius beneficio contingere. Tria filiorum vitia ita sunt in ipsa narratione

Tria vitia filiorum Samuelis.

disposita, vt vnum ex alio natum videri possit. Primum enim dicuntur fuisse mali: deinde in [illegible] muneribus, & fuisse φιλοκερδεῖς, & sententias habuisse venales, vt, qui plus dedisset, eius causam [illegible] rem pronuntiarent: tertio, peruertisse ius. Hæc tria se mutuò consequuntur. Veteres pingere [illegible]

Boni Iudicis virtutes.

bant iustitiam, cæcam & absq; manibus. Et Areopagitæ sententias dicebant in obscuro, [illegible] sonam agnoscerent, amicúsne, an hostis esset, aut muneribus caperentur. Iethro in Exodo [illegible] Mosi, vt deligat sibi homines robustos, & potentes, qui nullius authoritate moneantur: [illegible] mentes Deum: Tertiò, viros veritatis, hoc est, qui sciant iura & leges, & antequàm pronuncient [illegible] causas habere velint bene cognitas. Quartò osores auaritiæ, qui nolint conciliari muneribus, [illegible] ea hominum oculos excæcant. Et in Deut. cap. 1. Iudices iubentur non spectare personam in [illegible] cio, audire tàm paruum quàm magnum, & neminem extimescere: quòd Iudicium sit Dei. [illegible] qui muneribus corrumpunt Iudices, & Iudices ipsi, qui corrumpuntur, emunt & vendunt [illegible] cras. Cambyses iniquo Iudici detraxit pellem, & ea strauit tribunal, in quo eius ipsius filium [illegible] sit sedere & ius dicere, vt patris exemplo monitus nihil nisi æquum & iustum pronunciaret. [illegible] ita se gerunt filij Samuelis. Itaq; populus pertæsus malorum, petit mutationem Reipublicæ.

4 *Congregati sunt ergo omnes seniores Israel, & venerunt ad Samuelem in Ramah.*

5 *Ac dixerunt ei, Ecce tu senuisti, & filij tui non ambulant in viis tuis: nunc igitur constitue nobis regem ad iudicandum nos, sicut omnes Gentes.*

6 *Displicuit autem sermo iste in oculis Samuelis, quod dixissent, Da nobis regem vt Iudicet nos: & oravit Samuel Iehouam.*

huius orationis capita: & ad extremum confirmatio sumitur ab exemplo. Pri- *Quatuor partes orationis populi.*
consensisti: nec potens istos labores sustinere. Secundo, in filios autē istos
gistratum nō potes. Quia illi nihil habent simile tui. Tertio, vndiq; impendent
carere possumus principe, qui pro nobis dimicet, & hostem reijciat. Quare
quirant, præficere nobis regem. Neue absq; ratione id petere iudicentur. Sic in
nationes, & florentissimas atq; optimè constitutas habent respub. Displicuit
non prauo iudicio, nec iniuria: nam ipsi etiam Deo displicuit. Eò illos Samuel,
desarret ab instituto. Videbantur enim, cum ista molirentur, Deum abiecisse, &
eo institutam repudiare. Deinde etiam animo prauo & obstinato ista petunt.
lia, & noxia.

is, recte intelligere, meminisse eum oportet, tres esse formas Reipub. bene insti- *Tres formæ Reipublicæ. Monarchia. Optimates.*
monarchia aut rex, cui rerum summa permittitur. Eum oportet hoc sibi propo
bene & beatè posse agere. Verùm cum rex vnus tantum sit, sæpe suam potentiā,
& neglecto publico bono degenerat in tyrannum. Altera ratio est, cum complu
non propter opes aut potentiam sed proter religionem & prudentiam electi, præ
los appellant Optimates. Sed iste quoq; status sæpe neglecta salute ciuium degene-
Paucis enim aliquot conspirant inter se, & inuadunt potentiam, & sibi ascisc unt
homines, non bonos aut pios, sed potentes & diuites: atq; ita quodammo-
Tertia forma est reipub. vbi tantum optimates præsunt, sed etiam populus *Democratia.*
res magni momenti in deliberationem veniat. Nam de indicendo bello, de man-
tibus, de scribendis legibus, de capite ciuis nihil in repub. agi potest sine suffragio
status sæpè erumpit in temeritatem popularem: vt res furore & impetu magis ge
consilio, aut prudentia.

regnum redeamus, negari non potest, id suas habere laudes. Imò ea forma reipub. à *Monarchiæ commoda.*
bus in primis expetitur. Nam cum consilia sunt in vnius potestate, omnia facilè ex
in optimatum & in populi consilijs, vbi alius ait, alius negat, alius deliberandum
sæpè impediuntur, & nihil efficitur. Et in rebus agendis, interdum dum quisq;
tantur alterum, optimæ sæpè occasiones corrumpuntur. Deinde mundus ab vno
quid melius, aut prudentius regi potest? Quare Homerus pulchrè scripsit, Οὐκ ἀγαθὸν
Quem versum Aristoteles tanti fecit, vt eum in sua Metaphysica retulerit.
multò plus maiestatis est in illa regia pompa, & in illo strepitu. Eoq; fit vt populus
admiratione, facilius in officio contineatur. Nam optimates, quoniam se gerunt sum-
tanquàm à plebe contemnuntur. Ita Cicero scribit, Regium nomen apud omnes nationes
fuisse sanctum. Atq; hactenus quidem laudari potest monarchia: verum ita, si inci- *Mala regni si rex vitiosus fuerit.*
bonum, & no abeat in tyrannidem: Nam alioqui vitiosum creare principem, nihil
malum creare præsentem pestem ad internecionem ciuiū. Nam in Israelitico regno, vix
numerantur reges boni. De alijs autem dici solebat, omnem bonos principes in vno an-
posse. Sed sunt quædam gentes ita quodammodo natæ, vt absque rege non videan *Cur quædam gentes videantur non rege carere.*
Cur id fiat, longum esset dicere. Sed ego, quid mihi videatur, complectar paucis.
corporis robore, non ingenio, ijs opus est rege prudente & graui, cuius authoritate
Eos alteruter, qui valent prudentia, viribus autem corporis destituuntur, illi e-
sibi dari regem, hominem acrem & bellicosum, & aptum ad res gerendas. Sed qui in
sunt, & tum corpore quā ingenio valent libentius reguntur ab optimatibus. Quare
bonum quidem esse, sed coniunctum cum periculo. Sed dices, Iurant re-
salutare populi. Fateor. Sed postea seruant, quantum volunt. Et quamuis sint pes
remoueri non possunt sine magno motu reipub. Itaque consultius videtur eos ferre,
sint, quàm auferre cum periculo.

dixi, vt cuius prouidentiam nihil possit fallere. Eoq; dedit populo suo pulcher
reipublicæ. Primùm enim ipse præesse voluit tanquam monarcha: deinde dedit
magistratus senatores, quibus etiam dedit de spiritu Mosi. Postremò non negligebatur
cum lex daretur, omnes iussi sunt adesse ad montē Sinai, vt eam communibus suf-
barent. Deinde etiam alias populus vniuersus aduocatus est ad renouandum fœ-
iudicendum contra Dinamitas, &c. Fuit ergo illa forma reipublicæ præstantissi-
habet enim & regem, & optimates, & populum. In rebus aut difficilibus, ne quid possent
Deus semper excitauit iudices. Ita Romani cum magnum aliquod discrimen impen-
retur reipublicæ, creabant Dictatorem, à quo nulla esset prouocatio: ne varijs sententijs

Respublica Israelitica floruit sub regib.

publica vtilitas impediretur. Ab hac institutione respublicæ Israelitæ discedere [illegible] petunt. Sed dices, Nonne fuit sub regibus respublica Iudæorum floretissima? Etiam addo, ad proferendos fines regnum esse aptissimum. Sed non est [illegible] geat imperium, sed vt traditum tueatur & conseruet. Deinde imperium [illegible] nis principibus: à malis autem sæpè fuit miserè pessundatum. Mali enim reges populum [illegible] potuerũt, abduxerunt à Deo ad idola. Quod peccatum, cum indies exsecraretur [illegible] ita vindicauit, vt populus vniuersus abduceretur captiuus in Babylonem. Atnon ita [illegible] Iudicibus. Illi enim & feruebant spiritu, & se optimè gerebant: neque potuerunt [illegible] riuare in filios. At reges primum quidem piè & prudenter imperant, post vbi videant, [illegible] re magistratum in sua familia confirmatum, incipiunt langvescere. Illam ignauiam, & [illegible] cum Deus præuideret, noluit populum suum committere regibus. Quid ergo inquies, [illegible] in Deuteronomio cap. legem scribere de regibus? idq; ijsdem penè verbis, quibus [illegible] tuntur à populo? Cur promisit Dominus Abrahamo, ex eius lumbis & posteritate [illegible]

Lex Deuter. 17. ca. de rege.

Reges? Cur prædixit Iacob, sceptrum non esse auferendum à tribu Iudæ? &c. Respondeo: Deus in Deuteronomio non mandat creari regem, sed prædicit, illos rebus constitutis in terra Chanaan velle expetere sibi Regem. Itaque voluit illis legem, tanquam frenum imponere: vt esset omnino habituri essent Regem, illum saltem his conditionibus haberent. Ita de diuortio nihil præcipit. Tamen, si quis vellet omnino diuertere, iubet vt det illi libellum repudij, deinde ne illam [illegible] vnquam repetat. Adhæc etsi lex populo concesserit Regem, non tamen ita concessit, vt [illegible]

Expectanda erat authoritas Dei.

pectaretur authoritas Dei. Eius enim Respublica illa fuit, non populi. Deinde videntur [illegible] Domino, fiduciam collocare in brachio suo. Tu, inquiunt, *iam consensisti. Volumus Regem qui pugnet pro nobis*: Quasi Deus illorum causa antè non pugnauerit, aut iam pugnare nolit. Consensisti, inquiunt: Ridiculum. An enim ille, quem erant creaturi Regem, victurum erat ambrosia & nectare, vt nunquam posset esse senex? *Filij tui non sunt similes tui.* Quid? An ille, quem erant habituri, non potuit procreare malos filios? *Vt iudicet nos*, inquiunt: sed non addunt Ex verbo Domini. Cur non sic potius dicunt? Corrige filios tuos: Non rectè se gerunt. Postremò addunt, velle se habere Regem, non ex instituto Domini, sed ad præscriptum aliarum gentium. Hæc cum Deus futura præuideret, voluit illam insolitiam & contumaciam populi [illegible] Primùm, inquit, Si volunt habere Regem, deligant sibi aliquem ex fratribus suis, hoc est hominem circumcisum & obstrictum seruando fœderi. Deinde, Quicunque erit designatus Rex, non [illegible] plicet sibi equos, aut pecunias, aut vxores. Postea describet sibi legem meam, vt eam [illegible]

Ingrati sunt in Samuelem.

gis oportere præcesse populo, quàm se. Nihil horum obseruabatur ab alijs nationibus. Adhæc ingratia erant erga Samuelem. Tot enim ab eo beneficijs aucti, tamen eum iam senem & [illegible] abijciunt, & contemnunt: ita libertatis & rerum nouarum auidi, & pertæsi præsentium, vt [illegible] tem quidem eius possent expectare. Quod ad alteram excusationem attinet, promiserat quidem Deus Abrahamo, se ex eius posteris aliquando excitaturum esse Reges. At illi non expetunt Regem, vt Dei promissa perficiantur, sed vt studio suo satisfiat. Deinde regnum habet aliquid boni, vt splendorem, & dignitatem: id Deus pollicitus est posteritati Abrahami, magis quàm regnum. Postremò quicquid erat periculi in regno, id erat corrigendum in Christo. Nihil enim futurum erat periculi in regno cum Christus regnaret.

Displicuit hoc Samueli. Mirificè enim amabat illum populum, & in eum maximè [illegible] contulerat. Fit autem sæpè, vt qui vehementer ament, non æquè redamentur. Videt se contemptum, Deum neglectum, statum Reip. dissolui, tamen, vt erat ingenio miti, non animad vertit in [illegible] quenquam: sed precatur Deum, vt nascenti malo succurat. Sciebat enim Rempub. illam esse Dei: itaq; eius iniussu nihil in ea oportere innouari. Deus autem nõ solùm respondet, quid faciendum sit, sed etiam illum suauissimè consolatur.

7 *Dixitq; Iehouah ad Samuelem, Audi vocem populi in omnibus quæ dicunt tibi: non enim te sprenerunt, sed me sprenerunt, ne regnem super eos.*

8 *Iuxta omnia opera quæ fecerunt à die quæ eduxi eos ex Ægypto vsque ad diem hanc (dereliquerunt autem me, & seruierunt dijs alienis) sic ipsi faciunt etiam tibi.*

9 *Nunc ergo audi vocem eorum: Verumtamen quando contestando contestaberis eis, & indicaueris eis ius Regis qui regnaturus est super eos.*

Non

…ta eminersum, quicquid peterent audire iubet: sed tantum quod ad illud negotium … Cùm dicit, audienda esse populi postulata, satis significat, ea non fuisse per se mala. … fuissent audienda. Quædam enim sunt, quæ, quamuis ex sua natura non sint bona, … ea conditione fiunt bona. Divortium per se non est bonum: tamen ex odio, quod … gerit erga vxorem, & ex eo malo, quòd possit euenire, habet aliquam rationem bo… … iubetur audire populum. Nam alioqui ipsi sine omni consilio, per tumultum & … sibi Regem electuri. Proponit Samuel populo ius Regium, tanquam nimis incom… … vt eos retrahat ab instituto. In rebus mediocribus non est resistendum studio … populi. Res autem per se malas nullo modo sunt concedendæ. Itaq; excusari non po… … vitulo. Et Paulus de circumcidendo Tito ne ad horam quidem concessit Iu… … At cùm tolerabilis aliqua esset species boni, circumcidit Timotheum. Nec … Pilatus, qui Christum permisit importunitati & clamoribus populi. Fuit enim na… … & malum.

Postulatum non per se malum.

Per se mala non sunt concedenda.

… *spernerunt sed me.*) Deus Prophetam suum defectione populi perculsum, dupli… … consolatur. Primùm, Non in te, inquit, hæc contumelia redundat, sed in me. Ego autem … patienter fero: quare te quoq; eas ferre conuenit. Deinde, Antiquum, inquit, ob… … noui faciunt. Sic enim mihi semper restiterunt, ex quo tempore eduxi eos ex Ægy… … iudicandi tibi à me collata est. Quare non tam te reijciunt, quàm me. At populus … videbat, vt intelligerent, se in Samuele Deum contemnere. Hîc animaduertere de… … honore afficiendum esse in magistratu. Non enim spectamus Caligulam aut Nero… … personam illis impositam à Deo. Ita Christus etiam loquitur de ministris suis: … spernit, me spernit. Et Paulus ait, Seruos oportere ita obedire dominis suis, tan… … quòd Christi vices gerant, vel quòd Christum profiteantur. Et Christus … Paulum de cœlo, Quid me persequeris? Nam cùm Christianos persequeretur, videba… … Christum ipsum persequi.

Consolationis partes.

Deus honorandus in magistratu.

… *opera quæ fecerunt à die qua eduxi eos ex Ægypto vsque ad diem hanc, sic etiam ipsi fa…*) Alterum caput consolationis est. Non discedunt ab ingenio suo: semper ita se gesserunt … Molestum esse solet in calamitate, si quis aliquid magni mali solus pati videatur. Rele… … enim homines nonnihil in rebus aduersis, si alios videant esse eodem loco. Verba ita so… … si ita diceretur, tu extra omnem culpam es: Hoc fit populi vitio. Huiusmodi enim sunt il… … ingenia. Semper tædet rerum præsentium. Nihil, inquit, tibi aliud accidit, quàm mihi. Si … princeps fortunas suas cum homine priuato communicaret, magna esset consola… … maior esse debet nobis, cùm videmus omnes nostros casus & afflictiones communica… … Ita Christus affatur discipulos suos: An potestis bibere calicem, quem ego bibiturus … hæc Deus: Nihil, inquit, faciunt alienum ab ingenio suo. Quare audies illos; ita ta… … quale futurum sit ius Regium, quod videntur tam improbè postulare.

Afflictiones nostræ communicantur cum Deo.

… *debitari potest, vtrum Deus voluerit populo suo dare Reges necne?* Nam si voluit, cur … postulata non probat? Si noluit, cur iussit dari? Respondeo, Si spectemus simplicem quam … appellant voluntatem signi, noluit. Non hæc dico, quòd duæ sint in Deo voluntates. … eadem & vna. Sed reconditam suam voluntatem non semper nobis patefacit. Verbum … proponit, vt signum voluntatis sum, quod semper sequi & intueri oporteat. Quare … verbo patefacto noluit populo dare Reges: Arcana autem voluntate voluit. Imò æ… … prædestinarat, populum illum fore aliquando sub Regibus. Quid ergo, inquies, … An ludere voluit cum hominibus? Minimè. Ea enim causa irascebatur, quòd il… … Regem postularent, quòd ipsius authoritatem in ea re non expectassent, quodque … iniuriam. Ita Deus educit malitiam illam in illorum cordibus penitus recondi… … Deus perpetuò agit, vt videamus & agnoscamus mala nostra. Ea autem illa non in… … sed profert, patefacit, prodit. Sed dices, Fuitne necessarium, an contingens, vt popu… … haberet Reges? Respondeo: Si spectes causas proximas, erat contingens. Populus enim … petiisset voluntatem: & Respub. illa administrari potuisset etiam sine Regibus. Verùm, si … prædestinationem Dei, omninò erat necessarium. Sed necessitas eiusmodi non est abso… … tum ex hypothesi. Nec tamen idcirco mutatur ratio productionis. Nam quoties ali… … producitur, nomen imponi debet à proxima causa. Itaque simpliciter respondebimus fuisse …

An Deus voluerit populo regem dare.

Cur irascitur populo si voluit dare regem.

An necessarium fuerit populum habere regem.

… *Dixitq; Samuel omnes sermones Iehoua ad populum qui petebant ab ipso Re…*

11 *Dixit,inquam,Hoc erit ius Regis qui regnaturus est super vos,filios vestros tollet,& ponet sibi in curribus suis,& equitibus suis,& current ante currum eius.*

12 *Ponet quoq; sibi tribunos & quinquagenarios,& ad arandum agros suos,& ad metendum messem suam,& ad faciendum vasa bellica sua,& instrumenta curruum suorum.*

13 *Filias praterea vestras tollet pro unguentarijs,& coquarijs & pistoribus.*

14 *Agros insuper vestros,& vineas vestras,& oliueta vestra optima auferet,& dabit seruis suis.*

15 *Et de seminibus vestris & vineis vestris capiet decimas,& dabit eunuchis suis & seruis suis.*

16 *Seruos quoq; vestros & ancillas vestras,iumenta quoq; vestra optima,& asinos vestros tollet,vt faciat opus suum.*

17 *De pecoribus vestris decimam capiet,& eritis ei serui.*

18 *Et clamabitis die illo à consortio Regis vestri quem elegeritis vobis:& non audiet vos Iehouah die illa.*

Oratio Samuelis est disuasoria: scopus est, vt populus sibi retineat libertatem suam. Quamuis illi omninò Regem volunt: qui causas cognoscat, qui libertatem asseret, qui hostes profligat, pri prorsus erant fulgore nominis Regij. Contrà Samuel enumerat incommoda, quæ sint futura: ac si diceret, Si vultis commodè viuere & effugere tot mala, nolite vobis creare Regem. Samuel exemplis non confirmat, cùm tamen suppeteret exemplorum copia. Habuerant enim dui Regem Abimelechum hominem superbum & impotentem: qui, quas turbas in ecclesia dedisset, non poterant non meminisse. Videbant vicinas gentes à Regibus suis opprimi, spoliari. Meminerant, Pharaohem perdidisse & se, & regnum suum. Sed istis Samuel non commemorat. Tantum monet, quid sit euenturum. Ita Deus, cùm homines deterreat à peccatis, proponit supplicia. In quacunque die comederitis, inquit, morte morientur. R. Chimhi ait, Iudæos inter se discrepare, an hoc verè sit ius Regium. Alij aiunt, quod nomen ipsum Regis satis hoc loco ostendat, quid sit constituere. Alij negant, quòd Deus nihil hic cõstituat, sed tantùm ministret, quid sit futurum. Simplicius responderi potest, verum ius Regis descriptum esse in Deuteronomio: hic autem non verum ius proponi, sed tantùm vsurpatum. Quis enim præscribat Regi? Cor eius est in manu Dei. Tantum putat se habere iuris, quantum libet. Sed quomodo, inquies, potest vnus Rex omnibus & ius dicere sine satellitibus? Quomodo pugnare potest sine armis & equis? Quomodo splendorem suum sine prouentu? Verum quidem est: sed in exigendo adhibendus est modus. Splendor quidem debet & aliquam pompam, sed ad vsum Reipublicæ, non ad luxum. Tributa cum ratione & modo exigere licet: verum per vim & oppressionem ipsam animam miseris subditis, quod ferre, intolerabilis tyrannis est. Tales erant aliarum gentium Reges: tales sunt, qui splendorem pompâ subditos perterrefaciunt. Tales illi sibi dari postulant. Primus Rex constituitur fuit Nimroth. Itaq; dicitur fortis venator coram Domino, quod esset magnus tyrannus & opprimeret populi. Peccata Iudæorum excreuerant iam in eam magnitudinem, vt omnino castigandi essent hac seruitute. Habuerant bonos & moderatos iudices. Sed vt olim rem non contemnunt principe, impetrarunt à Ione cleoniam, ita illi non contenti iudicibus, postulant à Samuele Regem. Somniarint fortasse, talem fore Regem, qualis describitur in Deuteronomio, qui legi Dei, & eius verbum perpetuò legeret. Sed longè aliter accidit. Nam in toto regum quatuor inuenti sunt boni Reges: Dauid, Iosias, Iosaphat: & Ezechias: quamuis ipsi quoq; paruis vitijs contaminati essent. Alij autem non Reges, sed pestes esse videbantur Reipublicæ. tamen quicunq; erant, non licebat excutere iugum, & ab illis deficere. Nunquam id Propheta suaserunt, vt populus detrectaret Regibus Imperium, quamuis impij essent. Paulus non author fuit, vt populus conspiraret in Neronem. Chrysost. in Epistolam ad Thessal. ait, Thessalonicam Imperat. ciuitatem Thessalonicam fœditus fatuisse, & nec otiari, nec seruiri vllo pacto posse. Tantum, inquit, tribuit sibi, quantum libuerit. Tantum mali est, summa potestas habet. Verùm vtcunq; est, parendum est. Equus, vt Cæsarem pelleret, recepit hominem sessorem, Cæsarem. At pullo hoste, sessorem non potuit excutere.

Filios vestros tollet.) Nihil potest imperari durius: & tamen hodie fit sub Turca. Ille etiam minibus Christianis aufert liberos, vt eos alienet à Christo. Est ea calamitas intolerabilis. Leo monij cum iuberentur dedere liberos suos Macedonibus, ingressiora morte, inquiunt, Imperata

An hoc sit ius regium.

Quatenus rex hoc iure vsurpare possit.

Peccata Iudæorum hac seruitute castigantur.

Non licet à malo Rege deficere.

Liberis spoliare & morte durius.

...si flammentur & pereant segetes, clamant rustici, perijsse sibi labores vnius ... non tantum vnius anni, sed etiam septem, decem, quindecim annorum. ... vltrò offerunt liberos suos aulis principum, hoc est, illos in flammam con-

...*pro vuguentarijs.*) Quàm periculosè educentur filiæ extra curam paren- ... Dina filia Iacobi. Amnon non pepercit sorori suæ.

...*, & vineas vestras, & oliueta vestra accipiet.*) Quidem Rabbini putant, hic ... & fundos, sed tantùm prouentus agrorum: eos autem Regi ius fuisse exi ... esset. Nam alioqui, inquiunt, si hoc erat ius Regium, quid accusatur A- ... Naboth? Sed hoc argumentum infirmum est. Fieri enim potest, vt A- ... confirmatus in regno, vt auderet vti iure suo. Etsi ille non est vsus; ergo ... Nobiles hodie Turcarum solent dicere omnia sua esse Regis, nihil se habere; ... dicere possint suum. Itaq; vt ait Augustinus, nihil aliud sunt magna regna, quàm ma-

Dei ciui... Dei li... cap. 4

...*& dabit Eunuchis suis.*) Hoc est, hominibus alienis à pietate. Hebraica vox si- ... Apud Iudæos aût non licuit secare quenquam. Imò, si quis esset sectus, ejici- ... Ecclesiam. Vtebantur tamen Iudæi Eunuchis aliunde importatis: In Digest. ad Legem ... & in Cod. de Eunuchis, magna supplicia constituuntur, si quis aliquem ... dabit omnia bona vestra: puellas, iuuenes, iumenta vestra. Hodie in Italia, ... volunt munire arces, miseri rustici coguntur relinquere vxores, liberos, familiam; ... sibijpsis fabricentur compedes. *Et seruos, & ancillas, & greges, & armenta.*) His- ... abutetur ad libidinem suam.

Non licuit quenquam se- care.

...*illus erisis.*) Hoc addit ad extremum tanquam Colophona, in quo omnes miseriæ a- ... Ego vos, inquit Deus, asserui in libertatem, cùm vos educerem ex Ægypto. Et ... vos velitis in seruitutem conijcere? Quid Heroici & generosi pectoris viri ... libertate & fecerint, & passi sint, omnes historici commemorant. Sed hæc ferè est ... degunt in regno. Vnde pulchrè scripsit Sophocles Poeta Tragicus;

Qui in regno degunt serui sunt.

... vsus est Pompeius cùm se in Ptolemæi Regis Ægypti potestatem traderet. Et Ci- ... pro Rabirio hoc in eo reprehendit, quòd vltrò venire voluisset in potestatem Re- ... Libertatem, cùm sit res inæstimabilis pretij, prodi à ciuibus non oportet. Est au- ... Cicero definit in Paradoxis disputat. 3. potestas viuendi vt velis. Verùm hæc non ... perfecta definitio: nam si malè & flagitiosè viuas, non est ea libertas, sed seruitus vitio ... ad explendam definitionem addendum est, modò rectè velis. Id autem erit, si volun- ... accommodes ad verbum Dei. Cicero tamen sequutus est Zenonem, qui libertatem ... Ille vobis, inquit, vtetur pro iumentis. Hesiodus ait, bouem esse loco serui. ... suos habent pro iumentis & brutis.

Quid sit liber- tas.

...*ræ vos Iebouah in die illa.*) Nihil, inquit, erit, quòd speretis fore aliquam istorum ... Frustrà enim orabitis Deum: carebitis fructu precum vestrarum. Cùm orabitis ... Reipublicæ, Deus non flectetur: Nam Rex semel inauguratus videtur esse loco Dei, ... Christus Domini. Et ea causa Dauid noluit manum inijcere in Saulem, quòd sci- ... unctum esse & vnctum à Domino. Annotandum est præterea, Deum ista mina- ... dictione Hic enim status semper duraturus erat vsque ad Christum. Nam toto illo ... Reges, vel suos, vel alienos. Cum Deus semel populo suo dedisset Reges, no- ... propositum. Quare boni ciues curare debent, ne status Reipublicæ tolerabi- ... Et vbi semel est mutatus, nemo eum postea debet priuato cõsilio perturbare Non ... scelera sua ferent impunè. Deus in illos animaduertet, idque longè grauius, quàm ... potuit. Sedechiam impium Regem misit captiuum in Babylonem, Nabuchad ... fecit in furorem, vt se putaret esse bestiam. Saulem à Palæstinis curauit interfici. De- ... nec à suis decretis vult discedere. Decreuerat autem vt Iudæi sub Regibus age- ... Christum. Itaque vsque ad migrationem vsi sunt Regibus suis: deinde Babylonijs: ... bus: postremò Assamonæis, quibus deniq; successit Herodes, qui regnum obtinuit ... cesseretur. Quamuis autem Deus minetur, se non exauditurum populi preces de ... Reipublicæ, non tamen idcirco repudiat priuatorum hominum pias preces. Au- ... Dei, ne occideretur à Hieroboam. Audiuit Eliam, de vita illi fieret ab Achabo. ... de priuatis precibus, sed de statu Reipublicæ. Sed dices, Si multi futuri erant

Rex loco Dei est.

mali Reges, an idcirco non oportuit populum petere regem? Nam [illegible] tùm per accidens. Quare videtur esse paralogismus accidentis. Re[illegible] dente quandoq; firmum est, quandoq; infirmum. Si res sint ac[illegible] sint perpetuæ, quales sunt proprietates rerum, aut si frequentia sint [illegible] ciunt firmum argumentum. At in populo Israelitico paucissimi erant Reges [illegible] non sophisticè, sed verè concludit. Deinde ex memoria veteris Reipub. [illegible] telligere errorem suum. Et quamuis illis dedisset Reges, non tamen ideò [illegible]

Idē & grauius peccant qui monarchiam & papatum erexerunt.

hil enim eo inuito factum est. Postremò regnum illud deuolutum est [illegible] Christus constaret ex natura diuina & humano corpore, facius regni ad [illegible] eo videbatur quodammodo regnum recepisse. Iudæi ergo opinione sua fal[illegible] caverunt. Sed illi quoq; non leuius peccant, qui cùm semel redempti sint [illegible] se seruos hominum, vt Francisci, Dominici, Benedicti. Sed multo etiam magis [illegible] textu & specie monarchiæ, conijciunt totam Ecclesiam in tyrannidem Antichristi: [illegible] non possit esse vna, nisi regatur ab vno humano capite. Et certè ijsdem rationibus [illegible] nunc Iudæi in constituendo Rege.

19 *Renuit verò populus audire per illum vocem Samuelis: sed dixerunt: Nequaquam, sed Rex erit super nos.*

20 *Et erimus nos quoq; sicut vniuersæ gentes, iudicabitq; nos Rex noster, & egredietur ante nos, pugnabitq; bella nostra.*

21 *Audiuit itaq; Samuel omnia verba populi, & dixit ea in auribus Iehoua.*

22 *Et ait Iehouah ad Samuelem, Audi vocem eorum, & constitue eis Regem. Dixit itaq; Samuel ad viros Israel, Ite quisq; in vrbem suam.*

Quid Samuel respondeat aut moneat, populus nihil curat. Ita prorsus ineensi sunt [illegible] noui Regis, vt sub vnius imperio viuerent. Sed dicet aliquis: Cùm haberent Iudices, [illegible] bant sub vnius imperio? Fateor, verùm expendamus historias Iudicum, videbimus [illegible]

Discrimen Iudicum & Regum.

scrimen. Nam Iudicum imperium non erat robustum, aut potens: sed penè voluntarium, [illegible] ret illis, qui vellet. Baraeh & Debbora, cum pugnarent in hostem, vsi sunt auxilio tantùm [illegible] aut trium tribuum. Ita Iephte quoque cùm moueret in Ammonitas. Itaque Ephraim [illegible] sti sunt, quòd ab eo non fuissent aduocati. Nec ea potestas Samsonis fuit, vt omnes [illegible] ad eum. Quare cùm adhuc infirmæ & exiguæ essent illorum vires, Deus ille pro illis [illegible] uit. Nunc autem obliti diuini auxilij, ita secum cogitant: Habebimus Regem, ille ibit [illegible] communi imperio omnes pugnabimus, & coniunctis viribus facilè vincemus. At sic [illegible] tasse oportuit. Deus semper adfuit patribus nostris, cùmq; essent pauci, tamen semper [illegible] dit. Quid nos volumus præterea? Verùm illi obliti harum rerum, perstant in sententia. [illegible]

Populus iacturam non curat modò assequatur quod petit.

di est ingenium populi: modò id assequi possint, quod cæco furore expetunt, iacturas, [illegible] trimenta parui faciunt. Cùm clamassent ad Aaronem, fac nobis Deos, qui nos præcedant, [illegible] studium eorum infringeret, Asserte, inquit, mihi in aures vestras. Eas illi statim adferunt, [illegible] temnunt iacturam.

Iudicabitq; nos Rex noster.) Hoc est, liberabit nos: Ita, quod sequitur, Pugnabit pro nobis, [illegible] prioris dicti expositio. Timebant autem sibi à Nahs rege Ammonitarum. Creato verò rege [illegible] bant se ab omni externa vi fore incolumes. Sed longè fallebantur: vt in illos conuenire [illegible] lud dictum Ioae: Omnia ligna syluarum recipiunt se sub vmbram rhamni: at cùm rhamnus [illegible] pisset ignem, omnia vnà deflagrauerunt. Itaq; non est verum quod dici solet, populum [illegible] lè iudicare. Non quidem errabant in eo, quòd iudicarent monarchiam esse bonam & [illegible]

Qui in re falle bantur petentes Regem.

statum Reipublicæ, sed quòd Regem putarent semper fore bonum, in eo vehementer [illegible] Malè etiam faciunt, quòd imperium Dei repudiant, quodq; sperant se meliores inuenturos [illegible] ges, quàm Deus inuenire potuit Iudices. Itaq; Deus ait, Non te abiecerunt, sed me. Deinde [illegible] mount etiam Prophetam Domini. Qui dicat nobis ius, inquiunt. Sed quid si ius peruerse dicat? [illegible] Qui pugnet pro nobis. Sed quid si sit ignauus, & deditus otio & luxui? Quid si vos prodat [illegible] hostem, & conijciat in periculum? Et si fortè futurus aliquis sit Rex bonus, vnde eum habebitis [illegible] stis, nisi à Deo? A Deo verò irato & infesto, quomodo sperare potestis aliquid boni? Et [illegible]

Reges primò boni sæpe mutantur in pessimos.

Quæ responderunt eis, ac dixerunt. Est, ecce ante te.) Puellarum oratio in quatuor partes [illegible] buitur. Principio enim aiunt, ibi esse prophetam: deinde, si properent, posse eos illum [illegible] tertiò, iturum esse illum ad publicum epulum: quartò, hortantur, vt festinent. Dialogismus [illegible] est satis prolixus. Id R. Chimhi ait veteres putasse eò factum, quòd puellæ [illegible] Saulis captæ essent, nec eam libenter dimitterent: alij, quòd Deus pridie [illegible]

Dialogismus prolixus puellarum & Saulis.

[illegible]

dem ipsa hora venturum eum, quem oporteret inaugurari : itaque Saulem colloquio puellarum, ne veniret ante tempus. Ego verò video, illas hor- vt possint eum conuenire, & omnia ad Dei decreta respondere. Amittun- quæritur quæsitum, seruus consulit de prophèta, siclus inuenitur, puellæ hortan- currunt. Ita diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Deus dicitur Do- quòd omnes actiones nostræ inseruiant illi, non secus quàm milites imperato- *sacrificium est hodie populo in excelso.)* Cum audisset Samuel, postridie venturum esse regẽ, honorificè, idq; solenni conuiuio. Nondũ audierat quo nomine, aut vnde esset. prædixerat. Cras ego adducam illum ad te. Erant ista sacrificia pacifica: quorum rediebat ad offerentes.

Omnia diuinæ prouidentiæ inseruiunt.

benedicturus est sacrificio, postea comedent qui inuitati sunt.) Sacrificio communi o- lem benedicere: alioqui populus nihil erat comesturus. Hic annotare debemus, sa fuisse factum: sed antequàm veniretur ad conuiuium, oportuisse communes preces mensam consecrari. R. Chimhi ait morem fuisse apud Iudæos, vt paterfamilias initurus solenne conuiuium, præiret verba, & accepto in manus pane, precaretur regem mun rellet esse salutare: & postea accepto poculo idem diceret. Ex hac consuetudine intel- primum illud poculum, quod commemoratur apud Lucam, non pertinuisse ad sed tantùm fuisse consecrationis. Fuit enim illud sollenne & festum conuiuium, & voluit patremfamilias. Nunc dicendum est, quid illa precatio sibi velit. Primùm debemus, res à Deo conditas execratas esse, vt in singulis micis panis infiniti deli- : quod dicere & docere videntur illi, qui tanto studio defendunt aquam suam Dicunt enim se ex ea sacris quibusdam verbis & carminibus abigere Diabolos. Nos Dominum dixisse Adamo: Maledicta terra in opere tuo. Sed id idcirco factum est, propter peccatum spontaneam illam terræ fertilitatem eripuisset, vt postea ge- sine graui labore & cruciatu ex ea nihil esset habiturum. Quam etiam ob causam creaturam vanitati subiectam esse, idque inuitam: non tamen eam ait subdi- Hoc enim tantùm Paulus docere voluit, propter hominum peccata & cupidita non posse assequi fines suo. Finis autem omnium rerum creatarum est, vt in illa- sa Dei bonitas celebretur, & illi agantur gratiæ. Hunc finem, dum nostris cupiditati & corrumpuntur, assequi non possunt. Id autem quod frustratur fine suo, etiam philosophos vanum appellatur. Dicitur etiam creatura subiecta vanitati, quia sæpè à Deo peccata aut grandine, aut tempestate, aut æstu, aut alia ratione perditur. Nullam modi execrationem creaturarum, qualem isti somniant, satis ex eo apparet, quòd carnem nobis in cibum dederit. Et tanta bonitas Dei nobis semper in memoriam est, vt eius liberalitati semper gratias agamus. Verùm si absque fide diuinæ bonitatis il- aut si ad luxum, aut libidinem abutamur creaturis Dei, iam nobis incipiunt esse noxiæ, fuerant bonæ. Paulus ad Timoth. 3. Scientes, inquit, cibos creatos esse à Deo, vt cum actione percipiantur, Siue ergo creationem ciborum spectes siue finem, non possunt boni. Primùm enim quia conditi sunt à Deo, à quo quicquid est, bonum est. Deinde, Omnis creatura bona est, si cum gratiarũ actione percipiatur. Sanctificatur, inquit, Dei & orationem. Ista nisi accedant, creaturæ nobis redduntutur immundæ. Verbum potuit pro fide: quia verbum est obiectum fidei. Si fidem afferimus, & credimus, cibos Deo datos esse, mundi sunt. At si accedimus sine fide, & cibos illos non putamus crea- vsum, & illicitos esse, iam nostro vitio contaminantur, & nostra ipsorum conscien peccato nostro. Deinde addendæ sunt preces, vt Deus velit minuere cupiditates no- tantò magis fit, tantò cibi redduntur nobis magis salutares. Paulos enim ait ad Titum, mundis: contaminatis autem & infidelibus nihil est mundum. Immunda enim est & conscientia. Quales enim nos sumus ipsi, tales etiam sunt res nostræ. Homini sa- lenti omnes cibi vertuntur in bonum succum: at in ægroto augent vitiosos humo- corpus, & morbos procreant.

Mos Iudæorum in solennitate benè precandi cibis sumendis.

Cibi natura sua non sunt execrati.

Creatura quomodo vanitati subiaceat.

Quomodo cibi fiunt noxij.

Verbum Dei pro fide poni- tur.

ascenderunt itaque in ciuitatem : ipsis autem ingredientibus in mediumciuita- Samuel egrediebatur in occursum eorum, vt ascenderet in excelsum.

Reuelauerat autem Samuelis aurem Saulis diem vnum antequam veniret Saul

ipse tempore cras mittam ad te virum de terra Beniamin, quam vnges in

ducem

ducem super populum meum Israelem: & saluum faciet populum meum de Philisthiim: respexi enim populum meum, quia venit clamor eius ad me.

17 *Samuel autem respexit Saulem, & Iehouah alloquutus est ei, Ecce vir ille de quo dixi tibi, iste dominabitur populo meo.*

18 *Accessit autem Saul ad Samuelem, in medio portæ, & dixit, Indica quæso mihi vbi hic est domus Videntis?*

19 *Et respondit Samuel ad Saulem, Ego sum Videns: ascende autem me Gilgal, & comedetis mecum hodie, postea dimittam te mane: & quicquid est in corde tuo, annunciabo tibi.*

20 *Et asinis quæ perierunt tibi hodie tres dies sunt, ne apponas cor tuum: quia inuenta sunt: sed cuius est omne desiderabile Israelis? nonne tuum, & vniuersa familia patris tui?*

Deus indicat Samueli, se postridie missurum esse eum quem vellet inaugurari regem. Mirum, inquit, ad te. His verbis significatur omnia obtemperare prouidentiæ Dei. Eius nutu & arbitrio hæc omnia gesta sunt. Is enim gubernat & regit omnes actiones nostras, etiam cum peccamus, eo citò, vt peccata nostra inseruiant bonitati suæ. Fortasse seruus iste Saulis animo non bono author fuit, vt iretur ad Samuel, quòd eum putaret non alium, quàm alterum Balaamum esse, & mercede posse expugnari. Tamen, quicquid fuerit, ad Samuelem mittuntur à Deo. Ita Deus minatur se missurum regē Babylonis, qui Iudæos castigaret. At ille non ea causa venit, vt inseruiret consilio Dei, verùm vt expleret ambitionem & cupiditatem suam. Iosephus quamuis pessimo animo verditum fuisset à fratribus, tamen dicitur missus fuisse in Ægyptum à Deo. Mittere est, leni & suaui motu adducere, non inuitum, aut reluctantem impellere, sed vltrò & sua sponte venientem alicere. Non enim impedit humanas actiones missio & voluntas Dei, sed potius promouet. Et certè si pili omnes capitis nostri numerati sunt, si passerculus vnus nō cadit in terrā sine voluntate patris nostri, quanta insania est, putare actiones nostras nullo consilio diuino gubernari? Neq; verò prouidentia Dei corrumpit actiones nostras, sed potius conseruat & roborat. Tanto enim minus discedimus ab instituto & proposito Dei, quanto magis ei subduntur. Quare concludamus, siue quis ad ministerium, siue ad magistratū admoueatur, siue ad æternam salutem adducatur, id omne esse à Deo. Non enim est volentis, neq; currentis, sed miserentis Dei. Nulla maior potest esse consolatio in rebus aduersis. Nam cum cogitamus, Deum esse, qui omnia moderetur, Deum dedisse, Deum abstulisse, statim omnes dolores concidunt. Hæc etiam cogitatio facit, vt in rebus secundis minus efferamur, cum cogitemus, eas non à nobis esse, sed à Deo. Sed dices, Remittetur hoc pacto solicitudo bene agendi. Imò contra cum incipimus meminisse, nos esse ministros & cooperatores Dei, tantò maior in nobis excitabitur contentio. Quamuis autem simus cooperatores & ministri Dei, quicquid tamen est laudis, vni transcribendum est Deo. Plus omnibus laboraui, inquit Paulus: sed addit correctionem. Non autem ego, sed gratia Dei, quæ est in me. Nec tamen excusari debent peccata nostra, quod ea à Deo dirigantur, ne à Deo puniri possint. Dei enim prouidentia non efficit, vt nos simus extra culpam. Etsi enim Deus ex peccatis nostris aliquid boni decreuerit elicere, tamen nos nostra cupiditate ad peccandum ferimur.

Prouidentia Dei.

Missio Dei non corrumpit humanas actiones.

Vsus prouidentiæ.

Voluit Samuel nouum regem honorificè excipere: Itaq; iubet parari epulum: facit officium suum. Non præscribit Deo, sed expectat potius quid Deus velit. Nec illi commendat vnum magis quàm alium, quem velit renuntiari, sed se totum committit eius voluntati. Hic videmus esse gradus diuinæ reuelationis. Non enim Deus omnia simul patefacit. Primùm prædicit, fore vnum aliquem, quem velit esse regem: deinde, illum ipsum dicit fore è tribu Biniamin. Tertiò, hic inquit, ille est. Samuel tamen antequam eum vidisset, iussit adornari conuiuium: quod argumentum erat magnæ fidei. Quid enim si ille hostis futurus esset, aut inimicus? Quicquid futurum erat, decreuit apud se, velle probare quem Deus probasset.

Reuelationis diuinæ gradus.

Et saluum faciet populum meum de manu Philisthiim.) In hunc finem creantur reges, vt populus conseruetur. Ea enim causa homines primùm conuenerunt in ciuitates, ne forte rum rixa degenerent in syluis: & sibi reges & magistratus imposuerunt, ne se mutuò lacerarent. Itaque regum est seruare populum, vt & victus suppetat, & hostes reprimantur, & animi virtutibus & pietate excolantur. *Respexi enim populum meum, quia venit clamor eius ad me.)* Quòd ait, se respexisse populum istum, non ita intelligendum est, quasi id nunc primùm faciat, aut quasi illorum afflictiones antea non viderit. Respicere Deus dicitur, cum incipit inchoare salutem, & edere de bonitate sua

Regum officiū

Quid sit Deū respicere.

...trà etiam dicitur videre & respicere, cum vult supplicium sumere de peccatori-
...re ac perdere. Ita in Genesi scribitur, Vidit Deus, & pœnituit eum fecisse homi-
...terris, ædificaretur, Descendit Deus vt videret, & eos perderet. Sed cur clamant
...? R. Chimhi ait, Cum iam Samuel consenuisset, & populum non posset con
...& filij eius se turpiter & flagitiosè gererent, omnia iuisse pessum, & cœpisse verge-
...Itaque Deus permisit eos venire in potestatem hostium. Naas etiam rex Am-
...erat in eos expeditionem. Itaque deserti à Deo, & redacti in angustias, cœperunt cla
... Et audiuntur à Deo, non propter ipsorum iustitiam. Clamabant enim sine vera
...in eius ministro Samuele contempserant. Ita Iudæi in Ægypto mortuo Pharaone
...erunt ad Deum, sed sine fide. Erant enim, vt Ezechiel testatur, idololatræ. Non ergo
...Deus, quid illi meriti essent, sed quid ipse Abrahamo & eius posteritati olim promisis-
...set autem, se posteris Abrahami daturum terram Chanaan. Non potest obliuisci mi-
..., & promissionis suæ. Non potest negare seipsum. Ingeniũ autem Dei est succurrere af-
...perditis. Verùm multum est discriminis inter clamores piorum & impiorum. Nam impij
...sia vexantur & cruciantur, clamant sine fide. Naturalis enim dolor clamorem ex tor-
...inquito. Pij verò eum vera fide confugiunt ad Deum, tanquam ad patrem, & eius promis-
...niuntur, nec se dubitant esse audiendo. Audiuntur ergo impij, nullo ipsorum merito, sed
... quia Deus vult antiquum suum retinere. At si qui sunt, quos Deus decreuit prorsus
...gnere, illi quantumuis clament, non audiuntur. Sed dubium non est, multos inter iu-
...tempore fuisse viros bonos. Istos audit propter fidem: illos verò, vt dixi, propter pro-
...am, quam fecerat Abrahamo.

Deus aliquando audit clamãtes ad se absq; fide.

Discrimen clamoris piorum & impiorum.

...quæso mihi vbi hic est domus Videntis.) Ita rudis est Saul in republica, & alienus ab omni
...ili, vt ne Samuelem quidem agnoscat, quamuis ille fuerit & Iudex populi, & magistratus,
...ta, & imperator militaris. Nihil offenditur isto errore Samuel, sed eum comiter inuitat
...ium. Iubet ne sit solicitus de asinis, illas iam inuentas esse. Multi cum audiunt sibi dari
...ita ardent inuidia, vt eum ferre non possint, aut rectis oculis intueri. At Samuel lon-
...nimo successorem suum suauissimè excipit, & omni humanitate prosequitur. *Et asinis quæ*
...tibi, hodie dies tres sunt, ne apponas cor tuum, quia sunt inuentæ.) R. Chimhi putat, diem ter-
...ssandum esse ad inquisitionem, nõ ad amissionem asinarum. Viderit ille quàm verè. Nam
... expressè nominat amissionem. Noli, inquit, anxius esse de asinis: nam te longè maiora &
...manent. *Sed cuius est omne desiderabile Israelis?*) Desideria nõ dubito commodè reddi pos
...ibiles & expetibiles. Huiusmodi enim res scripturę solent appellare desideria. Alij aliter
...: Nonne desiderium Israelitarum est erga te? Quasi diceret: Israelitæ volunt regem, &
... quem Deus delegit. Verùm hæc expositio non placet. Illi enim non Saulem expetebant,
...nquam nouerant, sed regnum. Sic scripturæ sæpe loqui solent. Daniel appellatur Vir
...rum, hoc est, vir præclarus, non cuiusuis ordinis aut generis.

Samuelis humanitas erga successorẽ suum.

Respondit autem Saul, & dixit, Nonne filius Iemini sum, de minoribus tribubus
...el, & familia mea minor omnibus familijs tribus Biniamin? Vt quid igitur loqua-
...r mihi secundum verbum hoc?

Apprehendens itaque Samuel Saulem & puerum eius, introduxit eos in cœnacu-
..., & dedit eis locum in capite inuitatorum, qui erant fermè triginta viri.

Dixitq; Samuel coquo, Da partem illam quam dedi tibi, de qua dixi tibi, pone
... apud te.

Sustollens itaque coquus armum & super eum apposuit Sauli, & ait, Ecce quod
...erat, pone ad te, comede: quia in hoc ipsum tempus reseruatum erat tibi, dicendo,
... inuitaui. Comedit itaq; Saul cum Samuele die illa.

Et quum descenderent de excelso in ciuitatem, loquutus est cum Saule super te-
...

Postea surrexerunt summo mane: factũ, quum ascenderet aurora, vocauit Sa-
...el Saulem in tectum, dicendo, Surge, & dimittam te. Et surrexit Saul, egressiq; sunt
... ipse & Samuel foras.

Ipsis descendentibus in extremum vrbis, Samuel dicit ad Saulem, Dic puero vt
...ceat ante nos (& transiuit) tu autem consiste hoc ipso die, vt indicem tibi ver-
... Dei.

Verba Samuelis Sauli fidem non faciunt de regno. Cogitat rem esse partim prodigiosam, partim à Samuele illudi putat. Tribus mea, inquit, minima est in Israel. Hoc de nobilitate tribus dici non potest. Biniamin enim fuit ex Rachele vxore, quam Iacobus charissimam habuerat. [illegible] referendum est ad historiam illam, quæ contigit sub Iudicibus. Nam cum [illegible] punire scelus illud, quod patratum fuerat in vxorem Leuitæ, totus Israel [illegible] cum vtrinque multi cecidissent, ad extremum relicti sunt ex illa tribu superstites viri [illegible] ti viri. Deinde etiam malè audiebant Beniamitæ & propter illud scelus, & propter [illegible] quod ex Israelitis tot millia duobus prælijs occidissent. Sed quicquid est, non solum [illegible] bus mea est minima ex omni Israel, sed etiam familia mea minima est in ea tribu. Sic [illegible] cinatus est Saul: Sic alij sancti viri in sacris literis, cum aliquid longè supra spem accidisset. [illegible] nid, cum eum sibi Saul generum delegisset, Quis, inquit, ego sum, aut quæ vita est mea, [illegible] gener regis? Sic secum Gedeon cogitauit, cum esset, designatus Iudex. Sic nos quoque [illegible] semper in memoriam reuocare sordes & indignitatem nostram, quoties aliquid nobis [illegible] tingit à Deo. Id non faciunt, qui meritum suum de congruo & condigno nobis toties obtrudunt. Vocati tamen ad aliquod munus, non debemus labores detrectare. Seruiendum est vocationi, [illegible] stræ, & summisse modesteque dicendum, quod beata Virgo dixit, Ecce ancilla Domini. Samuel istas cogitationes Saulis in præsentia non refutat. Differt id in tempus opportunius. Interim eum deducit ad conuiuium. Verùm cogitare Saul potuisset, initia regnorum sæpè ab hominibus obscuris & infimis proficisci. Romulus & Remus electi, & perditi, ex infima fortuna, & vita pastoritia euecti sunt ad regnum. Cyrus & Darius Histaspis filius, ex humili conditione [illegible] magni reges. Et alij multi sæpè ex mulionibus & agasonibus, ex abiectissima sorte, euasere [illegible] perium. Ita enim Deus, vt ait Dauid, pauperes excitat è stercore.

Modestia sanctorum.

Regnorum initia sæpe humilia.

Apprehendens itaque Samuel Saulem, & puerum eius, introduxit eos in cœnaculum.) Duplici honore afficitur Saul: primi loci, deinde cibi. Dat illi Samuel primum locum in conuiuio, & tacitè industria sepositum. Iam intelligere potest Saul, Samuel seriò agere. Imò ea causa Samuel voluit illi aliquid inijcere de regno, vt hæc attentius consideraret. Hæc est natura gloriæ, fugientem [illegible] quitur, insequentem fugit. Cum hæc faciat Samuel, videtur ita Sauli dicere: Cum ego tibi [illegible] tuas inuentas esse indicauerim, & te in hunc diem huc venturum præuiderim, & de [illegible] partem tibi reposuerim, dubitare non debes, me etiam de regno vera dicere. Quidam putant illi partem fuisse armum: quæ pars solebat esse sacerdotum. Ac si eum hoc symbolo monuerit Samuel, vt rex factus cum ministris Dei coniunctè viueret: ita habiturum florentem rempublicam. Alij armum datum putant, quòd ea pars maximè valeat ad onera ferenda. Ac si eum monuerit Samuel, vt non cogitaret se non ad voluptates delectum esse regem, sed vt onus reipub. sustineret. Reges enim debent populum quodammodo gestare in humeris. Samuel vt fidelis seruus Dei, non [illegible] Saulē, quem Deus miserat, sed etiam eum omnibus modis ornat, & honorificè [illegible] Sed nostri hodie Papæ, Deum immortalē, quo pacto se gerūt cū inaugurandus est Imperator, [illegible] eū excipiunt cōuiuio? An illi ministrant? An eū sibi præferunt? Imò damnant illū ad pelam, ad frenū, ad alia ministeria: iubent etiam supplicem procumbere in genua: in conuiuio aūt non [illegible] eum longè infrà se collocant, verùm etiam ne in eadem quidem mensa. Tantū interest inter spiritum Dei, & spiritum Diaboli. Cumq; sint diuersæ causæ, non est mirum diuersa esse effecta.

De armo dato Sauli.

Loquutus est cum Saule super tectum.) Quid cum eo loquutus sit, non ascribitur. R. Chimhi putat, de regno administrando: R. Sbelomo, de religione, & pietate. Ita Samuel Saulem multitudini charitate complectitur, ac si fuisset filius. Alij cupiunt sibi successores dari nequissimos, vt ipsi ex illorum comparatione & ruina possint crescere. Contra Samuel docet, monet, instituit, & suis consilijs ita formar successorem suum, ac si eum cupiat se ipso esse meliorem.

Dic puero vt transeat ante nos,) Hinc intelligimus verba Dei omnibus communicanda esse, [illegible] uis, liberis, pauperibus, diuitibus. Ad cōsilia verò de Republica non tutum esse, omnes admittere. Noluit Samuel banc designationem noui regis publicari ante tempus. Sed dices, quid opus erat clanculario consilio? Cur non res apertè geritur? Respondeo: primum, vt cum Saul postea [illegible] sorte renunciatus rex, intelligeret, hanc rem omnem gestam fuisse consilio Dei. Ita Dauid [illegible] tequam rex crearetur, audiuit se fore regem: ita Hieroboam, ita Hiehu, & alij. Deus enim voluit [illegible] ges certos esse de beneficio suo. Deinde, cum res esset transigenda sortibus, voluit Deus [illegible] intelligere, nihil in ea re temere aut fortuitò contigisse, sed sortes ipsas esse in potestate sua. Postremò noluit Deus Saulem rei nouitate nimium perturbari. Itaque curauit, vt omnia eius argumenta refutarentur à Samuele. Cum esset iam delectus sortibus, abdidit se in tenebras, & delituit inter vasa & sarcinas. Quid ille fecisset, nisi ante prænonitus fuisset à Samuele?

Non omnes ad mittendi ad cōsilia de republica.

Quare istud colloquium habitum ante electionem.

CAPVT

CAPVT X.

... autem Samuel lenticulam olei, & effudit super caput eius, osculatusq; est eum, ac ... Nonne quod vnxit te Iehouáh super hæreditatem suam in ducem?
... Quum abieris hodie à me, invenies duos viros iuxta sepulchrum Rahel, in termi... in Solsáh, qui dicent tibi; Inventa sunt asinæ, quas ieras ad quærendum: & ... pater tuus negotium asinarum, & timebat de vobis, dicendo; Quid faciam ...?

... primo loco agitur de vnctione Saulis, & de signis, quæ illi in itinere oblata sunt, *Partitio capitis.* ... Deinde de tempore, quo conueniendum erat in Gilgal. Postea quid Saulus patruo ... responderit, & quemadmodum omnia verba Samuelis de regno prudenter dissimularit. Quartò, qua oratione Samuel vsus sit in Mispah ad pöpulum. Postremò, quem ... Saul publicè declaratus sit rex.

... primum attinet, quia Saul nõ facilè crediturus esse videbatur se fore regem, Samuel *Vnctio Saulis.* ... sacramento, osculo, & prædictione signorum, quæ erant sequuturæ. Præmisso seruo ... rerum conscius, accepit Samuel lecythum olei, & perfudit caput Saulis: addiditq;, ... qui illum vngeret regem populi sui. Hic annotare debemus, opus ministerij nobis com- *Opus ministerij nobis commune est cum Deo.* ... Deo. Quemadmodum enim Samuel foris vnxit caput Saulis, ita eum Deus intus ... & fauore suo, vt posset præesse populo. Externa ergo vnctio Samuelis fuit, interna ... fecit autem Samuel, non se illum consecrare, sed Deum, partim quòd id non sua authoritate, ... sed mandato Dei: quod autem Deus per alium facit, id videtur ipse per se facere: partim ... vt distingueret personam suam à persona Dei. Nam ita Ioannes Baptista: Ego quidem, in- ... baptizo vos aqua: in medio autem vestri stat, qui baptizat in spiritu & igne. In inaugurandis *An Saul oleo pontificio vnctus sit.* ... regis oleum iussum est adhiberi in Exodo. Quod etiam in Leuitico, & alibi sæpè repetitur. Il- ... lud nè vulgari vsu profanaretur, Deus sanxit capitali supplicio. Verùm R. Chimhi putat, ... vnctionem, quæ Samuel in consecrando Saule vsus est, non fuisse pontificium, quòd Deus edicto ... cauisset, ne quis præter pontificem illo vteretur. Atqui ea ratio infirma est. Potuit enim Deus la- ... tam suam, vt liceret idem oleum ad reges consecrandos adhibere. Alij putant, commune ... fuisse, quòd hic mentio facta sit, non cornu, sed Lecythi, aut lenticulæ. Atq; id signum aiunt ... regnum à familia Saulis esse abiturum. Nam Dauid vnctus est oleo pontificio, idq; non è Le- ... cythi, sed è cornu. Sed hæc non magni momenti sunt. Hoc autem animaduertere debemus, ista ... non fuisse, & aduentu Christi euanuisse. Itaq; Papistæ, & quidã etiam è patribus, cacozelia qua- *De chrismate.* ... dam inducti sunt, vt chrisma suum nobis obtruderent. Tam autem operosè, tanta pompa, & tanto ... studio oleum illud suum ornari volunt, quanto non aliud vllum sacramentorũ nobis à Christo ... traditum. Hoc est ingeniũ hominum, vt semper sua inuenta pluris faciant, quàm præcepta ... Christi. Huic oleo suo somniant præterea, nescio quam notam indelebilem: quam tamen ipsi, ... quam intelligunt: nec rogati, quid sibi velit, possunt docere alios. Verùm hæc omnia Chri- ... stus aduentu suo abrogauit. Quare iam nihil opus est oleo: satis est vt ministri legitimè eligantur, ... qui aliqua authoritate possint docere populum. Neq; necesse nunc est, vt reges & principes ... vngantur. Quod si qui sunt, qui hodie inungantur, ea omnis ratio, meo quidem iudicio, ad ciui- ... le regimen pertinet, non ad religionem. Quanquam in eo quoque videtur esse nonnulla cacoze- *Quare omnes Christiani vncti dicantur.* ... lia horum. Omnes enim iam vncti, & Christiani sumus: & satis est rem ipsam habere: nihil opus ... est nomine, postquàm Christo nomẽ dedimus. Dicimur autem vncti, non quòd oleo delibuti simus, ... sed quòd illud simus assequuti, quod olim oleum significabat. Res enim sæpè pro signo ponitur, ... vt panis pro re. Christus nunquam vnctus fuit oleo, quod legimus: Tamen Esaias ita de illo *Christus nõ fuit vnctus oleo.* ... Spiritus sanctus super me, eò quòd vnxit me. Et Psal. 105. Dauid ait de Abrahamo, Isaaco, *Patriarchæ dicuntur vncti licet oleum non esset adhibitũ.* ... cum pauci numero essent, & Deus illos circunduceret, defendebat eos, & castigabat pro- ... pter Reges: Nolite, inquiens, tangere Christos meos. Non legimus Abrahamum, Isaacum, Ia- ... cobum vnctos oleo. Quia tamen consecrati erant ad instituendum populum Dei, dicti sunt ... vncti. Res enim vsurpatur pro signo. Ita Christus appellat se panem: & contra panẽ ap- ... pellat, hoc est, corpus suum. Samuel cum Saulem inungeret, vsus est verbis paucis quidem il- ... lis, ponderis. Deus, inquiens, te inungit principem. Optabile videtur esse præesse vni- ... uerso, sed multò optabilius præesse populo Dei. Maximum autem erat, non à quouis ho- *Vsus sacramentorum.* ... minum populo ad hoc munus delectum esse, sed ab ipso Deo. Hic vides quis vsus sit

sacramentorũ. Adhibentur ad confirmandas promissiones Dei, vt fides nostra reddatur [illegible]. Deus pollicetur regnum: id quoniam difficile creditu videbatur, adhibetur sacramentum [illegible] dam quasi promissorũ obsignatio. Ita Abrahamo promissa est soboles, in qua benedicen[illegible] omnes nationes: id quoniã magnum erat, & eius spem superabat, addita est circuncisio [illegible] missio confirmaretur, & eius fides excitaretur. Oleum Deus adhiberi voluit ad inaug[illegible] sacerdotes & prophetas: idq; non sine magna ratione. Oleum enim curat morbos, fouet [illegible] contracta relaxat. Hoc ergo symbolo sacerdotes, principes, prophetę admoniti meminisse [illegible] runt, partes suas esse, fouere, curare, sanare populum. Non enim se ad delitias & voluptat[illegible] fectos esse, sed vt, tanquam medici, iuuent, & reficiant ægras & collapsas partes reipublicæ. [illegible] oleum significat misericordiam illam, qua principes, prophetas, sacerdotes vti conuenit erga po[illegible] pulum. *Osculatusq; est eum.*) Hoc erat indicium amicitiæ, valde vsitatum in Palæstina, & [illegible] ria. Hoc ergo symbolo significat Samuel, se Saulem diligere, suspicere, venerari, vt ministrum Do[illegible] mini, & se illi polliceri fidem & obseruantiam. Erat illum habiturus successorem. Tetrica non o[illegible] dit, aut contemnit eum, vt alij ferè solent, sed veneratur. Non ergo erat hoc osculum, quo [illegible] solebant familiariter dimittere, sed fidei, & obedientiæ. Et credibile est, Samuelem, vt vnxerat Sau[illegible] lem in nomine Domini, ita eum etiam in nomine Domini exosculari, vt significaret, Deum illi ad[illegible] futurum, eumq; ornaturum spiritu suo. Videtur etiam mos ille fuisse illorum temporum, vt popu[illegible] lus supplex oscularetur principem. Ita enim hodie reges & principes manus suas porrigunt osc[illegible] landas. Dauid in Psal. de Messia, Osculamini, inquit, filium, hoc est, illum obseruate, & col[illegible] vt vulgò loquuntur, præstate obedientiam. Docet ergo Samuel hoc symbolo, se illum agnoscere [illegible] suum regem, nec velle se ab eius potestate eximere.

Quum abieris hodie à me, inuenies duos viros iuxta sepulchrum Rachel.) Vt fides Saulis esset con[illegible] firmatior, addit etiam signa: Inuenies duos quosdam ad sepulchrum Rachelis. Illi dicent, patrem [illegible] iam solicitum esse de te. Post in tres alios viros incides: tertiò in prophetas. Ratio Samuelis nii[illegible] titur hoc fundamento: qui in quatuor quinqueue rebus verum dixerit, illi fidem habendã esse in [illegible] alijs. Hæc autem Samuel idcirco commemorauit, vt Saul intelligeret se prophetam esse Dei, & ni[illegible] hil fingere, atq; ita ad regnum suscipiendum graderetur confidentius. Hinc apparet, Saulem pru[illegible] denter cogitasse, patrem suum iam de se solicitum esse. Ita enim audit ex istis nuntijs. *Iuxta sepul[illegible] chrum Rachel in termino Beniamin.*) Aiunt Bethleem fuisse in tribu Iuda, non in Biniamin. Vade [illegible] est illud, Et tu Bethleem terra Iuda. Quomodo ergo hic dicitur esse in Biniamin? Hic oportet di[illegible] ligenter considerare 36. cap. Geneseos. Non enim Rachel sepulta est in Bethlehem, sed in itinere. [illegible] Abest autem locus ille stadio à Bethleem. Est ergo sepulchrum Rachelis in Biniamin, quamuis [illegible] Bethleem sit in Iuda. Hæc probabiliora sunt, quàm quæ narrat R. Chimbi, Samuelem dixisse, [illegible] Nunc sunt prope Bethleem, ad sepulchrum Rachelis: occurrent autem tibi in finibus Biniamin. [illegible] Nam quid opus erat ista dicere, cum sepulchrum Rachelis esset in Biniamin?

Quare oleo vn[illegible] cti reges & sa[illegible] cerdotes.

Quid significa[illegible] ret osculum.

Vbi fuerit se[illegible] pulchrum Ra[illegible] chelis.

DE PROVIDENTIA DEI.

Iam verò, quoniam hæc ita certò dicuntur euentura, videre possumus, omnia etiam minutissima opera & consilia nostra pendere à prouidentia Dei, & ab eo regi & ordinari, quamuis nobis sæpè fortuita esse videantur. Sed magna ac difficilis quæstio est, si omnia nostra facta & cogitata ita sint certa, quomodo possint etiam esse contingentia. Id quoniam sæpè occurrit in sacris literis, operæpretium iudicaui de ea re aliquid aliquando dicere. Vt autem methodus intelligatur, primùm quærendum est, an sit aliqua prouidentia: secundo loco, quid sit: tertiò, an illi omnia subijciantur: quartò, an ea mutari non possit: postremò, an patiatur aliquam rerum contingentiam. Verùm antequam rem ipsam attingam, de nominũ ipsorum significatione aliquid dicendum est.

Contingens quid.

Contingens dicitur à Græcis ἐνδεχόμενον, quod eiusmodi est, vt & possit, & nõ possit fieri: & fieri fiat, siue non fiat, nihil est absurdi, neq; contra rationem, neque contra verbum Dei. Distinguitur

Quotuplex.

in tria membra, quorum primum appellatur à Græcis ἐνδεχόμενον, quod æquè propendet in vtrumque partem: alterum, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, quod plerunque soleat hoc, aut illo modo accidere, possit tamen secus euenire: tertium dicitur, ὡς ἐνδέχεται, quod non nisi rarò, & insolenter eueniat. Philosophi con-

Contingentiæ fundamentum.

tingentiæ duplex statuunt fundamentum: Materiam, quæ, vt in alias atque alias incurrit agentis causas, ita formam aliam, aliamque induit: Et voluntatem, qua actiones nostræ gubernantur.

Prouidentia.

Habet autem voluntas rationem materiæ, quia regitur & impellitur ab intellectu. Augustinus Dec. 83. quæstionibus, quæst. 31. ait, prudentiam à philosophis diuidi in tres partes, In Intelligentiam, Memoriam, & Prouidentiam. Et Memoriam ad præterita referri, Intelligentiam ad præsentia. Prouidum autem esse, qui ex præteritis, præsentibusque possit constituere, quid ex-

[illegible]

tem. Deus autem non tantum intelligit & videt quid sit euenturum, verùm etiam ad-
tatem. Non enim nudam tantùm constituimus in Deo intelligentiam, sed etiam vo
cem, qua omnia regit & moderatur. A Græcis dicitur προνοια. Et Cicero de Natura
appellat anum fatidicam Stoicorum. Tanti autem ea fiebat apud veteres, vt etiam
ceretur in Delo, quòd Latonam iuuisset in partu. Fabula verò ea nihil aliud significat,
, quamuis vim nonnullam in se habeant, tamen nihil efficere, nisi accedat pro-
. Ceona enim natura est: prouidentia obstetrix. Nisi ista accedat, iuuet, & quodam-
ur, illa nihil parit.

Esse prouidentiam.

, quod ad quinque illa capita attinet, de quibus à principio seorsim dicendum esse
ihi primo loco propono, Esse prouidentiam: quod multis rationibus firmissi-
est. Primùm enim, cum Deus sit author & conditor omnium rerum, nihil au-
ere facere, sed suas habeat apud se certas & cõstitutas rationes, necesse est esse pro
Si enim nullus sit artifex, qui non & rationes & fines operis sui videat, & vias teneat,
possit ad suos fines adducere, insania esset id non tribuere summo artifici Deo, quem
non tantum Conditorem rerum omnium faciunt, verùm etiam quodammodo fi-
Chrysostomus Homilia 19. in Epistolam ad Ephesios, Si nauis, inquit, quantumuis fir-
da, tamen in fluctibus consistere non potest sine gubernatore, quanto minus or-
constare potest sine cura & gubernatione Dei? Nam si architectus non antè inci-
, quàm omnes partes, figuras & formas ædificij in animo descriptas habeat, puta-
uniuersitatem omnium rerum temerè sine consilio, sine ratione condidisse? Cer-
orbes, sydera, æther, aer, aqua, calor, frigus, tot vicissitudines & mutationes rerum in-
arium & pugnantium, nisi ab aliquo rectore sustinerentur, ruerent. Corpus no-
sine cura & prouidentia cœli sine cura & prouidentia defendi non posset. Homines prouidos appel
mente & ingenio ita valent, vt omnia corporis membra teneant in officio. Deus autem
habet in mundo, quem in homine mens obtinet. Adhæc sacræ scripturæ euersiones
, & vaticinia, & miracula, quæ omnem vim naturæ longè superant, & postremò Iudicia,
Deus olim redditurus est cuique secundum opera cuiusque, referunt in Deum. Quare
ationibus aliisque multis inducti, statuimus esse prouidentiam. Nam Epicureos missos
quorum est illud:

Epicurei quare prouidentiam negent.

Sollicitet is superis labor est, ea cura quietos Sollicitat:

Deum ambulat super cardines cœli, & res humanas non considerat. Hæc illi monstra pe-
unt, partim quòd cum hebeti essent ingenio, altiora videre non potuerunt: partim, quòd,
urpiter & flagitiosè viuerent, ne perpetuo metu supliciorum cruciarentur, hanc sibi con-
nem excogitare voluerunt. Qui enim malè viuit, horret lucem: Et pueri vbi aliquid deli-
unt, nollent aut patrem esse in ædibus, aut magistrum in schola. Et de prima quidem parte
tius esse debent hominibus Christianis: quibus sine ratione, solo verbo Dei persuasum est
prouidentiam.

Quid sit prouidentia.

Quid autem sit prouidentia facilè ex eius definitione intelligemus. Est enim vis seu facultas
res omnes dirigit, & adducit ad fines suos. In hac definitione genus est vis aut facultas:
Deus simplicissimus: Tamen ad nostrum captum ponimus in illo duplicem esse facul
intelligendi & volendi. Intelligit quidem Deus, & videt omnia: Verùm non id tantum, sed
omnia. Neq; verò hic otiosè disputabimus, Voluntasne in Deo prior sit intellectu, an
llectus voluntate. Si quis ista scire velit, remitto eum ad Scotum & Thomam. Vis ista,
quam dico, pertinet ad qualitatem: est enim naturalis potentia. Differentia est, quòd
vt omnia, quæcunq; aut sunt, aut futura sunt, dirigit. Verùm id non est satis: adducit
os fines. Ad quos autem fines? Ad congruos. Congrui verò sunt, qui ab eius consilio
. Vis, & facultas causa est. Effectum, vt res adducantur ad suos fines. Hic complexi

Causæ prouidentiæ Dei.

nia genera causarum, quæ in hoc negotio assignari possunt. Hoc ideò dico, quia prouidentiæ
nulla dari potest causa efficiens. Formalis autem causa est vis Dei: Materia circa quam
quæcunque sunt: Nihil enim prorsùs excipimus. Finalis verò causa est, vt omnia as-
fines suos, & cedant in gloriam Dei. Ex hac definitione videmus, prouidentiam Dei

Prouidentia non est nuda cognitio, sed efficientia.

nudam esse cognitionem, sed etiam aliquam efficientiam. Nam, vt Paulus ait, in ipso
, mouemur, & sumus. Et rursùm, Omnia ex ipso, & in ipso, & per ipsum. Vtque So-
minis est præparare cor, Dei autem est gubernare linguam. Nam ne linguam qui-
am partem corporis mouere possumus sine prouidentia Dei. Et Christus ait, Ne
cadit ad terram sine voluntate patris nostri: Et omnes capilli capitis vestri nume-

rati sunt. Quidam somniant, Deum omnia quidem condidisse: postea verò condita reliquisse. Ita enim fabri satis habent exædificasse domum: eam postea relinquunt. Atqui si sic ageretur, mundus iste facilè rueret. Domus enim, nisi subinde reficiatur & fulciatur, labefactatur, & cadit. Item si animus discedat à corpore, quid supereſt, nisi vt corpus corrũpatur & putrescat? Nec audiendi sunt, qui dicunt, Deum omnia quidem regere, verùm id non aliud esse, quàm rebus omnibus communem influxum suppeditare, quem res singulæ ad se attrahant. Hoc enim est, Deum non reipsa, sed tantùm nomine orbis rectorem & moderatorem facere. Nam si res quæque pro ingenio suo inflectat & accommodet ad se communem illum influxum Dei, Deus sequitur naturam rerum creatarum: cum contra potius oporteat, omnes res creatas Deum sequi. Sed aiunt, quemadmodum qui proijcit lapidẽ, aut eiaculatur sagittam, satis habet eam primùm impulisse, quamuis ea postea emissa ipse non sequatur: Ita satis fuisse Deo vim quandam rebus omnibus indidisse, quamuis eas perpetuò non gubernet. Sed ista non sunt similia. Nam sagitta & lapis statim cadunt, cum impetus ille in rebus creatis diuturnus esse non possit. Quare nisi Deus impulsum suum perenni cura & prouidentia prosequeretur, omnis natura rerum consisteret. Peripatetici, cum viderent omnia ista inferiora perpetuò perturbari, statuerunt prouidentiam Dei supra Lunam, ac si eam de istis rebus inferioribus non oporteat esse solicitam, nisi quatenus ab ea communis quidam influxus rebus omnibus suppeditatur. Sed hæc inepta sunt. Diuinæ enim literæ docent, ea quæ nobis maximè videri possunt fortuita, tamẽ regi à prouidentia Dei. In Deuteronomio, Si securis fugiens forte à manu lignatoris feriat, & occidat transeuntem, Ego, inquit, Deus, indidi eum in manum occisoris. Et Iob cap. 14. Constituisti terminos eius, quos præterire non potest. Et liber Sapientiæ, qui liber, quamuis non sit in Canone, tamen multa habet bona & pia, ille, inquam, liber in cap. ita habet: Attingit à fine vsque ad finem ἰσχυρῶς, & disponit omnia χρηστῶς. Pertingit, inquit ἰσχυρῶς, hoc est fortis & robusta: disponit autem vtiliter: id enim sonat χρηστῶς, non suauiter, vt habuit vetus translatio. Vtilitas autẽ ea, etsi à nobis sæpè non videatur, tamen semper eiusmodi, vt faciat ad gloriam Dei.

Verùm an omnia subiecta sint prouidentiæ Dei, res est controuersa. Quidam enim aiunt, quidam negant. Sed si, vt ante diximus, Deus omnia condidit, nihil certè ab eius prouidentia eximendum est. Nam si quid ab eius prouidentia eximeretur, id etiam eximeretur à creatione. In Epistola ad Hebræos scribitur, Omnia portat verbo potentiæ suæ. Est Hebraismus. Verbo enim potentiæ posuit, pro Verbo potenti. Hic locus conuenit cum illo Sapientiæ, quem citauimus. Ezechiel appellat Deum Dominum vniuersæ carnis. Et Moses in libro Numerorum vocat Deum Dominum Spirituum. Et Paulus ad Ephesios: Qui operatur omnia iuxta decretum voluntatis suæ. Hesiodus quoque Ethnicus poeta ait, Οὐδὲν ἄνευ Διὸς νὺξ ἐργάζεται. Sunt tamen qui eximere velint à prouidentia Dei homines, & Liberum arbitrium, & res vel necessarias vel fortuitas. Cicero de fato ait, antiquissimos philosophos omnia subiecisse necessitati, vt Empedoclem, & Heraclitum: Peripateticos autem multa posuisse contingentia: Chrysippum autem tanquam arbitrum honorarium, quamuis alia omnia doceret esse necessaria, tamen humanam voluntatem, quod ad primam electionem attinet, statuisse esse liberam. Itaque Eusebius de Præparatione Euangelica iocatur, Democritum homines fecisse seruos, Chrysippum autem tantum semiseruos. Idem Cicero in 2. lib. de Diuinatione, potius excludere vult omnem prouidentiam, quàm velit homines non esse liberos. Id ridens Augustinus in libro quinto de Ciuitate Dei, cap. decimo, eum, vt homines faceret liberos, fecisse sacrilegos. Videmus ergo esse, qui non putent omnia subiecta esse prouidentiæ. Quòd autem nominatim hominem, id est, præstantissimum Dei opus excipiunt, id nimis videtur contumeliosum esse in Deum. Nam cum omnes artifices minuta potius & exigui pretij opuscula contemnant, præclara verò opera diligenter curent & exornent, quis putet Deum opus illud, quod habuit ex alijs omnibus selectissimum, potuisse contemnere? Et si ita esset, quis status esset noster? Quod perfugium haberemus in rebus aduersis? Dauid ait, Iacta in Deum curã tuam, & ille te enutriet. Et Petrus, Illi, inquit, cura est de vobis. Et Zacharias, Qui tetigerit vos, tanget pupillam oculi mei. Et ego, inquit Deus, sum clipeus tuus, & murus aheneus. Et Dominus, inquit Dauid, mihi adiutor: & ego non curo quid faciat aduersus me homo. Si consistant aduersus me castra, non timebit cor meum. Atqui multa, inquies, in rebus inferioribus aut nullo ordine, aut peruerso geruntur. Videmus enim opprimi pios, florere impios. Sed eane causa nulla est prouidentia, quia nos causas eius non videmus? Si esses fortè in officina fabri ferrarij, & multa videres instrumenta alia adunca, alia inflexa, alia incisa, alia incurua, an statim omnia damnares, quòd non omnia recta & leuia viderentur? Non opinor. Imo potius tibi haberes, te vsum illorum non intelligere. Idem honos tribuendus est Deo, vt cum videat homines

An Deus tantũ communi influxu omnia regat.

Non tantum regit ea quæ sunt supra Lunam.

An omnia subiecta sint prouidentiæ Dei.

Si prouidentia omnia regit cur est tanta rerũ confusio?

impios secundis rebus vti, dicas, eos esse instrumenta prouidentiæ Dei, quamuis tu, illis facturus sit, non intelligas. Augustinus Deum ait tàm esse bonum, vt etiam ex posit aliquid boni. Deinde si nulli essent tyranni, quę esset virtas, aut patientia mar- Deus vult hunc esse triumphum bonitatis suæ: vult etiam esse aliquos, in quos exerceat entiam suam. Sed dices, Non satis est homines animi præparatione esse martyres? præclaræ virtutes in animis piorum additæ. Verùm id Deo sæpe non est satis. Vult to actum, vt videri possint. Quare oculi nostri sursum tollendi sunt, vt non de impijs de Deo. Sic prophetæ vocant Nabuchodonosorem, Pharaonem, Sennacheribum ferras, enses in manu Domini. Iob non spectabat aut Chaldæos, aut diabolum, sus fortunis omnibus: sed Dominus, inquit, dedit, Dominus abstulit. Habetur do- qui humores vitiosos reconditos in corpore educere possit in superficiem. At nos horreremus: Medicus verò dicet, ægrotum iam tandem incipere conualesce- ista erumpunt. Ita Deus pharmacis & ignibus persequutionum educit in lucem ea, animis nostris delituerunt. Faciant impij quod volunt, nihil tamen facere possunt tatem Dei. Ita Petrus ait in Actis de Pilato & Herode: Conuenerunt, vt facerent consilium tuum facere decreuerunt. Sed dices, Quædam sunt necessaria, quæ a- *An necessaria* bere non possint: Ea non cadunt sub prouidentiam Dei. Imò nulla est res creata ita ne- *sint sub prouis* cessaria si ad Deum referatur, rationem habeat contingentiæ. Deus enim attingit à fine, vt *dentia.* ad finem, & disponit omnia. Quid magis est necessarium, quàm cursus Solis? Tamen Solem consistere. Quid magis necessarium, quàm vt ignis comburat, si admota sit ma- ad comburendum? Itaque dici solet, Si actiua accommodentur ad passiua, sequitur saria. Deus tamen effecit, vt tres illi iuuenes in ardente fornace versarentur incolu- Quid magis est necessarium, quàm vt Solem lucentem sequatur vmbra? Deus tamen ef- vt lucente Sole vmbra retrocederet. At qui homo videtur conditus, & relictus in manu *An homo sit* sui. Seruabis ea, inquit Ecclesiasticus, & ea seruabunt te. Fateor, quod attinet ad in- *sub prouidetia.* causas, homo ita factus est à principio, vt nihil illi esset necessarium. Non tamen idcirco gratiam Dei, & prouidentiam. Audiamus ea de re scripturas diuinas: nam Ecclesiasti- numeratur in Canone, Cor regis, inquit Salomon, in manu Dei est. Sed Deus ait, Dedi cepta: At idem ait, Ego faciam, vt in præceptis meis ambuletis: Et, Ego dabo vobis cor & spiritum nouum. Quare homo eximendus non est à prouidentia Dei. Multò au- *Quæ uidentur* dius excludenda sunt ea, quæ videntur agi fortuitò. Etsi enim nos secundarum causa- *fortuita, sunt* tionem non videamus, Deus tamen eam videt. Imò philosophi docent, omnem cau- *sub prouidetia* sam quam appellant per accidens, reuocandam esse ad causam per se. Nam quod est per *Dei.* se, non potest esse causa. Itaque Aristoteles in libello de bona fortuna, cum quæsisset, cur fortunati, alij non essent, respondit, id propter impetum quendam & impulsum fieri, cu is, qui impellitur, rationem non possit reddere. Hinc fieri, vt alij euadant fortunati, alij sint. Atq; hunc euentum, si referatur ad voluntatem & notitiam nostram, ait esse fortui- impetum verò illum causam esse per se. Sed non ita dissoluitur quæstio. Vnde enim est, detur ista fortuna, alteri negetur? Astrologi supplere voluerunt, quod putabant defuisse. Ptolemæus in libro Ἀποτελεσματων refert id ad astra: à quibus ait, alios aliter mouerì, alios ad fortunam, alios ad infortunium. Atq; hoc alij numè appellauerunt, alij nem, alij fatum particulare: Socrates dæmonium. Cur autè huic accidat, magis quàm tempore magis, quàm alio, nulla assignari causa potest alia, quàm prouidentia Dei. Ea omnia referantur ad gloriam Dei. Iosephus fratribus suis, Non vos, inquit, vendidi- Ægyptum, sed Deus præmisit me. Ita Deus ait, se misisse Saulem ad Samuelem, quam- tur fortuitò ad illum diuertisse. Ita Christus ait Apostolis, Occurret vobis quidam hydriam aquæ. Hæc Dei prouisioni certa erant, quamuis alioqui videri possent humanis contingentia. Quid ergo inquies, nullæ sunt causæ secundæ? nihilne facit Deus per an- admonemus secundas causas, sed eas facimus instrumenta prouidentiæ Dei. Nam spiritus administratorij: & Dauid ait, Qui faciunt voluntatem eius. Quamuis autem velos, tamè ipse adest & præest rebus omnibus. Si ascendero in cœlum, inquit Da- descendero ad inferum ades. Nòd enim ita mandat angelis, vt ipse absit: quod de Apolline, cum collocasse Phaetontem in curru suo, atque ita, dum ille abesset, flagrasse. At peccata, inquiet aliquis, non pendent à prouidentia. Quem- *Quemodo pec* cata regantur à Deo, dictum est suprà, cum ageretur de causa peccati. Causa qui- *cata pendeant* dem nobis: quo autem tempore, & erga quem illud debeat erumpere, est in potestate *à prouidentia.*

Dei. Nabocadnezar erat omninò aliquos oppressurus, At vt Iudæos magis opprimeret, quàm alios, id curauit Deus.

An prouidentia sit immutabilis.

Proxima quæstio est, An ista prouidentia sit immutabilis? Quid ni? Est enim regula omnium rerum, quæ aguntur. Malachiæ 3. Ego sum Dominus, & non mutor. Iacob. 1. Apud quem non est mutatio, aut vicissitudinis obumbratio. Et Prou. 19. Multæ cogitationes in corde hominis: consilium autem Domini manet. Esa. 46. Ego dico, & consiliũ meum manet: & omnia quæ volo faciam. Nam cum prouidentia sit voluntas & notitia Dei, illa autem ad Dei essentiam pertineant, nec potest mutari, nisi Deus ipse vnà mutetur. Secundæ quidem causæ, cum sint diuersæ, sæpe seipsas impediunt, quod in influentijs cœli videmus vsu venire, vt aliæ impediantur ab alijs: Dei autem voluntas nulla vi impediri potest. At olim voluit Iudaicas cæremonias, eas postea voluit abrogari.

Deus voluit cæremonias et eas postea abrogauit.

Quomodo ergo non est Dei prouidentia mutabilis? Respondeo: Omnino in Deo eandem & eamdem esse voluntatem: verùm eum ab æterno præuidisse, quid diuersis temporibus conueniret. Augustinus ad Marcellinum ait, Agricolam alio tempore serere, alio metere, alio stercorare solum: non tamen idcirco artem rusticam esse mutabilem. Vindicianus inquit, quidam medicus, dedit homini ægroto pharmacum, eumq; sanauit. Ille post multos annos relapsus in eundem morbum, inconsulto medico accepit idem pharmacum. Sed cum deterius haberet, venit ad medicum, rem indicauit, & cœpit queri de pharmaco. Tum Vindicianus, nihil mirum, inquit, nam ego illud tibi non dedi. Hic cum alij mirarentur, & putarent, illum adhibere solere vim aliquam magicam. Nihil, inquit ille, est huiusmodi. Alia, inquit, nunc ætate est, & alios humeros habet, quá cũ ego illud ei pharmacum suum darem. Sed an ea causa constans non erit ars medica? Ita prorsus Deus quamuis omnia præuideat, tamen non omnia decreuit esse facienda eodem tempore.

Necessitatis distinctio.

Nunc veniemus ad rem ipsam: si ita certa sit Dei prouidentia, an aliquá patiatur contingentiã. Hic primũ vtar duabus distinctionibus: deinde respondebo: Necessitas alia simplex est, alia ex hypothesi. Nam cum dicimus Deum esse, Deum sapientẽ, aut iustũ esse, intelligimus id esse simpliciter & absolutè necessariũ. Alia sunt necessaria ex hypothesi: vt quod iactatur in scholis, quicquid est, dum est, necessarium est. Christus & prophetæ prædicunt, Vrbem Hierusalẽ esse euertendam: ergo euertetur necessariò: non quòd ea necessitas sit in natura vrbis, sed quòd Christus, & prophetæ id prædixerint, qui falli non potuerunt. Oportet hæreses esse, inquit Paulus. Et Christus, Necesse est, vt scandala veniant. Nã positis his causis, corruptis hominũ ingenijs, & odio Diabolico erga humanum genus, sine etiam posito, vt probentur electi, ex hypothesi necesse est, vt ita eueniant.

Rerum duplex consideratio.

Res etiam dupliciter spectari possunt: vel vt existunt actu: atque ita habent rationem necessitatis. Non enim sunt amplius indefinitæ. Vt scribere aut nõ scribere, contingens est. At si iam actu scribas, non amplius contingens est, sed necessarium. Itaq; dicimus [illegible] certam esse: quia res ipsæ non possunt aliter se habere. Vel res considerari possunt, vt habent in suis causis. Quoniã autẽ causæ interdũ possunt, interdũ nõ possunt effecta producere, idcirco nulla est in illis efficiendi vis necessaria. At si res illæ referãtur ad Deũ, longe alia ratio est. Ille enim vocat ea, quæ non sunt, tanquá sint. Quoniã enim ambit omne tẽpus, & nec initiũ habet, nec finẽ, omnia etiã in finito tẽpore post futura, tamẽ illi sunt præsentia. Huc etiã accedit volũtas Dei: non enim nuda prænõda est in eo notitia, sed [illegible]. Atq; hoc pacto dico, res ipsas habere rationẽ necessitatis.

Quatenus res necessariæ sint & cõtingentes.

Augustinus in Genesi ad Liter. lib. 6. cap. 15. Multi modi sunt, quibus homo & alia fieri potuissent à Deo: illi modi habebant aliquid possibilitatis, & non necessitatis. Hoc autem est ex voluntate Dei, cuius voluntas est rerum necessitas. Quamuis autem eiusmodi res ad Deum relatæ sint necessariæ, nobis tamen ex interioribus & propr[illegible] ipsarum causis æstimándæ sunt, & dicendæ contingentes. Non enim necesse est, vt qualis sit efficiens causa, talis etiam sit effectus.

Cur in natura aliæ causæ necessariæ aliæ contingentes.

Si quæras, Cur hæc duo genera causarum sint in rerum natura, vt aliæ terminatæ sint, ac necessariæ, aliæ indefinitæ & contingentes, nihil aliud responderi potest, quàm, Deum istos modos rebus omnibus imposuisse. Producit autem Deus, & definit, ac terminat omnia, non in tantum vt turbet & dissipet naturam rerum. Boethius in [illegible] ait, [illegible] vt [illegible]. Trahit enim Deus quidem res omnes, sed ita quodammodo cedit, vt nihil turbet. Ita res, quamuis natura sua æquè propendeant in vtranque partem, tamen à Deo inclinantur magis in alteram. Voluntas Saulis natura sua non magis terminata erat ad eundum, quàm ad manendum. Sed cum Deus vellet eum mittere ad Samuelem, voluntas ea cœpit in alteram partem inclinari. Itaque Deus proponit intellectui eius voluntatem patris, facitque vt illa mentem [illegible] pellat & feriat efficaciter, & vt aliæ omnes cupiditates otij atque ignauiæ, si quæ erant, quæ illum domi retinere potuissent, succumberent. Itaque factum est, vt voluntas Saulis [illegible] retur prouidentiæ Dei. Interim tamen rei natura non violatur, quin Saulis voluntas [illegible] in itinere.

Deus inclinet in alterã partẽ

partem. Hinc apparet, quàm nobis necessaria sit gratia Dei. Voluntas enim
us modis depravata, omnia conuertit in deteriorem partem. Multa etiam
iam nostrum hebetent & occæcent, vt voluntas non facilè sequatur. Deus ita-
ro proponit bonum: deinde accendit fidem, & voluntatem excitat, vt illud
. Verùm, cur dicitur aliquid contingens, inquies, cum à Deo determinatum
partem, atque ita factum sit necessarium? Respondeo: Ex proprijs & suis prin-
contingens. Prouidentia autem, quæ affert necessitatem, est causa externa,
imponi non debeat. Scio multos esse, qui statuant, ea quæ humanis viribus
adduci à Deo, vt voluntas nostra posit ea vel eligere, vel respuere: Ibi autem
Dei fistere, neque longius progredi. At cum Deus præuideat, quid quisque eligere
respuere, nihil impediri eius præscientiam. Verùm istà non satis conueniunt cum
enim docent, non ita Deum rebus consulere, vt eas deserat, sed vt omnia, vti
fines adducat. Fines autem illi seruiunt prouidentiæ Dei. Sic enim Paulus ait,
fecisse secundum propositum voluntatis suæ. Sic Deus ipse apud Esaiam, Omnia,
. Et Christus ait, Ne passerculum quidem cadere ad terram sine voluntate patris
Origenem, Cyrillum, Chrysostomum, & alios, cum premuntur locis apertissimis
ales sunt, Oportebat Christum pati, &, Oportebat impleri scripturas, ita ista
idcirco ista contigisse, quòd ea Deus præuiderit, sed ideò ea Deum præuidisse,
euenturæ. Hæ sententiæ si loquerentur de simplici notitia, nõ multũ possent repre-
enim quia ego aliquem video scribentẽ, ille scribit: sed quia ille scribit: ego video scri-
in Deo nõ possumus statuere nudã scientiã: addenda etiã est voluntas, qua omnia di-
. Verũ tamen erit, quod dicunt, si intelligatur ex effecto, aut, vt loquuntur, à poste-
enim ex eo, quod aliquid factũ est, intelligimus, fuisse consiliũ Dei, vt ita fieret. Alioqui
respicuè loquuntur, oportuit mori Christum, oportuit impleri scripturas. Quomodo
Ex Hypothesi: quia Deus ita præuiderat: nõ quod ea necessitas fuerat in natura rei.
fuisse, idcircò causas in natura rei ipsius esse infinitas, quòd ego causas integras & ple
accipiam: oportuisse enim addere prouidentiam Dei. Respondeo: Ego accipio causas tan
& proprias cuiusque rei, quarum effecta, quia ab illis & produci non potuerunt,
gentia. Prouidentiam autẽ non addo, quod ea causa sit extrinseca. Quæ si addatur, eui-
est, quin ex hypothesi necessitas aliqua consequatur. Exempli causa, Saul occurrit vi-
ribus hœdos, panes, & vinum. Voluntas illorum natura sua infinita erat, vt vel darent
vel non darent. Sed eam voluntatẽ Deus prouidentia sua in alteram partem termina-
ad Bethel, vt sacrum facerent, occurrebant Saulo lasso de via & enecto fame, humanum
illam reficere. Ista Deus mentibus illorum obtulit, & si qua erant, quæ hanc voluntа-
dire possent, ea frenauit. Atq; hæc de hominũ tantum voluntatibus disputamus. Nam
in alijs rebus contingentibus scio infinitos esse modos, quibus Deus vti soleat. Aliud hu-
emplum habemus ex 12. cap. Ezech. Nabuchadnezar mouet in Syriam, & cum iam esset
in bivio cœpit deliberare, in Iudæam ne potius duceret, an in Rabath Regis Ammonitarũ.
sortibus. Eas Deus temperat, eúmq; adducit Hierosolymã. Natura rei ipsius con-
ea definita à Deo, facta est necessaria. Iosephus ita venditus est, & ablatus in Ægy
attinet ad naturam rei, potuerit, aut semper seruire seruitutem, aut aliquando libe
immittit pistori, & pocillatori insomnia, ea Iosephus interpretatur, postea visum
eum illud à nullo diuino posset exponi, pocillator summouit eũ de Iosepho.
vt Iosephus educeretur & parcere. Positum ergo sit, quod sæpè iam diximus, res
entur ad prouidentiam Dei esse necessarias: ex natura autem sua esse contingentes.
quies, simpliciterne appellabuntr contingentia, an potius necessaria? Suat, qui pro-
prouidentiæ, ea appellare velint necessaria. Ego verò appellarim potius ex ipso-
contingentia. Quanquam nihil pugno, modò ea necessitas intelligatur tantum ex hy-
prouidentiam rectè appellauerunt ὑποθετικὴν, καὶ τῶν παραγόντων, quod per omnia tran
quod eam nihil effugiat.

Cur dicatur cõtingens quod Deus determinarit.

An prouidẽtia non progredia tur vltra nostram electionẽ

An Deus res præuideat quas ita euenturæ sint an contrà.

Quomodo causæ sint infinitæ

Effecta an sint necessaria an contingentia.

quatuor mihi dissoluenda sunt, quæ lectorem minus exercitatum mouere possint.
omnia regantur à prouidentia. Deus videri possit causa peccati. Respondeo vno
sant tantùm defectus à rectitudine. Peccatum enim natura sua nihil est. Nihil au-
ere otiosum est. Actio verò ipsa peccati, non video, cur non possit subijci prouи-
defectus etiam ipse regitur & ordinatur à Deo. Nihil enim est, quod Deus cura
non complectatur. Solomon in 16. cap. Prou. Deus, inquit, omnia fecit propter

Si omnia regũ tur prouidentia an Deus fiat causa peccati.

seipsum: Impium etiam in diem malum. Quomodo autē facit impium ad diem malum? Homines quidem manent à corruptela naturæ nostræ, sed ea Deus flectit & dirigit ad gloriam suam. Dies malus appellatur, quo de impijs sumitur supplicium. Tum maximè illustretur gloria Dei, quum omnes videre possint, illum omnibus hominibus præesse, etiam sceleratissimis.

Scripturæ quæ videntur prouidentiam facere mutabilem.

Secundo loco, multa videntur esse in sacris literis, quæ probare possint, prouidentiam esse mutabilem. Qualia sunt ista: Pœnituit Deum fecisse hominem: Mineturus sum [illegible] tis: & mortem Ezechiæ. Quod ad primū attinet, pœnitentia non cadit in Deum [illegible] ita Deus, cum mutat facta, videtur nobis duci pœnitudine. Quæ eadem dicta sunt ad Ninivitas & Ezechiam, ad comminationem tantùm spectant, non ad decretum prouidentiæ.

Opiniones Stoicorum de fato.

Tertio dicet aliquis, nos Stoicorum opiniones de fato renouare. Id non est verum. Nam fatum suum definiebant, necessitatem ex connexione causarum: ideò futurebant ipsi suis [illegible] perare. Nos autem docemus Deum rebus omnibus præesse, illisque vi ad gloriam [illegible] tum nihil aliud esse statuunt, nisi diuinam prouidentiam, quæstio tantùm est de voce, non de re, ut alicubi docuit Augustinus.

An tollantur consilia & admonitiones.

Postremò dices, hoc pacto nihil loci erit consilijs, admonitionibus, castigationibus. Quorsum enim futurum est, quod Deus volet. Hoc idem obiectum est Augustino, vt de libro [illegible] Correptione & Gratia. Deus quidem, quamuis decreuerit aliquid fieri, tamen ad id [illegible] vtitur medijs. Vult mutare malam hominis voluntatem: adhibet admonitiones, exactiones, castigationes. Hæc enim sunt organa & instrumenta prouidentiæ Dei: tantum abest, vt eas Dei prouidentia excludat. In hac quæstione iecimus quodammodo radices & fundamenta prouidentiæ nis: sed de ea dicemus alio tempore, vbi opportunitas offeretur.

3 *Illinc progressus porrò, venies vsque ad Planitiem Thabor, & reperient te ibi tres viri ascendentes ad Deum in Bethel, vnus portans tres hœdos, & alius portans tres panes, & tertius portans vtrem vini.*

4 *Et salutabunt te cum pace, dabuntq; tibi duos panes, quos accipies de manu eorum.*

5 *Postea deuenies in collem Dei, in quo sunt præfecti Philisthiim: cumq; ingressus fueris illuc, in vrbem, obuium habebis cœtum Prophetarum descendentium de excelso, & ante eos erunt lyra, tympanum, & tybia, & cithara, & ipsi prophetabunt.*

6 *Et requiescet super te spiritus Iehouæ, & prophetabis cum eis, & efficieris vir alter.*

7 *Quum autem venerint signa ista tibi, fac quod inuenerit manus tua, Quia Deus tecum est.*

8 *Descendes quoq; ante me in Gilgal, & ecce ego descendam ad te ad offerendum holocausta, ad sacrificandum sacrificia pacificorum: septem diebus expectabis, donec veniam ad te, & ostendam tibi quæ facturus sis.*

Planitiem Thabor.) Vetus interpres transtulit Quercū Thabor. Sunt qui putent, sub hac [illegible] cu sepultā fuisse Debborā nutricē Rebeccæ ex cap. 35. Gen. & eam ob causam appellatā eam [illegible] quercū luctus. Fuit autē ea ad radices vrbis Bethel. R. Chimhi putat, Bethel esse id, quæ antea [illegible] batur Luza. Quo in loco Iacob vidit scalas porrectas vsq; ad cœlū, & cæpit oracula à Deo. Et [illegible] circò locū appellauit domū Dei, & porrā cœli. Antequā autē Arca Domini certo aliquo [illegible] tisset, populus solebat sacrificare Domino in Bethel. Oseas ca. 12. ait Iacobū in itinere [illegible] se cū angelo, & eundē postea angelū vidisse in Bethel, quē etiā eundē sic sibi, & alijs ppheris [illegible] ruisse eodē loco. *Et reperient te ibi tres viri ascendentes ad Deum in Bethel.* Illuxit illi [illegible] Bethel, verū cū Saulē videret confectū iā labore itineris, & ne ectū fame, dederūt illi duos [illegible] Miratur Chimhi, quomodo ibi cū haberēt tantā tres placētas, dare potuerint Saulī duos. Videtur postea habituri erant, quas offerrent Domino. Respondere possumus, Dei prouidentia sic [illegible] vt eas ipsas placentas sibi dederint, quos parauerant ad sacrificiū. Hoc [illegible] Saulem [illegible] viam suā, & Deus dirigit gressus eius. Potest etiā fieri, vt cogitarint apud se, misericordiā [illegible] hominē famelicū, gratiorē fore apud Deū, quam sacrificiū. Ita enim Deus ipse [illegible] diam volo, non sacrificiū. Potest etiam fieri, vt putarint, placentas sibi nō defuturas [illegible]

Bethel.

Quomodo Philistini habuerint præfectum in Iudea.

...mihi respondet, illos habuisse plures panes ad vsum suũ: placentas autẽ destina... sciũ. Erant enim sacrificia pacifica, & comesturi erant coram domino. Itaq; illos ... duas placentas, sed tantùm duos panes. Saul cum comederet istos panes, non ...rpus, sed comedit quodammodo sacramentũ regni sui. Hæc enim Samuel præ... vt promissionem de regno certo aliquo symbolo consignaret. Ita nos cum ritè ...mentis, comedimus quodammodo corpus Christi. Et quemadmodum noster ... Christi, ita ille panis dici potuisset Regnum Israel.

...m colli Dei, in quo sunt præfecti Palæsthim.) Alij putant, hunc locũ fuisse Chiria... bea. Fuit in eo loco præsidiũ Palæstinorũ. Vox Hebraica significat gubernatorem ...ũ, aut principẽ præsidij. Vt primo Melachim cap. 22. Non fuit Rex in Edõ: sed ...ũ à Rege Iuda. Et in Secundo Samuelis legitur, Dauidẽ ita protulisse fines regni ...rat præfectum, aut præsidẽ in Damasco Syriæ. Sed hic dubitari potest quomodo potuerint præsidiũ in Iudæa, cũ Samuel iã pridẽ eos ex omnibus finibus expule... est bisariã: vel illos fractos & subactos à Samuele ciuitatibus quidẽ cessisse, arces ... & præsidia retinuisse: vel, cum iam Samuel consenuisset, & filij eius perditè ac flagi... & populus ad idola deficeret, Palæstinos excitatos à Domino impressionem fe... & loca munita occupasse. *Obuium habebis cœtum prophetarum.*) Erat iste cœtus ...rum, qui præceptores suos prosequebantur. Præceptores autem illi rectè di... Quæ enim diuinitus hauserant, docebant alios. Prophetæ isti sunt, quos à Sa... Danidem summo in pretio habitos fuisse legimus: Helcana, Samuel, Gad, Nathan, ... Isti præerant Scholis & collegijs, & docebant iuuentutem. Discipuli dicebantur ...rum, quod ab illis præceptoribus essent quodammodo procreati. Nam vt parentes ...liorum corpora, ita doctores formant quasiq; procreant illorum animos. Vtq; ha... monium à patribus, ita habemus cœlestem sapientiam à præceptoribus: habemus, in ...quam ab instrumentis. Nam alioqui prophetia & omnis sapientia est donum Dei.

...os erant lyra, tympanum, & tibia, & cithara.) Canebant Deo Psalmos, & carmina cœ... ...ssa etiam prædicebant futura. Rabbini putant adhibita fuisse instrumenta Musica, ...Domini requirat animum lætum & hilarem, mœstum autem & tristem fugiat. Sic ... Elizæum iussisse aduocari psalten, vt ad eius harmoniam animus eius iratus & pertur... ...ret. Nam paulò ante regem vehementius castigarat.

...esiet super te spiritus Iehouæ & prophetabis cum eis, efficierisq; vir alter.) Habiturus ...spiritum fortitudinis, & animum Heroicum: nec eris imprudens rerum diuinarum: sed ...prophetis voce modulaberis, idq; scienter ac doctè: esq; tu omnia repente, & sine docto ... illi longo tempore à suis præceptoribus didicerunt. Cum autẽ dicitur, Saulem mu... ...sse in virum alium, nihil opus est, vt eum putemus fuisse transubstantiatum: quod miror ...obstinatè contendere, quoties apud patres legunt panem in Eucharistia conficienda ...nihil aliud sit mutari, quàm transubstantiari. Ita quidem mutatur panis, vt sit iam in ...spiritus sancti. Sed ijdem illi patres nos quoq; aiunt mutari, & transelementari. Cur ...vobis non colligunt nos transubstantiari? Cur istam mutationem magis in pane vr... ...unt, quàm in nobis? Certè Dialecticæ regulæ hoc non ferrent. Propter quod enim ...tur tale, illud ipsum oportet esse magis tale. Panis enim nostra causa mutatur. Nos au... ...bstantiamur. Ergo, multò minus transubstantiatur panis. Tria ista ad verbum e... Samuel prædixerat, vt Saulis animus de noua illa vocatione confirmaretur. Non e... ...gitur, vt lex à Deo lata per Mosen confirmetur. Nam ea satis antea confirmata fuit ...ra autẽ vocatione si signa adhibita fuerint, nihil accidit absurdi. Sic enim Gedeon ...vellere: sic B. Virgo confirmata est, cum audiret, Ecce Elizabeth cognata tua pa... Verum hoc vltimum, vt Saul mutaretur in virum alium, omnium signorum erat lon... Hic videmus causam coniunctam esse cum effectu. Mutatur enim Saul in alium ...tim incipit vaticinari.

...ueneris manus tua, quia Deus tecum est.) Quandiu incerti sumus de vocatione no... ...diffidenter agimus. Nihil enim nobis licere arbitramur suprà consuetudinem alio... Non tamen ex istis verbis intelligere debemus, permissum esse Sauli, vt faciat quic... propositio contrahenda est administrationẽ Regni: scilicet, vt indicat bellum, con... ...ducat in hostẽ. Et hęc, inquit, confidenter facito, quia Dominus est tecum: omnia ...succedent. Hinc videmus, quàm necessarium nobis semper sit præsidium Dei.

...expectabis donec veniam ad te.) Admonent Rabbini, istos septem dies non esse nu...

Quomodo Palæstini habuerint præfectũ in Iudæa.

Qui prophetæ quiq; filij prophetarum.

Cur prophetæ Musica vsi fuerint.

Mutandus erat Saul non transubstantiandus

Signis confirmatur priuata vocatio.

Propositio contrahenda sæpe generaliter effertur.

meranados statim à discessu à Samuele. Post enim fortibus renuntiatur Rex in Miſpa: deinde aduersus Ammonitas, postea agit conuentum in Gilgal. Ibi Samuel reddit populo rationem administrationis suæ. Cumq; discederet, iussit, vt Saul expectaret se septem diebus. Verbum cum adesset dies septimus, & populus inciperet dilabi, Saul, non expectato Samuele, ipse peregit sacrificium. Ob eam caulam iratus est Samuel: & Non confirmabitur, inquit, Regnum tuum. Sed cur oportuit, illũ tantò antè de istis septẽ diebus præmonere? Rebatur id ad promissionẽ de regno adiungeretur præceptũ: ac si diceretur, Erit firmum cum cepto meo non discesseris. Quæ enim hic promittit Samuel, non suo nomine

9 *Fuit itaq; quum vertisset humerum suum vt discederet à Samuele, mutauit ei Deus cor aliud, & euenerunt omnia signa hæc die illa.*

10 *Venerunt q; illuc ad collem, & ecce cætus Prophetarum in occursum eius, & irruit super eum spiritus Dei, & prophetauit in medio eorum.*

11 *Fuit autem, omnis qui nouerat eum ab heri & nudiustertius, vidit, & ecce cum Prophetis prophetabat: dixitq; populus alter ad alterum, Quidnam accidit filio Cis? numquid etiam Saul inter Prophetas?*

12 *Et respondit vir inde, ac dixit: Et quis pater eorum? Propterea factum est in parabolam, Num etiam Saul inter Prophetas?*

13 *Et cessauit prophetare, venitq; in excelsum.*

Duo priora signa non commemorantur: hoc autem tertium ascribitur, quòd hic

Definitio prophetiæ. tus sit virum alium Prophetæ habebant quodammodo scholas discipulorum. Sed de quoniam ea vox post sæpe occurret, hic tantum pauca attingam. Est ergo prophetia à Deo, afflatu spiritus sancti, qua scirr possint arcana & cõsilia Dei, & alijs exponi ad Ecclesiæ, siue ea præsentia sint, siue præterita, siue futura. Patefacit nũc Deus temEcclesię. Itaq; Solomon cap. 19. Prouerb. Vbi non est prophetia, inquit, Magnam enim vim habet prophetia ad populum continendum in officio. cis instrumentis. Nam in 1. Par. cap. 25. designantur qui prophetẽt in nablis, & cithara. prioris ad Cor. docet prophetiã conferri oportere ad ædificationẽ. Qui prophetat, quitur ædificationẽ, & exhortationẽ, & consolationẽ. Et, si omnes prophetẽt, ingrediatur quis incredulus, aut indoctus, coarguitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus: & sic occulta eius manifesta fiunt, atque ita procidens in faciem adorabit Deum, confitens, quòd Deus

Prophetæ diaboli. uera in vobis sit. Diabolus etiam, vt est Simius Dei, habere voluit suos qui furerẽt ac bacharentur in Orgijs, nõ ad ædificationẽ sed ad euersionẽ. Deus in Deut. edicit, ne quis cõsiliũ petat à mago, ariolo, aut sortilego. Ego, inquit, excitabo vobis prophetam lum audietis. Duobus autẽ, inquit, signis scire poteritis, esse illũ prophetã Dei, si dixerit quod prædixerit, & populũ non inducat ad idololatriã. Scio, illũ locũ à D. Petro in Actis modari ad Christũ. Potest tamẽ etiã nõ malè intelligi de prophetis, qui à populo cõsulebantur. populus in Psalmis queritur, prophetiã defijsse. Signa, inquiunt, nostra nõ videmus. Hodie

Quid inter prophetiæ & doctores interfit. Iudæi miserè destituti sunt omni genere prophetiæ. Sed in primitiua Ecclesia, cũ prophetaret, quid discriminis erat inter prophetã, & doctorẽ? Respondeo: Quamuis idẽ fuerit vtriusq; munus, tamẽ doctores instituebãtur à præceptoribus: prophetę verò sine omni ope humana afflatu spiritus sancti cõcitati loquebãtur. Primores pphetę cũ discipulis suis ibant vt sacrificarent, nõ vt animos luxurient, aut darent se voluptatibus. Sacrificia erãt pacifica: itaq; cũ conuiui essent coràm Domino, redibãt domũ. Sed antea audiuimus, Verbũ Domini tempore illi fuisse pretiosum, hoc est, rarũ, quomodo ergo hic cõmemoratur tanta turbà prophetarũ? Respondeo, id fieri potest bifariã: vel in eo loco, quẽ citauimus, sermonẽ non esse de cõmuni afflatu spiritus, sed tantũ de voce Domini, quæ proficisceretur è propitiatorio. Ea enim longo interuallo inceperat reuocari cœpta est in Samuele: vel, cũ Samuel collapsam disciplinã restituisset, instaurasse etiam scholas prophetarũ. Idq; meo iudicio melius videtur. Quamuis aũt prophetæ nõ

Quomodo multi prophetæ fuerint cum verbum domini ante pretiosum fuisset. fuerint, multi tamẽ ad illos discipuli vndiq; confluebant.

Musica. De Musica, ad sacra adhibenda si dicemus aliàs. Fuit ea quidem & in veteri Testamento, & in primitiua ecclesia: sed vsitata fuit præcepta. Quod si sine vitio vsurpetur, reprehendi non debet. At si degeneret in abusum, debet retineri. Qualis hodiè est musica papistarum, ita fracta, lasciua, operosa, vt per verbum quidem vllum intelligatur. Augustinus etsi aliquos abusus iam tum videret irrepsisse ficam Ecclesiasticã, tamen eam tolli noluit, quòd ea pietas sit, quamuis aliquibus

Nō potuerunt isti prophetę nō vehementer mirari, cū viderent hominē agasonem ... locum prophetare. Miratur etiam populus repentinū factum: Quid, inquit, accidit ... Saul est inter prophetas? Nunquam, inquiunt, tale quippiam fando audītum est. ... eorum?) Hoc additur tanquam subiectum ab altero. Dupliciter autē exponi potest spiritus Dei, qui prophetas afflauit: ac si diceretur, Miramini Saulē prophetā ... istis alteris prophetis dedit donum prophetiæ? Quis illorū pater fuit? Quis docuit? ... Qui afflauit istos, annon potuit etiā idē afflare Saulē? Vel, vt pater referatur ad eū, ... illos alteros procreauit: vt sententia sit, Isti prophetæ an patres etiā habuere prophetiæ? Quid ergo mirum est, si Saul prophetet? Ista enim facultas non ducitur à patribus. ... qui hunc locum aliter etiā interpretentur, ad hunc modū. Quis pater est illorū? hoc ... docte ac scienter prophetat, vt esse possit pater & præceptor istorum omnium.

... tam videmus euenisse, quę Samuel prędixerat. Nūc paucis dicendū est, quid ista singula ... Primùm, quòd asinas audit inuentas esse, id facit ad confirmationē verborū Samuelis. ... obuijs accipit cibū, id argumēto erat, illū fore Regē. Nam Reges ali debent à populo, cui ... tributa & vectigalia. Quòd autē prophetat, id maximè ad rem facit. Regū enim est ... nosce voluntatē, & arcana Dei. Itaq; in Deuteronomio iubentur habere descriptū apud ... Quis autem vsus esse posset eius libri, nisi eum Reges & legerent diligenter, & in- ... ? Ad illius enim libri præscriptum oportuit administrare Rempub. Deinde occurrunt ... res ita difficiles & obscurę, vt Regem omnino oporteat diuinare: quod legimus conti- ... Solomoni in illa muliebri controuersia, cum infantem puerum superstitem vtraq; vindicaret esse diceret. Hic Regem oportet, ne quid temerè statuat, exploratam habere voluntatem. Atea nunc cognitio ab omnium principum & Regum aulis exulat. Papa quidē interim, ... det, animi causa interdum audire vult doctores suos de aliquo negotio theologico di- ... Illi verò hoc studio habent, ne quid loquantur, nisi quod illi placere possit. Reges autem ... sus doctos homines contemnunt & rident. Est quidam nostrorum temporum monar- ... quoties audit aliquē doctrinæ nomine commendari, per contemptū appellat Latinistam. ... voluit Reges suos prophetas esse, & ita legem intelligere, vt eam possent etiam alijs ... Adhęc principes, qui non prorsus abhorrent à literis, filios suos tradunt præceptoribus, ... instituantur ad regnū. Hoc autē Sauli accidere non potuit. Erat enim & adultæ ætatis, & li- ... omnium imperitus. Quare Deus donare eum voluit spiritu suo, ne prorsus rudis veniret ... Non tamē hoc merito Saulis tributū est. Nulla enim in eo fuit huiusmodi sanctitas: quę ... Deus postea donū suū non reuocasset. Tantū confirmare Deus voluit nouā vocationem. ... Moses elegisset septuaginta senatores, qui populi causas cognoscerent, Deus dedit illis de ... Mosis, & inceperunt omnes prophetare. Apostoli quoq;, cū primùm inirent munus suū, & ... fundamenta nouæ Ecclesiæ, imbuti sunt inauditis charismatis spiritus sancti. Ita enim ap- ... oportuit nouum ministeriū. *Istud versum est in parabolam. Num etiam Saul inter prophe-* ... sum est in prouerbium, cum aliquis ex infimo loco vocatus esset ad summam dignitatem. ... primùm discere possumus, nullam esse tam vilem conditionem, quam Deus non possit ... deinde etiam in infimis & obscurissimis personis dona Dei non esse contemnenda.

Quid sibi velint signa quæ Sauli euenerūt

... stuit prophetare, venit in excelsum.) Discessit ab illis Saul, & venit in collem vbi erat ex- ... quo sacra fiebant, & reddebantur oracula. Eò, inquam abit, vnde isti prophetæ vene- ... sua vt oraret Deum, vt sibi regnum fortunaret.

Prouerbium Num Saul inter prophetas.

14 *Dixit autem patruus Saulis ad eum, & ad puerum eius: Quonam abieratis? Re-*
... *Ad quærendum asinas: quum autem videremus quod non, venimus ad Samuelem.*
15 *Et dixit patruus Saulis, Indica quæso mihi quid dixerit vobis Samuel.*
16 *Respondit Saul patruo suo, Indicando indicauit nobis quod inuentæ essent asinæ:*
... *rerum verò regni non indicauit ei quod dixerat Samuel.*

... putant hunc collem esse Gibbea, atq; ibi Saulem conuenisse patruum suum, cum iam ... Alij putant, fuisse potius Ciriathiearim, & eò patruum Saulis venisse, vt sacra fa- ... putant esse concisam & contractam orationem: & deesse, quod expleat sententiam: ac- ... primùm illum abijsse in Gibbea, deinde domum. *Interroganti patruo, quonam eum* ... Respondet Saul, se quæsuisse asinas patris: de Regno autem nihil indicat. R. Shelo- ... verecundia tacuisse de regno, ne aut vanus, aut ambitiosus videretur. Verùm ille af- ... Dei sciebat arcana Regnorum non esse effatienda. Multa enim mala sępè acciderunt

Quare Saul de regno tacuerit

rebuſpub. ex eo, quòd conſilia emanarint. At illis tamen prodenda ſunt conſilia, quòrum [illegible] ea ſcire. Alioqui enim ex Ariſtocratia faceremus oligarchiam. Nam poſtea aliquot tumultus ex populo, cœperunt indignè ferre & exclamare, An erit Saul Rex noſter? Quid illi facilè conſilia olfacere potuiſſent? Adhæc cogitabat Saul, ſe arbitris remotis, conſecratum [illegible] muſle. Itaque tacendum eſſe. Chriſtus quoque Seruator noſter iuſsit transfiguration[illegible] tempus taceri.

17 *Conuocauit autem Samuel populum ad Iehouam in Miſpáh.*

18 *Dixitq; ad filios Iſraelis, Sic dixit Iehouáh Deus Iſraelis, Ego eduxi Iſraelem ex Ægypto, & liberaui vos de manu Ægyptiorum, imò de manu omnium regnorum opprimentium vos.*

19 *Vos autem hodie abieciſtis Deum veſtrum, qui ſeruat vos ab omnibus malis veſtris & angustijs veſtris: dixiſtisq; ei: Sed Regem pones ſuper nos. Nunc ergo ſtate coram Iehoua per tribus veſtras, & per millia veſtra.*

20 *Et quum applicaſſet Samuel omnes tribus Iſrael, capta eſt tribus Beniamin.*

21 *Applicuit præterea tribum Biniamin per familias ſuas, & capta eſt familia Mani, & captus eſt Saul filius Cis: requiſieruntq; eum, & non eſt inuentus.*

22 *Conſuluerunt itaq; Iehouam an venturus eſſet adhuc illuc vir: & reſpondit Iehouáh, Ecce abſcondit ſe inter vaſa.*

23 *Currentes igitur: tulerunt eum inde, & conſtitit in medio populi, & altior erat toto populo ab humero ſuo & ſuprà.*

24 *Dixitq; Samuel ad vniuerſum populum, Videtisne quem elegerit Iehouáh, quòd non ſit ſimilis illi in toto populo? Et exclamauerunt vniuerſus populus, ac dixerunt: Viuat Rex.*

Hic videmus, ſeptem illos dies non eſſe accipiendos ſtatim à diſceſſu à Samuele. Nam declaratus Rex in Miſpa ſtatim eduxit exercitum in Ammonitas, & poſtea vocat populum in Gilgal. Apparet ex libro Ioſua Miſpa fuiſſe locum celebrem & aptum agendis conuentibus. Eò enim ſæpè vocata ſunt comitia populi. *Conuocauit Samuel populum ad Iehouam.*) Vocat populum ad Iehouam: non quòd ibi eſſet arca Dei. Nam ea erat in Ciriathiearim. Sic in libro Iudicũ populus vocatur ad Dominum in Miſpa, cum arca Domini eſſet in Silo. Quare Samuel hic vocat populum ad Dominum, quòd nihil acturus eſſet, niſi ex ſententia & voluntate Domini. Dimiſerat populum Samuel antea, vt irent in ſua quiſque tabernacula. Nunc eos reuocat, vt audiant, quid Dominus reſpondeat.

Vocat ad dominum cum vocat ad comitia.

Sic dixit Iehoua Deus Iſraelis.) Deus graui oratione populi ingratitudinem increpat. Commemorat beneficia ſua, quæ in illos contulerat. Reges, inquit, inimicos veſtros, Sihonem, Oggum, Iabinum, & alios veſtra cauſa extinxi & perdidi: & vos ſemper ex omnibus periculis eripui. Et quam tandem mihi gratiam retuliſtis? Repudiaſtis me Deum & Seruatorem veſtrum. Non exprobrat illis, quòd alienos deos ſequuti eſſent, quod tamen iure optimo potuiſſet: ſed quòd iuſſu ſuo Regem ſibi expetijſſent. Hoc cum faceretis, inquit, me prorſus repudiaſtis. Nam quia re nolunt præſcripto Dei, Deum abijciunt. Et qui ab vno homine ſe melius regi poſſe putant, quàm à Deo, præferunt ſua conſilia conſilijs Dei, nec illum habent pro Deo. Hoc Deus iam tertio grauiſsimis verbis queritur. Datur populo tempus: non idcirco, ne Saul crearetur Rex: Deus enim ab æterno præuiderat, eum fore Regem: ſed Deus voluit hoc tempus interponi, vt populus haberet ſpacium ad cogitandum de ſua temeritate, & de iure regio, quod Samuel deſcripſerat. At illi nihil mouentur, nec præ ſe ferunt ſignum vllum pœnitentiæ.

Quomodo Deus abijciatur.

Nunc ergo ſtate coram Iehoua per tribus veſtras & per millia veſtra.) Iubet Samuel, vt populus totus tributim conſisteret. Nihil ipſe pronunciat, ne res eius arbitrio videretur geri. Deus Saulem renuntiat Regem: non ipſius quidem merito, ſed populi cauſa, ne de Rege inter ſe contenderent. Res permiſſa eſt ſortibus, vt euitaretur ſeditio. Samuel enim videri potuiſſet gratia motus, ſi ille ſuo iudicio Regẽ elegiſſet. Et ſi ſuffragia populi valuiſſent, haud dubiè quiſq; fauiſſet maximè ſuæ tribui: cumq; tot eſſent tribus, non facilè inter ſe in vnum aliquem conueniſſent. Cumq; Saul ex infima tribu, obſcuro loco, ignobili familia electus eſſet, res ea carere nõ potuiſſet magna inuidia. Core Dathan, Abyron, & alij eorum congregales tumultum excitarunt in caſtris contra Moſen & Aaronem, quòd illos putarent fraude & dolo malo principatum & ſacerdotium occupaſſe. Veteria fuit apud veteres ratio ſortium. R. Chimhi putat, populum vniuerſum ſtetiſſe coram Domino.

Cur ſortitione vtantur.

An ſortibus vſi ſint in electione Saulis.

Nam

caperetur de rebus magnis, oportuit magistratum aut principem stare coră
Ita in libro Num: videmus, Iosuam cum designaretur dux populi, stetisse coram
Eleazarem autem respondere oportuit ex vrim & tumim. Ita Chimhi putat Samue-
lem pontifice, atq; ita captasse oraculum ex vrim & thumim, hoc est, ex literis illis,
quæ in Ephodi insculpebantur. Addit etiam, Arcam fortasse fuisse eò delatam. Sed hæc
omnia hic nulla est mentio, nec de sacerdote, nec de vrim & thumim, nec de Arca. R.
Chimhi ita transactam sortibus, vt nomine singularum tribuum scriberentur in sin-
gulas quæ coniectæ in vrnă postea ducerentur à sacerdote. Pro Chimhi facit, quod nul
la mentio sortium. Shelomo sequitur receptam opinionem omnium, qui arbitrantur
ita fuisse actum. Quod certè ab vsu & consuetudine Iudæorum non abhorruit. Nam ex
tribu sorte legebatur, vtrum oporteret amandari. Terra Chenaan distributa est sorti- *Sortium frequens vsus apud Iudæos.*
bus, designabantur sacerdotia. Ionathas, & Ionas deprehensi sunt sortibus. Mathias e-
lectus Apostolicis sorribus cooptatus est in ministerium. Quare cum ea ratio sortium fre-
quens apud Iudæos, videri potest R. Shelomo non malè suspicari, Saulem electum fuisse
sortibus. Quod autem Chimhi ait, adfuisse pontificem, Arcam Domini, & ephod, id mihi non vi-
detur omnino. Arca enim eo tempore fuit in Ciriathiearim. Et si ephod adfuerit, non ta-
men necesse est adfuisse Arcam. Videmus enim in hac historia, ea interdum fuisse disiun-
cta. Dauid fugeret, & veniisset in Ceila, iussit Abiatharum applicare Ephod, cum ta-
men fugientem non sequeretur. Idem postea factum est in Siceleg, cum tamen Arca
non adesset. Sed in textu, inquies, non nominantur sortes. Fateor. Sed ascribitur aliud, quod
huic æquipollet. Lachad enim significat deprehendere, capere, assequi coniectura. Quæ autem sor-
tes fuerint, nescio: nam vt dixi, multa erant genera sortium. Cicero de Diuinat. ait, cum Nu- *Sortes variæ.*
mitor quidam Suffetius secuisset silicem, exiluisse sortes insculptas in robore. Eodem tempore
fluxisse mel: itaq; ex illa arbore factam fuisse capsulam in quă illæ sortes conijcerentur. Istæ
fuerunt sortes Prænestinæ, quarum fama fuit olim celeberima. Apud Plautum legimus sortes
Populneas. Conijciebantur in situlam aquæ, & prout quæq; prima aut vltima emersis-
set, decernebantur. Pausanias in Messeniacis ait sortes fieri solitas ex argilla. Et Cresphontē
Peloponnesiū, vt ad se retraheret agrum Messeniacum, corrupisse sacerdotē Temenū,
quem alias sortes duxisse ad solem, Cresphontis ad ignem. Eoq; cum Cresphontis sortes tar-
dius fierent, illi agrum Messenium obtigisse. Darius pro sortibus vsus est hinnitu equi: alij a- *Sortiri quid sit. Tria genera sortium.*
lijs exorientis. Nihil aliud est sortiri, quàm aliquid agere, ex cuius euentu rem incognitā
deprehendere. Sed omnia genera sortium reuocari possunt ad tria capita. Aut enim
quæritur, cui aliquid adiudicandum sit, vt in diuisione agrorum, & bonorum: hæ sortes ap-
pellantur diuisoriæ: Aut, quid sit potissimùm agendum: quæ sunt consultatoriæ: aut, quid sit fu-
turum, quæ sunt diuinatoriæ. Verum permagni refert intelligere, à quo principio sortes pen- *A quo principio pendeant sortes.*
deant. Nihil enim eas à fortunat temperari, vanum est: à dæmonibus, superstitiosum: à cœlo, aut
à ridiculum. Reguntur ergo à Deo. Nam vt ait Solomon, sortes conijciuntur in sinum, & *Quid sors.*
à Domino temperantur. Augustin. Psalmo 30. ait Sortes nihil esse, quàm in dubitatione huma
næ diuinæ voluntatis. Hinc digrediens ait, prædestinationem & gratiam posse dici sor-
tem pendeant non à meritis nostris, sed à misericordia Dei. Apud Deum quidem præde-
stinata & certa est: nobis autem videtur fortitò contingere. Et ad Honoratum, In graui
periculo non debent omnes ministri fugere, nec omnes se obijcere periculo. Retinendi sunt,
quorum vsum futuri sunt satis: alij ablegandi, vt ad meliora tempora reseruentur. Sed
hic finis habendus est: Retinendi sunt, inquit, quos manenti plebi vtiliores putamus fore.
Et si omnes videantur æquales, & omnes dicant se velle manere & mori, tum, inquit,
mittenda est sortibus. Et in lib. de Doctrina Christ. Si occurrerint tibi duo æquè paupe-
res, vterq; æquè opus habeat præsenti ope, & tu vtrunq; iuuare non possis, alterū possis,
melius est, quàm fortitò agere. Cauendū tamen est, ne nimis temerè veniamus ad sor- *Quomodo & quando sortibus vtendum.*
tes. Ad quas non est donis Dei, Spiritu, verbo, ratione: nec sortiendum, nisi necessitas cogat.
Quæstio tamen indicanda est, si quid occurrat, quod faciat ad gloriam Dei aut ædificationem
proximi. Si humana prudentia dispicere non possis, aut si possis, tamen inuidiam alia ratione
vitare non possis. Ita fratres inter se diuidunt hæreditates: & Romani olim, vt dissidia tolle
rent, solebant ejusdem. Proximum est, ne quid temerè fiat: oportet enim ad sortes accede-
re timentes. Tertium est, vt absit superstitio. Quartum, vt fraus & dolus malus.
Non ad sortes adhibeamus Euangelium aut verbum Dei. Sed quoniam ista non facilè
possunt, ideirco Hieronymus in Ionam prorsus negat licere vti sortibus. Quanquam sunt,

qui eum intelligant tantùm loqui de sortibus superstitiosis. At ille non obscurè damnat eapraxe eaque quæ de sortibus leguntur in sacris literis, negat trahi oportere in exemplum. Aliter tamen, vt dixi, sentit Augustinus. Neque verò periculum est, ne videamur tentare Deum, is enim est qui sortes dirigit. Sed dices: Israelitæ habebant oraculũ & Ephod: Quid ergo opus fuit sortibus? Habebant quidem, sed habebant etiam Samuelem prophetam. Ille monuit eos nomine Domini, vt vterentur sortibus. Beda in Act. ait, factum illud Apostolorum de Matthia non esse imitandum in exemplum. Illos enim nondum accepisse Spiritum sanctum: quem cum accepissent, nullus in eligendis Diaconis non vsos esse sortibus. Ego verò vtranque electionem æquè ratam ac sanctam fuisse non dubito. Quamuis autem nondum accepissent dona Spiritus sancti, eum tamen habebant in cordibus. Neque venerunt ad sortes, nisi prius alijs omnibus rationibus explorata. Viderunt esse duos pari iudicio, pietate, dignitate: vt nihil periculi futurum esset, vtercunq; fuisset electus. De diaconis autem transigi poterat sine sortibus. Septem enim in medium proponebantur: & eos omnes elegerunt. Sed, si ex illo numero aliquot tantùm fuissent eligendi, non dubito illos vti potuisse sorubus. Sed hoc nobis in isto exemplo imitandum est. Illi interim orabant Dominum: & Samuel ait, populum stetisse coram Domino: hoc est, religiosè expectasse, quid Dominus statueret. Et anotare debemus, in textu ascriptum esse, Adhuc interrogarent Dominum, cum nondum Saulem inuenissent. Adhuc, inquit: Quia & prius per sortes interrogauerant Dominum. Reprehensi antea sunt à Samuele, & vt agerent pœnitentiam, & vt religiosè starent coram Domino. Id vt rite faciant, Dominum consulentes orarunt. Cum autem quæreret vtrum venerit, non id sortibus exquirunt. Quomodo enim sortito inuenire potuissent latentem inter sarcinas? Sed auditis precibus Samuelis, Deus indicauit vbi esset. Hic admirari debemus egregiam fidem Samuelis: qui cum sciret, Saulem à Deo electũ Regem, tamen non dubitarit rem permittere sortibus. Alius fortasse dixisset: Nõ ita fiet, Fortasse sortes aliter cadent, & hunc excludent.

Cum sortibus agerent Deum interrogant.

An Saul rectè fecerit fugiendo.

Sed quæri potes, rectène fecerit Saul, quòd fugerit, & onus regni subire noluerit? Videtur enim debuisse cum potius cedere consilio Dei, ad quod nos oportet omnes nostros sensus conformare, non autem fugere labores, aut dubitare de bonitate Dei, quasi ad sustinendum illud munus vires non esset largiturus. Iosephus ait, hoc in eo argumentum fuisse magnæ modestiæ: voluisse enim eum non nisi inuitum trahi ad regnum. Hic videmus duo extrema. Alij enim ita incenduntur ambitione, vt omnibus & æquis & iniquis rationibus ferantur ad honores. Alij ita animo summisso & dejecto sunt, vt omnes labores reformident. Inter hos medij quidem sunt, qui honores nec ambiunt, nec fugiunt, sed tantum sequuntur vocationem Dei. Quam sicunt, non esse vituperandum factum Saulis. Et in eam sententiam citant exemplum Senatoris nostri. Is enim subduxit se de medio, cum populus eum voluisset creare Regem. Verùm hoc exemplum non est simile. Non enim ea causa venit Christus, vt magistratum gereret. Vt seruaret hominum genus, venit, non vt regnaret. Magis ad rem facit, quod Christus sit alio loco, Vocatus ad Cœnam, infimum locum in mensa occupa. Nam qui se exaltat humiliabitur. Qui sentiunt de se summisse & modicè, debent id vitæ exemplo ostendere. Id Saul & hoc loco facit, & antea fecerat, cum à Samuele admoneretur de Regno: Nonne, inquit, tribus mea infima est inter tribus Israel? Et familia patris mei minima in tribu Biniamin? Multi horrent & fugiunt magistratus propter laborum magnitudinem. Qua etiam de causa multi se interdum magistratu abdicarunt, vt Diocletianus, Maximianus: Sylla etiam deposuit dictaturam. Agustinus fugit eos Ecclesias quæ non habebant Episcopos, ne ipse Episcopus crearetur. Gregorius fugit, ne eligeretur Episcopus Romanus. Et certè ambitiosi non spectant labores, aut commodum Reipublicæ, sed tantum opes ac dignitatem suam. Saul ergo non se iudicio Dei subducere, sed tantum ingenij sui pudorem & modestiam significare voluit. Post enim laudatur à Samuele, quod humilis fuisset in oculis suis.

Videtis ne quem elegerit Iehoua?) Producitur Saul in medium: & apparet eminentior vniuerso populo: atq; ita cum Samuel commendat multitudini. Id autem fecit, non vt gratiam inirent apud nouum principem, sed vt Dei beneficium apud populum testaretur. Sed mirum est, Saulem non ab alijs potius virtutibus, sed tantùm à proceritate corporis cõmendari. Scire autem debemus id factum esse pro ratione loci, temporis, & rei. Populus enim quo cum agebat Samuel, primùm occupitur proceritate & aspectu corporis. Deinde nulla adhuc extabant Saulis præclara facinora, & ignobilis & minus obscurus agaso, & in vulgus ignotus. Adhuc si in eo veræ virtutes extitissent, non potuissent posteà auferri. Est enim virtus stabilis & perpetua. *Viuat Rex.*) Populus acclamat, perpetuum Deus hanc felicitatem nouo Regi. Fuit ea consuetudo populi Israelitici, vt Regibus suis acclamarent faustis ominibus, Osiannà, Benedictus qui venit in nomine Domini. Ille mos posteà non tantum

Cur solum à proceritate corporis laudetur.

Acclamationes.

sed etiam in patribus concionantibus retinebatur. Itaq; Chrysostomus monet sæpè populum non acclamare, sed imitarentur ea quæ audierant. Ita legimus acclamatum, multos annos imperatori. Et cum Augustinus designasset sibi successorem Eradium, auditæ sunt acclamationes populi pro ipsa precantis.

Et loquutus est Samuel ad populum ius regni, scripsitq; in libro, & reposuit coram Domino, dimisitq; Samuel vniuersum populum, quemq; ad domum suam.

Sed & Saul abijt in domum suam in Gibeah, & abierunt cum eo exercitus, quorum tetigerat Deus cor.

Filij autem impij dixerunt, Quid saluabit nos iste? Et despexerunt eum, nec attulerunt ei munus vllum: ipse verò erat veluti surdus.

Quidam putant Samuelem, vt erat propheta, prædixisse populo, quid esset euenturum sub Rege. *Ius regni.*
Alij eum putant explicasse populo ius regium, & pœnam rebellionis. Alij arbitrantur, eum
cap. 17. Deutronomij, in quo Regis officium continetur. Videtur autem necessarium fuis
scriberet. Nam antea populus vixerat sub Aristocratia. Nunc mutato magistratu oportuit
leges, ne populus ignarus transgrederetur. *Et reposuit coram Domino.*) Aliqui pu-
esse eum ius illud Regium ad latus arcæ fœderis: quod in Deuter. præcipitur fieri de le-
in Maspa, vbi sacellum erat, ad quod populus conuenire solebat, & precari Deum.
Commentarij qui ascribuntur Hieronymo, putant ibi fuisse arcam fœderis. Verum id tam antea re
Fuit enim in Ciriathearim vsq; ad Dauidem Regem.

Sed & Saul abijt in domum suam.) Soluit comitia Samuel, declarato tantum Rege Saule, non- *Israelitæ sæpè ea quæ petierunt deinde respuerunt.*
inaugurato. Itaque Saul priuato habitu & comitatu redit domum. Suscipere autem noluit
regnum, non tantum quia non erat inauguratus, sed etiam quia quidam filij Belial illi detra-
hebant. Quod autem multi Saulem reijciunt, nihil discedunt ab ingenio & more suo. Legimus e-
nim sæpè multa orasse Deum, & statim oblata respuisse. Orant liberationem ex Ægypto: Libe
rantur, se velle redire. Orant annonam in deserto. Datur manna, vnde conficerent placentas
suauissimas. At illi clamant, Nauseat anima nostra super cibo hoc leuissimo. Cum exularent in Ba
bylone, orant reditum in patriam, Reditus conceditur: maxima pars redire recusat. Ita hic petunt
Deo regem, & statim oblatum respuunt. An hic, inquiunt, potest nos seruare? Peccauerant qui- *Israelitæ grauius nunc peccant quàm ante.*
dem inter antea cum iniussu Dei Regem peterent, nunc autem multò grauius peccant, cum
Saulem repudient fortibus, sine vlla fraude, solo Dei iudicio renunciatum: quid illi feci-
Samuel eum illis suo iudicio aut voce prius commendasset? Viri fortes & meliores sequuti
illum, & dona illi dederunt, quod erat signum subiectionis. *Quorum tetigerat Deus cor.*) Si spe
ctas tantùm externam vocationem, Deus omnibus cor tetigerat. Verbũ enim & decretũ, & iu
stam suam proposuit omnibus. Verum id non erat satis. Oportet etiã vt Deus intus flectat ani-
mos ex nolentibus faciat volentes. Non autem adfert vim Deus cuiquam, aut cogit: sed facit, vt
velle incipiant, quæ antea displicuerant. Animalis enim homo non percipit ea, quæ sunt Spi-
ritus Dei. Deus autem eum molliter inflectit, vt consentiat. *Ipse verò erat veluti surdus.*) Filij Belial
contemnunt. Saul verò tanquam surdus id se audire dissimulat. Ac sapienter facit: frustra enim illis
obsistit: & reipsa maluit se declarare Regem esse quàm verbis. Id postea declarauit, cum Iaben-
sibus auxilium. Tum enim Deus electionem suam comprobauit.

CAPVT XI.

Ascendit autem Nahas Ammonites, & cãstrametatus est contra Iabés Gileád: & dixerunt omnes viri Iabés ad Nahas: Percute nobiscum fœdus & seruiemus tibi.

Dixitq; ad eos Nahas Ammonites, In hoc percutiam vobiscum effodiendo vobis omnem oculum dexterum, ponamq; istud opprobrium super totum Israelem.

Ad quem dixerunt Seniores Iabes, Concede nobis septem dies, vt mittamus nuncios per omnem terminum Israel: & si nullus sit qui seruet nos, egrediemur ad te.

Peruenerunt q; nuncij in Gibea Saulis, & loquuti sunt verba in auribus populi: & sustulerunt vniuersus populus vocem suam & fleuerunt.

Partitio capitis.

HOC caput tria complectitur: Primùm Naas mouisse bellum Israelitis: Deinde Deum dedisse Israelitis victoriam: Tertio confirmatum esse regnum Sauli. Quod ad primam attinet, Iosephus ait, hæc contigisse post mensem, quàm ductæ fuissent sortes. Id quidem & Græca & Latina versio transtulerunt è Iosepho: at in Hebræo non habetur.

Castrametatus est contra Iabes.) Tota illa regio pertinebat ad Ruben, & Gad, & dimidiam tribum Manasse. Hic habitauerat Sehon Rex Amorrhæorum, & Og Rex Basan. In hoc tractu erant montes Gilead: cuius pars dimidia cesserat Gaditis, & Rubenitis, altera dimidia tribui dimidiæ Manasse. Erat ista regio vicina admodum Ammonitis: vt apparet ex libro Iudicum, & Numerorum.

Iabenses non fuerunt synceri.

Apparet istos Iabenses parùm fuisse synceros, qui ita procliues & parati fuerint ad fœdus faciendum cum Ammonitis. Desponderant enim animos & desperauerant de auxilio Dei. Legimus etiam istos cum commune bellum contra Biniamitas gereretur, voluisse esse medios, & ad neutram partem accedere: quod certè bonos ciues facere nō oportuit. Itaq; postea occisi sunt ad vnū, reseruatis tantum filiabus nubilibus, quæ in matrimonio collocatæ sunt illis qui superfuerant è tribu Biniamin. Causa cur Naas bellum indicat Israelitis, non ascribitur: sed ea ex alijs locis non difficulter colligitur. Sehon Rex Amorrhæorum eripuerat Ammonitis partem meliorem eius regionis ab Arnon vsq; Iaboc. Eam partem Israelitæ expulsis Amorrhæis retinebant iure belli. Ea causa fuit, cur Ammonitæ toties Israelitas afflixerint. Repetebant enim regionem eam, quam Israelitæ occupauerant. Itaq; cum Iephthe misisset nuncios ad Regem Ammonitarum, qui quereretur, cur ita populo Israelitico molestus esset, ille respondit, Quoniam me inuito possidetis terrā meam. Iephthe verò respondit, Non habemus regionem eam à vobis, sed Amorrhæis, quos expulimus: Et eam iam annos ducentos possedimus. Quamuis autem eo tempore profligati fuissent à Iephthe, tamen nunc denuò eandem regionem repetunt. Cum ille bellum indiceret Israelitæ consternati cœperunt cogitare de Rege. Non putant, se à solo Deo posse defendi. Iabenses perterriti, Ini, inquiunt, nobiscum fœdus. Si petes tributum, non negabimus. Peccant isti Iabenses multis modis. Nam in Deuteronomio disertè cauetur, ne Israelitæ ferirent fœdus cum Ammonitis: neue eos in ciuitates suas admitterent. Ita illos Deus quodammodo excommunicauerat. Isti tamen illos recipiunt, non tantùm vt ciues, sed etiam vt Dominos. Deinde in Deuter. mandatur, vt si viderent currus & quadrigas hostium, & infesta signa, & omnem vim militarem, ne expauescant. Isti verò ita timent, vt velint se etiam dedere hostibus. Adhæc iniussu Dei deficiunt à fœdere Dei & desciscunt ad Ammonitas: nec in mentem venit societatis antiquæ, quam contraxerant cum tribu Manasse. At impendebat, inquies, timor ab hoste. Fateor. At agenda erat penitentia, adhibendæ erant preces, fiducia locanda erat in solo Deo, postremo quantū humano ingenio fieri potuisset, addenda erant humana præsidia. Dedere verò se hosti nō oportuit, nisi Deus id iussu suo & oraculo imperasset. Nam cū Nabuchadnezar oppugnaret Iudæos, Deus eos expresse monuit per Hieremiam, vt se dederent. Hoc autem fœdus continet apertam defectionem à Deo.

Causa belli.

Iabenses peccarunt cum fœdus inire vellent.

Ammonitarū odium contra Israelitas.

In hoc pertutiam fœdus vobiscum effodiendo vobis omnem oculum dextrum.) Nahas vt illos persequebatur graui odio, ita illis grauissimam inurit ignominiam: vt paterentur quisq; sibi extrudi oculum dextrum. Ammonitæ obstiterunt Iudæis exeuntibus ex Ægypto, & comeatum petentibus non dederunt: conduxerunt Bileamum, qui eos diris deuoueret. Cumq; vi nihil possent, adiderunt fraudes. Filias suas pulcherrimas prostituerunt, vt vel sic relinquerentur à Domino. Ita Dominus castigauit quidem eos, at non deseruit. Iosephus hanc historiam narrat paulò aliter. Ait Nahassen primùm alijs Israelitis effodisse oculos: deinde misisse legatos ad Iabenses, vt aut oculus sibi dextros effodi paterentur, aut grauissimam obsidionem expectarent. Causam autem huius tyrannidis fuisse ait, vt ad bellum inutiles redderentur. Nam sinister oculus scuto tegitur. Verùm scripturæ commemorant hoc ignominiæ tantum causa factum esse. Grauis erat ista conditio, & morte ipsa turpior. Vilis enim animi & ignaui est, qui tanti faciat vitam præsentem, vt eius causa pati velit sibi oculos eripi. Veteres patres ex hoc loco allegoriam non inelegantem elicuerunt. Bellum nobis assiduum gerendum esse cum Diabolo: illum nihil aliud quærere, nisi vt nobis oculos eripiat, vt neo humana nec diuina rectè consideremus, nec fide Dei promissionibus inhæreamus. Hebræi verò aliam sibi allegoriam hoc loco pepererunt penè fabulosam. Aiunt enim, Nahassen non petijsse oculos Iabensium: sed hoc potius mandasse, vt ad se deferrent legem Dei, quæ illis erat instar oculi, vt locum illum penitus eraderet, quo cauebatur in Deuteronomio, ne vnquam Ammonitæ reciperentur in Rempub. Iudæorum. Hæc illi. Ego verò iste potius ad Papam refero: Ille enim neminem recipit in fœdus, nisi illi prius eripiat oculum dextrum. Auferre enim populo verbum Dei, quo erepto, necesse est, vt maneant cæci in caligine: persuadere q; verba scripturę quæ continent promissones de Christo, & gratiam Dei nihil ad illos pertinere. Hanc tantam iniuriam & contumeliam nemo Christianus ferre debet.

Allegoria huius loci.

Ad quem

...seniores Iabes, Concede nobis septem dies.) Petunt inducias, vt interim possint ... à reliquis Israelitis. Quod si impetrare non possent, tum se vltrò ad eũ egres- *Iabenses tentant Deum.*
...quicquid ille vellet. Sed isti impiè tentant Deum. Præscribunt enim illi, quo ratio ...quo loco sibi auxilium ferre debeat. Deus autẽ habet mille modos & vias ad salu ...randum ab Israelitis coniunctis viribus posse seruari. Deus verò etiam absq; ...esset eos liberare. Deinde præstituũt septem dies. Quid si post decem dies, quid ...voluisset adferre suppetias? Est enim Deus vt David ait, adiutor in oppor- ...nos, non cum ipsi volumus, sed cum ipsi videbiter opportunum. Prius cœlum, ... & ruent, quàm Dei misericordia erga suos possit deficere. Quare non est homi- ...scribere Deo. Ita Diabolus aggressus est Christum, Dic, inquit, vt lapides isti panes ... Deus nulla alia ratione alere possit suos, nisi lapides conuertat in panes. At Christus ... Non in solo pane viuet homo. Deus potest me alia ratione pascere. Nolo illi præscri- ...bus sit, Nabassen dedisse Iabensibus septem istos dies inducias, quòd speraret nemi ...rum auxilio. Audierat enim eos inter se de regis electione dissensisse, & postea cum de ...esse, alios eum probasse, alios repudiasse. *Sustulerunt vniuersus populus vocem suam, ac* ...Israelitæ lamentantur ac plorant: partim, quod sociorum miseria tangerentur, partim, ...timerent sibi. Nabas enim expugnatis Iabensibus in proximos fines erat irrupturus. ...sent prorsus mulicbria. Quid enim fiere ac lamentari profuit? Oportuit potius resi- ...recurri Deum, illi vni confidere, & sequi sana consilia. Nihil horum illi faciunt. Imò cum ...sum per omnem regionem Israeliticam vagarentur, nemo erat, qui illis polliceri vel ...auxilium, antequam illi Perueniissent ad Saulem. Sed Deus de industria abuti voluit hoc bello, ...populo commendaret.

Interea Saul veniebat post boues ex agro, & dixit Saul, Quid populo, quod
flent? Et narrauerunt ei verba virorum Iabes.

Tunc transiuit Spiritus Dei super Saulem, quum audisset verba hæc, iratusq; est
furor eius valde.

Et tulit par boum, & in frusta concidit illud, ac misit in omnem terminum Israelis
per manum nunciorum, dicendo, Qui non exierit post Saulem & post Samuelem, sic fiet
de bobus eius. Et cecidit pauor Iehoua in populum, & egressi sunt tanquam vir vnus.

Recensuit itaq; eos in Bezec: & fuerunt filij Israel trecenta millia, & viri Iehu-
dæ triginta millia.

Dixerunt q; nuncijs qui venerant, Sic dicetis viris Iabes Gilead, Cras erit vobis
salus quum incaluerit Sol. Et venerunt nuncij, renunciauerunt q; viris Iabes, & gau-
sisi sunt.

Dixerunt igitur viri Iabes, Mane egrediemur ad vos, vt facietis nobis quic-
quid bonum erit in oculis vestris.

Postridie autem disposuit Saul populum in tria capita, & inuaserunt medium ca-
strorum in vigilia matutina, & percusserunt Ammon vsque dum incaluit dies: qui au-
tem superfuerunt, dispersi sunt, nec remanserunt ex eis duo pariter.

...nomen בקר. Græci reddiderunt πρωϊ, decepti ambiguitate vocum. Nam apud Hebræos ... significat mane, בקר bakar verò armentum. Non est autem verisimile Saulem perno- ...vt mane rediret domum. R. Schelomo tamen hoc quoq; ad tempus refert, quasi eo ...ul redierit, quo armenta reduci solebant. At R. Chimhi putat illum redijsse domum ...e agricolis. Quidam putant, Saul egressum fuisse, non vt araret, sed tantum vt corpus ...ret iacularetur, aut ambularet. Ita in lib. Gen. legimus Isaacum egressum, vt se exer- ...quid opus est ista fingere? Saul nondum susceperat administrationem regni, quòd illũ ...repudiassent. Quare cum esset priuatus, quid mirum est, si coluerit agros? Deinde ap- ...illos fuisse Saulis, eos enim postea secuit in partes, & misit in omnes partes Israel. Sed ...itari eum interim oportuit de Repub. Fateor. Sed tamen datur aliquod spacium ad ...vires. Alij principes pilæ se exercent, aut iaculis: alij se crapulæ tradunt, & libidinibus: ...bouem, & ita se oblectat. At ista studia, inquies, indigna sunt viro principe. Esto.

Nec Saul adhuc erat princeps. Certè Romani veteres habuerunt sæpè fortissimos Dictatores & Consules ab aratro. Terra, inquit Plinius, gaudebat tractari à coli ab Imperatoribus: Et magni, inquit, erant prouentus illorum temporum: quia eadem manu terra tractabatur, qua arma. Inde fuerunt clarissimæ familiæ, Pisonum, Fabiorum, Portiorum, Ciceronum, Lentulorum, à Pisis, Fabis, Porcis, Cicere, & Lente. Erat ergo exercitium illud primum honestum, deinde etiam suo suosum Reipublicæ. Durabatur enim corpus laboribus, & aptius efficiebatur ad pugnandum. Iudæi ex nullo hominũ genere robustiores milites deliguntur, quàm ex rusticis. *Quid populo, quid Saul.* Antea cum rediret à Samuele, & incidisset in prophetas, mutatus est in virum alium. Ita hoc loco induit admirabilem storgen erga populum. Quid, inquis, fiet populus? Quid adueniet? Hodie verò quotus quisque est principum, qui curet, quid populus faciat? Quid de quæstionibus, quæ de conditione sua querentis contemnuntur à Regibus? Olim tamen exigetur à principibus, quicquid iniuriæ populus patitur illorum negligentia. Lege ipsa naturæ principes adiguntur, vt moueantur querimonijs & miseria suorum popularium. Multi tamen hodie sunt, qui nec lege naturæ moueri velint, nec verbo Dei.

Storge Saulis erga populum

Qui spiritus qui cecidit in Saulem.

Apathia Stoicorum.

Tunc transiuit Spiritus Dei super Saulem.) Chaldaicus interpres exponit spiritum fortitudinis. At ego non tantùm fortitudinis spiritum fuisse puto, sed etiam prudentiæ militaris. Fortitudinis enim impetum regi & temperari oportet prudentia. *Iratusq; est furor eius valde.*) Ira est instrumentum Spiritus sancti. Eant ergo Stoici cum apathia sua. Nam affectus boni sunt natura sua, nisi nostro vitio corrumpantur. Ira verò, vt Aristoteles scribit, est cos fortitudinis. Est enim appetitus vindictæ. Saul impulsus diuino Spiritu vlciscitur se de hoste. Hoc homini priuato non licet. Nec fecit Saul merita Iabensium, sed tantùm gloriam Dei: nec eius hereditas, vlla ex parte imminuitur.

Et tulit par boum & in frustra concidit.) Arripit Saul par boum, & eos secat in partes, mittitq; in omnes tribus Israel cum mandatis, si quis ad illud bellum non veniret, ita se facturum bubus & armentis eius. Non tantum verbis proponit edictum, sed etiam addit symbolum. Homines enim ita facti sunt, vt multò acrius signis externis propositis mouentur, quam solis verbis. Itaq; instituta sunt sacramenta, vt non tantum verborum nuda significatione, sed etiam symbolorum sub oculis subiectione adduceremur ad Deum. Videtur Saul imitari factum illud Leuitæ, cuius historia describitur in lib. Iud. Quanquam ibi capitis pœna proponebatur, hic boum tantum omissio. Ibi cadauer humanum secabatur in partes, vt in omnes tribus Israel diuiderentur, hic tantum secantur boues. Mandat, vt omnes aut se ducem sequantur, aut Samuel. Oportuit enim eos, qui Saulem agnoscerent regem, se ad eum adiungere, eos verò, qui eum repudiabant, tamen sequi Samuelem, quem negare non possent esse Iudicem.

Homines signis acrius mouentur quam solis verbis.

Et cecidit pauor Iehouæ in populum.) Timor iste non erat natiuus, sed ex afflatu Dei. Is enim est, qui nobis timorem, fiduciam, fidem, & omne genus virtutũ ingenerat. Plato ipse fatetur, virtutes ad homines proficisci ex afflatu Dei. Dicitur autem iste timor non edictorum, non Regis, non malæ, sed Domini. Timebant enim ne offenderent Deum, si socios deseruissent. Quanquam potuit etiam dici timor Dei, quod esset immissus à Deo. Sed hoc animaduersione dignum est. Deus addere vim & pondus edictis principũ, & verbis concionatorũ. Nõ est autem vis illa aut inclusa in charta, aut in verbis posita, sed Deus edicta ipsa & verba animat quodam modo, vt hominum animos ferant vehementius. Nõ tamen semper omnes æquè cõmouent. Quamuis enim multi simul audiant eandem concionem, non tamen statim omnes afficiuntur eodem modo. Deus enim illam vim moderatur & temperat pro arbitrio suo.

Timor Iehouæ

Deus addit pondus edictis principum.

Quare tribus Iuda seorsim censeatur.

Recensuit itaq; eos in Bezec.) Saul non promisit Iabensibus auxilium, priusquam vniuersum populum conuocasset. Nam si postea populus assentiri noluisset, promississet frustra. In censendo populo tribus Iuda seorsim numeratur ab alijs tribubus. Erant in alijs tribubus trecenta millia, in tribu Iuda sola triginta. Hoc priuilegij habuit illa tribus, quòd eam oporteret semper primam occurrere periculis. Apparet viros Iuda fuisse modestos & probos. Quamuis enim scirent sibi promissum esse ius Regni in alias tribus, tamen cum viderent, Saulem creatum esse Regem à tribu Beniamin, nihilominus statim adfuerunt ad edictum, & communis belli primas partes susceperunt. Verisimile est, Saulem lustrasse exercitum ad ripam Iordanis. Transmisso enim eo flumine, non difficile vno die cum exercitu venire Iabes. Sed videtur res ea non vacasse periculo, vnumquemq; populum vnà educere è terra sua, cum à tergo relinquerent Palæstinos. Sed ex eo apparet, grata fuerit illorum fiducia, qua non dubitabant, Deum suis promissionibus non defuturum.

Fiducia Israelitarum.

Mane egrediemur ad vos.) Interea Iabenses mittunt ad Ammonitas, se cras exituros, paratos ferre omnia, quæ illi sibi imponere decreuissent. Astutè celant consilia, ne postea intelligerent Iudæos adfuturos auxilio. Maximum genus stratagematis est, efficere, vt hostis securè agat. Et certè huiusmodi prudentes & doctæ fraudes non damnantur. Dolus enim an virtus, quis in hoste requirat?

Stratagema. Hostes fallere licet sed certis legibus.

...sarmis, si licet aduersus hostem, aut non licet etiam dolis? Ita tamen illa uti licet, ...randum, aut pactum cum hoste violetur. Hic videmus victoriam constitui in ce... Saul statim postridie & hostes profligauit.

...castrorum in vigilia matutina.) Veteres Hebræi habuerunt tantum tres ...ex consuetudine Romanorum, vt est credibile, addiderunt quartam. Nam ...legimus. Christum venisse ad discipulos quarta vigilia. Veteres autem vsos ...vigilijs, apparet ex cap. 7. Iudicum, vbi Gideon legitur egressus in hostē me... ...vigilia. (*Qui autem superfuerunt, dispersi sunt, nec remanserunt ex eis duo pariter.*) ...distribuit, vt duo vnà non relinquerentur. Quamadmodum autem coniunctione ...ur vires, ita dissipatione frangantur. Deus abutitur hoc bello, partim vt miseri... ...& constantiam ac fidem promissionum testificaretur, partim etiam vt Regnum ...facinore confirmaret. Neq; enim hæc victoria meritis vllis aut Iabensium, aut o... ...rum ascribenda est. Illi enim fœdus cum Ammonitis percussuri erant, & passuri, ...reparentur. Israelitæ verò alij Deū ipsum in Samuele abiecerant, tumultuati fuerant ...Rege, cum iam creatus esset, de eo inter se dissenserant. Quicquid ergo hic laudis est, ...tribuendum est misericordiæ Dei. Prudenter quidem populum describunt in tres ...quantulum hoc erat, nisi Deus vim suam aspirasset? Populus conuenit ad mandatum ...quidem obedientia placet Deo: non tamē fuit ea causa victoriæ. Legimus Ammo... ...gatos esse à populo Israel. Semel ad Baal phegor vt apparet in libro Numerorum: ...Iephthe principe: & nunc tertio. Credibile est, Iabenses parta de hostibus victoria ...simos. Et quamuis essent alioqui viri mali, tamē non erant postea ingrati erga Saulem. ...cidisset in monte Gelboe, eius cadauer & filij Ionathæ in suam ciuitatem retulerunt, ...sepelierunt.

Dixitq; populus ad Samuelem, Quis est qui dicebat, Saul regnabit super nos? da... mori faciemus eos.

Dixitq; Saul, Non interficietur quisquam die hac: quia hodie fecit Iehouāh salu... Israele.

Dixitq; Samuel ad populum, Venite, & eamus in Gilgal, vt innouemus ibi re...

Abiit ergo vniuersus populus in Gilgal, & constituerunt Regem ibi Saulem co... Iehoua in Gilgal, ibiq; sacrificauerunt victimas pacificas coram Iehoua: & lætatus ...Saul & omnes viri Israel, mirum in modum.

...dem populus accedit ad sententiam Dei: sed sero. Cur enim antea ista non dicebant, cum ...Saulem repudiarent? Hoc est ingenium populi, vt tempori seruiant, & sequi velint prin... quandiu res bene succedunt.

...ficietur quisquam in die hac.) Vtinam Saul ita feciſſet postea. Non ita crudeliter oc... ...ites in Nobe, aut persequutus fuisset Dauidem. Sed ea est conditio rerum humana... ...ipia sæpè rectè incipiantur, sed desinant pessimè. Scimus enim, quæ fuerint initia Ti... ...qui postea flagitiosissimè imperauerint. (*Quia hodie fecit Iehoua salutē in Israele.*) ...Deus illis hodie salutem dedit: nos ergo non debemus eos perdere. Hæc ratio pijs ...sissimè in animum venire debet: Christus me seruauit, Quomodo ergo possum ego ...dere? Christus me liberauit, Quomodo ergo ego me conijcio in seruitutē? Nulla alia ...conciliatur principi authoritas quàm clementia. Crudeles enim statim à se animos ...unt. Augustus cum audisset Cinnam Nepotē Pompeij sibi parare insidias, accersiuit ...sit poni sellam in qua vnà sederet, commemorat sua erga illum beneficia, se illi ser... ...quam potuisset eripere. Videatur ergo, inquit, vtrum ego meliore fide tibi vitam de... ...mihi debeas? Itaq; dedit illi consulatum: & ex eo tempore sequuta est inter eos fir... ...itia. Dauid & suspicatus est, & pergit, & clausit regnum suum mitissimè. Itaq; dictus ...um cor Dei. Roboam autem sua crudelitate populum à se alienauit.

...ad populum, venite, et eamus in Gilgal.) Cum Samuel videret omnes consentientes ...Veniamus, inquit, in Gilgal. Fuit ille locus vicinus Iordani, vbi Iosue iusserat duode... ...lapides, quos Israelitæ sumpserat ex fundo Iordanis, cū aqua cōsisteret. Ibi Iosue ius... ...populū circūcidi & fœdus renouari. Quare Samuel voluit in eodē loco renouari ...autē facit, vt habere posset concionē ad populum, qua eos excitaret ad pœnitentiā,

Victoria hæc tribuenda misericordiæ Dei

Ammonitæ tertio victi ab Israelitis.

Populus seruit tempori.

Clementia Regibus authoritatē conciliat.

Cur Gilgal locus religiosus.

Et constituerunt Regem ibi Saulem.) Renouatus fuerat antea: hic autem dicitur [illegible] publicè à toto populo confirmatur. Nam antea non omnes eum pro Rege [illegible] translatione habetur, eum vnctum esse, sed id in Hebræo non scribitur. [illegible] illum hoc tempore fuisse vnctum. Antea enim vbi fuerat vnctus publicè [illegible] mùm adscripta fuissent ad marginem, postea relata sunt in textum. [illegible] *cificas eorum Iehoua.*) Erant sacrificia Eucharistica. Non sibi aut populi [illegible] Domino. Ideoq; illi facit sacrificium, & gratias agit. In istis sacrificijs [illegible] bat sacerdotibus, pars reddebatur populo, vt lætarentur coram Domino. [illegible]

Eucharistia conuenit cum pacificis sacrificijs.

uenit nostra Eucharistia: in ea enim comedimus, & bibimus, & lætamur coram [illegible] tem, vt Papistæ somniant, mactamus & offerimus Filium Dei. Patres quidem appellarunt [illegible] crificium propter memoriam & recordationem sacrificij. Tho. ipse 3. q. 3. Par. 1. Quærit [illegible] sa immoletur Filius Dei. Postremò concludit hac distinctione: Sacrificium vocatur vel quòd [illegible] memoria, imago, exemplum, & similitudo sacrificij: & citat in eam sententiam locum [illegible] ad Bonifacium: atq; hoc pacto sit Eucharistiam posse vocari sacrificium: vel quòd [illegible] proponat sacrificij: atque ita quoque sit, Eucharistiam dici posse sacrificium, quia [illegible] vim & fructum mortis Christi. Et de Consec. dist. 2. cap. cùm frangitur. Cùm frangitur panis, & funditur vinum, immolatio corporis Christi in cruce, & effusio sanguinis eius designatur. Quod nos habemus in Eucharistia, id veteres habuerunt in suis sacrificijs. Proponebatur Christus, & populus cum eo communicabat. Par erat, vt populus de hac victoria gratias ageret Deo. Et enim percipitur duplex fructus. Primùm enim prædicatur bonitas Dei, & spes confirmatur eum aliàs futurum auxilio: deinde alij quoque exemplo prouocentur, vt fiduciam [illegible]

Duplex fructus gratiarum actionis.

cent in Deo. Est autem hoc opus pietatis & pertinet ad cultum Dei. Pietas enim est [illegible] ga Deum, qua redditur quod illi debetur. Duabus de causis gratias agunt Deo. Primùm de victoria: deinde de constituto regno. Gratulatur sibi populus talem Regem. Sed bonus [illegible] erit perpetuò bonus. Et fortasse populus putabat, Samuelem non satis integrè [illegible] lium illud petendi Regem fuisse contra Dominum: Iam enim Dominum [illegible] verum fuisse, quod ille prædixerat, Regem fore crudelem & tyrannicum: [illegible] clementem esse. At R. Leui Ben Gerson putat, Saulem non prorsus illis [illegible] sed tantum in illum diem noluisse de illis sumere supplicium: postea tamen [illegible] principes non facilè debent crimina publica condonare. Est enim id contra [illegible] Habent enim gladium, & eum expedire debent contra noxios. Cùm autem condonant [illegible] aliena condonant non sua.

Populi gratulatio.

An Saul veniam dederit rebellibus.

AN LICEAT IVSTAS POENAS A LEGIBVS *impositas relaxare.*

Pœnas posse relaxari.

De hac quæstione argumenta multa sunt in vtranq; partem. Primùm enim Reges [illegible] ad clementiam: quod frustra fieret, nisi possent ignoscere. Dauid etiam condonauit [illegible] seditiosis: & iurauit Semei, se illum non affecturum supplicio. Paulus etiam Onesimum [illegible] fugitiuum commendat Philemoni domino suo, oratq; vt culpam condonet. Et mos fuit Christianis Imperatoribus vt in hebdomada magna, cùm ageretur memoria mortis Christi, carceres [illegible] verentur. Et apud Iudæos consuetudo fuit, vt in Paschate vnus aliquis vinctus à præside [illegible] retur. Augustinus etiam sæpè intercessit pro Donatistis & Circumcellionibus, qui non [illegible] religionem turbassent, sed etiam vitam & fortunas Christianorum violassent. Adhæc sanxerunt [illegible] gimus apud veteres, vt si quis nocens fugisset ad Ecclesias, immunis esset: Cuius rei Chrysost. [illegible] mentionem facit in Gaina.

Quod non liceat pœnas iustas condonare.

Contrariæ quoq; parti non desunt satis firma argumenta. Primùm enim, sanctum opus [illegible] tur non esse impediendum. Est autem sanctum opus punire scelera, prodest enim Reipub. [illegible] lis peccata. Deinde hoc pacto impeditur munus principis. Gerunt enim gladium, quo [illegible] tur cum tempus & causa postulat, non fungantur officio suo: Adhæc qui relaxat pœnas, [illegible] de alieno, non de suo. Est enim iudicium ius Dei, quemadmodum scribitur 1. cap. Deut. & 2. [illegible] 19. Iosaphat ait, Exercete iudicium, non tantum pro homine, sed tanquam pro Deo. Et [illegible] ris non possunt tolli, nisi ab eo, qui eas imposuit. Deus autem pœnas peccatis constituit: [illegible] mo nemo debet eas imminuere, aut tollere. Deum autem imposuisse grauibus peccatis [illegible] supplicium, apparet ex 18. cap. Deut. vbi ita scribitur, populum petisse, ne Deus ipse [illegible] tur: Ie enim tantam maiestatem ferre non posse; malle audire Mosen interpretem. Has [illegible] populi petitiones Deum

pollicitumq; esse, non solum se illis daturum Mosen, sed etiam curaturum, ne ...la propheta deesset. Prophetam, inquit, excitabo vobis de fratribus vestris. Sed ...audierit prophetam illum, ego inquiram in eum. Verùm hic locus non probat, ...capitalem. Certior est locus alius in Deut. cap. 17. Si inciderit, inquit Deus, dif... ad summum sacerdotem, aut ad Leuitam. Et qui non audierit vocem Le... sacerdotis, aut Iudicis, morte moriatur. Nunc autem agebatur de mutando statu ...labatur ea de re Samuel. Is autem non tantùm propheta fuit verùmetiam Iudex.

...Erant ergo digni morte. Potuit quidem Deus illis ignoscere: at princeps non ...aperitur via sceleribus, cum homines pollicentur sibi, se vel gratia, vel pretio eua... Hoc etiam potest ex historijs comprobari. Deus iusserat Amalechitas omnes inter...cit Agago illorum Regi: Arguitur grauiter à Samuele, quod hoc illi facere non li... Rex Israel pepercisset regi Benhadado Syro, quem Deus iusserat interfici, Anima ...pheta, erit pro anima illius. Habet quidem princeps potestatem vitæ ac necis. Ta...modum non potest insontem punire, ita non debet sontem dimittere. Imò Domi...dam ab ora mea auferes, & afficies morte. Deniq; si hoc permitteretur principibus, ...les venderentur, & arbitrium iustitiæ positum esset in manu magistratus. Ita habe... vtranq; partem.

...are debemus, leges alias esse humanas, alias diuinas. Ad hanc autem quæstionem ...sint vtræ sint. Leges enim humanæ, quia ab infirma ratione proficiscuntur, nunquam ...complecti possunt omnia, aut omnes prævidere casus & circumstantias. Itaque ...verbis seuerè ac rigidè vrgeremus, multa iniqua decernerentur. Quare sæpè opus est ...pretatione, & correctione Legis. Est autē ἐπιείκεια frenum, & regula legum humana... tàm verba ipsa, quàm consilium & sententiam scriptoris consideramus. Deinde ...possunt humanas leges, aut ex alijs legibus, aut ex rebus præiudicatis, aut ex institu... aut ex iustitia & salute reipub. interpretari, si videantur esse ambiguæ. Cor... mutare, aut mitigare legem, non est cuiusuis priuati hominis, sed principis solius, ...lia. Vnde August. in lib. de vera Religione, Iudex, inquit, non debet iudicare de Lege, ...lege alioqui emerentur omnia. Idem habetur in Pandectis, de Legibus, & Senatus...

...verò diuinas leges non possumus imperfectas dicere vt nō omnia comprehendant. ...Dei infinita est & perfectissima. Est quidem sapientum & theologorum excutere, at... leges Dei, & locos alios ex alijs explicare, considerare institutū, & ordinem, quem ...antinomias dissoluere, & ex duabus legibus, cum obseruari vtraq; non potest, vtra vtri... iudicare. Vt, Lex est, colendum esse sabbatum: Alia Lex est, defendendam esse ci... tempus eiusmodi, vt nisi pugnetur sabbato, ciuitas defendi nō possit. Hic Lex po... est, vt salus ciuitatis defendatur. Deus enim ait, Misericordiam volo, non sacrificiū. ...respondit, licere in sabbato benefacere. Lex Dei est, obediendū esse parentibus: Alia ...dum esse Deo. Imperant parentes aliquid, quod sit contra legem Dei. Hic lex po... est, vt obediamus Deo. Hoc nobis licet in lege Dei. Abrogare verò, aut corrigere, ...minuere, & diuere legem Dei, nobis nullo modo licet. Videat ergo Pighius, qua ...endum doceat primum præceptum, Amabis Dominum Deum tuum, ex toto cor... anima tua, &c. Id enim cum fieri non possit, ait verba legis interpretatione cōmoda ...Christus cœnam tam tradidit & instituit, & administrari iussit in vtraq; specie, ...Romanus. Multi, inquit, incidere possunt casus propter barbas, propter morbos, ...sanguinis. Ergo poculum eripiendum est laicis. Deus in sacro cœtu omnia ad ...lingua populari & nota. At isti, Mysteria, inquiunt, non sunt temerè profananda: ...vt populus omnia intelligat: ista committenda sunt tantùm doctis & sapientibus. ...hanc moderationem docuit in lege Dei. Iudæi vtebantur tantum diuinis legibus: ...ipse non potuerunt eas interpretationibus mitigare. Leges autem humanas, quia ab ...possunt.

...alia prohibent aliquid fieri, alia iubent: vel, vt Scholastici loquuntur, alia sunt ...tiua. Quæ prohibent, aut negant aliquid, semper tenent: vt ne furemur, ne ...rium, &c. in omne tempus obligamur. Quæ autem iubent aliquid, etsi ea quo ...habeant, non tamen perpetuò obstringunt. Si quis nobis colaphum impegerit ...iubemur illi offerre sinistram. Animum quidē semper habere debemus para... At omni tempore, & erga omnes ita facere, non obstringimur. Id enim Chri... sed percussus respondit, Si malè loquutus sum, testimonium perhibe de malo.

Responsio ad quæstionem propositam.

Legum humanarum interpretatio.

Diuinarum legum interpretatio.

Papistæ quia diuinas leges Dei interpretentur.

Præcepta affirmantia & negantia.

Et Paulus, Percutiet, inquit, te Deus paries dealbate. Faciendum ita est, cùm id [illegible] eius, qui percussit, salus videbitur postulare, Iubet Deus, vt conueniamus [illegible] celebremus Sacramenta, vt faciamus eleemosynas: Non tamen iubet, vt ista [illegible] Sed quorsum ista? Huc scilicet. Iubet Deus, vt si quis iudicem, aut pontificem [illegible] datur: Hæc lex obstringit, siquidem magistratum, sed non semper, verùm [illegible] autem interdum, vt fieri non possit. At si cùm possis punire, non punias, [illegible]

Præceptum quod iubet punire quatenus obstringat.

Deinde videndum est, ne maius bonum impediatur à minore. Ioab erat vir [illegible] dignus qui occideretur à Dauide. At cùm Dauid videret, eum multum posse [illegible] turba, aut seditio aliqua exoriretur, noluit eum attingere. Et fieri potest, vt [illegible] pepercerit Semei. Ita Saul hoc loco, ne moueretur seditio, neue turbaretur [illegible] noluit rebelles occidere. Nam alioqui non potuisset condonare illis pœnas [illegible] Imò ne sacrificijs quidem expiari potuisset peccatum, quod fuisset extenta manu, & de [illegible] perpetratum. Quare ex his verbis plus colligendum non est, quàm quantum significant.

Responsio ad argumenta aduersariorum. De clementia.

Nunc respondemus ad argumenta, quæ solent obijci. Quod dicunt principes [illegible] clementiam, intelligere oportet, quod sit ingeninm clementiæ. Id autem facillimè intelligi potest ex opposito. Crudelis est, qui in irrogandis pœnis excedit modum, ex quadam animi [illegible] nec hominum miserijs commouetur. Contra clemens est, qui abhorret à pœnis, & est [illegible] quo ex animi lenitate. Addo autem ex animi lenitate: Nam si precio, aut gratia, aut [illegible] ducatur, vt relaxet pœnas, non est clemens. Hæc virtus vt ait Seneca, spectat maximè [illegible] eos, qui gerunt potestatem. Nam ea causa Reges dicuntur clementes & clementissimi, [illegible] ita sint, sed esse debeant. Priuati verò, qui publicam potestatem puniendi non habent, [illegible] ta condonare, imò etiam sæpe debent. Clementes tamen appellari non debent, sed [illegible] re autem debemus, clementiam imminuere pœnas, non temerè, non casu, non pro libidine, [illegible] recta ratione. Rationem autem appello, non iudicium humanum per se, sed formatum verbo Dei. Nam si temerè aut pro libidine pœnæ relaxentur, nõ iam potest esse virtus. Violat enim [illegible] Virtus autem est formula rectæ rationis. Clementia paulum inflectit leges: seueritas verò [illegible] modo flectitur. Modò autem hac vtendum est, modò illa. Si atrox causa incidat, adhibenda [illegible] ueritas, non clementia. Interdum releuatur causa ex circumstantijs: ibi locus est clementiæ. [illegible] mentia verò quàmuis inflectat legem cõmunem, tamen nihil facit contra [illegible] bet enim rationem circumstantiarum: atque ita imponit pœnas. Dumq; clemens remittit aliquid de supplicio, hoc indicat eum, cui remittit, plus pati non oportere. Spectat enim non verba, sed mentem & consilium legis. Cum autem debita pœna vniuersa remittitur, non clementia est, sed venia. Ea autem à solo Deo speranda est. Quod etiam Iudæi intelligebant, cùm dicerent, Quis est hic, qui remittit peccata? Papistæ tamen iactant, se suosq; posse peccatorũ veniam dare. Sed dicam: Si ita res habet, dum alij quidem principes potuerunt vti clementia: at Iudei non potuerunt, qui vtebantur legibus Dei. Respondeo, Illos quoq; potuisse esse clementes: sed non aliter, quàm si [illegible]

Iudæi quatenus potuerint vti clementia.

la certa pœna fuisset præscripta lege Dei. In Leuitico & Deuteronomio præcipitur, vt sint iusta ponderа, & iustæ mensuræ. Qui secus fecisset puniendus erat. Atqui pœna nulla imponebatur. Ibi ergo locus erat clementiæ & seueritati iudicis. Alia lex erat, vt illi, qui fustuario digni [illegible] plus quàm quadraginta plagæ infligerentur. Hic erat in potestate iudicis, vt infra eum numerum vel pluribus vel paucioribus plagis afficeretur. Alia lex erat, ne seruus, qui se vendidisset in [illegible] statem alterius, grauiter affligeretur. At si Dominus eum violentius oppressisset, nulla erat [illegible] definita legibus. Hic ergo quoq; locus erat clementiæ iudicis. Non ergo frustra Iudæorum [illegible] pibus inculcabatur clementia. Ea enim vti licebat, & in humanis legibus ab ipsis promulgatis, [illegible] in diuinis, quatenus, vt dixi, certa pœna non erat præscripta Legibus. Quod autem ad Augusti Cæsaris clementiam attinet, respondeo illam legem, quæ habetur ad legem Iuliam maiestatis [illegible]

Exemplum Augusti Cæsaris.

se humanam. Quibus enim pœnis afficiendi sint conspiratores, decretum est à principibus. Ista laxari ab illo lex ea potuit. Iudicauit fore satis, si Cinnam grauiter increpasset. Et certè [illegible] historia grauiter commotum fuisse legimus. Itaq; satius esse putauit aliquid de [illegible] Quota verò pars remittenda sit, indicat [illegible]. At Leges humanæ, cum sequantur [illegible] naturæ, habendæ sunt leges Dei. Vt homicidam morte tollendum esse. Hic nihil [illegible] debet. Est autem clementia habitus, quo ex lenitate animi pœnas legales mitigamus [illegible] nos iustitiæ. Dauid absoluit Semei· fateor. Tamen cum videret eum non debere [illegible]

Exemplum Dauidis.

punitum, mandauit Solomoni, ne eius canos dimitteret ad sepulchrum impunè. Dauid autem ipsi non expediebat eum occidere. Primum enim, cum esset ex familia Saulis, videri potuisset odio incitatus in eius posteros: deinde comprobasset eius verba, à quo ante appellatus fuerat vir sanguinum.

non debuit eam lætitiam & gratulationem populi conturbare. Ita Ioabo ig-
derat duos viros meliores. Vidit eum multum posse apud exercitum. Itaq; illum
Salomoni. Peccasse tamen Dauidem negari non potest, & cùm Amnonem de ince-
lonem de parricidio absolueret. Sed quod Dauid facere recusauit, id postea Deus.
Nam Amnon interfectus est ab Absolone: & Absolon suspensus in arbore lancea
Quod Paulus Onesimum Domino suo Philemoni commendat, id non mul
Nam Philemon erat priuatus. Et nulla hic præscripta erat Lex Dei. Orat tantum
priuatam iniuriam: quod commune est omnium Christianorum. Orat, in-
vt remittat iram: idque non contra, sed iuxta legem Dei facit. Nam lex est in
Si fugerit ad te seruus alienus, non reddes illum domino suo: quod intelligen-
dominus furit, & impatienter commouetur. Id & domino vtile erat, ne nimis i-
dulgeret: & seruo, ne vehementius plecteretur. Romanorum verò factum, quod
hominem aliquem vinctum & damnatum Iudæis remiserint, non possumus probare.
quam iusserat, vt in suis solennitatibus aliquis noxius dimitteretur. Romani au-
debantur Iudæis, vt eam seruitutem facilius tolerarent. Eadem ratio fuit, cur
Christiani in hebdomada sancta aperire voluerint carceres, & sontes dimitti. Erant e-
dentes legum diuinarum. Nam si propter æs alienum fuissent vincti, condonassent
alienum: sin propter facinora, hoc fuisset fenestram aperire ad nequitiam. Sed non
medium tenere principes. Quemadmodum enim ministros verbi aut miseros &
volunt, aut principes & Deos quodammodo, ita aut sontes vnà cum insontibus pu
cit Theodosius, aut ita parcunt omnibus, vt nihil seuere administretur. Augustinus
ille quidem, fateor, pro Donatistis: sed non negabat, licere magistratui animaduer
cos. Sed cùm Circumcelliones sæuirent in Christianos, & Ecclesia iam cogeretur
auxilium principum, iamque Circumcelliones punirentur, Ecclesia videbatur cruen-
iniurias persequi. Non tamen erat Augustinus, vt illis in totum ignoscatur, sed tan-
quam à sanguine. Verùm, quicquid est, Augustini exemplum non debet cuiquam
Legibus enim viuimus, non exemplis. Hodie enim, si quis ministrum occidisset, aut
exercuisset, quis pro illo intercederet? Sed erat sontibus perfugium ad Ecclesias.
asyla tollimus. Deus enim ea permisit. Nam si causa obscura est, interim dum de ea
melius ibi esse possunt, quàm in carcere. Cognita verò causa Deus ipse iussit faci-
auferri ab ipsis altaribus & occidi. Hæc sunt, quæ me mouent, vt putem non licere prin-
donare pœnam peccatorum. Et certè sapientes semper iudicarunt, optimè constitutam
publicam, vbi quàm pauciss ima relinquantur in potestate iudicum. Respublica Israeli-
habuit huiusmodi: at aliqua tamen. Quod erat definitum Legibus, nullo modo e-
dum: Non parcat, inquit Deus, oculus tuus. Non parces vxori tuæ, quæ dormit in

Exemplum Pauli.

Romanorum exemplum.

Principum Christianorum exemplum.

Augustini exemplum.

Asyla.

CAPVT XII.

*Dixit autem Samuel ad vniuersum Israelem, Ecce audiui vocem vestrum in omni-
bus quæ dixistis mihi, & constitui super vos regem.*

*Et nunc ecce rex graditur ante vos: ego autem senui, & incanui, & filij mei ecce
sunt vobiscum: ego autem ambulaui coram vobis ab adolescentia mea vsque ad diem*

*Ecce ego, testificamini contra me coram Iehouah & coram vncto eius an bouem
cuiusquam tulerim, & asinum cuiusquam acceperim, & cui vim intulerim, & quem con-
culcauerim de manu eius tulerim pretium, & occultauerim oculos meos ab eo: & resti-
tuam.*

*Respondentes dixerunt, Non vim intulisti nobis, nec attriuisti nos, nec tulisti de manu
cuiusquam.*

*Et dixit ad eos, Testis est Iehouah contra vos, & testis Christus eius die hac
quod non inueneritis in manu mea quidquam. Et dixit, Testis.*

Diuisio capitis

HOC caput diuiditur in has partes. Primo loco Samuel purgat se de re[illegible] ta republica. Deinde accusat populum ingratitudinis. Tertiò eius oratio [illegible] nium habet diuinitus, tonitrus & pluuias. Quartò, populus afflictus [illegible] stremò Samuel eos consolatur.

Oratio Samuelis.

Scopus orationis Samuelis est, vt populus prouocetur ad pœnitentiam. Id [illegible] uerat antea, sed non successerat. Videt illorum peruicaciam: itaque id agit, vt [illegible] suum. Commemorat ea, quæ ita aperta erant, vt negari non possent. Ea remitti non possunt, [illegible] agnoscantur. Non celebrat Samuel suas laudes, quòd aliquo sui amore tangeretur, [illegible] deret vtibus populi conuenire. Ita Paulus laudat seipsum: Et vtinam, inquit, tuliss[illegible] meam. Non erat ea stultitia: sed ista specie stultitiæ voluit Corinthios abducere à vera [illegible] patiebantur enim se à falsis Apostolis affligi & deuorari. Ita Samuel, cum seipsum laudat, [illegible] abducere à stultitia, quam ipsi non videbant. Habita fuit ista oratio sub tempus [illegible] populus elegisset sibi regem. Placebant sibi, quod regem à Deo petijssent: Deum [illegible] disse & regem & clementem regem, & victoriam. Istis cogitationibus illorum [illegible]

Oratio est à confutatione argumentorũ

Vidit illos hoc posse dicere: Petiuimus regem, quòd tu non rectè administrares rem [illegible] primum refutat Samuel, dissimulans, huic esset interim concluturus. Secundo loco [illegible] sent, voluisse habere se regem, qui se aduersus Nahas & Palæstinos defenderet. Hic [illegible] muel. Ab eo tempore, quo exijstis ex Ægypto, Deus semper vos liberauit. Et dubitatis, [illegible] sit deserturus? Tertiò fortasse Samuel illis videri posset delirus senex. Ita Deus plurib[illegible] truis eius orationem comprobauit. Hic populus non potest amplius tergiuersari. [illegible] peccatum suum, & agunt pœnitentiam. Hæc orationis summa est. Quòd ad primum [illegible]

Cur nõ se purgarit ante Regem electum.

ante purgare se voluit Samuel, quàm iam rex electus esset. Cur autem hoc tam diu [illegible] hanc iudico fuisse causam. Nam si id antea fecisset, videri potuisset ita facere, vt magi[illegible] retineret. At nunc, cùm rex sit electus publicè, nulla potest esse huiusmodi suspicio. [illegible] obseruare debemus, Samuelem cùm esset princeps, tamen submisisse se iudicio populi. [illegible] stomus in illa verba Pauli, Vtinam tuliss[illegible]etis, &c. ait eum id fecisse, quòd cum esset [illegible] tuisset per vim & metum expressum illud populi testimonium. Nunc creato [illegible] deri debent syncerè & ex animo, & sine simulatione geri. Ita debent principes [illegible] Quid si tu alium haberes iudicem? Quid diceres? Ita Iob ait, Nunquam rixatus sum [illegible] aut ancilla mea. Quomodo enim ego defendam causam meam coram Domino? [illegible] net dominos oportere clementes esse erga seruos: quòd ipsi quoque Dominum habeant [illegible] cœlo. Cum Naas, inquit Samuel, esset irrupturus in fines vestros, vos inducti desperatione [illegible] tistis regem. Artificiosè diluit illorum argumentum, & verum ostendit causam, cur illi [illegible] voluerint statum Reipub. atq; ita eos prouocat ad pœnitentiam. Primo autem loco [illegible] quodammodo ante actam vitam suam, nihil se vnquam cuiquam vlla in re nocuisse: id [illegible] populi ipsius testimonio. Chrysost. eo loco, quem supra citauimus, ait, Samuelem [illegible] de seipso dixisse, vt Saul nouus rex qui astabat, habere posset exemplar legitimi & [illegible]

Regem nouum sua purgatione instruit.

gistratus, in quod semper intueretur. Nam potuisset ille quidem aliàs seorsim his de rebus [illegible] re populum, sed maluit ista Saule præsente dicere, vt ad eum ex illa oratione fructus aliquis [illegible] ueniret. Meminerat enim, quid antea populum monuisset de iure regio. Id ne Saul filij [illegible] cere, Samuel illi proponere voluit vitam suam, vt de ea exemplum caperet. Et certè quodammodo [illegible] do necesse erat, vt Saul ita officij sui admoneretur. Erat enim obscuro loco, nunquam [illegible] satus in luce Reipub. Samuelem aut magistratum alium vix antea vnquam viderat. Sæpe [illegible] vtile est ad hunc modum agere cum regibus. Habent enim aures teneras, & simplicem [illegible] veritatem non facilè ferunt. Itaq; aliena persona induenda est interdum, vt illi tamen [illegible] telligant de se narrari fabulam.

Testificamini contra me, &c. vsque ad finem capitis.) Commemorat res leuissimas: Non enim ait agros, aut prædia. Hæc nemini vestrum eripui, quæ [illegible] ma: tantum abest, vt in rebus maioris pretij vobis iniuriam fecerim. Et ecce [illegible]

Argumentũ à minori.

ab eo.) Tyranni multi cum omnibus modis affligant & expilent populum, tamen interim [illegible] blandè & humaniter alloquuntur. At Samuel præterquam quòd nulla iniuria affecerat [illegible] semper etiam fuerat comis & affabilis. Nam tyranni non Reipub. causa imperant, sed [illegible] piunt aliena, accipiunt munera, peruertunt iura. Tales sunt pastores, qui deserbis [illegible] pascunt seipsos, qui mactant, qui perdunt, qui deglubunt alterum pecus. Tales enim [illegible] narij pastores in Ecclesia. Ista Samuel proponit, vt videant se [illegible] Quamquam [illegible] men petit, vt, si quid secus fecerit, absoluatur gratis. Nam pollicetur omnibus restitutionem. [illegible]

se in

Dathan & Abiron contra illum conspirassent, orauit Dominum, ne susciperet *Exempla simi-*
sacrificia. Se enim innocenter imperasse, & ne asinum quidem cuiquam abstulisse. Chri- *lis purgationis*
stus Iohannis: Quis ex vobis, inquit: arguet me de peccato? Et Deus ipse sæpe in
se vellopati iudicium, & cum populo ingratissimo disceptare. Paulus in 2. Epistola
suis verbis commendat ministerium suum. Quo in genere est etiam totum ferè
posterioris Epistolæ ad Thessal. Et in 20. cap. Actor. apud ministros Ecclesiæ Ephe-
sinorum, nec aurum, nec vestem cuiusquam appetisse: sed omnia ad vitam degen
dam sibi manibus suppeditasse. Nehemias quoq; ait, alios præsides ante imperasse
populo, pecuniam: se autem nihil à quoquam exegisse. Ita sancti causam suam de-
fendebant. *Testis est Iehouah contra vos.*) Aduocat Deum testem, quod in falsa causa
sit. Populus fert testimonium secundum Samuelem. Testis, inquiunt, est Deus. Et
recte est Deus. Homines enim ea tantum vident, quæ in oculos incurrunt & sunt
manifesta: quæ obscura & tecta sunt, Deus videt. Vos quidem, inquit, testes estis. Sed
longè præclarius testimonium, qui multò plura videt quàm vos. Neque queritur
se suos abiectos & repudiatos esse à populo: vt omnes intelligant, eum nō suum,
sed gloriam Dei. Hoc tantum sibi in hac concione proponit, vt populus
recte cesset. Dicit filios suos versari & viuere inter illos, non vt misericordiam populo
faciant, vt si quid iniuriæ cuiquam fecissent, id ab illis repeteretur: aut vt illi de se dice-
rent, qui eum propius & domesticè nouerant.

Sancti homines pij videntur interdum obliti esse sui, cùm suas virtutes magnificè *Sancti quoma-*
commemorant. Quadmodum liceat, dicemus paucis. Primùm non ostentant aut venditant ho- *do se laudent.*
nestas suas: Sciunt enim, eas esse dona Dei: se autem ipsos vitiatos & multis modis
peccare. Deinde, agnoscunt eas sibi datas esse, non tantum sua ipsorum causa, sed etiam
vt prodeant, & curent quæ sint alijs necessaria. Tertiò, vident se non satis fecisse legi
Dei, & labi & cadere, nec posse coram Deo in iudicio consistere. At si cum aduersarijs
agant, non dubitant se etiam coram Deo fore illis superiores. Deinde volunt sua vita
& Dei, & suo exemplo alios incitari ad piè rectèque viuendum. Adhæc commemorant,
non vt se prædicent apud alios, sed vt pondus addant doctrinæ suæ. Non enim
docent se falsa, aut vana, aut ventosa orationes. Vt in loco exponunt bona sua, ita aliàs
fatentur mala sua. Verùm hic cauendum est diligenter, ne nobis imponatur à carne no-
stra. Quod ad rem ipsam attinet, idem fit & à pio, & ab impio: quod tamen ab illo piè fit, ab
hoc impiè. Samuel, & Ezechias, & alij commendant facta sua, idem facit Pharisæus, sed non eo-
dem animo. Deus autem est καρδιογνώστης, & videt quo quidque animo à quoque fiat. Deinde pij a-
nimos de donis suis: quotiesque ea in mentem reuocant, toties incipiunt esse spe con-
firmati Deum ita sibi perpetuò facturum. Postremò, nolunt illam lucem, quam vident in se
esse, abdi sub modium, aut ciuitatem collocari in obscuro, vbi videri non possit.
Possibile est, spectasse Samuelem: nihil tamen magis, quàm vt populus agnosceret pecca-

Dixit Samuel ad populum, Iehouah qui fecit Moseh & Ahron, & qui eduxit pa
tres vestros ex Aegypto.
Nunc igitur state, vt disceptem vobiscum coram Iehouah de omnibus iustitijs Ie
houæ quæ fecit vobiscum & cum patribus vestris.
Postquam ingressus esset Iaacob in Aegyptum, clamauerunt patres vestri ad Iehо-
uah, & misit Mosehum & Aharonem, qui eduxerunt patres vestros ex Aegypto, & habita-
re eos in loco isto.
Et obliti sunt Iehouæ Dei sui, tradidit q; eos in manum Sisaræ principis exercitus
Hasor, & in manum Philistæi, & in manum regis Moab, qui præliati sunt contra eos.
Et clamauerunt ad Iehouam, ac dixerunt, Peccauimus, quia dereliquimus Iehо-
uam, & seruiuimus Baalim & Astharoth: nunc ergo libera nos de manu inimicorum no-
strorum, & seruiemus tibi.
Et misit Iehouah Ierubaal, & Bedan, & Iphthah, & Samuelem, eruitq;
vos de manu inimicorum vestrorum undiq;, & habitastis confidenter.

12 Et vidistis quòd Nahas rex filiorum Ammon venit contra vos, & dixistis mihi, Nequaquam, sed rex regnabit super nos: quum Iehouah Deus vester, rex vester esset.

13 Nunc igitur ecce rex quem elegistis, quem postulastis, & posuit vobis Iehouah super vos regem.

14 Si timueritis Iehouam, & seruieritis ei, & audieritis vocem eius, & non exacerbaueritis os Iehouæ, eritis tum vos, tum rex qui regnat super vos, post Iehouam Deum vestrum.

15 Si autem non audieritis vocem Iehouæ, sed exacerbaueritis os Iehouæ, erit manus Iehouæ contra vos, vt contra patres vestros.

Deus qui fecit Mosen.) Rabi Chimhi ait, hoc ad illud referri, quod ante dicebatur, Tetigit Schelomo addendum putet aliquid ad hunc modum: Deus qui fecit Mosen & Aaronem idoneos ad eam functionem, cum ex ipsis apti non fuerint. Populus absoluit Samuelem omnium testimonio. Tum Samuel, accipio, inquit, testimonia vestrum, sed ego non possum absoluere. Eodem modo Deus ipse patrum nostrorum Abrahami, Isaaci, Iacobi efficiet me idoneum, & vos accusabo. Hoc munus est & officium ministrorum in Ecclesia: arguere debent & patefacere peccata populi. Expostulabo, inquit Samuel, vobiscum nomine Dei. Ille vestram per maximis beneficijs cumulauit, vos autem erga eum semper ingrati extitistis. Quare accusabo iniuriarum erga Deum, & ingratitudinis. Dilationes ipsæ argumentorum, quibus vsus est Samuel, possunt esse pro rationibus. Ego vobis non malè imperaui, & Deus vobis semper prosperum ergo debuistis mutare statum Reipub. *Vt disceptem vobiscum de omnibus iustitijs Iehouæ.*) Dona Dei appellat iustitias: cùm illa ex sola Dei misericordia proficiscantur. Quomodo ergo iustitiæ? an ea populo Israelitico debebantur? Minimè. Radix quidem omnium donorum Dei est misericordia, appellantur tamen iustitiæ, quòd Deus stet pactis suis. Vt autem ea primùm pacisceretur, gratuitus fuit misericordia. Repetite memoria quomodo res vestræ habuerunt ab initio. Cum essetis in Ægypto, clamauistis ad Dominum: & ille vos audiuit, & misit Mosen & Aaronem. Postea educti ex Ægypto incidistis in manus exterorum principum & tyrannorum. Tum quoq; Deus vos audiuit. Isti erant iusta remedia. Nunc autem vos, abiectis his rationibus, ad inutilia & vana remedia confugistis. Majus criminis nos quoq; quotidie rei sumus. Cum enim affligimur à Deo, quid agimus? Indicimus concilia, colligimus pecunias, conscribimus milites, pœnitentiæ verò & inuocationis nulla mentio. Ita iusta & ordinaria remedia contemnimus. Deus tamen illorum præteritus excitatus semper adfuit: misit iudices, tulit auxilium. *Tunc misit Dominus Ierubaal.*) Ad eli Gedeonem. Cur autem appellatus fuerit Ierubaal, apparet in cap. 6. libri Iudicū. Nam cùm aram Baalis euertisset, vlciscatus se inquit Baal, inde dictus est Ierubaal. *Bedan.*) Hanc omnes putant fuisse Simsonem, quasi scribendū fuerit Ben Dan, id est, filius Dan, vel à castris Dan, quòd eum spiritus primùm agitare cœperit in castris Dan. Prius collocat Simsonem, quàm loquitur seruato ordine temporis: vel vt Rabbini putant, quod Simson fuerit maior & præclarior quam Iephte. Id si ita est, intelligi debet de viribus corporis, non de numero expeditionum. Samuel ob breuitatis causa tres tantum iudices numerat, cæteros præterit, Barach, Debborum, Oreb & alios. Isti magnis suis laboribus populum liberauerant. Quod autem Samuel hoc loco videatur se laudare, id omnis iactantiæ causa non facit, sed quòd res ipsa ita postularet. Nam quo inferioribus temporibus contigerant, ea videri potuerunt præsentibus tantum inseruisse: sed maiora facta, quàm fuerant, res autem à Samuele gestæ & maximæ erant & in oculis posita. Nam cùm Eli esset mortuus: eius filij cæsi, Arca erepta, exercitus profligatus, & omnia in potestatem Palæstinorum peruenissent, ille omnia restituit in integrum, & Rempublicam habuit florentissimam. Hæc causa inductus Samuel, tantum de se prædicat.

Sed vt ad rem redeā. Samuel nō tantum ait Deum adfuisse omni tempore, & iuuisse populum, sed etiā addit exempla inuocationis. Illi, inquit, egerunt pœnitentiā, supplices fuerunt Deo, reliquerunt idola, atq; ita adiuti sunt. Nunquā deseruit nos Deus, neq; deseret. Ille enim est Rex noster. Semper hactenus vos liberauit, vt fidenter habitaretis. Hoc est boni principis, consulere securitati populi sui. Atq; idcirco ipse sua authoritate dedit Iudicem, nō suffragio populi, declararet, se merum esse principem. Cum ergo, inquit, vos eduxerit ex Ægypto, cum aluerit, defenderit hactenus, quid opus erat, vt peteretis Regem? Ego quidem dolorem vestrum tum patui: At vos tamen nunquā à proposito desciscistis. Cùm ego dicerem, Deus erit Rex vester, respondistis, Nequaquā. Quid hoc aliud erat, quàm Deum repudiare? At dicetis fortasse, quamuis

Dona Dei quo modo sint iustitiæ.

Vana remedia quærimus in afflictionibus.

Cur seipsum inter illos iudices nominet.

...ernosset, tamen eum non videbamus. Semper tamen aderat vobis, semper defende-
...Euangelio, cùm eos Pilatus interrogasset, Quid faciam de Rege vestro? Nos in-
...regem, nisi Cæsarem. Ita Christum Regem sibi prorsus abiudicant. Ita hodie,
...patronos & mediatores sanctos, quid aliud faciunt, quàm excludunt Christũ? *Sanctorum inuocatio.*
...Christum non excludere, sed communi & illius & aliorum sanctorum opera
...etiam Israelitæ respondissent. Non enim ita petebant hominem regem, vt Deum
...Sed ista verba tantum sunt. Deus autem in corda intuetur, & rem ipsam spe-
...quit Paulus, aiunt se nosse Deum, factis autem negant. Ita in isto dici potest: multi se
...Christum, re tamen ipsa non inuocant. Deus voluit Rempublicam illam esse pe-
...regnum suum. At isti turbant & immutant illum statum. Non ergo reprehendit eos Sa-
...temere aut turbulenter regem petiuissent, sed rem ipsam damnat. Nunc autem non
...facta sua rescindant & regem abijciant. Quamuis enim id contra Dei voluntatem factum
...semel factum oportuit retineri. Idq; Samuel antea monuerat: Cum volueritis, inqui-
...ri à rege, & clamaueritis ad Dominum, ille non exaudiet vos. Quare hoc tantum nunc
...vt vnà cum rege suo seruiant Deo: Nihil alioqui feliciter successurũ. Rex enim vos non
...defendere contra iram Dei. At si Deum timebitis, ille vobis omnia fortunabit.

...eritis Iehouam.) Timor Dei ponitur pro omni religione & pietate. Quem enim vere-
...dimus, illum veneramur, illum colimus. *Neq; exasperaueritis os Iehouæ.*) Duæ sunt in-
...tiones, prior. Si inobedientes fueritis verbo Domini. Altera ducitur ab amaritudine illa,
...hominum palato sæpe nascitur. Cum enim se contemni vident, excitatur bilis & os ama-
...ritur. Est ergo ... & quod accidit in hominibus transfertur in Deum. *Eritis post*
...) Variè exponitur. Vel sic, Deus vos defendet, si iueritis post Dominum. Vel, si obe-
...mes monitis, eritis post Dominum, hoc est, eritis tuti, florentes, incolumes. Ibitis post
...vt illi nolitis anteuertere. Nam qui sequuntur hominum traditiones & inuenta sua,
...& quodammodo præscribunt Domino. Felices autem illi sunt, qui sequuntur Do-
...non audieritis) Ducit argumentum in contrarium. Si non eritis Domini, eritis
...si non ibitis post Deum, ibitis post ..., id est, post inania & inutilia idola, quæ non pro-
...sociauabant vos. *Contra patres vestros.*) Vel & vos puniet & patres vestros, id est, reges
...qui sunt patres patriæ: vel, puniet vos quia imitati estis patres & maiores vestros, vt
...à lege Dei. Vel, affliget vos & tradet in potestatem exterorum principum, quemad-
...afflixit & tradidit maiores vestros. Vel punientur patres in liberis: quia liberi partes
...modo sunt parentum. Alij ita exponunt, futurum, vt promissiones factæ patribus, locum
...non sint in liberis. Deus autem vt promissiones suas vult esse certas, ita minas non vult
...Abducemini in captiuitatem ab hostibus. Hoc Deus in Deuteronomio multis verbis

Etiam nunc state, & videte rem grandem hanc quam Iehoua facit in oculis ve-

Nonne messis triticeæ tempus est hodie? Inuocabo Iehouam, & dabit tonitrua
...em: & scitote, & videte quod malum vestrum magnum est quod feciſtis in oculis
...tendo vobis regem.

Clamauit ergo Semuel ad Iehouam, dedit q; Iehoua tonitrua & pluuiam in die il
...mauit vniuersus populus Iehouam vehementer & Semuelem.

Dixerunt q; vniuersi populus ad Semuelem, Ora pro seruis tuis ad Iehouam
...um, vt non moriamur: addidimus enim omnibus peccatis nostris malum vt pe-
...regem.

...iam tertia pars orationis. Quoniam hæc verba tantùm erant, nec multum erant mo-
...populum, adduntur etiam miracula, vt multitudo intelligeret, non esse ista verba
...magni Prophetæ & nuntij Dei, atque ita animo percelleretur. Hoc semper fuit in- *Iudæi magis*
...rũ, vt verbis non mouerentur. Itaq; Paulus ait, Iudæi signa petunt: Gentes sapien- *ducebantur si-*
...Ethnici inducebantur ratione & philosophia, Iudæi semper inhiabant ad portẽta, *gnis quàm ra-*
...alioqui crediturí. Erant isti læti de victoria, placebant sibi de rerum successu: difficile *tionibus.*
...persuadere pœnitentiam. Itaque adhibendum erat miraculum. Ea enim est infirmitas &
...humani ingenij, vt miraculis magis moueri velimus, quàm rationibus aut verbo Dei.
...nostri pars caro est. Itaq; quæ incurrunt in oculos & cadunt sub sensus, solent nos

Ratio miraculorum non est certa.

mouere maximè. At si essemus mens pura, magis duceremur rationibus. Itaq; Paulus dixit signa data sunt infidelibus: Fideles autem magis mouentur Prophetia. Neq; verò certa est ratio miraculorum, potest enim nobis videri miraculum, quod miraculum non sit, & superare nouum, quod eam reuera non superet. Possumus etiam falli de authore: vt quod à diabolo factum sit, Deo: quod scimus factum in libro Iob, & à Magis Pharaonis, & aliquando factum iri ab Antichristo. Et Deus in Deuteronomio præcipit, vt si quis ediderit miraculum, & velit populum abducere à Deo, vt occidatur: Deum enim tentare populum, an velint discedere à lege sua. Quare facilis esse non debemus, quòd hodie non edantur miracula. Satis est fidem nobis semel esse factam, & illis miraculis, quæ olim contigerunt, confirmatam. Nam quæ olim edita sunt, non minus ad nos pertinent, quàm ad illos pertinebant, qui tum viuebant. At si dices ea te non vidisse, hoc eris omnem fidem scripturarum in dubium reuocare. Methodus Samuelis est, primùm vt exigat à populo testimonium de magistratu suo: tum vt doceat, Deum semper illis adfuisse: tertiò, vt eos aliquo portento permoueret. Scopus autem miraculi erat, vt intelligerent Deum sibi iratum esse, & se peccasse petendo regem. Quod idem Iosephus etiam testatur: Vt intelligatis, inquit, peccata vestra, & Deum non probare mutatum statum Reipubli cæ. *Nonne messis triticea est hodie?*) Inusitatum erat & portentosum in terra Chanaan in messe triticea habere pluuias. Messis autem triticea est in Pentecoste. Et certè nisi fuisset inusitatum, Samuel non dixisset, nunc est messis triticea. R. Ben Gerson putat hæc posse exponi per comparationem aut similitudinem. Ac si diceretur: Nonne nunc ita sudũ & serenũ est, ac si esset messis triticea? sed simplicius multò est quod nos diximus. Hieronymus etiam in Amos cap. 4. vbi scribitur: Nonne tres menses sunt ad messem triticeam, & ego prohibui à vobis pluuias? ait, non magnum esse in Palæstina in messe triticea defectui pluuia. Et idem in 14. cap. Hierem. ait, Palæstinam magnâ pluuiarum penuria laborare: & præsertim Hierosolymis, vbi vnus tantum est fonticulus Siloe. Et idem fatetur Iosephus: Deus, inquit, vobis pluuiam, qualem hoc anni tempore non vidistis.

Miracula præterita seruiunt nobis.

Methodus orationis.

Clamauit ergo Samuel ad Iehouam.) Precatus est Samuel non ita prolixè. Non enim ita necesse erat. Satis est, si oretur certa fide & ardenti desiderio. Statim impetrat pluuias, tonitrua, tempestates. Nec mirum. Habent enim sancti claues cœli: aperiunt & claudunt vbi volunt. Elias effecit, ne per tres annos & sex menses pluueret. Nam pro ratione vitæ nostræ Deus cœlũ etiam nobis temperat. Ad hanc similitudinem Christus dedit claues Ecclesiæ. Quemadmodum enim aperto cœlo descendit in terrã ros, pluuia, & mira fœcunditas, clauso autẽ omnia siccant & exarescunt: ita aperto altero illo cœlo descendit ad nos vita, pax, gratia, & infinita charismata Spiritus sancti. Clauso aũt & obserato, ieiuni, & miseri, sine gratia, sine spiritu, sine pace cõscientiæ destituimur. *Tonitrua.*) Vetus interpres habet, Voces. Sunt enim clamores Dei, quibus confirmantur verba Prophetæ. Nam miracula & portenta nihil aliud sunt, quàm clamores Dei. Diabolus, vt est Simia Dei, semper fidem suis mendacijs huiusmodi portentis conciliare voluit. Habebant Ethnici suum Iouem Elicium. Arnobius lib. 5. contra Gentes ait: Numam docuisse viam & artem, quomodo pluuia cieri possent. Israelitæ permoti sunt: quia Deus illis tetigerat cor. Quod nisi fecisset, nihil miracula apud illos plus quàm verba valuissent. In lib. Num. cum terra Dathan & Abiromum deglutisset, populus nihil commotus miraculo vehementius queri cœpit, Mosen & Aaronem eos peremisse. Pharisæi exclamant, Christum in nomine Beelzebub ejicere dæmonia. Cùm Elias tamen tres annos suspendisset pluuiã, Achab nihilo factus est melior. Prosunt ergo huiusmodi miracula, sed nihil nisi Deus intus in animo operetur. *Exclamauit vniuersus populus Iehouã vehementer & Samuelem.*) Coniungunt Deum vnà cum Samuele: timebant enim Deũ in Samuele. Summa est coniunctio Dei cum ministro Ecclesiæ. Neq; tamen hoc pacto quicquã decedit de dignitate Dei. Ita alibi populus dicitur credidisse in Deum & in Mosen: ita, Gladius Domini & Gedeonis: ita vitam ab spiritui sancto, & nobis. Trepidant timore, & se putant statim esse morituros. Sed præstiterat mori verbis Dei. Illa enim sunt vera fulmina, & vera tonitrua. R. Sbelomo ait, Deum excitasse illa tonitrua, vt confutaret peruicaciam populi. Nam si tantæ erant vires Samuelis, vt posset cœlum eum mouere, & tonitrua deuocare, quomodo non potuit hostem profligare, & præsse Reipublicæ?

Impij non mouentur miraculis.

Coniunctio Dei & ministrorum.

Addidimus omnibus peccatis nostris malũ hoc.) Non tantùm id confitentur, quod Samuel quærebat, se peccasse, quòd petijssent regẽ, sed etiam addunt multorũ aliorum peccatorũ confessionem.

20 *Dixitq; Samuel ad populum: Ne timeatis (vos fecistis omne malum hoc: Verumtamen ne recedatis à tergo Iehoua, sed seruite Iehoua toto corde vestro.*

21 *Neq; declinetis post idola, quæ non proderunt, nec eruent: quia idola sunt.*

22 *Non enim derelinquet Iehouah populum suum propter nomen suum magnum: quia voluit Iehoua facere vos sibi populum.*

23 *Atq;*

... abſit vt peccem Iehouæ, ceſſando orare pro vobis: docebóq; vos viam ...

... timete Iehouam, & ſeruite ei in veritate, toto corde veſtro: Videte ... magnificè fecit vobiſcum.

... autem malefaciendo malefeceritis: etiam vos, etiam rex veſter, peribitis.

... vltima pars orationis Samuelis, quæ mihi videtur ſingularem continere conſo... quo elaborata eſſe artificio ſpiritus ſancti. Ea diuidi poteſt in quatuor capita. Primo ... conſolatur Samuel populũ, iubetq; bono eſſe animo. Deinde addit cauſam, quod Deus ... relicturus, ſed habiturus pro populo ſuo. Tertiò docet, edendos eſſe fructus pœniten... pollicetur operá ſuam, ſe illis ſemper & precibus & conſilio adfuturum. Quod ad ... populus verſabatur in tanto timore, vt neſcirent quò ſe cõuerterent. Ita prorſus ... repentina tempeſtate. Fortaſſe etiam hiſtoria ea illis in mentẽ venit, quam audie... ſub Ioſua: cum ab illo fuſi eſſent quinq; reges, plures exhoſtibus grandine quàm gla... Verebantur ne ſibi quoq; ſimile quippiá accideret. Sed eos Samuel mirificè conſola... quia, vos non abiecit, ſed cõplectitur, & habet pro populo ſuo. Hoc eſt. Deum nolle ... peccatoris: quod non niſi in electis locum habet. Nõ enim hæret Deus & ſiſtit tantùm in ... populi ſui: ſed id agit, vt adducantur ad pœnitentiam. Eſaias ait de Chriſto Seruatore no... quaſſatũ non confringet, & linũ fumigans non extinguet. Qui in ſupplicijs vtcunq; ... & ſentiunt vim iræ Dei, ſunt calami quaſſati, & linũ fumigans. Hos Deus non ex... frangit. Hæc eſt miſericordia Dei. Quandiu ſignificatio aliqua alicuius ſpei in nobis ... non deſerit. Magno quidẽ terrore concutiuntur Iudæi: Deus tamen non patitur eos ... (*Ne timeatis.*) Sed quomodo potuerunt non timere, cum illis præſens mors & ira ... Nam affectus non ſunt in noſtra poteſtate. Quandiu cauſa exiſtit, neceſſe eſt, vt ... æquatur. Quomodo ergo cauſa timoris tollitur? Non extenuat Samuel, aut mitigat ... populi: Non ait, Vos quidem peccaſtis contra Dominũ, ſed leuiter. Sed vos, inquit, feciſtis ... hoc malũ. Voluit Samuel populum agnoſcere & intelligere peccatũ ſuum, vt intelligẽ... miſericordiá & gratiá Dei. Vt enim nemo agit gratias medico, niſi liberatus à morbo quẽ ... nemo attentè cõſiderat miſericordiá Dei, niſi agnoſcat magnitudinem peccat ſui. Neq; ... Deus vult ſibi à nobis gratias agi, ſed noſtra. Noſtra autẽ cauſa gratias illi non age... nitus videamus miſeriam noſtrã. Itaq; Plato ait, Amorẽ eſſe filium πενίας καὶ πόρου, hoc eſt, ... copiæ. Hin enim accenditur amor erga Deum, cum & noſtram inopiá conſideramus, & ... diam & copiá. Nõ ergo imminuit Samuel populi peccatũ: Nec tamen vult eos timere. ... Quoniá nõ deſeret vos propter nomẽ ſuũ magnũ. *Verumtamen ne recedatis à tergo Ie...* ... hortatur vt credant Domino, hoc enim eſt eum ſequi. Nam qui non credunt, reſiliunt à ... Qui ſequuntur eum, ſunt in luce: qui relinquunt & fugiunt, ſunt in tenebris. Diſcedunt ... vocem eius non audiunt. Cum Chriſtus multa diuinitus dixiſſet de comedenda carne ... ſanguine bibendo, Capernaitæ offenſi, cœperunt ita murmurare inter ſe: Durus eſt hic ... ceſſerunt ab illo. Quare non credere verbis Domini eſt ab illo diſcedere. Sequimini ... ſequit: & ſeruite illi. Idem eſt quod Chriſtus reſpondet in Euangelio, Vade & noli am... ... quid tibi deterius contingat.

... ſunt.) תהו eſt vaſtitas aut ſolitudo. Chaldæus interpres reddidit deſolationem, ... ſtam, aut voraginẽ. Sed ille reprehenditur ab Abenezra quod ea vox habeat mem ... Schelomo & ſuptuaginta ex effectis exponunt admirationem: quia mirari & horre... deſerta & inania. Septuaginta tranſtulerunt διάνοια. Huiuſmodi ſunt idola quæ ... adoranda. Sunt enim vacua non ſolum diuinitate ſed etiam omni bono. Talia ſunt ... opera, quæ fiunt extra fidem. Deus enim fugit & horret earnec ea ſibi magis grata ... quis ſacrificaret canem. Talis etiam eſt potentia huius mundi: tale eſt præſidium vi... ſine Deo. Sunt enim iſta תהו inania & caſſa, & nihil proſunt.

... relinquet Iehouáh populum ſuum.) Iſta conſolatio pendet à fide: fides autem à verbo ... inquit Paulus, ex auditu, auditus aũt ex verbo Dei. Dupliciter autẽ propoſitum ... Dei. Primum enim ſæpè occurrit in ſcripturis, Deum velle tueri nomen ſuum. ... liariter patefecerat hanc voluntatẽ ſuam Abrahamo, amplificaturũ ſe eius poſteros, ... cœli. R. Schelomo ait, Deum obſtrinxiſſe promiſſiones ſuas iureiurando. Et certè ... ſignificat: vel, voluit, vel iurauit, vel incepit. Et omnia iſta ſignificata ad ſententiam ... ſpiõt. Si legamus, Incepit, hic erit ſenſus. Nó tãtũ voluit Deus, aut iurauit, ſed etiã iã

Samuel conſolatur populum

Agnoſcere oportet magnitudinem peccati.

Fide ſequimur Deum.

Idola eſſe rem vanam.

dudum incepit. Dedit vobis legem, dedit terram, dedit victorias. Hæc nobis certa signa esse debent, Deum velle præstare vobis illud fœdus, quod olim percusit cum Abrahamo. Magna sanè consolatio. Atq; hic vsus est prædestinationis: non vt ea abutamur ad licentiam carnis, sed ne desperemus in rebus afflictis. Peccauerant illi quidem: sed promissio Dei, inquit Paulus ad Rom. firma est secundum propositum. Quoniam autem omnes promissiones Dei concluduntur in Christo, in illo figenda est radix omnis huius consolationis. Cumq; dicit, propter nomen suum magnum, excludit omne meritum nostrum. Nemo enim emere potest condonationem peccatorum. Non edit id in maiestatem Dei. Quicquid Deus facit, gratis facit, tantũ propter nomen suũ. Idẽ est Deus & nomen Dei. Deus magnus est: Itaq; oportet nomen eius esse magnũ. Sed cur elegit nos? An fortè propter opera præuisa? Minimè. Sed tantum ex sua misericordia, & clementia. *Propter nomen suũ magnũ.*) Rabbini id dictũ aiunt, quòd peruulgata iam esset ea fama, Deum velle augere & amplificare illum populum. Quod nisi præstitisset, dicturæ erant omnes aliæ nationes, Deũ aut fidem suã fefellisse, aut non potuisse id efficere quod promiserat. Ita Moses queritur apud Deũ. Dicẽt omnes finitimæ nationes te fraudulenter eduxisse populũ istũ, vt perderes eũ in deserto. Nomen aũt Dei fortasse cõtinet illa epitheta Dei quæ Moses describit in Exod. Iehoua, Iehoua, clemẽs, misericors, plen⁹ miserationis, & verax. Hæc propria sunt epitheta diuinæ bonitatis, & exprimũt magnũ nomẽ Dei. Rabbini per nomẽ intelligũt famã illã, quę iã ad omnes finitimas nationes peruenerat, Deũ velle augere illũ populũ: de qua suprà diximus. Itaq; sanctos sępe orasse Deũ, vt tueretur, & sarctũ tectũ cõseruaret nomen suũ. Hęc consolatio habet Euangelĩ: quo solo pharmaco animi reficiuntur. Tertio loco odi oportuit fructus pœnitentiæ. Vera enim fides non potest esse otiosa.

Si propter nomen suum, ergo non propter opera.

Nomen Dei.

Vt redeamus ad contextum orationis inchoatæ, consolatur Samuel populum, quod quamuis contra voluntatem Dei mutassent statum Reipub. tamen Deus illis adfuturus esset etiam in monarchia. Deum enim pluris nomen suum facere, quàm illorum peccatũ: modò verum cultum retineant, & pietatem. Non tamen illis omnem prorsus timorem eximit, sed illum tantum, qui coniunctus sit cum desperatione. Nam statim postea hortatur, vt seruiant Domino, & illum timeant. Deinde pollicetur de se, non paucis verbis, sed prolixè. Discesserat quidem à persona ciuilis magistratus, non tamen à munere prophetæ. Itaq; ait: Absit, vt non orem pro vobis & doceam vos. Illa duo munera pertinent ad ministerium Ecclesiæ: non consecrare lagana, non excantare aqui, non tingere nolas: sed orare, & docere populum. Ad doctrinam autem pertinet administratio sacramentorum. Orare pro alijs opus est ardentis charitatis: præsertim verò pro illis orare, à quibus lęsus sis. Amouet suspicionem Samuel odij & iræ, ne videatur malo animo aduersus populum fulmina illa & tempestates precibus suis elicuisse. Orabo pro vobis. Hæc est vera charitas erga populum. Ministri cum acriter insectantur & reprehendunt vitia suorum, videri sæpe possunt eos odisse. Atqui illi tum eos amant maximè. Ita Stephanus grauissimis verbis exprobrat populo duritiem ceruicis & pertinaciam. Tamen cum cæderetur, inter medios lapides moribundus orat pro illis. Moses Iudæorum peccata vehementer increpat: postea tamen orat Dominum, ne eos prorsus deleat. Et seruator noster in cruce, pater, inquit, ne statuas illis hoc peccatum: quia nesciunt, quid faciant. Sed dices, quid orandum erat pro populo, cùm iam essent recepti in gratiam? Hoc videlicet, vt perseuerarent, vt augerentur, ne vnquam deficerent. Ita nos quoq; quamuis iustificemus in gratia apud Deum, tamen oramus quotidie remitte nobis debita nostra. Tanta verò est charitas Samuelis, vt putet graue peccatum non orare pro populo.

Duo munera sacri ministerij.

Charitas vera.

Quid orarit.

Absit vt peccem Iehouæ cessando orare pro vobis.) R. Chimhi ait Samuelem polliceri se oraturum pro populo, quod eos iam videret esse conuersos. Quid ergo si conuersi non fuissent, an pro eis non orasset? Ego melius sic interpretor: Orarem quidem pro vobis, etiamsi contumaces essetis: nunc autem magis & vehementius orabo. Nam nisi orasset, destituisset vocationem suam. Quicquid autem accidat, oportet nos tueri stationem nostram. At illi sunt ingrati & indigni. Esto. At nos tamen officium nostrum deserere non oportet. Hodie tamen multi, cum habeant amplissimos episcopatus & archiepiscopatus, tamen nec orant, nec docent, neque se interim quicquam peccare putant. Admoniti officij sui, respondent se habere substitutos & vicarios, qui istis curent. Ita labor aliorum est, prouentus ipsorum. Vtque est in libro Iob, Boues arant, & asini pascuntur. Sed si isti perrexissent peccando, & sibi in eo placuissent, quid illis preces aut conciones Samuelis profuissent? Nihil prorsus. Imò doctrina eos magis excæcasset, & iram Dei contra illos incendisset. Nam ita Dominus ait apud Hieremiam. Etiamsi Moses, aut alij orent me pro populo illo, tamen non exaudiam. Et apud Ezechiel. Si Iob, Noe, & Daniel orent me, filios & filias suos non liberabunt. Magna quidem est vis precum: sed nihil prosunt apud nos, qui peccant in Spiritum sanctum. *Docebo vos viam bonam & rectam.*) Hoc alterum est munus Prophetæ. Quòd autem sic docendo

Episcoporum negligentia.

viam rectam, intelligit, se docturum verbum Domini. Nam hominum inuenta infle- *Via Bona.*
sant. Omnis enim homo mendax. Sed cui est via illa bona? An carni? Non certè. Nam
clamat, viam Domini incommodam, & angustam esse. Interiori verò homini bona
ad salutem. Hoc pacto habet Samuel populum supplicem, & obnoxium, & ab epu-
traductum ad cognitionem Dei. Hic animaduertere debemus, cui vno tempore *Cur tam sæpe arguat populum.*
potest, illum alio tempore adduci posse. Qui non est hodie, cras magis aptus erit.
animos confirmare debet, ad ferendam populi pertinaciam. Egerat Samuel an-
populo, semel, iterum, tertiò: at nihil profecerat. Nunc agit, & vincit.

Deum timete ei.) Quid sit seruire, melius intelligemus ex natura seruitutis. Est autem seruitus in
illorum rerum, quæ dicuntur τῶν τινὸς, quæ hoc ipsum, quod sunt, aliorum esse dicuntur:
quicquid ergo seruus aut est, aut valet, aut potest, id omne referre debet ad Dominum. *In veritate.*
simulate aut hypocritice, sed ita vt cor & verba consentiant. *Toto corde vestro.* Id non potest
præstari in hac vita. Aliquo tamen modo præstatur à credentibus: nam qui credunt, etsi le-
satisfaciunt, tamen habent inchoatam obedientiam. Qui diligit me, inquit Christus, man-
seruat. Quid ergo? An qui non seruat mandata, non diligit? Seruat quidem, sed inchoata,
imperfecta obedientia. Requiritur à nobis tota anima, & omnes vires. Quid ni? Eas enim
à Deo. Quare iure optimo Deus eas à nobis repetit. At non possumus tantùm præstare,
quantum requiritur. Esto. Tamen conatus adhibendus est, & studium. Atque hæc quidem rege-
præstare possumus. Antea verò nihil in nobis est, quod Deo placere possit: sumus enim ini-
Dei. *Si malefaciendo malefeceritis.*) Labimur quidem sæpe vel per ignorationem, vel pro-
pter infirmitatem. Quando autem dedita opera & destinato consilio peccamus, & nobis ipsis in
placemus, ibi duplicatur malum, & malefaciendo malificimus. *Etiam vos, etiam Rex ve-*
ster perietis. Hic intelligimus quod Paulus ait, stipendium peccati esse mortem. Peribitis, inquit,
& propter suum peccatum peribit, & quia vos peccantes non puniuit.

DE SATISFACTIONE PAPTISTICA.

Samuel videtur grauiter peccasse in leges Papistarum, qui absoluat populum. Est quidem in
si quis dolet de peccato, est confessio, sed vbi est satisfactio? Illi pœnitentiam volunt esse sa-
mentum: eius materiam, esse actionem pœnitentis: formam verò verba absolutionis: sed ea im- *Pœnitentia Papistica.*
sana, & impia: quia interponuntur merita sanctorum, & B. Virginis. Et quòd ad pœnitentiam
volunt esse tres partes pœnitentiæ, contritionem, confessionem, & satisfactionem. Sed
Nimirùm, quia volunt pœnitentiam pertinere ad iustitiam. Iustitia autem est multi- *Iustitia vltrix.*
tribuens, commutans, quæ adhibetur in commercijs, & vltrix. Cumq; dicunt iustitiam,
vltricem: vt qui Deum affecerit iniuria, aliquid vicissim patiatur. Si quæras, quid inter
iustitiam & forensem interfit, respondebunt, in hoc vtranque conuenire, vt sit aliqua com-
pro peccato. Sed in ciuili iustitia satis esse vt aliquo modo satisfiat arbitrio iudicis, quam
intercedat reconciliatio: hic autem necessariò requiri, vt reconciliemur Deo. Itaq; non
faciendum esse, sed etiam sponte faciendum, idque tantùm quantum Deo fururum sit
si tres illas suas partes pœnitentiæ somniarũt. Primùm aiunt, Contritionem esse ne-
quoniam qui agit pœnitentiam, non tantùm animo dolet, sed etiam constitutum habet
satisfacere Deo pro violata lege, quantũ ille voluerit. Sed quia colloqui non potest
cundum esse ad sacerdotẽ, vt ab illo discat, quid & quantũ debeat restituere. Et in con-
quod habitũ est sub Eugenio 4. decernitur, ea, quæ sacerdos debeat respondere, esse Ieiunia,
eleemosynas. Istis illi somnijs vehementer fidunt: Sed quis tã cęcus est in sacris literis, qui
videat, non tantùm vana esse, sed etiã impia? quis enim satisfacere Deo tantũ potest, quan- *Deo non possumus satisfacere pro peccato Pœnitentia potest esse sine confessione.*
tum pro peccato? Asconius ait, Satisfacere, esse tantùm facere, quantùm homini irato satis
dictam. Hic isti vsurpant sibi officium mediatoris nostri Christi, qui solus pacificare no-
iratum patrem. Iam verò quomodo confessionem suam probant ex sacris literis? Aut
est pars pœnitentiæ, cum sine ea sit pœnitentia? Quid enim? An nulla erat in Eccle-
tia, antequam istorum confessio nata esset? Nectarius propter stuprum confessionem
Constantinop. sustulit, cum tamen interim non tolleret pœnitentiam. Quod si confes-
de iure diuino, nefas fuisset Nectario eã abrogare. Chrysost. etiã qui Nectario successit,
in Homilijs suis monet populũ, vt ne cõseruo suo confiteãtur peccata sua, sed soli Deo.
dotes monere debent, quemadmodũ oporteat Deo satisfieri. Sed ex qua tripode hauriũt
dotes? Habent claues, inquiunt. Fateor. Verùm non in eo sita est vis clauium. Tamẽ opor-

tet, inquiũt, scienter agere. Audio. Sed si pendeam ab horum scientia, quando tandem possim animo pacato? Lutherus alicubi appellat hoc genus confessionis, Negotium scrupulans in tenebris. Certè qui putat, se istis ineptijs posse satisfacere iræ Dei, leuiter cogitat de peccato. Christus non ita absoluit peccatorem. Fides tua, inquit, te saluum fecit. Vade, noli amplius peccare. Hodie mecum eris in paradiso. Et publicanus, Deus propitius esto mihi peccatori. Petrus defert peccatum suum, & Ambrosius ait, Lachrymas Petri video, satisfactionem non video. Cur illi non ita potius citant, quàm sua somnia? Sed aiunt, Deum ex misericordia velle remittere culpam, ex iustitia tamẽ velle suppliciũ sumere de peccato. Ita enim peccatum Dauidis trãstulit. Tamen ille peccatum suum non tulit inultũ. Istæ autem pœnæ possunt vel remitti, vel condonari. Itaq; inquiunt, clauibus datæ sunt Ecclesiæ. Hic multa dicunt: primùm, condonato peccato, tamen pœnas non semper condonari. Atq; id quidem rectè dicunt. In proximo gradu addunt, eas pœnas posse mitigari. Id quoque non omnino malè. At quòd hoc in clauium potestate, & Sacerdotum iudicio constitutum, id non est per gradus descendere, sed præcipitare. Id enim in Dei manu est, non presbyteri. Nec pœna ea est, quæ ita sumitur, sed disciplina quædam & castigatio. Deus enim vult nostram hebetudinem huiusmodi stimulis exerciri, quæ & nobis correctione, & alijs exemplo prosint, & testentur Deum odisse peccata. At istæ ipsæ pœnæ, quæcunq; sunt, possunt precibus mitigari. Fateor. Sed cur à vobis remittimur ad vestras claues? Nã preces cõmunes sunt omnium. Vos autem claues ad vos solos retrahitis, easq; postea pretio venditis. Et quomodo sunt istæ partes pœnitentiæ, cum ea sine istis partibus plena sit? Nam si quis moribundus etiam in extremo spiritu agat pœnitentiam absoluitis, cum tamen ibi nulla sit satisfactio.

De condonatione culpæ & pœnæ.

Sed est, inquies, satisfactio pars pœnitentiæ integralis. Ita, vt homo sine brachio, crure, homo quidem est, etsi integer non sit: ita sine satisfactione esse quidem pœnitentiam, sed eam tamen non esse integram. Deinde eum, qui ita moriatur, habere in animo & proposito, vtq; isti loquuntur, ad intentione, si vixerit, velle satisfacere. Quòd aiunt, pœnitentiam eiusmodi mutilam tantum esse & inchoatam, pluris sua sacramenta faciunt, quàm Christi. Nam Christus nusquam exegit satisfactionem, vt neq; Samuel hoc loco: Sed isti purgatorium nobis pepererunt & indulgentias, res vix ecclesiarum lucubratione satis dignas. Verùm hoc mihi respondeant, ista quæ imponunt hominibus bonàne sint, an mala. Si mala, non possunt satisfacere. Si bona, debent ea facere, atque ita ne sic quidem possunt satis facere. Deinde, hoc scire velim, fiatne ea ex nobis, an ex Deo? Ex nobis, non dicent. Si sunt ex Deo, quomodo illi possumus satisfacere ex alieno? Adhæc scriptura vniuersa vbique testatur, hominem iustificari non ex operibus, sed ex fide. Sed isti ita insaniunt, vt plus illis suis operibus, cum imponuntur à sacerdote tribuant, quàm cum imperantur à Deo. Nam in huiusmodi operibus duplex inquiunt est bonitas: primum quod natura sua sint bona, deinde quod pendeant à clauibus. Atque idcirco aiunt, eos, qui breues satisfactiones imponunt, male consulere confitentibus. Non enim æquè valere opera bona simplicia, atq; si cum clauium virtute coniungantur. Hoc quid aliud est, quàm idolum excitare, & illi plus tribuere, quàm Deo? Sed satis ostendunt se non legisse scripturas. Nam Ioannes ait, Scribo vobis filioli: quia dimittuntur peccata vestra propter ipsum. Et ille est propitiatio pro peccatis nostris. Et Esaias, Deus posuit in eo peccata omnium nostrũm. Et Petrus, Portauit peccata nostra in corpore suo super lignum. Et Esaias rursus, Absque argento redimemini: Et rursus, Ego sum, Ego sum, qui deleo iniquitates vestras propter me. Paulus etiam toties clamat, nos iustificatos esse gratis sine operibus: Samuel quoque hoc loco ait, Deum seruaturum esse populum suum propter nomen suum. Et Petrus in Actis ait, Omnes prophetas testimonium ferre Christo, quod quicunque credunt in nomen eius, habituri sint remissionem peccatorum. Deinde Deus dicitur obliuisci peccatorum nostrorum, ea post tergum abijcere, & proijcere in profundum maris. At isti dicunt, nam aliquam superesse, quæ remitti debeat virtute clauium. Sed Augustinus in Psalmo 31. multò melius. Quid inquit, est tegere peccatum, nisi nolle aduertere? Quid est nolle aduertere, nisi nolle animaduertere? Deinde scripturæ appellant Christum ἱλασμὸν, & ἱλασμὸν pro peccato. Atque hoc est remittere peccatum. Retinere autem est illud inscribere in silice, conijcere in fornacem, colligare in fasciculum. Deinde in veteri testamento sacrificia quidem erant pro peccatis: opera autem nulla pro peccato imponebantur. Sacrificia autem illa adumbrabant Christum, & homines ad illum solum remittebant. Sed dicent, hanc rationem satisfactionum semper fuisse in Ecclesia. Fateor. Et id vnde fuerit, paucis dicam. Primis illis temporibus, si quis Ecclesiam offendisset, & aliquod designasset ex illis peccatis, de quibus Paulus ait: Qui talia faciunt, non habebunt partem in regno Dei, is non ante recipiebatur ad communionem & societatem fidelium, quàm satisfecisset Ecclesiæ. Nam quia multi simulabant se resipuisse, & falsò testabantur se odisse peccatum,

Pœnitentia an sit integra absque satisfactione.

Satisfactiones patrocinantur scripturis.

Satisfactionũ origo.

celebant certa signa edi pœnitentiæ, preces, ieiunia, lachrymas, Eleemosynas: vt Ec- ...ssa faceret atque ex animo agere. Interim fas erat illis interesse precibus, audire ver- ...siones. At cum ad communionem peruentum esset, iubebantur exire foras. Post ...essent suæ pœnitentiæ, recipiebantur ab Episcopo in gratiam, & admittebantur ad ... Hinc fuit ratio satisfactionis apud patres. Apud istos autem omnia contra fiunt. Illi ...iubant in gratiam sine signis pœnitentiæ. Isti verò prius absoluunt, post iubent sa- ... satisfactio nihil aliud erat, quàm approbatio sui apud Ecclesiam. Specimen huius ...d Paulum in 7. cap. posterioris ad Corinth. Gratiter increpuerat eos Paulus, quòd ...estum non excommunicassent. Eam reprehensionem sequutus est magnus fructus. ...it ad eos, illam pœnitentiam sibi non displicere: sed se in illis animaduertisse sedulita- ...timorem, &c. Eam vocem nostri reddiderunt satisfactionem. Approbat enim ... studium, & ait sibi esse satisfactum. Ad hunc modum loquitur Augustinus 56. ...Laurentium, & Cyprianus passim. Sed id offendit, quòd patres interdum aiunt, hoc pa- ...Deo. Verùm illi, cum hoc dicunt, non id volunt, compensari hoc pacto, quantum pec ...dignitas peccatorem se approbare Deo. Vt si quis offendat alium, & postea agnoscat ... suum, & illi sese offerat, alter dicet, sibi esse satisfactum. Nihil aliud sibi voluerunt pa- ...ista scriberent. Ita Daniel iubet Nabuchadnezerum regem eleemosynis redimere pecca- ... est, quod per vim eripuisset, reddere, vtq; antea spoliuerat populum, ita nunc illis vi- ...faceret.

CAPVT XIII.

...nus anni vnius erat Saul, quando regnauit ipse (duobus autem annis regnauit su- ...per Israelem.)

Elegit autem sibi Saul tria millia ex Israele, & fuerunt cum Saule duo millia in ...Michmas, & in monte Bethel: mille verò fuerunt cum Ionathan in Gibeah Beniamin: ...ceteros verò populi remisit, quemque in tabernacula sua.

Percussis autem Ionathan præsidium Philisthim: item Saul clanxit tuba per to- ...tam terram, dicendo, Audiant Ebræi.

Et vniuersus Israel audierunt quod diceretur, percussit Saul præsidium Philisthim: ...etiã fœtuit Israel inter Philisthim. Congregati sunt ergo populus post Saul in Gilgal.

Philisthim verò congregati sunt vt pugnarent cum Israele, triginta millia cur- ...rum, & sex millia equitum, & populus erat sicut arena quæ est ad littus Maris præ mul- ...titudine; & ascenderunt, castrametatique sunt in Michmas ad Orientem Betha-uen.

HOC caput ita distinguitur. Primo loco describitur occasio lapsus Saulis: deinde ratio lapsus: tertiò Samuelis obiurgatio, & Saulis qualis qualis defensio. Postremò difficultas populi, quod pauci essent, & inermes, cum Palæstini & innumeri essent, & ad pugnam instructi. Quod ad primum attinet, elegerat Saul tria millia militum, quos semper ad manum. Hoc non videtur alienum ab eius munere. Excitarat enim eum Deus ad ...m populum: qua in re opus erat milite. Ex eis mille tradit filio Ionathæ: duo millia reti- ...se. Hæc non malè videntur fieri. Sed Deus videt, ea malo animo fieri. Nam cum milites ...retur, vt eos retineret, sacrificare voluit, contra iussum Dei, quod plus fiducia in militibus ...quàm in Deo. Externa quidem res damnari non potuit: sed Deus animum ipsum intue- ...tus. Ita Saul post duos annos, quàm erat confirmatus Rex. Quare videtur nihil nimiũ præ- ...cipi, si ex prudentia fecit, laudandum est, at si ex timore, aut desperatione de promissis ...est vituperandum.

Diuisio capitis.

Saul initium, confidit militibus.

...nus erat Saul.) Oratio est ambigua. Non enim potuit esse vnum tantum annum natus, ...res præclaras confecerat. R. Chimhi putat dictum filium vnius anni, quod vnum an- ...regnasset, antequam confirmaretur in Gilgal. Quam sententiam sequitur etiam R. Ben- ...Nam post secundum annum eius regni ista acciderunt, quæ dicentur postea. Chaldæus ...exponit id per Metaphoram: quasi desit Caph similitudinis. Erat simplex, & innocens, ...ger vnius anni. Et addit, cum duos annos innocenter regnasse. Hanc ego sententiam ...ndo: quanquam altera videtur simplicior.

Gibea Biniamin.) Additur Biniamin, quia est etiam alia Gibea vt apparet ex libro Iosue. Cum Ionathas dicitur habuisse præsidium in Gibea, Chimhi putat eam Gibea non fuisse in tribu Beniamin. Sed quicquid est nihil refert. *Residuum verò populi remisit quemque in tabernacula sua.*) Non amplius populus consultat de gerendo bello. Id enim vni iam Regi curæ esse oportuit. Ita erat Reipublicæ status.

Percussit autem Ionathas præsidium Philisthim.) Ionathas expugnauit præsidium in Gibea. Credibile est id factum fuisse voluntate patris. Nam hominem priuatum non oportuit sua authoritate bellum indicere. Cur autem id Saul ipse non fecerit, causa non apparet. Acta Græco tribuere ἐπιτιμήσεως χάριν, quasi Saul velit causam reijcere in milites. Sed Palæstini hunc præteximum non recipiunt: sed statim conclamant ad arma. Id Saul denuntiat, vt populus esset paratus. Duæ causæ erant, cur hoc edictum proponeret: altera vt populus caueret sibi ab hostibus: altera, vt omnes ad certum locum conuenirent. *Congregati sunt ergo populus post Saul in Gilgal.*) Ibi orandus erat Deus, & per prophetæ de bello gerendo deliberandum. Initio capite huius libri Samuel cum discederet, dixerat suam, monuit Saulem, vt expectaret se in Gilgal septem dies: & Ego, inquit, veniam, & docebo te, quid fieri oporteat. Hoc præceptum videtur fuisse generale: vt quotiescunque aliquid negotij publici gesturus esset, toties si conderet in Gilgal & audiret vocem Dei. Id enim Dominus præceperat in Deuteronomio. Et in Num. Iosue iubetur stare coram Eleazaro sacerdote, vt interrogaret & audiret vocem Domini. Generaliter ergo monet, vt quoties opus esset consilio, toties Saul se expectaret, vel septem dies, si esset opus. Quia fortasse Samuel tam procul abfuturus esset, vt intra septem dies venire non posset. Perinde autem est quod dicit, septem dies, ac si dixisset, decem aut duodecim dies: vsus est finito tempore pro infinito. Sensus itaq; est, tam diu oportuisse Saulem expectare, vt si Samuel esset in vltimis finibus, tamen posset accedere.

Cur Saul non expugnarit præsidium.

Samuelis præceptum fuit generale.

Cur septem dies.

Philisthim vero congregati sunt, vt pugnarent cum Israele, triginta millia curruum.) Apparet ex Græcis & Latinis scriptoribus, magnum semper vsum fuisse in Oriente falcatorum curruum. *Et populus erat sicut arena quæ est ad littus maris præ multitudine.*) Hoc est infinitus numerus. Est hyperbole quæ tamen scripturis sæpe vtitur. Magno militum numero opus est illis, qui non confidunt Deo. Sed quantacunq; illa tanta multitudo sine Deo posit, Darius & Xerxes nobis documento esse possunt.

6 *Viri autem Israel videntes quod angustiæ essent sibi (coarctatus enim erat populus) absconderunt sese populus in speluncis, & in munitionibus, & in petris, & in turribus, & in cisternis.*

7 *Hebræi præterea aliquot transierunt Iordanem in terram Gad & Galaad: Saul autem adhuc erat in Gilgal, omnisq; populus commotus est post eum.*

8 *Et expectauit septem dies secundum tempus quod dixerat Samuel: Quum autem non veniret Samuel in Gilgal, dispersus est populus ab eo.*

9 *Tunc dixit Saul, Afferte ad me holocaustum, & hostias pacificas. Quo obtulit holocaustum.*

Hic scribitur populi timor. Ita enim extimuerunt, vt se in tres partes diuiderent, & alij se in pes, & spineta conferrent: alij fugerent trans Iordanem: alij manerent apud Saulem, sed tamen vt ab eo præ timore dilaberentur. Causa timoris videtur fuisse duplex: & quòd tanta esset multitudo hostium, & quòd ipsi essent exarmati à Palæstinis. Hic videre potui populus vanitatem consilij sui. Volebant habere principem, sub quo securè ac tranquillè agerent. Atqui hoc nullus rex præstare potest. Imò propheta ait, Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum.

Tremor Israelitarum. Israelitæ falsi in Rege petendo.

Et expectauit septem dies.) Saul putat, se à suis militibus deserendum esse, & quodammodo desperat De Deo. Hic illi offeruntur duo consilia, vt vel sacrificet, vel relinquat milites. Ea altera se videt esse mandatum Dei; ex altera periculum & æstimationem nominis sui. Expectat quidem septem dies. Sed tamen non totos. Nam statim à sacrificio venit Samuel. Videri potest recte fecisse. Nam venit in Gilgal, vt Samuel iusserat, expectat aliquot dies. Sed non perseuerauit. Hoc illi datum est vitio.

Peccauit Saul, quod non perseueravit.

Tunc dixit Saul, Afferte ad me holocaustum.) Litare voluit, antequam moueret in hostem. Ita Ethnici quoque soliti sunt facere, quemadmodum videmus à T. Liuio & alijs scriptoribus. Quanquam R. Ben Gerson ait, Saulem istis sacrificijs elicere voluisse spiritum prophetiæ, vt ipse sibi esset propheta, & sine Samuele intelligeret voluntatem Dei. Sed hoc Saul postea non requisiuit, vbi

reprehenditur. Verùm scitum fuisset hoc Samuelis consilium? Non enim tantùm spiritum prophetiæ, sed etiam Samuel impetrauerat, ne unquam in sacrificijs Holocaustis.) Sacrificia pacifica continebant vel votum, vel gratiarum actiones. Tempus erat. Imminebat hostis, milites dilabebantur, Samuel non veniebat. Itaque iussa Domini sacrificat. Alij putant, Saulem peccasse sacrificasse, vt legimus de Salomone. Quanquam contra scitum omnes Rabbini. Interim Saul Deo sacrificia illa etiam sine fide putat fore satis, ex opere ipso, vt dicere solent quæ fides esse potuit sine verbo Dei? Cur autem Samuel manserit tam diu, vt Deus produceret in medium corruptam Saulis voluntatem: quæ alioqui parata quiduis potius facere, quàm vt milites dilaberentur. Postea quoque in angustijs, non debuit adire & consulere pythonissam, Saul non expectauit, quàm diu oportuerat. Duo enim erant quotidie sacrificia, alterum mane, alterum vesperi. Cum Saul matutinum sacrificium peregisset, tamen expectare oportebat Samuelem vesperi. *Contemptus Saulis aperitur.*

Quumq; finem fecisset offerendi holocaustum, ecce Samuel venit, & egressus est obuiam ei vt saluraret eum.

Dixitq; Samuel, quid fecisti? Respondit Saul, quia vidi quod dispergebatur populus, & tu non venires ad tempus dierum: Philisthim autem congregauerant sese in Michmas.

Dixit, Nunc descendent Philisthim ad me in Gilgal & faciem Iehouæ non orauimus ad me, & obtuli holocaustum.

Et ait Samuel, Stulte egisti, non seruasti præceptum Iehouæ Dei tui quod præcepit tibi: quia nunc stabiliuerat Iehouáh regnum tuum super Israelem vsque in seculum.

Nunc autem regnum tuum non stabit: quæsiuit Iehouáh sibi virum secundum cor suum, cui præcepit Iehouáh vt sit dux super populum suum, quia non seruasti quod præcepit Iehouáh.

honoris causa iuit obuiam aduenienti Samueli. Sed hæc erat mera hypocrisis. Nam si feciſſet obseruasset præcepta eius. Verùm hoc est ingenium hominum. Deferunt prodoctoribus id, quod illi non quærunt: quod autem illi maximè requirunt, id prorsus fugiunt. Ex lectione patrum videmus illis concionantibus populum sæpe acclamasse. At hi clamores non ambiebant. Quod autem illi maximè inculcabant, vt obedirent legi & æquè inculpatè viuerent, id populus, ac si nihil ad se pertineret, contemnebat. Christ scribas & pharisæos excitasse & ornasse monimenta prophetarum: cum tamen filij essent qui prophetas occiderant: & illi etiam ipsi patrissarent, & prophetarum necem quærerent. Hodie adorant & penè numinis loco colunt Petrum, & Paulum: qui si nunc viuerent, lapidarentur ab illis lapidibus, & fortè pro hæreticis comburerentur. *Ministri ab hominibus peruersè honorantur.*

Samuel, Quid fecisti?) Non moror, inquit Samuel, ista. Hoc respondeo, an ea seruauerit. Sciebat enim eum sacrificasse. *Quia vidi, quod dispergebatur populus à me.*) Dixerat suum Saul; quantum potest. Sacrificaui quidem, inquit, non tamè quòd Dei iussa contemnerem, sed quia vidi dilabi populum. Nam & hostem nobis instare vidi, & te nondum ad nos venisse. Periculum erat, ne antequam litatum esset, cogeremur cum hoste confligere. Hæc ille: sed causa erat, quòd plus fiducia in militibus suis collocaret, quàm in Deo. Oratio Saulis est: status assumptiuus ex comparatione. Duplicem ait sibi incubuisse necessitatem, quòd milites diffugerent, deinde quòd hostis immineret. Ex altera parte videbat, aut sacrificium ante tempus, aut in periculum veniendum. Hæc inter se comparat, & longè potius anticipare tempus, quam Rempublicam vocare in discrimen. Deinde vtitur translatio ne veneras, ait: Quare si quid in hac re culpæ est, id omne transferendum est in te. Post confessionem. Si quid hic perperam à me factum est, id ego, inquit, non ea causa feci, vt tua violarem, sed quia necessitas cogebat, vt ita facerem, ne sine sacrificio in hostem dimicarem. Neque ego id meæ voluntate feci, sed inuitus. Vim enim, inquit, mihi feci. Hæ sunt artificia ab humanis ingenijs excogitata ad excusandum peccatum. Impij enim homines sunt, ne peccasse videantur. Nec tantùm defendunt, sed etiam interdum ornant, & si non oportuerit aliter fieri, Ita hypocritæ adduci nō possunt, vt seipsos accusent. *Causa anticipati sacrificij. Rhetorica dispositio. Impij nolunt videri peccasse.*

Mulier inquit Adamitis, quem dedisti mihi, ille me decepit: ego autem comedi. Mulier seipsum excusat, dum decipi se dicit. Et Cain: Nunquid ego inquit custos fratris mei sum? Quid dicam de his, qui non solum quod peccant, sed etiam laudant peccata? Dicam autem qui sentiendi [illegible] Et ait Samuel ad regem, [illegible] prudentes coram [illegible] ob oculos, scirem [illegible] uentes sua, esse semper & stulta. Deum [illegible] non stulte nec [illegible] nis mundo stultum videatur, [illegible] capite: Hoc erit intelligentia vestra & sapientia coram populis vestris. dicens. Quantus est sapiens [illegible] vixit. Ideo ergo sapientes [illegible] rat. Sapientia ipsa [illegible] Saul, quantum in ipso erat, prædixit populum. Id ne unquam [illegible] vt Rex describeret sibi Legem, neque ab illa aut ad dextram, aliud [illegible] ras, quod mihi hoc [illegible] sunia oportuerit Saulem regno exui? dicas tu mihi visurum, quid nam [illegible] mo, vt vitia [illegible] quod ubi accesserit, [illegible] quit Saul: Hoc ipsum inquit Samuel. Non audisti mihi: non [illegible]

Verbum Dei addit pondus præceptis legibus.

Papistæ Sauli similes.

Papistæ respondere solent de suis missis. Dicunt enim se præter [illegible] num sacrificium organorum, habere preces, epistolas, euangelia. Et [illegible] verò respondere possumus, hoc ipsum satis esse malum, quod vitiant [illegible] dunt etiam sacrificia pro mortuis, & intercessiones mortuorum [illegible] mera. Quare, si Saul ipse reprehensus est, qui sua rapinam [illegible] qui in iudiciis nobis tam pertinaciter obstrepunt? Sedes inquiunt, [illegible] non sunt fideles? Nam qui fidus alicui [illegible] satis exploratam habebat fidem Samuelis, [illegible] nunc putat eum non staturum promissis, & non adfuturum [illegible]

Quærere non dubitat curare, ne dilaberentur milites.

milites. Sed vbi erat illud, quod [illegible] vestrum decem millia [illegible] gis prodidit. Nam [illegible] Regem Agag contra [illegible] videmus, quod Apostolus [illegible] quod iubemur [illegible] Samuel non dubitat [illegible] pheta, tamen eundem [illegible] solent Prophetæ, quatenus [illegible] salute ageret. Regi Sedechiæ [illegible] vehemens: Ita [illegible] aliique Prophetæ eundem [illegible] tur enim spiritu Dei. Non ergo erat Samuel, qui ista [illegible] *Luis meæ stabiliret [illegible] regnum tuum.*) Quærit hic R. Ben Gerson, quomodo [illegible] tuerit Sauli regnum in [illegible] gnum tribui Iudæ, idque [illegible] Quomodo ergo dari illi potuit regnum in perpetuum? Ad [illegible] de hac re videatur.

Regem appellat fatuum.

Pœna Saulis. Qui peccant mortui sunt.

Cur Saul grauius puniatur quàm Petrus aut Dauid.

Nunc autem regnum tuum non stabit.) His Samuel tantum regni [illegible] non autem æternæ [illegible] stet? Iustè, inquies. Ego [illegible] eos, qui peccant, est multis locis [illegible] sinus, sed mortuus est. Paulus [illegible] non tamen deiectus, sed ab [illegible] rum fecerit in vitam Saulem [illegible] diuinum per omnia [illegible] simitate ne quippiam ab [illegible] phetæ monita contempsisse. Deinde Dauid [illegible]

...lius de Saule non leguntur. Sed dices, pœnitentia à nobis ne est, an à Deo? ... Paulus ait, fieri à Deo de illis pœnitentiam. Cur autem hunc magis Deus ... illi, non oportet nimium diligenter inquirere. Cuius vult miseretur: & ... consilium bello nostro conducibile possumus indagare. Promiserat Deus ... illis promissionem hypothesi. Verùm tamen fuit. Nam ad tempus retinuit eius ... confirmare voluit, etsi perfodiam abiisset. At regnauit Saul postea. ... Deus est longanimis: non statim parcit, quem decreuit punire. ... in regno, populum oportuit illi obtemperare. Postea regnum eripitur filijs. ... filij iuuant peccatum patrum? Minimè. Habebant enim ipsi satis peccatorum vt me ... conqueri. Et interdum Deus malorum patrum filios relinquit in regno: vt Eze- ... & Iosiam filium Manasse. Sed Isboseth filius Saulis successit patri. Verum. ... populus Israel. Dauid enim habebat magnam partem. Deinde etiam infeliciter ... Saulem eadem arte perdidisse regnum, qua illud seruare voluit. Ita admi- ... Dei, & quantas nostras rationes frustratur. R. Chimhi citat locum ex Deutero ... dabit Rex legem, & eam obseruare, & neque ad dexteram, neque ad sini- ... vias, & filij eius post eum. Id à Saule non obseruatur. Quare mirum non ... ad filios non transeat.

Quomodo regnum ademptum Sauli, cum ipse et filij regnarint.

...sibi virum secundum cor suum.) Loquitur ista Samuel de Dauide in spiritu ... enim illum nouerat de facie. Cum autem audimus, Deum inuenisse virum ... non debemus intelligere, eum tum primum inuenisse. Nam ab omni æterni- ... viderat. Ita Paulus ait, se electum fuisse ab vtero matris suæ: quod idem etiam ... Neque enim Deus delectum habuit, quis ex omni mortalium genere maxi- ... regnum. Nam si quis est idoneus, id habet non à seipso, sed à Deo. Non enim ... nobis bonitatem, sed fecit. Est ergo ... in qua ex antecedente intelligi- ... Nam homines postquam quærendo inuenerunt aliquid, illi magni faciunt, reti- ... Ita Deus, quoniam complexus est Dauidem, & cum Sauli præculuit, dicitur eum ... Psalmo legimus, Deum despexisse de cœlo, vt videret, an esset intelligens, aut re- ... Certè non erat opus, vt Deus sibi fenestras in cœlo faceret, atque ita despiceret, ... generetur. Sed ex eo, quod solet antecedere in actionibus humanis, intelligi ... sequens. Abutitur autem præterito tempore, ad significandam rei certitudi- ...

Deus quomodo dicatur aliquid inuenire.

Ex antecedente sequens intelligitur.

...) Chrysostomus in homilia de Dauide sit, esse hominem secundum cor Dei, ... Deus velit, & fugere quod Deus nolit, & prorsus se accommodare ad voluntа- ... non inuenit in Dauide, sed fecit. Ille enim aufert cor lapideum, & dat cor car- ... & velle & perficere. Ille est nostra sufficientia. Ex nobis enim ne cogitare qui ... sumus, tanquam ex nobis. *Cui præcepit Iehouah, vt sit dux super populum suum.)* ... hoc Dauid in mandatis. Ante enim quàm ad eum Samuel mitteretur, nihil au- ... Verùm id ab æterno decretum fuerat apud Deum, quamuis id nondum indicas- ... Etiam interdum res diu ante patefacere quàm eueniant. Ita enim & de Cyro Rege, ... nominatim, longè antequam illi nascerentur. Quo anno regni Saulis hæc ac- ... habemus ex historia. Hoc scimus, vnum elapsum fuisse annum, antequam Saul ... Possea cum habuisse delectum trium millium militum. Deinde post annum secun- ... expugnasse præsidium Palæstinorum. Quoto autem anno id acciderit, nescimus. ... confusè, colligenda nobis sunt breuiter capita reprehensionis. Primùm er- ... appellauit stultum, quod contempsisset mandatum Dei. Id apud homines ... momenti esse debet. Quid enim grauius esse potest, quàm destitui ea parte a- ... in omnibus nostris actionibus debet obtinere? Multi tamen sunt, qui il- ... Deinde minatur amissionem dignitatis & regni: quo malo homines solent non ... Verùm cum Saul nec primo, nec altero capite tangeretur, addit Samuel ter- ... tertium esse æmulum. Id enim homines vehementius vrit & mordet. His arietibus ... Saulis animum expugnare ad pœnitentiam. Sed nihil effecit. Ille enim putat hæc ... fabulas. Itaque redit ad officia, & lustrat exercitum. Ita hodie multi audiunt ... sed nihil animo mouentur, sed statim redeunt ad institutum. Saul destitutus ... fortasse confidit sacrificijs, cum tamen nihilo esset melior. Ita hodie multi omnem ... omnes in missis, nulle tamen interim tanguntur peccatorum suorum conscien- ... audisset tonitrua, & horribilem illam tempestatem, de qua supra docuimus, cor ... agnouit peccatum suum. Saul autem ita fortasse cogitauit: si iste senex adferret

Tria capita reprehensionis Saulis.

Quid Samuel sua oratione effecerit.

Deus non semper à malis aufert virtutes ciuiles.

nihil aliquid consilij in rebus ambiguis audiri posset. Sed quid sibi [illegible] reprehensio? Itaq; redijt ad officia ciuilia. Deus abijcit quidem [illegible] men mores virtutes non aufert. Relinquit enim illis hominibus [illegible] ciuilem disciplinã: vt de Cæsare, Pompeio, alijs q; Romanis, Græcisq; [illegible] Ex illis alij, antequam pugnarent, litare voluerunt: alij sacrificia [illegible] nat Samuelis negligit. Sed cogitare debemus, vt vt Saul peccarit, tamen [illegible] missis suis. Non enim est inconstans aut mutabilis. Vult beneficium suum [illegible] Neq; mirum. Nam si res magni momenti non conferat per malos ministros, cur [illegible] conferat per malum principem? Mali erant Ministri, quos Paulus ait propter [illegible] se Christum: Tamen addit, se ea de re gaudere, & gauisurum.

15 *Surrexit autem Samuel, & ascendit de Gilgal in Gibah Beniamin, & recensuit Saul populum qui inueniebatur cum eo, fermè sexcentos viros.*

16 *Saul igitur & Ionathan filius eius, & populus qui inuentus est cum eo, manebant in Gibah Beniamin: Philisthiim verò castrametati erant in Michmas.*

17 *Et egressus est vastator è castris Philisthiim tribus capitibus: caput vnum respiciebat ad viam Ophrah ad terram Sual:*

18 *Et caput alterum respiciebat ad viam Beth-boron: caput verò tertium respiciebat ad viam termini qui respicit contra vallem Seboim versus desertum.*

19 *Porrò faber non inueniebatur in tota terra Israel. Dixerunt enim Philisthiim: Ne forte Ebræi faciant gladium aut lanceam.*

20 *Descendebant vniuersi Israel ad Philisthiim, vt acueret quisq; vomerem suum, & ligonem suum, & securim suam, & sarculum suum.*

21 *Erat autem lima vomeribus & ligonibus & tridentibus, & securibus, & ad eundum stimulum.*

22 *Diebus pugnæ non reperiebatur gladius nec lancea in manu vllius populi qui erat cum Saule & cum Ionathan: & tantum Saul & Ionathan filius eius habebant.*

23 *Egressum est autem præsidium Philisthiim in transitum Michmas.*

Recenset Saul milites, qui apud ipsum remanserant. Nam alij dilapsi fuerant. Erant enim ex tribus millibus militum, quos ante conscripserat, solùm iam superesse sexcentos. Sed legimus illum paulò antea habuisse in exercitu contra Nahas trecenta triginta millia militum. Tanta multitudine vix iam habet sexcentos superstites. Quid isti ad tantum numerũ Philisthæorum? Illi enim habebant triginta millia curruum falcatorum, sex millia equitum, & peditum innumerum infinitum, tanquam arenam maris. Hic Saul destituitur non solùm militibus, sed etiam verbo Dei, in quo solo erat firma & solida consolatio.

Saul igitur & Ionathan filius eius, & populus qui inuentus est cum eo, manebant in Gibah Beniamin.) Quidam putant eum voluisse ibi Samuelem & prophetas conuenire. Ego autem non puto, cum ita esset perterrefactus, recepisse se eò, vt in locum munitum, vt inde posset hostem facilius reijcere: vel vt ex eo colle hostium castra, quæ in vicina planicie erant posita, oculis [illegible]

Et egressus est vastator è castris Philisthiim.) Intelligit cuneum militum qui vastarent terram. Rabbi Chimhi intelligit milites, qui gerebant hastas, & lanceas, fortasse equites leuis armaturæ.

In tribus capitibus.) Interea Philistini emittunt tres turmas, quæ vastent & populentur agros Israelitarum. Diuiserunt autem vires suas, quòd viderent Israelitas & pecora esse dispersa. Sic enim se putant posse eos facile obruere. Sed longè aliud est consilium Dei. Is enim defendere vult populum suum, quamuis Rex grauiter peccauisset. Neque enim erat ea conditionalis promissio, qua fidem dederat, se semper adfuturum populo suo. Quid enim [illegible] si quidem ex illis peccauerant? Num illorum incredulitas frustrabitur fidem Dei? Manet enim Deus verax. Hic videmus, desperatam propemodum fuisse conditionem Israelitarum. Nam vnus erat numerus militum, Saul destitutus, Samuel nihil iuuit, hostium multitudo [illegible] credibilis ferebat, Deus tamen declarare vult, victoriam non esse sitam in humanis rebus. Quid enim ista possunt sine Deo? Præclarus videtur esse artifex, qui cudere possit gladium fusione, aut malleo: & egregius medicus, qui curare possit morbum sine pharmacis. Deus [illegible] huiusmodi instrumentis aut opportunitatibus adiectoriam. Virtus mea, inquit, in infirmitate perficitur.

Dei auxilium in rebus desperatis.

Saul

...inabatur in tota terra Israel.) Causam reddit, cur populus tam ita inermis ... illis tyrannicè imperauerant. Hoc Rabbini aiunt, non sub Saule Rege contu... dinum tempus Samuelis, cum populus conuersus fuisset ad idola. Tyrannis, quo ... semper studio est omnibus modis exarmare populum. Id hodie vbique ferè vi... Dionysius tyrannus fecit, cum Siciliam obtineret. Ita Iulianus interdixit ... & gymnasijs. Ita hodie Papistæ quantum possunt, exarmant populum sacris li... volunt tantum pro libris Sibyllinis, vt ad se, tanquam ad triumuiros veniatur. ... sum dictis & decretis, ceu oraculis stari volunt. Quid hoc est aliud, quàm cogere ... Palæstinos, si vomerem aut cultrum velint exacuere? Ita diabolus semper studet ... verbo Dei, spe, fide: quæ scit esse arma præstantissima. Ita Nabuchadnezar cum ob... ...mpes artifices & incluſores auexit. Sed dices: Quomodo potuit populus ca... non ita multo ante victoriam præclaram reportarint ab Ammonitis? Respon... illud bellum gestum est trans Iordanem, ibi arma adhuc fuisse, quod Palæstini ... pernassent, cum reliquis Israelitis relicta fuissent tantum instrumenta rustica. Chim ... superfuisse arma vetera, quamuis, cum sublati essent fabri, pauca fuerint, quod non ... noua. R. Ben Gerson ait, in terra Israel nihil esse ferri: vt miram non fuerit, eos ... habere arma sublatis fabris. Id mihi mirum videtur. Nam Deus in Deuteronomio ... curam populo suo terram, cuius lapides essent ferrum. Et in benedictionibus pro ... Affer terram abundantem ferro. Quomodo ergo isti pugnare potuerunt? Certè ba... fundis, fudibus. Ita enim pugnare sæpe solebant veteres. Debbora in Cantico suo ... mille militum non habuisse gladium, aut scutum. Sangar legitur occidisse sexcen... ...ulo, quo aguntur boues. Et in Biniamin fuerunt funditores, qui pilum etiam attingo ... terrarent. Et in Paralip. legimus viros illos præstantes, qui accesserunt ad Dauidem, v... ...cubus & fundis, vt & dextrorsum & sinistrorsum ferirent. Et in 2. Melachim cap. 3. legi ... circundedisse, & percussisse ciuitatem. Dauid etiam funda strauit Goliathum. ...mentis vtendum erat. Quanquam hoc sacræ literæ commemorant, vt graue incom... Deus hoc pacto testatam voluit vim suam. Quod autem Iudæi narrant gladios duos ... Sauli & Ionathæ ab angelo, nihil aliud est quàm fabula.

Tyrannorum est exarmare populum.

Quomodo ceciderint armis, cum vicerint Ammonitas.

...strum limum vomeribus & ligonibus.) Horum verborum duplex est interpretatio. Pri... ...rutsa fuerint instrumeta rustica. Nam ea in pace acuere solebant apud Palæstinos. At ... Ionathas præsidium Palæstinorum expugnasset, id eis amplius non licebat. Itaque in... ...fam omnia erant retula. R. Chimhi & Schelomo intelligunt limam; cuius etymologi... putant à specie oris. Vt enim in eo labra eminent, & concauitas subsidit, ita in lima ... aliæ extantes aliæ subsidentes. Atque ita sententia erit: etsi Israelitis non fuerint fabri, ... habuisse limas, ad quas instrumenta sua exacuerent.

QVOMODO HIC SAVLI DICATVR, REGNVM *eius fuisse stabiliendum in seculum, cum tamen tam ante tribui Iudæ fuerit destinatum.*

...ideamus, quomodo Samuel dixerit, Deus constituisset regnũ tuum in æternum. Quo ... manere potuisset regnum in familia Saulis in æternum, cum antea prædictum fuerit ... regnum fore in tribu Iuda, & Deus ab omni æternitate decreuerit, se daturum ius re... Dauid? Hic non possumus respondere, Deum quidem ita primùm decreuisse, sed po... sententiam. Deus enim non mutatur. R. Leui Ben Gerson putat, אד אילם, non signi... ...ternitatem, sed certum aliquod spacium temporis: atque ita, & Saulem regnare potuisse ... est ad longum tempus, & postea Dauid illi succedere. Sed hæc sententia mihi non ... batur. Dauid enim iam non tantum natus, verumetiam adultus erat, vt Saul ad lon... regnare non potuerit. Deum verò non mutari, omnes fatentur: sed non omnes ta... modo. Quidam enim aiunt nos fingere, Deum aliquid prædestinare ab æterno, quod ... æquatur. Id absurdum est, inquiunt: Deo enim omnia sunt præsentia. Atqui nos ... Deum moueri ad tempus, sed eius consilia esse ab æterno. Sed hoc dicimus, cum ... peruenitur, illum nulla instituere noua consilia. Paulus ait, se fuisse electum ab vtero ... fuisse prædestinatos ante iacta fundamenta mundi. Ista in Deo quidem æterna sunt, ... ipsis longè antea prædestinata sunt quàm facta. At si volunt cauillari de prædesti... mus prædictiones, in quibus non possunt tergiuersari. Quum nihil egissent aut ... vt secundum electionem propositum Dei maneret, dictum est: Iacob dilexi, Esau

Deus non mutatur.

autem ódio habui. Ita de regno constituendo in tribu Iuda multo ante prædictũ est, quàm Dauid, qui primus ex ea tribu regnauit, nasceretur. Quomodo ergo dicit Samuel, Deus confirmasset regnum tuum in æternum? Est potentialis loquutio. Sed quæ est ista potentia? Multæ dictæ sunt aliæ eiusmodi loquendi formæ in sacris literis. Si cognouissent, inquit Paulus, neminem Dominum gloriæ crucifixissent. Atqui prædestinatum erat à principio, Christum esse crucifixum. Ita vulgò dicere solent, si Adamus non peccasset, Christus non fuisset passus. Sed omissis illis, & istam sententiam, quam habemus in manibus, ex qua bene intellecta, cætera omnia facilè intelligi possunt, expediamus.

Loquutio potentialis.

An Dauidis prædestinatio fuerit causa eiectionis Saulis.

Primùm autem videamus, vtrum prædestinatio Dei de Dauide fuerit causa, cur Saul ejiceretur à regno. Eiectionis eius duæ mihi videntur fuisse causæ: alterà irritans Deum, nimirum peccatum Saulis: altera autem voluntas Dei, sed prouocata atque irritata peccato. Vtri ergo harum causarum magis ascribemus eiectionem? Certè peccato. Par enim erat, vt qui malè gessisset, moueretur loco. Itaque Oseas ait: Ex te malum tuum ô Israel. Negare quidem non possumus, voluntatem Dei aliquo modo fuisse causam. Vera autem & certa causa peccatum erat. Aliud etiam discrimen non parum erit, si conferamus peccata nostra ad supplicia, & bona nostra opera ad mercedem. Nam peccata nostra merentur supplicium: opera verò bona mercedem non merentur. Cur ita? inquies. Quoniam est proportio inter peccatum & pœnam. At ea inter bona opera, & mercedem nulla est. Non enim sunt condignæ passiones huius vitæ ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Adhæc mala opera propria sunt à nobis: bona autem non sunt nisi à Deo. Itaque mors æterna posset dici merces peccati. At contra vita æterna non posset dici merces iustitiæ nostræ. Dicimus ergo, peccatum Saulis fuisse verum causam, cur ejiceretur à regno. Vt autem constiteret, bona opera nunquam potuissent esse causa. Sed istud confirmat & decretum Dei, an imponebat Sauli necessitatem? Nulla erat in eo necessitas eius rei absolutè. Nã quod attinet ad interna principia peccandi, ea Saul habuit in seipso: & quod fecit voluntate sua sponte fecit. Decreuit quidem Deus regnum Dauidi & tribui Iudæ, ita tamen, vt id Sauli non prius eriperetur. Et si Deus præuidebat, Dauidem fore regem, præuidit etiam peccata Saulis. Vidit itaq; vtrunq;, & hunc peccaturum, & alterũ regnaturum. In hoc ordine nihil peccatur à Deo. Verum quidem est, potuisse Deum ita punire Saulem, vt illi non auferret regnũ. Puniuerat enim Dauidis, cum iam facti essent idololatræ, puniuit multis modis: regnum tamen illius reliquis integrũ. Sed erat in manu Dei, vt Saulem puniret, quo ipse modo vellet. Non autem eadem conditione regnum Sauli datum erat, qua Dauidi. Nam cũ Hieroboam inuaderet Iudam cum octingentis millibus militũ, Abias rex Iuda ascendit in collem, & habuit orationẽ ad decẽ tribus. An nescitis, inquit, Deũ dedisse regnũ Dauidi fœdere Salis? Sal non putrefecit, aut corrumpitur: deinde adhibebatur etiam in sacrificijs. Alterũ ergo significabat fœdus illud ictũ cum Dauide nunquam forè violandum: alterũ, ictũ illud fuisse quodammodo per sacrificia, atq; ita iam esse sacrosanctũ. Ita pollicitus est regnũ Sauli. Nam si promisisset, auferri id illi non potuisset. Quamuis ergo Deus ista de Saule & Dauide decreuisset, tamen Saul ex proprijs principijs & sua sponte peccauit. Ad præscientiam autem Dei si respicias, est quidem in ea aliqua necessitas, sed tantum, vt aiunt, ex hypothesi: quia Dei præscientia non potest falli. Non tamen turbat Deus naturam rerum, sed patitur, vt quicquid fit, naturaliter & sponte fiat. Sed propius accedamus. Constituisse regnum tuum in æternum. Quomodo? Quia æterno decreto constituere potuisset, vt regnum eius posteritati staret in æternum. Atque ita ista potentia sita erit in decreto Dei. Deinde etiam, quod ad Saulis naturam attinet, potuisset Dominus constituere regnum in æternum. Quod in aliis hominibus videmus factum, quos Deus, cum peccassent, non deiecit. Sed est alia solutio longè facilior, vt dicamus ista dici more hominum. Homines enim solent dicere, aliquid fieri, aut posse fieri, cum apparet factum, aut videtur posse fieri. Ita enim Christus loquitur, cum ait: Gaudete de hac re, quoniam nomina vestra scripta sunt in cœlis. Ibi tamen erat interim Iudas: ibi erant septuaginta discipuli, qui postea à Christo discesserunt. Quomodo ergo erant illorum nomina scripta in cœlis? Quoniam ita videbantur, & iam ex illis principijs habebant inchoationem. Ita scribitur in Apocalypsi: Tene locum tuum, ne alius accipiat coronam tuam. Quomodo erat ea tenenda, quæ posset amitti? Quoniam ita esse hominibus videbatur: & quoniam illi vtebantur illis instrumentis medijs, quibus peruenitur ad coronam. Corona enim vel est ex prædestinatione, & tenenda est, nec potest amitti, vel ex inchoatione, aut quod ita videatur: atq; ea potest interuerti. De ea igitur, quæ videatur, Christus ita loquitur: Ei, qui non habet, etiam quod videtur habere, auferetur. Non dicit, quod habet, sed tantum, quod videtur habere. De inchoatione autem scribitur ad Hebræos: Qui semel illuminati sunt, gustauerunt q; bonum Dei verbum, &c. Illi, quod attinet ad hæc media,

An decretum Dei Sauli necessitatem imposuerit.

Regnũ alia cõditione Sauli datum quàm Dauidi.

Potentia in æternum. Hæc hominum more dicta sunt.

...stitutur coronam. At si excidant, non possunt renouari, inquit Paulus. Ita Sauli re... ...potuisse in æternum: quia habuit eam in hereditatem, & ea media, quibus regnum ... Iuda substitutus est Matthias. Abeli Sethus. Iudæis genter. Ita Iob ait cap. ... gentes multas, & fortes, & alias illas substituet. Ita cum angeli excidissent, homi... ...eorum locum. Atq; hæc est sententia huius loci apud Hieremiam. Si ego locu... ...de aliqua gente, & gente ea egerit pœnitentiam, ego quoque agam pœnitentiam ... quod cogitaueram facere. Promissio facta Sauli de regno habuit conditionem: cui ...ret, regnum illi optimo iure eripitur.

CAPVT XIIII.

Factus autem die quadam vt diceret Ionathan filius Saulis ad puerum armigerum ... suum, Age, transeamus ad præsidium Philisthim quod est trans locum illum, patri ... eius indicauit.

Saul verò manebat in extremo Gibeah sub malo granato quod erat in Migron: ... populus autem qui erat cum eo, erant sexcenti viri.

Abiáh autem filius Abitub fratris Ichabod filij Pinehas filij Eli sacerdotis Ie... hoüah gestabat Ephód: populus autem nescibat quod abijsset Ionathan.

Et inter transitus per quos quærebat Ionathan transire ad præsidium Philisthim ... petra in transitu hinc, & dens petræ in transitu inde: nomen vnius, Bosez: & ... alterius, Seneh.

Dens vnus stabat ad Aquilonem contra Michmas, & alter ad Meridiem con... tra Gabaa.

Dixitq; Ionathan ad puerum armigerum suum, Age, transeamus ad præsidium ... horum istorum: forte faciet salutem Iehouáh per nos: quia non Iehouæ prohibitio ... est cum multis, vel paucis.

Respondit armiger eius, Fac quicquid est in corde tuo: diuerte, ecce sum tecum ... iuxta cor tuum.

Dixitq; Ionathan, Ecce nos transimus ad viros, & aperiemur nos eis.

Si sic dixerint nobis, Expectate, donec perueniamus ad vos, stemus in loco nostro ... nec ascendamus ad eos.

Si verò dixerint, Ascendite ad nos: ascendamus, quia tradidit eos Iehouáh in ma... nu nostram: & hoc erit nobis signum.

HOC caput diuidi potest in tres partes: quarũ in prima agitur de prælio à Ionatha con... tra Philistæos: in altera de expeditione Saulis, & profligatione Palæstinorum: in tertia de libe... ratione Ionathæ, cum patris iussu violasset. Quod ad primũ attinet, obseruanda est pul... chra antithesis inter Saulẽ & Ionathan. Saul fractus est & debilitatus metu. Cum em... videret à Palestinis deuastari, tamẽ nõ est ausus se opponere. Contrà autẽ Ionathas ... nullo militũ, sed promissione Dei fretus, vno tantũ armigero comitatus iuit in hostẽ. ... erat & vis fidei, & debilitas diffidentiæ. Videri autem posset Ionathas temere fecisse, qui ... cum milite tot hostiũ millibus se obiecerit. Deinde etiã loca ipsa erant non tãm studio ... hominum natura ipsa & situ munita. Videri ergo posset Ionathas facinus tentare supra na... turam quam nihil ille temere aut inconsideratè facit. Nitebatur enim promissionibus Dei, ... quæ à Deo populo suo datas in Deuteronomio: forte, vt si timerent Dominum, vnus ex ... illis persequeretur mille, & duo decẽ millia. Quo loco sciebat numerũ finitũ positũ esse pro infi... nito. Palæstini habebant triginta millia currũ, & pedites instar arenæ. Deum tamen ille non ... timebat omnis numerum, quantumuis magnum delere posse. Adhæc in Deuteronomio, Si ... videretur esse numerus hostiũ, sacerdos iubebatur denuntiare populo, ne quid timerent. ... Deinde factũ non fuerit, tamẽ verisimile est Ionathan de re cogitasse. Postremò meimi... nerat promisisse Israelitis, si timerent se, hostes venturos per vnam viam, & per septem vias ... esse territos videlicet & consternatos, vt solet fieri cum acie dissipata, quisq; sibi fine du... bio accesserat peculiaris promissio fore vt populus sub Saule rege liberaretur à Palæ-

Partitio capitis.

An Ionathas tẽtet Deum.

stinis. Cum ergo non suis viribus Ionathas fisus sit, sed Deum vocante sit sequutus, non temere fecisse. Virtus enim ea est, non temeritas, sequi vocationem suam & promissionem Dei.

Cur non interrogat patrem.

Sed cur inquies, patrem suum ante non consuluit? Quoniam erat instinctus & incitatus Dei. Qui autem à Deo ad aliquid faciendum commouetur, cur non debent aliorum sententias expectare? Quare vehementer errant Papistæ, cum dicunt, in instauranda Ecclesia expectandum esse generale concilium. Nam si certi sumus de voluntate Dei, non debemus multum curare, quid homines sentiant aut velint. Si Ionathas expectare voluisset iudicium patris, nihil fecisset. Et posteri hominum si rem ad concilia episcoporum & principum referre voluissent, nunquam veram religionem instaurassent. Ita Christus respondit cuidam detrectanti vocationem, Sine mortuos sepelire mortuos suos. Tu certus es de vocatione tua: illos mitte: me sequere. Gedeon cum primùm intelligeret voluntatem Dei, non consuluit patrem, sed statim occidit taurum, & idolum Baalis euertit. Sed dices, non licet militi iniussu imperatoris pugnare in hostem. Nam ob eam causam Torquatus filium suum plexit capite. Fateor equidem eam esse disciplinam castrensem. Verum hoc stratagema non humanum fuit, sed diuinum. Itaq; Ionathas non debuit ordinaria & vsitata ratione vti.

Pugnat iniussus ab imperatore.

Abias autem filius Achitob fratris Ichabeth filij Pinehas.) Cum Saul esset prorsus perculsus metu, credibile est Sacerdotem illi adfuisse non multò fidei melioris, quàm ipse fuit. Hic obseruandum est, Phinees filium Eli, quem scimus fuisse occisum, cum arca raperetur, habuisse duos filios, Ichabodum, & Achitobum, & hunc fuisse maiorem natu. Nam alter frater Ichabodus erat posthumus. Itaque Achias Achitobi filius habuit summum sacerdotium. *Gestabat Ephod.*) Hoc est, summus sacerdos erat. Totum enim sacerdotium describitur à parte. Erant enim alia pontificum multa sacerdotis ornamenta. Hinc apparet execrationem illam Domini nondum peruenisse, in posteritatem Eli: erant enim adhuc eius posteri in sacerdotio.

Achias quomodo ex Eli.

Et inter transitus per quos Ionathas quærebat transire ad præsidium Palæstinorum.) Ex hac topographia, & abruptis atque inaccessis scopulis, illustrior apparet virtus & fortitudo Ionathæ. Imò Iosephus ait, locum fuisse ita natura munitum, vt Palæstini securi rerum suarum, cum negligentius asseruarent. Rabi Chimhi ait Palæstinos habuisse castra in Michmas, Ebræos autem in Gibea. Inter istos autem duos colles fuisse vallem: Palæstinos verò vt Hebræos vehementius premerent, præsidium in media ea valle posuisse: & de ea hoc loco fieri mentionem.

Age transeamus ad præsidium incircumcisorum istorum.) Non caret emphasi, quòd eos appellet Incircumcisos: intelligit enim abiectos, exosos, & alienos à fœdere Dei: Itaque eos facilius vinciae superari posse ab illis qui Deum timerent. Non tamè existimare debemus, omnes eos, qui circumcisi non essent, alienos fuisse à Deo. Hic enim ex signo intelligimus rem significatam. *Forte faciet Iehouah per nos.*) Non ista Ionathas dubitanter pronuntiat, senserat enim se instigatum esse à Deo, & populum liberatum iri. Sed an hac via, an hoc tempore id futurum esset, nesciebat. De salute autem populi nihil dubitabat. *Quia nō est Iehouæ prohibitio seruandi cum multis vel paucis.*) Hinc apparet, quanta fuerit fides Ionathæ. Imò ego hoc etiam addo, gloriosius esse Deo, victoriam paucis concedere, quàm multis. Tantò enim illustrior est potentia Dei, quia contra rerum naturam videtur vincere.

Non omnes incircumcisi alieni à Deo. Quare dicat forte.

Fac quicquid est in corde tuo. Habet Ionathas armigerum pari fide. Is nihil detrectat hortatori, sed respondet, se libenter esse sequuturum. Solent autem serui sæpè ridere consta dominorum, quid eos videant tentare sine ratione: vt ille seruus apud Aristophanem: *οὐ δίκαιος*, inquiens, *ἐστὶν ἃ ζητᾷς.* *ἀλλ' ἐγὼ μὲν οὐκ ἐθέλω σκαφεὺς ἀντὶ σκαφέως γενέσθαι.* Vt autem probandi non sunt serui, qui semper assentantur heris suis, ità laude sua fraudandi non sunt, qui illis animo alacri & forti parent, cum nihil vident ab illis fieri contra voluntatem Dei. Fuit ergo iste seruus spectatæ fidei. Imò Iosephus ait eum dixisse: Ego sequar te etiam cum vitæ meæ periculo. Hic elucet vis fidei, quæ vincit mundum. Ionathas contemnit omnia humana præsidia, quibus iuuari potuisset. Ita Gedeon cum suo seruo descendit ad castra Madianitarum.

Serui fidelis exemplum.

Si sic dixerint nobis, Expectate, donec perueniamus ad vos.) Quò magis animò confirmatus constituit sibi signum à Domino. Hebræi hoc signū ita interpretantur: Si dixissent, Accedite ad vos, id futurum fuisse signum animi fortis & parati ad dimicandum. Contra verò si dixissent, Accedite ad nos, id futurū fuisse signum, eos iam fractos esse & debilitatos. Et R. Ben Gersonides initium persequutionis esse à victoribus. Sed hæc tantum est coniectura: interdum enim contra accidit. Non est hoc nouum genus intelligendi voluntatem Dei. Ita enim in libro Geneseos Eliezer seruus Abrahami apud se constituit: puella, quę mihi dixerit, bibito tu, deinde camelis tuis dabo bibere, ea est, quam Dominus decreuit vxorem heri mei filio. Palæstini quoque vt supra legimus, apud se decreuerunt, si Arca à feris & indomitis vaccis rectà ad Iudæos veheretur, illud malum

Signa sibi danda præscribere aliquando licet

...illum, sin minus, casu, & fortuitò contigisse. Hoc est signum petere, vt fi-...etur. At quæ fides? Non quidem de lege Mosaica aut veritate Prophetarum. Nam ...fuerat confirmata. Sed est interdum fides quædam particularis de re aliqua, quæ ...legem Dei. Hic sæpe opus est confirmatione signorum. Id videmus in historia ...gitur. Non enim dubitabat ille, populum asserendum esse in libertatem. Se autem ...rorem, id verò nesciebat. Itaq; confirmandus erat miraculo. Venturum esse Mes-...persuasum omnibus, Mariam autem fore eius matrem, id Deus seorsim non pro-...adhibendum erat signum: Ecce Elizabet cognata tua. Valent ergo miracula ad con-...modò generalem, modò particularem. Neq; verò putare quisquam debet, Io-...hæc sibi signa constitueret, tentasse Deum. Nam tentare Deum, est de eius potentia, ...voluntate periculum facere, idq; cum non sit necesse. Ibi duobus modis peccatur: pri-...deest fides: deinde quia curiosè fit, cùm id nec necessitas, nec vtilitas vlla postulet. Au-...Confessio. lib. cap. 35. Cùm signa, inquit, flagitantur non ad salutem, sed ad experien-...tenti. Deus tentatur. Et de vera religione cap. 38. Nihil, inquit, erat, cur Christus debe-...precipitare de templo, nisi causa experientiæ. Atid fuisset tentare Deum. Sed hæc non con-...in Ionathan. Primùm enim non deerat illi fides: deinde necessitate, & magna vtilitate in-...vt Dei voluntatem intelligeret: credidit Ionathas omnia regi & gubernari potentia ...impiorum etiam hominum linguas ab eo ad loquendum incitari. Itaq; sequitur Palæstino ...vt oraculum editum à Deo. Neq; enim Dei gubernatio tantùm ad electos pertinet. ...enim etiam hominum affectus, & dicta, & facta omnia ab eo diriguntur, vt eius gloriæ ...Impij quidem erant Ægyptij, & Iudæis infensi. Deus tamen illorum benevolentiam ...conciliauit, vt migrantibus ex Ægypto vestes & vasa argentea aureaque commodarent. ...vertit cor Absolonis, ne audiret consilium callidissimum Architophelis. Deus commouit ...ne senicrum & prudentium virorum consilijs auscultaret. Nam, vt ait Solomon, ...est in manu Dei. Deniq; omnes nostri affectus, cogitationes, sermones in eius potestate ...Ionathas sibi persuasisset, quomodo ex istorum vocibus signum peteret, aut capta-...Alij quidem nesciunt, quo Deus velit hominũ sermones & facta dirigere, id autem Io-...diuinum intellexit. Non est ista ea diuinatio, quæ in sacris literis prohibetur: in quibus ita ...Ne fiat inter vos diuini. Hieronymus ait, vocem diuinationis in sacris literis semper ...deteriorem partem. Quoniam enim homines nimis auidè scire cupiunt res futuras, mul-...ipso offeruntur impostura. Verùm, cùm futura pendent ex causis certis & necessarijs, non ...ad diuinationem eam, quæ interdicitur. Nam defectus lunæ, & Solis, & traiectio & op-...& concursus syderum, in multos annos ex certis causis certò prædici possunt. Res etiam ...etiam solent euenire, possunt ex causis probabilibus præuideri, vt mors, aut morbus à ...Contingentia verò, quę dicuntur ἐνδεχόμενα, & in vtramq; partem æquè propendent, non ...dentur, nisi à solo Deo. Ille enim solus scit, in quem euentum quidque debeat inclinare. Qua ...rerum notitiam venditat, committit sacrilegium: qualia multa diabolus docuit Eth-...nia, ex garritu, ex aspectu, aut pastu auium: vnde erant aruspices, augures, auspices, pul-...praterea apud illos ab eodem præceptore coniectiones somniorum, sortes, vatisma-...Cicero in libris de Diuinatione hæc omnia reuocat ad duo capita. Alia enim ait ...alia superstitiosa. Et artificiosa quidè esse, cum ex certis rebus animaduersis & notatis ...constituitur, vt in extis, auspicijs, augurijs. Naturalia verò, quæ hominibus quietis & otio-...vt vatibus, furiosis, somniantibus. Hæc omnia vitiosa sunt: quia, quod est Dei, tribui-...bus. Sed ne longius discedamus ab instituto, hæc pars diuinationis, quam sequutus est ...est, quam appellant, Omen. Omen autem Festus ait dici, quasi oremen. Est enim præ-...excidit ex ore humano cum aliquo furore. Ita cùm Romani deliberarent de relinquen-...& signifer fixo vexillo in medio foro dixisset, Hic optimè habebimus. Vox ea accepta ...Ita Ionathas ab omine, hoc est, ex verbis, quæ Palæstinis temere exciderant, colligit, ...sibi datum esse in potestatem. Et Ethnici quidem, cùm ita facerent, damnandi erant: Iona-...non erat. Ionathas enim instinctum habuit à Deo: illi non habebãt. Ita Gedeon sequu-...cum pugnaret contra Madianitas. Nos autem nec Ionathanem, nec Gedeonem de-...nisi certò sciamus, nos eodem spiritu & instinctu commoueri. Nam si humanis ra-...tionibus volumus futura contingentia prædicere, iure ac merito reprehendemur. ...recordatio eorum, quæ aliàs à nobis dicta sunt de syllogismo expositorio. Quòd si ...conantur cùm lege communi, debent nobis esse calcaria ad imitandum. Sin minus, po-...nobis sunt, quàm imitanda. Hæc cautio adhibenda est in exemplis.

Quæ fides signa sit confirmanda.

Tentatio Dei quid.

Cum Palæstini essent impij, quomodo ex illis oraculum ceperit.

Diuinatio hæc non est prohibita.

Quarum rerum futurarum possit esse scientia.

Superstitiosarum diuinationum duo capita.

Omen.

Ionathanum quando imitari liceat.

11 *Ostenderunt ergo se ambo præsidio Philisthim, dixeruntq; Philisthiim, Ecce Hebræi egrediuntur de antris in quibus se absconderant.*

12 *Et loquuti sunt viri præsidij ad Ionathan & armigerum eius, ac dixerunt, Ascendite ad nos, & indicabimus vobis aliquid. Tum ait Ionathan ad armigerum suum, Ascende post me: tradidit enim eos Iehouah in manum Israelis.*

13 *Ascendit q; Ionathan manibus suis & pedibus suis, & armiger eius post eum: cecideruntq; coram Ionathan: & armiger eius interficiebat post eum.*

14 *Et fuit hæc plaga prima, quam percussit Ionathan, & armiger eius, fere viginti virorum quasi in medio iugeri paris in agro.*

15 *Fuit itaq; pauor in castris, & in agro, & in omni populo: præsidium & vastatores, expauerunt etiam ipsi, commotaq; est terra, ac fuit in pauore Dei.*

Ecce Hebræi egrediuntur de antris in quibus se absconderant.) Ecce, inquiunt, eundem è cauernis vel desperatio vel fames expellit. *Ascendite ad nos, & indicabimus vobis aliquid.)* Id dicunt quia illi videbantur explorare, & aliquid quærere. Venio, inquiunt, & ostendemus vobis rē eam quam quæritis. His verbis auditis, quasi accepto omine, Ionathas colligit animum. Ascendimus, inquit: Tradidit enim nobis Deus Palæstinos in manum nostram. Palæstini freti præsidio suo, non dubitant admittere hostes, quasi eos statim pro suo arbitrio occisuri. Quanquam Iosephus Ionathanem hic audisse, se subduxisse, & alia via, qua eum nemo venturum potuisset suspicari, penetrasse in ripam. Atque inde esse id, quod in textu legimus, eum manibus & pedibus conatum ascendisse. Oportuit eum manibus & pedibus niti: ita erat difficilis ascensus. Id autem apparet ex eo, quod alter scopulus appellatur סנה, hoc est lubricus. Alij autem interpretantur, Manibus & pedibus, pro magno studio. Id enim significat sæpe ea sententia. Manibus & pedibus. Palæstini pro sua audacia hæc loquuntur. Ea tamen Deus dirigit eò, vt Ionathas intelligeret quid oporteret fieri. Hic nobis offertur duplex genus fiduciæ. Palæstini viribus suis fidebant & præsidio: Ionathas autem promissione, & verbo Dei. Itaq; Ionathas, quia Deo nitebatur, superat illi, quia fiduciam suam ponebant in humanis viribus, superantur. *Tum ait Ionathan ad armigerum suum, Ascende post me.)* Ionathas vult ipse præcedere, & primus esse ad periculū. Videtis apparere eius animi magnitudo & constantia. Non facit, quod Thrasonici quidam imperatores solent, qui cauent sibi post principia, & instant, id olim Pyrrhum factitasse. *Et ceciderunt coram Ionathan.)* Quidam putant eos ad solum conspectum Ionathæ cecidisse. Targum autem ait, Ionathanem tantum strauisse: occidendos autem armigero suo reliquisse.

Duplex fiduciæ genus.

Ionathæ fortitudo.

Quasi in medio iugeri paris in agro.) Hebraica vox צמד est par: intelligitur autem boum. Iugerum verò est quantum iugum boum vno die potest exarare. Chimhi exponit, paruo spatio. Fit cædes viginti virorum in breui spatio.

Timor Dei.

Timor iste peruasit per vniuersa castra Palæstinorum. Itaq; appellatur Timor Dei. Quidam referunt ad magnitudinē: Ita enim in scripturis dicuntur cedri, montes, castra Dei. Verùm hanc interpretationem R. Ben Gerson non probat: putat enim potius significari casum illum, quòd Deus eam trepidationem Palæstinis iniecisset. Sic paraphrastes Chaldeus, Factus est, inquit, pauor à facie Domini. Cui sententiæ subscribit etiam Chimhi. *Commotaq; est terra.)* Fit vt est fieri vt terra terræ motu tremuerit. Quanquam Chimhi id exponit metaphorice, pro magno tumultu.

16 *Et viderunt speculatores Saulis in Gibeah in Beniamin: & ecce multitudo ipsa dissolnebatur, promouebatq; & atterebatur.*

17 *Dixit verò Saul ad populum qui cum eo erat, Recensete nunc, & videte quis abierit ex nobis. Quumq; recensuissent, ecce abierat Ionathan, & armiger eius.*

18 *Ait q; Saul ad Abiiah, Admoue arcam Dei, erat enim arca Dei die illo cum filijs Israel.)*

19 *Et fuit, adhuc loquente Saule ad Sacerdotem, tumultus qui erat in castris Philisthim ibat crebro, & crescebat. propterea dixit Saul ad Sacerdotem, Reuoca manum tuam.*

20 *Itaq; congregatus est Saul, & vniuersus populus qui cum eo erat, venerunt vsque in prælium, & ecce conuersus erat gladius cuiusque in proximum suum, confusio magna valde.*

21 Ebræi

Ebrei autem qui fuerat cum Philisthæis sicut heri & nudius tertius, & qui ascen-
derant cum eis in castra, & erant per circuitum, & etiam ipsi conuersi sunt vt essent cum
Israel qui erat cum Saule & Ionathan.

Omnes insuper viri Israel, qui abdiderant se in montem Ephraim, quum audis-
sent fugere Philisthim, persequuti sunt etiam ipsi illos in prælio.

Et seruauit Iehouah in die illa Israelem; bellatores aut transierunt Beth-auen.

erat tumultus in castris Palæstinorum, vt eum speculatores Saulis animaduerterint,
Gibea collocarat. Captarat enim locum editum & eminentem, vnde speculatores Pa-
stitum despicerent, & quid ab illis ageretur explorarent. Speculatores ergo nuntiant
ad Saulem. Ille antea fractus metu & inops consilij, nunc demum incipit se colligere.
Ahiam applicare arcam. Hæc indicant Samuelem non adfuisse, aut certè Saulem eum
soluisse. Maluit Saul adhibere istum sacrificulum, qui pro ipsius nutu & arbitrio aut
Dominum, aut desisteret: Nam Samuelem vt nimis seuerum ac rigidum non potuit
Papistæ Missas adhiberi volunt, conciones fugiunt vt nimis acerbas & importu-
nè nihil mordet: & vel omitti potest, si velis, vel, si iubeas, aut in templo aut in cubicu-
aut meridiè recitari. Saul iubet Sacerdotem consulere Dominum. Atqui id ante fa-
bat, cum destitueretur consilio. Ille verò nunc iubet Dominum consuli, cum esset
sum. Tamen si externam actionem spectes, videtur non malè facere. Nam in libro
si quid esset magni momenti aggressurus, iubebatur stare coram Eleazaro sacerdo-
voluntatem exquirere. Varijs autem rationibus Dominus solebat patefacere volun
interdum per somnia, interdum per sortes, interdum per Prophetas, interdum per
interdum per angelum, interdum voce aliqua diuinitus demissa de cœlo, ordina-
erat per Vrim & Thumim. Hanc varietatem Deus permisit populo suo, ne si destitu
culis, eo prætextu dilaberentur ad dæmonas, & à Deo deficerent. Nam diabolus, vt
mius Dei, ipse quoq; excogitauit auguria, auspicia, somnia, oracula, sortes, vaticinia.
eam discrimen erat inter Dei responsa & idolorum. Illa enim tantum humana con-
iebantur, aut pacto aliquo cum diabolo, ista verò tantum pendebant ab instinctu Dei.

Dixit Saul ad Ahiam, Admoue Arcam Dei.) Omnes intelligunt hoc loco Vrim & Thumim:
hic modus respondendi fuerit, non satis possumus apertè dicere. Nam interpretes
non conueniunt. Vox ipsa indicat lapides in pectorali sacerdotis. Vrim significat
esse claros esse ac lucidos: Thumim autem perfectos & integros. Quidam putant sa-
indutum pectorali & omni apparatu pontificio oportuisse stare ante oracultum, & ca-
sum ex propitiatorio. Itaq; per synecdochen Vrim & Thumim positum putant pro
ornamentis sacerdotis. Alij putant in illis lapidibus characteres quosdam luculentius
quibus voluntas Domini posset colligi. Sed vtcunq; fuerit, non multum refert. Hic
arcam hoc tempore fuisse in castris. Quomodo autem huc peruenerit, non satis appa-
eam ex Chiriathiarim translatam fuisse in Gilgal, vt de hoc bello Dominus faci-
retur à Samuele. Cùm autem Samuel discessisset, Ahiam sacerdotem adduxisse ar-
& sequutum fuisse Saulem. Fieri enim potest, vt cùm Samuel non adesset, Saul eam
fieri. Videri enim volebat studiosus legis, & nihil facturus iniussu Domini. Non est au-
arcam diu constitisse in Gibea. Remansit enim in Chiriathiarim vsque ad tempo-
Fuisse eam nunc in castris, satis declarat quod habetur in textu, Erat arca Domini
Israel.

Saul adhuc loquente ad Sacerdotem, tumultus qui erat in castris Philisthim, ibat eundo &
Quid loquutus sit cum sacerdote, historia non docet. Aliqui ita exponunt, Dum loque-
dum præciperet sacerdoti, vt consuleret Dominum: alij verò, cùm proponeret illi ca-
gitationum. Dum ista loquitur Saul, interueniunt exploratores, & nuntiant tumultum.
malas re intellecta conclamat ad arma. Hic eius hypocrisis & simulatio apertè proditur:
se tulit, se sine consilio Dei nihil facturum. At hic satis declarat, quanti Dei voluntatem
habe, inquit, manum tuam. Quasi diceret: Satis iam scio quid sit agendũ. Nihil opus est,
consulas. Ita hodie multi principes, quandiu cõmodum est & è re ipsorum, videri volunt
religionis: At vbi res benè & ex sententia succesit, statim incipiunt & ministros & mini-
contemnere. Iosephus tamen putat, Saulem accepisse hoc tempore responsum à Deo, &
esse profligandos, & victoriam fore Iudæorum. *Et ecce conuersus erat gladius cuiusque*
contra socium suum.) Iosephus id factum putat, quòd exercitus esset conscriptus ex diuersis natio-

Cur non collegerit Saul Samuelem.

Quaratione Deus voluntatem suam patefecerit.

De Vrim & Thumim.

Vbi res ex sententia succedit contemnunt ministri.

nibus. Nam cùm seipsos mutuò non agnoscerent, putabant sortice sua oppressa Israelitas. Satis illi erat opus ista confingere. Deus enim potuit illis *stupor* injicere, vt eos non cernerent, quos alioqui in oculis. Ita enim Madianitas excæcauit sub Gedeone. Idem hostibus Iudæorum accidit sub Iosaphato rege. Hic habemus certam regulam, hostes & persequutores Dei esse aliquos ad perditionem ordinatos, & in eum furorem & amentiam conijciendos, vt in seipsos velint sæuire. Vtinam quidem Deus ad tempus illorum opera ad castigandum populum suum: Postea tamen eos exemplo aliorum statuat & perdit. Deus promiserat Abrahamo, se esse maledicturum maledicentibus eum. Ea promissa iam perficit. Iudæi quidem indigni erant, qui eo beneficio afficerentur: Nam rex erat impius. Populus diffisus Deo confugerat ad antra. Atqui Deus iusserat, vt sibi vni seruirent, & omnem robur suum in se solo collocarent: se illis non defuturum. Fugere itaq; nihil aliud erat, quam de promissis diffidere, & eum mendacem facere. Quare hic non populi merita spectanda sunt, sed sola fides & promissio Dei. Ionathas quidem fidem erga Deum non abiecerat. Non tamen propter actionem illam fidei, sed propter obiectum, in quod fides Ionathæ dirigebatur, hoc est, propter misericordiam Dei, quam promiserat Abrahamo, data est populo victoria. Ita intelligendus est locus ille ad Hebræos: Sancti per fidem vicerunt regna. Vicerunt quidē, at non per ipsam fidei, sed per Deum, in quem fidebant. Cùm Saul venisset ad castra, adiunxerunt se fortassis illis eius militibus illi quoq;, qui antea in antris delituerant. Cœperunt enim animos recipere, vbi viderent hostem fugere. Accesserunt illi quoq;, qui à Palæstinis coacti fuerant impedimenta portare. Itaq; in textu ita describuntur, Qui erant in circuitu. Impedimenta enim solent castris esse pro vallo. Non erant isti transfugæ, sed serui Palæstinorum, fortè ex illis ciuitatibus quas Palæstini subegerant. Itaq; ascribitur, Sicut heri & nudius tertius. Nonnulli existimant illos Hebræos fuisse peregrinos qui degerent apud Palæstinos. Peregrinos autem coactos fuisse pugnare in ciues, & contribules suos, non est mirum. Dauid enim cùm esset exul apud Achis, cogebatur fuisse pugnare contra Saulem, nisi principes obstitissent. Hic homines impij obijciunt, non cassis solere euadere. Nam si Deus seuerius agat, tum, inquiunt, dicitis eum punire peccata: Sin mitius, eum dicitis seruare fidem & misericordiam. Ita quicquid accidat, aliquid habere vultis, quod obijcatis. Sed ipsi quoque an non ita se gerunt erga liberos suos? Nonne interdum peccata puniunt? interdum verò peccantibus indulgent? Si hoc illi faciunt, quanto magis id facit Deus? Nam certè si Deus perpetuò puniret, nimis crudelis videretur: at si semper omnia condonaret, nimis remissus. Volunt isti Deum sibi satisfacere, ipsi verò nihil pensi habent, quemadmodum satisfaciant Deo.

Hostes Dei excæcantur.

Fide quomodo vincant sancti.

24 *Et vir Israel coartatus erat die illa: adiurauerat enim Saul populum dicendo, Maledictus vir qui comederit panem vsq; ad vesperam, donec vlciscar me de inimicis meis. Itaq; non gustauit vniuersus populus panem.*

25 *Vniuersus autem iste populus terræ venerunt in syluam, eratq; mel in superficie agri.*

26 *Ingressus est autem populus in syluam, & ecce decurrebat mel, & nemo erat qui admoueret ori suo manum suam: timebat enim populus iuramentum.*

27 *Ionathan autem non audierat quando adiurauit pater eius populum, extendit itaq; extremitatem virgæ quæ erat in manu sua, & intinxit illam in fauum mellis, conuertitq; manum suam ad os suum, & illuminati sunt oculi eius.*

28 *Respondit autem quidam è populo, & dixit, Adiurando adiurauit pater tuus populum dicendo, Maledictus vir qui comederit panem hodie, & defecit populus.*

29 *Et dixit Ionathan, Turbauit pater meus populum terræ: Videte quæso vt illuminati sint oculi mei, quia gustaui paululum mellis huius.*

30 *Quanto magis si comedendo comedisset hodie populus de spoliis inimicorum suorum quæ inuenit? nunc enim nonne creuisset plaga in Philistheos.*

Proponit Saul decretum stultum & noxium: execrabilem fore, si quis ante noctem gustet cibum. Iosephus huius edicti causam fuisse ait, quòd Saul nimis insolenter & immodestè sperauit victoriam, & vellet explere animum suum cæde hostium. Potest enim fieri, vt accesserit aliqua superstitio: quasi voluerit ieiunio & inedia militum mereri victoriam. Sed verba ipsa magis fauent priori sententiæ. Ita enim scribitur, Vt vlciscar me de hostibus meis. Populus afflictus & exhaustus fame, tamen cogitur sequi, & tolerare longius ieiunium. Nunc demum sentiunt seuitiam principis. Esuriunt, & tamen non possunt comedere. *Adiurauerat enim Saul populum dicendo, Maledictus*

Causa edicti Saulini.

...ergę ſuum vſque ad veſperam.) Hoc eſt, proponit capitale ſupplicium, vt appa-
...Ionathæ. Nam hominem execrabilem oportuit capite dare pœnas. Edicit ne
...ret ſpecium daretur militibus ad inſequendos hoſtes. Quaſi verò ea victoria con-
...ibus. Certè Deus dare potuiſſet victoriam etiam prandis. Non debuit pluris fa-
...quàm ſalutem ſuorum. Videtur autem Saul arrogantia inductus iſtà facere,
...ciſcar me de hoſtibus meis. At ſi hoc ieiunium voluerit eſſe religioſum, magis
...debuit, vt importunum & intempeſtiuum. Neque enim ſerium aut voluntà-
...tulerat. Populus verebatur edictum, & abſtinebat à cibo. Laudanda quidem
...populi. Sed viciſſim vituperandi ſunt, qui non æquè reuerſi ſint edictum Dei,
...idolà conſectarentur.

...ſuſcitauit quando adiurauit pater eius populum.) Factum Ionathæ duplici
...excuſari: primùm quia neceſſitate naturæ impellebatur: Lex autem naturæ alijs
...decretis & legibus præferenda. Deinde quia patris edictum ignorabat. Ignoratio au-
...vt vulgò loqui ſolent, iuris & facti. Non ignorauit Ionathas factum ſuum, ſed ius-
...quàm ius etiam eſt duplex: alterum commune: quòd neminem nescire oportet:
...ordinarium, & ad tempus edictum, quod niſi denunciatum ſciri ab omnibus non
...ſtatur in Authenticis, quædam decreta ante certum tempus vim ſuam non obtine-
...edictum Saulis tenere non potuit Ionathan. Ignoratio autem communis iuris etſi
...rum, tamen facit peccatum videri l. ...us. Itaq; Petrus ait in Actis, Scio fratres,
...ſecundùm ſciſſe. Et Paulus, Ignouit mihi Dominus, quia ignorans feci. Non quòd
...ſas excuſaret culpam, ſed quòd non eſſet peccatum in Spiritum ſanctum, quo
...ſcienter impugnatur. Ionathas erat excæcatus quodammodo inedia. Itaq; poſt-
...ſenſus diſſet, recepit lumen. Qui confecti ſunt fame, inepti redduntur ad res gerendas.
...exercet vires ſuas per inſtrumenta corporis. Ea autem mouentur ſpiritu. At
...ſpiritus debilitatur inedia, ita cibis reficitur. Quod hic ſcribitur de oculis Ionathæ,
...dum eſt de toto corpore. Panis, inquit Dauid, confirmat cor hominis, hoc eſt, o-
...corporis.

...autem quidam è populo, & dixit, Adiurando adiurauit pater tuus populum.) Milites qui
...Ionathan, rectè faciunt. Magni enim momenti eſt diſciplina caſtrenſis. Ille, cùm id au-
...quidem tamen factum patris improbauit.

...Ionathan, Turbauit pater meus populum terræ.) Perdidit milites fame, vt non poſſint ho-
...Si hoc ſecuti Ionathæ in edicto patris, cur idem nobis non licebit in decretis epiſco-
...perdunt, fatigant & affligunt miſerum populum, cogunt q; eum eadem ſubire ac
...alia perpeſſi ſunt Iudæi. Edictum Saulis primùm obfuit ſuis, deinde hoſtibus profuit,
...ſerent, poſtremò effecit, vt violaretur & contemneretur mandatum Dei, vt populus
...cum è tribus veſceretur. Ita hodie hominum decreta primùm perdunt corpus ho-
...valetudinem: deinde numero obruunt conſcientias: poſtremò efficiunt vt homines a-
...ſint crapulæ, & contemnant leges Dei.

Percuſſerunt itaq; die illo Philiſthim à Michmas vſq; ad Aialon, defatigatusq; populus vehementer.

*Et diuerſit populus ad prædam, & acceperunt oues, & boues, & vitulos, macta-
...bunt, ac comedit populus cum ſanguine.*

*Et nunciauerunt ipſi Saul, hæc verba, Ecce populus peccat Iehouæ comedendo
...cum. Qui ait, præuaricati eſtis: Volute ad me hodie lapidem magnum.*

*Rurſum dixit Saul, Diſpergimini in populum, & dicite eis, Afferte ad me quiſ-
...ſuum, & quiſq; pecus ſuum, & mactate hic, & veſcimini, neq; peccabitis Iehouæ
...cum ſanguine. Et adduxerunt vniuerſus populus quiſq; bouem ſuum in ma
...ſua nocte, & mactauerunt ibi.*

Extruxit quoq; Saul altare Iehouæ: illud cœpit ædificare altare Iehouæ.

...efficiuntur Palæſtini. Nam Ahaialon eſt in tribu Dan. *Defatigatusque eſt popu-
...lus.* Labor enim duplex imponebatur, primum pugnandi & inſequendi, deinde ſeren-
...tes cùm veſperaſſet, cupidius indulſerunt prædæ, quàm ſi eſe antea expleuiſſent. Ita
...miſeri poſt illa ſua ieiunia, qualiacunq; ſunt, diſtendunt ventrem quantum poſ-
...ſunt, *& comedit populus cum ſanguine.*) Oportuit pecudes ſuſpendere, vt ſan-
...ſi autem obliti mandati Dei ſanguinem vnà cũ carnibus comederunt. Deus vetuit,

Excuſatio Ionathæ.

Ignorantiæ facti iuris. Ius duplex.

Oculorum obcæcatio ex inedia.

Hominum decreta quid nocent.

Cur sanguinis esus interdictus.

non solũ in Lege, sed etiam ante Legem, ne sanguis comederetur. Fuit mandati huius causa: primùm, vt populus assuesceret abstinere à sæuitia, nec cuperet [illegible]. Est enim species aliqua crudelitatis occidere pecudẽ. Itaq; Deus vult in Genesi sanguinem eorum à bestijs, & ab ipsis, si seipsos interfecerint, altece causa est [illegible] & expiandæ animæ causa cum oportuit fundi & sacrificari. Referebat enim [illegible] & quodammodo ponebat ante oculos sanguinem Christi, qui erat [illegible] causa erat, vt Deus in omnibus rebus extorqueres populi obedientiam. [illegible] tamen tribus primis annis vsum vinij profanum esse voluit, deinde offerri [illegible] pari. Arbores circuncidebantur, & fructus primorũ annorũ abijciebantur. Dedit [illegible] addi fimbriã. Primogenita voluit aut sacrificari sibi, aut redimi. Ex carnibus [illegible] dẽ & adipem. Ita in alijs omnibus rebus Deus agnosci voluit beneficium suum. [illegible] Nunc sublatæ quidem sunt illæ umbræ, est tamen ipse manens, vt memores simus [illegible] rum Dei, & illi agamus gratias, omniq; ad nominis eius gloriam referamus. Lex [illegible] dendo sanguine repetitur quidem sæpe in sacris literis: lata autem est post diluuium [illegible] qui putarent eam esse legem naturæ. At si ita esset, nunquam potuisset remoueri. Lege [illegible] naturæ nõ minus tenemur quã decalogo. Fuit quidẽ hoc institutũ sub lege naturæ, sed [illegible]

Apostoli cur esum sanguinis interdixerint.

ceremonia, eoque postea sublata est. Apostoli quidem eam renouarunt, sed eorum vt in [illegible] ciale pro conditione illorum temporum, non vt ceremoniam necessariam. Nam Iudæi [illegible] dato Domini abhorrebant à sanguine. Itaq; nisi gentes etiam [illegible] à sanguine temperassent, illorum consuetudinem non sustinuissent. Mansit ea consuetudo diu postea in ecclesia, vt apparet ex [illegible] de Blandina & Attalo. Eusebius enim ait, Biblidem, cum in tormentis inberetur fateri [illegible] nos solitos vesci humano sanguine, respondisse, [illegible]. Quomodo possumus vesci humano sanguine, cum à brutorum etiam sanguine abstinemus? Durauit hoc institutum vsque ad tempora

An ecclesiæ sit supra scripturas.

Tertulliani, Origenis. Imò, vt verum fatear, nescimus quo tempore defierit. Hinc Papistæ colligunt, ecclesiam posse soluere præcepta Dei. Hoc enim quamuis institutum fuerit ab Apostolis, tamen hodie prorsus est antiquatum. Quare ecclesia, inquiunt, est supra scripturas. Sed ita vehementer errant. Nam quæ Deus absolutè præcepit, ea non possunt rescindi aut cassari. Hoc autem institutum est tantũ ad tempus, durauitq; tantũ vsq; ad lucem Euangelij. Quo cessante postea abrogatum est. Oportebat, hominis scisciebant. Hoc tamen vitabant, no [illegible] aut quæ hominũ animos obligare deberet in perpetuũ. Postea verò, cum iam nihil [illegible] à scandalo, omnibus suffragijs sublatũ est. Annotarunt quidem ex patribus magnũ discrimen inter nos & veteres. Illos enim veteres fuisse, nos iuberi bibere sanguinem. Sed ista non illiterata legenda sunt. Si enim diceremus corporaliter à nobis comedi, aut bibi sanguinẽ Christi, esset [illegible] manum & horrendũ. Itaq; Augustinus de doctrina Christiana ait, figuram esse præcipiens [illegible] pori & sanguinis Domini cõmunicandum esse. Spiritualiter autem illi non minus sanguinem Christi bibebant olim, quàm hodie Christiani. Imò Paulus ait, eandem fuisse illorũ escam [illegible] Et ne quis dubitet, quod genus escæ intelligat, addit petrã fuisse Christũ. Sanguis est enim [illegible]

Sanguis quomodo dicatur animam expiare.

expiandis animis adhibendus erat in sacrificijs. At quomodo inquies? Paulus enim ait [illegible] hircorum & taurorum non potuisse abluere peccata, aut tranquillare conscientiam. Sed [illegible] bemus, nihil esse vsitatius in scripturis, quàm vt quod efficit, tribuatur symbolis. Sanguis Christi solus expiabat peccata. Id repræsentabatur in sacrificijs pecorum.

Et nuntiauerunt ipsi Saul his verbis: Ecce populus peccat Iehouæ comedendo cum sanguine.) [illegible] fecerunt, qui hoc regi indicarunt. Deferendum enim est ad magistratũ, si quid peccetur [illegible] Ea in re populus debet iuuare principes. Alioqui peccata non possunt puniri. Qui sit Prouerbium

Publicã peccata clades magna sequitur.

estis.) Facit quidem Saul officiũ suũ, cum reprehendit populũ: sed oportebat eum [illegible] reprehendere, qui dedisset occasionẽ huic malo. Si quid publicè peccetur in castris, sequitur [illegible] magna clades, vt apparet in historia Achan, in bello cõtra Ba[illegible]mitas de vxore Leuitæ, & in Machabæis, de illis qui sub vestibus suis occultauerant anathemata. Recte ergo Saul hoc populi [illegible] ctum reprehendit. Sed cum non oportuit ita temere edictum proponere. Verum eiusmodi [illegible] sunt decreta Episcoporum. Induunt hominum conscientijs laqueis, efficiuntq;, vt multa [illegible] reclamante conscientia, peccauit quidem populus grauiter, sed Saul ipse grauius. Nam [illegible] obtendere potuisset famem, Saul autem nihil habuit quod posset causari, nisi [illegible] tatem suam. *Voluite ad me hodie lapidem magnum.)* Iubet aduolui lapidem, in quo [illegible] tarentur, ne populus vesceretur sanguine. Id autem iubet se coram inspectante fieri. [illegible] erat iste labor populo, præsertim famelico. Cur nõ potius iubet hoc per tribunos & [illegible] fieri? Sed erat magnus hypocrita. Videri voluit pius & studiosus Legis Dei. Erat [illegible]

Quamuis enim ab initio fuissent tantum sexcenti, tamen postea affluxerunt ad de- admodum Græci codices testantur ex Iosepho. Iam quantus erat ille labor, vt sim adferret pecudem suam.

Saul altare Iehouæ.) Vt gratias ageret Deo. Per synecdochen intelligitur fa- Ista quidem laudanda sunt in Saule. Quanquàm sine fide, & vera pœnitentia ni- ille, inquit Esaias, labijs me honorat: cor autem illorum longè est à me. Ha- speciem aliquam pietatis.

Et ait Saul, Descendamus post Philisthim nocte, deprademur eos, donec illuxe- relinquamus ex eis virum. Qui dixerunt, Quicquid bonum est in oculis tuis Dixit præterea sacerdos, Accedamus huc ad Deum.

Consuluit itaq; Saul Deum, Num descendam post Philisthim? tradesne eos in Israel? Et non respondit ei die illa.

Dixit ergo Saul, Accedite huc omnes anguli populi, & scitote, ac videte in quo hac hodie.

Vivit enim Iehouah qui salvat Israelem, quod si fuerit illud in Ionathan filio iendo morietur. Et non respondit ei quisquam ex toto populo.

Dixit verò ad vniuersum Israelem, Vos eritis in latere vno, ego autem & Io- filius meus erimus in latere altero. Responderunt populus ad Saulem: Quod bo- est in oculis tuis, fac.

Dixit autem Saul ad Iehouam Deum Israelis, Da perfectionem. Et deprehen- Ionathan & Saul: populus verò egressi sunt.

Dixitq; Saul, Proijcite sortem inter me, & Ionathan filium meum. Et depre- est Ionathan.

Dixitq; Saul ad Ionathan, Indica mihi quid feceris. Et indicauit ei Ionathan, Gustando gustaui cum summitate virgæ quæ erat in manu mea, paululum mellis, ego moriar?

Respondit Saul, Sic faciat mihi Deus, & sic addat, quod moriendo morieris Io-

Et ait populus ad Saulem, Nunquid Ionathan morietur, qui fecit salutem hanc in Israele? absit, vivit Iehouah si ceciderit de capillo capitis eius in terram: Deo fecit hodie. Et redemit populus Ionathan, & non est mortuus.

Iubet Saul consilium militare. Persequamur, inquit, Palæstinos nocte, ne fugiant. Consilium est prudens & bonum: & ad eam rem populus se præbet satis obsequentem. Respon Quicquid bonum est in oculis tuis fac. Laudandus est populus, qui ita morem gerat Ratus autem vituperandus, quòd ita temerè Dei iussa contempserit, & sanguinem co- vt hostem persequerentur, fortassè inducebantur, aut studio vltionis, aut cupidita- *præterea sacerdos, Accedamus huc ad Deum.*) Oportebat antequam res aliqua ma- suscaperetur, consuli Dominum. Eius mandati ita oblitus erat Saul, vt eum retrahi sacerdote. Satis sibi sapere videbatur: nihil opus esse putat consilio Domini. Malè suæ fœdus percussisset cum Gabaonitis iniussu Domini: cumq; coiuisset societatem Ægyptijs, vt Esaias ait, non interrogato ore Domini.

Saul Deum.) Saul incitatus à sacerdote tandem interrogat Dominum. Idque vel admonitioni sacerdotis, vel existimationi sum magis videtur dare, quàm pie Species quidem externa actionis præclara videtur & religiosa: res tamen ipsa Deo multi hodie communicant cum alijs precantur, faciunt eleemosynas, non ex ani- fide, sed tantum ex consuetudine. Philosophi etiam veteres, quamuis religionem rent & contemnerent, eamque comparatam putarent tantum ad continendum po- cio, tamen interim videri volebant studiosi pietatis. Hodie quoque multi sunt in au- Epicuri & alios, qui cum nec Deum credant esse vllum, nec religionem curent, ta- adigere volunt ad cæremonias & nefaria sacra, tantum vt dignitatem & authorita- retineant. *Et non respondit ei die illa.*) Erat enim offensus Sauli & populo. Ita enim

Simulata religio.

Cur irascebatur Deus vt nō responderet.

homines eos, quibus irati sunt, auersari solent? Sed cui irascebatur Deus? Ionathano nec. Nō est verisimile. Illum enim partim ignorantia, partim necessitas excusabat. Nam cum audisset de patris edicto, vt Iosephus ait, statim abstinuit. Sed iudicium fecit de facto patris: eumque dixit edicto suo turbasse terram. Et fortasse dices, illum ad malo animo fecisse, nec satis reuerendum fuisse authoritatem patris. Equidem quo ille id animo fecerit, nescio. Nec nimium onerandi sunt patres, præsertim vbi eos scripturæ sacræ non accusant. Probabilius est, Deum iratum fuisse Sauli, qui sua temeritate fecisset, vt populus sanguinem comederet. Deinde etiam neglexit legem Dei. Erat enim capitale, si quis comedisset sanguinem. Verùm hoc ille flagitium satis habuit vno verbo reprehendere, sui autem edicti violatorem omnino voluit morte persequi. Non est leuis pœna, si

Pœna grauis Deum non loqui dicui.

Deus rogatus & inuocatus non respondeat. Hæc maledictio hodie in Turcas & Iudæos incidit. Illi enim Alcoranum suum tantum habent, sed verbum diaboli. Iudæi autem nec verbum habent, nec Prophetam, nec oraculum. Postquam enim verum verbum vitæ sustulissent in crucem, Deus illis sustulit verbum suum. Satius autem multò est habere Deum loquentem, cum minis & increpationibus, quàm tacentem, & omnia prospera. Sed hoc diabolus maximè curat, vt populo eripiatur verbum Dei: deinde omnia peregantur lingua peregrina, ne quis, quid agatur, possit intelligere. Id Dominus minatur futurum apud Amos Prophetam. Mittam illis, inquit, famem, sitim, non panis & vini, sed audiendi verbi Dei. Ex altera parte summa est benedictio, cum Deus loquitur, & auditur à populo: quod hodie in Ecclesijs rectè institutis videmus fieri, vt ab Apostolorum temporibus Euangelium nunquam clarius fuerit. Postquam enim verbum Dei ereptum est, homines miseri conferunt se ad aruspices, ad Magos & Ariolos. Ita Gentes cum nihil audissent de vero Deo, contulerunt se ad Philosophos, eosq; qui aliqua ciuili & humana prudentia excellebant. Sed dices: Iudæi, si quid erant magni suscepturi, potuerunt petere responsum à Deo: Nos hodie non possumus. An igitur ea causa minus Deo chari sumus, quàm illi? Scio multos de hac re solere conqueri: quasi nostra deterior sit conditio, quàm Iudæorum. Sed hic oportet distinguere. Nam qui consulit Dominum, id facit, vt vel de rectitudine rei, vel de successu reddatur certior. Quod ad rectitudinem rei attinet, turpis ne ea, an honesta sit, Deo placeat ne, an displiceat, satis docemur ex Prophetis, ex Lege, ex Euangelio, vt id iam nescire non possimus. Quod autem attinet ad euentum, non mirum si nunc eiusmodi oraculis careamus. Alia enim longè nobis promissa data sunt, alia Iudæis. Illis enim Deus pollicitus est politiam certam, idq; certo in loco positam, vsq; ad Christi aduentum duraturam. Nunc autem Deus Euangelio suo nec ciuitatem aliquam certam, nec regnum constituit. Itaq; Deus Iudæis dabat sæpe oracula, & quid susciperent, & quem successum essent habituri: & quamuis vndiq; infinitos haberent hostes, tamen illis Rempublicam suam vsq; ad Christi aduentum conseruauit. Deinde Iudæi rudes adhuc erant, & imperiti rerum ciuilium, vtpote serui homines educti ex Ægypto. Itaq; opus illis fuit eiusmodi auxilio Dei. Postremò religio illorum erat adhuc recens & noua, nec dum satis confirmata, vt eam necesse fuerit signis & miraculis comprobari. Nunc autem regnum Christi propagatum est in immensum, nec potest vna aut altera Respublica contineri. Deinde principes Christiani satis iam periti sunt rerum ciuilium. Postremò religio nostra satis nobis iam olim est confirmata. Promisit quidem Deus, Ecclesiam nunquam penitus defituram vsq; ad reditum Christi. Sed nullum illi præscripsit certum locum, quin si alicunde fortè exulet, hospitium inuentura sit alibi. Quare etiamsi non habeamus oracula, non tamen id argumentum est, Deum nos hodie minoris facere, quàm olim Iudæos fecerit. Satis nobis est, si confidamus promissionibus Dei, si nos rectè geramus, illum nobis non defuturum. Sed vt ad Saulem redeamus, interrogationis sunt duo capita. Primùm, an oporteret persequi Palæstinos. Deinde an Deus sit illos in suam potestatem traditurus. Facit hoc, vt dixi, Saulus, non pietatis, sed existimationis suæ causa, ne videretur reijcere sacerdotem. Chrysostomus in Homilia 14. ad populum Antiochenum interpretatur hoc silentium Dei in meliorem partem: quasi eo Deus significare voluerit benevolentiam suam erga Hebræos. Non enim, inquit terræmotibus, aut fulminibus voluit illorum animos percellere, sed leui tantum indignatione obiurgare, se illis esse iratum.

An nos infeliciores Iudæis qui responsa non habemus de nostris negotijs.

Quid interrogarit Saul Deum.

Accedite huc omnes anguli populi.) Ionathan Chaldæus interpretatur Capita populi. Hebraica tamen vox sonat pinnas & angulos domorum. Chimhi ait idem esse principes in Republica quod sunt anguli in ædibus. Saul exquirit causam huius silentij, quasi ipse nihil commisisset mali. Hoc in eo studium reprehendi non potest. Principes enim iubentur auferre malum de medio populi. Ita Iosue fecit in historia de Acham: ita Moses, cum occideret idololatras: ita Pinhas, cùm scortum Madianitidem interfecit. Sed Saulem oportuit primùm in seipsum inquirere.

Vnde

qui saluat Israelem: quod si fuerit illud in Ionatham filium meum, morietur.) Saul vt eodem seueri principis, interponit iusiurandum: quamuis Ionathas ipse sit in culpa esse moriturum. Videri vult pluris facere gloriam Dei, quàm omnes storgas naturales, quales quædam Heroicæ virtutis, qualem legimus fuisse in Bruto: qualem etiam erga filios declarauit, cum nostra causa filium suum traderet. Addit Saul aliud etiam iusiurandum: *Hæc faciat mihi Deus, & sic addat.*) Quasi diceret: Hoc mihi contingat, nisi Ionathas moriatur. Hæc est imprecantis formula: potest tamen etiam esse precantis sibi bona: ac si dicat: Vt ego & regnum incolume obtineam, vt hoc faciam. Videtur ad iurandum fuisse satis pro-

Quid peccarit Saul in damnando Ionatha

pter. Sed ferè fit, vt qui multũ iurat, incidat interdũ in periurium. Sed magna erat ea temeritas, filium velle occidere. Multa quidem crimina capite plectebantur: at rex non potuisset pro sua libidine omnia facere capitalia. Erat ergo hoc imporetis animi. Videri volebat sanctus princeps. Quod Deus non respondêret, noluit putari factum culpa sua. Nimium acer est in alios. De se nihil cogitat. Adhæc quæ iustitia erat ista, condemnare peccatũ incognitum? Potuisset

Diabolus peccatum aliud ex alio nectit.

aliqua legalis, quæ non esset puniendo capite. Chrysostomus in ea homilia, quam annotauimus, ait, diabolum nexuisse hanc catenam peccatorũ, vt aliud ab alio tanquam ab origine pendeat. Primùm enim proponitur temerariũ edictũ, deinde sanguis comeditur, post semel iterũ, tertiò, quarto etiam iurat populus. Postremò diabolus id conatur, vt homines in committantur, & storgæ naturales violentur. Quemadmodũ enim Christus ait, pater contra filiũ, & patrẽ filius, & inimici hominis domestici eius, ita etiã diabolus inter suos serit discordiam. Hoc Deus facit propter veram religionẽ & pietatem: diabolus autẽ propter superstitionem. Hieronymus suadet, si pater obstabit, ne fias monachus, calcato patre, perge in monasterium. Pharisæi solebant ita instituere filios, vt manerent patres. Munus quodcunq; erit ex me, quod offeratur. Ita Iephte oblitus affectus paterni immolauit filiã suã. Talẽ quiddã hic quoq; diabolus molitur, vt pater occidat filium suum. Sed Deus obstitit ne fieret. Nemo ex populo respondet. Omnes enim erant soliciti de se. Erant enim sibi conscij alicuius peccati sui. Sed quo-

Quare non prodatur Ionathas vel à se, vel ab alijs.

modo, non proditur Ionathas vel ab alijs, qui eum viderant comedere, vel etiam à seipso? Quia ipse non putauit esse peccatũ, quod fecisset per ignorantiam: populus autẽ non putauit factũ fuisse tanti, vt ea causa Deus noluerit respondere. Vel fortasse populus cum vidit supplicij proponi capitale, misericordia mouebatur, ne iuuenem bonũ & innocentem pro culpa certè nemo debet prodere salutẽ eius, quem sciat esse innocentẽ, quamuis iureiurando quibus adigatur: Ionathas aũt se noluit ipsum prodere: quod quamuis sibi esset cõscius

Stultitia Saulis.

culpæ, tamẽ non putaret id crimen esse capitale. Chrysostomus arguit Saulem stultitiæ. Si nouisset, inquit, suppliciũ capitis, potuisset factum multo facilius rescisscere. Sed Saul vult ipsum eximere, aut sibi parcere. Sortes seorsim poni iubet. Precatur Deum, vt clarè respondeat. Sed prorsus precatur sine omni fide. Sed dices: Cur ergo ita orans audi-

An Deus audiat eos qui orant absq; fide

tus non respondeo: Deus non audiuit illum, sed id potius fecit, quod putauit esse muneris sui. Dei proprium est temperare sortes. Et quãuis nos falsi & mali simus, tamen bene & verè respondet. Si Ionas esset in naui, & nautæ idololatræ ducerẽt sortes, Deus illis patefecit voluntatẽ suam: non quod illos audiret, sed quod sciret sortes ad suũ munus pertinere. Sacerdotes papistici obe-

rant frequentia & magnis vocibus inclamãt, & precantur mortuos. Si sequatur vbertas agri, non debemus putare, Deũ illos audisse, sed sua perpetua bonitate vsum esse. Quare argumentum quod colligitur ex euentu, elumbe ac vanum est. Est enim à non causa, vt à causa. Populus videbatur se esse liberatũ sortibus, nec esse in noxa, nõ dubito quin magnã ceperit animo lætitiam. Ergo culpa hæret inter Saulẽ & Ionathan. Quamuis aũt Saul videatur intrepidè agere

An recte fecerit Ionathas, quod seipsum non prodidit.

& constanter, tamen haud dubie animo grauiter commouetur. Atq; hi est fructus humanarũ traditionum, vt & alijs, & sæpe authoribus ipsis sint molestæ. Ne autem Saul ostenderet, quantum angeretur, obstabat partim iusiurandum, partim pudor. Ionathas non prodit seipsum: nec Ionas in naui fecit. Ionathas verò si non agnoscebat peccatum suum, potuit excusari, quod se non patefecerit. Sin erat conscius sibi criminis, non potest absolui. Non est temeritatis, alios conijcere vel in timorem tua causa, vel in periculum. Et certè quamuis Ionathas fuerit vir sanctus, tamen homo fuit: nec prorsus erat immunis ab omni vitio. Videtur etiam non confisus esse Deo, qui eum paulo antea è tanto periculo liberauerat. Sed ita sumus, vt desperemur à Deo, & nobis ipsis relinquimur. Quanquam sciri vix potest, quo animo Ionathas fecerit.

Deprehensus est Ionathan.) Quid hoc est? Saul grauiter peccauerat, & præteritur: Ionathas, qui leuiter deliquerat, deprehenditur. An hoc est temperare sortes? Sed reipsa Saul notatur:

Cur deprehendatur Ionathas & non Saul.

quamuis sortibus declaretur erratum Ionathæ. Cur autem Ionathas designaretur nominatim, multæ potuerunt esse causæ. Primùm enim Deus hoc pacto voluit consulere dignitati regiæ. Nam si Saulem sortes reum prodidissent, populus contempsisset eum, & fortasse ab illo defecisset. Nam à principio turbulenti quidam filij Belial cœperunt eius imperium respuere. Quod si nunc vidissent eum suo peccato alienasse à se Deum, dixissent electionem eam fuisse fraudulentam, & contra voluntatẽ Dei. Alij hoc ita putant accidisse, vt Saul magis affligeretur. Quis enim sampsisset de illo supplicium si peccasset? Reliquissent enim iudicio Dei, & tantùm eum iussissent agere pœnitentiam. Cùm autem deprehensus fuisset Ionathas, necesse est illi vehementer arsisse viscera. Adhæc, etsi Ionathas peccarit tantùm ignorantia, tamẽ illud ipsum oportuit expiari. Erant enim sacrificia pro ignoratione. Et fortasse, quamuis non peccauerit comedendo, tamen in eo graviter offendit, quòd ita insolenter reprehendit edictum patris. Principũ enim edicta, quamuis videantur grauia, tamen non sunt publicè rescindenda. Alij putant, Deum hoc pacto constituere voluisse disciplinam castrensem. Itaq; eum notasse, qui aliquo modo se excusare potuisset: vt alij cogitarent, quid de ipsis futurum esset, si dare operam peccauissent. R. Agaon, id putat factum, vt & Reipublicæ & Ionathæ consuleretur. Alij enim dixissent, illum potuisse impunè violare edictum patris: at si quiuis ex populo idem fecisset, non ita fuisse abiturum. Eiusmodi autem murmura populi Deo non placent. Deinde non omnes qui eum viderunt comedentem, sciebant eum ignorantem & imprudentem edicti comedere. Deus ergo voluit iustificare Ionathanem, vt omnes intelligerent quo animo id fecissent.

Ionathas se nõ excusat.

Dixitq; Saul ad Ionathan, Indica mihi quid feceris.) Quasi nolit eum condemnare, nisi confessum. Hic operæpretium est considerare candorem Ionathæ. Simpliciter confitetur factum. Non excusat aut ignorantiam, aut necessitatem suam, aut vtilitatem facti, quòd sensisset sibi restituere vires: non accusat temeritatem patris, non iactat virtutes bellicas, non prouocat ad populum. Et tamen, En ego morior, inquit. Quis inquit Chrysostomus, cor non flexisset huiusmodi confessio? Patrem tamen non flexit. Saul ipse cùm transgressus fuisset legem, tamen excusauit factum suum, & ita excusauit, vt videri vellet rectè fecisse. Ita omnes ingeniosi sumus ad excusationes, si quid peccauimus. Alij culpam reijciunt, cùm accusantur, in præscientiam aut prædestinationem Dei, alij in aliud: nemo autem est, qui velit seipsum fateri reum. Mulier, inquit Adam, quam dedisti mihi, hæc me decepit. At hoc erat culpam reijcere in Deum. At longè aliter agit Ionathas. Saul vero erat temerarius, tertiò iurat moriturum omnino esse Ionathanẽ. Audiuit iam Saul crimen: sed quomodo id videri potuit capitale? Erat enim peccatum tantum ignorantiæ. Vnde enim ea sciscere potuisset, quid pater decreuisset? Erat enim illud edictum non tantum inusitatum, sed etiam nouum. Saul tamen cùm iurasset, vtrinq; tenebatur, vel vt iusiurandum violaret, vel vt esset carnifex filij sui. Fecisset potius id, quod legimus fecisse Zaleucum: qui cum legem tulisset, adulteros effodiendum esse vtrunq; oculum, & filium suum sciret in illud crimen incidisse, potius quàm vt lex illa rescinderetur, alterum sibi oculum effodit, alterum filio. Multò iustius Saul ita fecisset qui causam dedisset crimini. Iudas respondit de Thamare, Iustior est quàm ego. Non enim ideo eo Deus notauit Ionathanem vt moreretur. Postremò cùm Saul potuerit parcere & Agago & illis qui comederant sanguinem, cur non potuit ignoscere etiam filio suo? Hoc planè est humanum ingenium, quod hodie nimium etiam videmus obseruari à multis, vt sua decreta magni faciant, Dei autem leges & mandata contemnant. Si quis hodie audeat liberè loqui contra sellam Romanam, contra transubstantiationem, contra Missam, contra cœlibatum, contra purgatorium, statim expetitur ad necem, vt pernicios⁹ hæreticus. At si quis sit blasphemus in Deum, scortetur, sacrificet, ne digito quidem vno attingitur. Hæc prorsus erat doctrina Phariseorum. Si quis, inquiebant, iuret per templum, nihil est: at si quis iuret per aurum templi, obstringitur. Et qui iurat per altare, nihil est: At qui iurat per donũ quod est super altare, tenetur. Ita minima maxima faciunt, & maxima nihili. Saul iurat se filium Ionathanem daturum neci. Quid ita? Cur potius non agit cum Prophetis? Cur non deliberat cum sacerdotibus? Cur non consulit Dominum? Non oportuit eum ex suo tantum capite filium suum damnare capitis. Ita stultus Iephthe fecerat, cuius exemplo Saulem oportuisset sapere. Voluit videri seuerè agere, nec accipere personã, sed in filium etiam suum animaduersurus: Sed ita sæpe fit, vt summũ ius sit summa iniuria. Fuit Saul & ambitiosus, vt apparet, & magnus hypocrita. Ambitionis erat, quòd suis decretis nimium tribueret. Hypocrita autem erat, quòd vellet videri studiosus legis Dei, quam re ipsa prorsus contemptis, & potuit obtendere, obstringi se iureiurando. Verùm hoc nihil est. Nam in turpi voto mutandũ est decretum. Iusiurandum debet esse calcar ad honesta non incitamentum ad turpia. Bis ergo peccat Saul in vnare: & quia temerè iurauit, & quia, quod temerè iurarat, ita stultè vult præstare.

Saul an rectè damnarit Ionathan.

Homines pluris faciunt leges suas quàm Dei.

Saul bis peccat.

Et ait

ad Sublem, Numquid Ionathan moriatur qui fecit salutem magnam hanc in Israele?)
...ctius & prudentius iudicat ipso rege. Opponunt se, & iurant, Ionathanem non
... Nituntur autem duabus rationibus. Primùm quòd fecisset salutem in Israel:
... esse, illi pro tanto beneficio hanc gratiam reponere. Altera ratio erat, quòd *Populi argumenta duo, sed infirma.*
...po, aut ille cum Deo: hoc est quòd Deus ei illud facinus egregiè fortunasset. Ac
... Deus illum ita amet, nos certè non debemus odisse. Sunt ista argumenta non satis
...mur, sed tantum popularia. Potest enim fieri, vt qui profuerit Reipublicæ, postea
... qui afficiatur supplicio. Et sæpè mali & scelerati milites satis fortunatè pugnant
...dior fuisset excusatio, si dixissent, illum ignorasse edictum patris, aut necessitate
... dixisse. Necessitas enim non tenetur legibus. Iurant, illum ne vnum quidem capil- *Duo argumenta firma præterierunt.*
...turum, hoc est, ne minimam quidem partem corporis illi perituram. Ita Chri-
...fecit, omnes capillos capitis nostri numeratos esse. *Nam cum Deo fecit hodie.)*
... in pugna contra Palæstinos. Victoria enim non imperatori aut militi tribuenda
... illi ministri eorum sunt Dei: & quicquid ab illis efficitur, Deus facit. *Viuit Iehoua* vitam Domini, ac si dicerent, tam certò, quàm certum est, Deum viuere. Hic op-
...dum iureiurando. Verùm enim iurecon ...iuramenta sunt planè contraria. *Iuramenta duo contraria.*
... fuisse hoc esse artificia diaboli, vt homines reddat perplexos & ambiguos, vi ne-
... vereré. Nam si Ionathas affectus fuisset supplicio, necesse est, periurum fuis-
... fuisset, irritum erat iusiurandum Saulis. Vtrunq; enim non potuit consistere.
... vt aiunt, dicitur, aut esse aut non esse. Simile adfert Chrysost. de pueris inter se
... diuersam trahentibus funem. Nam si rumpatur funis, vt sæpe fit, qui fortissimè
... grauissimè cadunt. Non enim alterutram tantum partem cadere necesse est, sed
... & Saul erat periurus: qui violasset iusiurandum, populus etiam periurus erat, qui
... ad periurium. *Et redemit populus Ionathan, & non est mortuus.)* Verbum Hebraicum
... exponunt eodem modo. Alij reddiderunt impetrationem, quod populus sup-
... à Saule impetrasset vitam Ionathæ: alij redemptionem: ac si populus ita dixisset,
... quidem Ionathas, sed dispiciamus aliquid, quò eius vita posset à Deo redimi. Iosephus
... vota & preces fecisse Deo, vt Ionathas liberaretur. Quod si verum est, non potest
... fuisse seditionis. At si ista seditiosè fecerunt, quasi Ionathanem regi per vim erepturi, *An populus peccarit in Ionatha seruando.*
... possunt excusari. In Repub. enim omnia debent ordine & sine tumultu fieri. Sed
... est, Deus potuit abuti etiam peccato populi ad efficiendum quod volebat. Quamuis
... peccarent, Deus tamen secutus est institutum suum, vt Ionathanem liberaret. Hic po-
... videre potuit, quàm durum esset habere regem. Id enim nisi accidisset, potuissent ipsi suis
... Ionathanē liberare. Nunc in causa iustissima, tamen eos oportuit regi esse supplices, aut
... grauius crimen cōcitati ciuilis belli. Saul cedit studio populi. Fuit hæc ciuilis & lau-
... prudentia. Quod autem sua stultitia rem penè ad ciuilem seditionem perduxerit, temeri-
... fecit. Nam si populus voluisset esse pertinax, res potuisset venire ad arma. Quanquam
... dubito, Ionathanem fuisse eo animo, vt voluerit arma sumere contra patrem. Sed Chry
... spectandum esse, non quid acciderit, sed quid accidere potuerit.

46 *Ascendit ergo Saul à Philisthim: Philisthim autem abierunt in locum suum.*

47 *Saul itaq; cepit regnum super Israelem, & pugnauit per circuitum contra om-*
nes inimicos suos, contra Moab, & contra filios Ammon, & contra Edom, & contra re-
ges Soba, & contra Philisthim: & quocunq; se verteret, viriliter agebat.

48 *Congregauit quoq; exercitum, & percussit Amalec, & eruit Israelem de manu*
vastantis eum.

49 *Fuerunt autem filij Saulis, Ionathan & Iesui, & Melchisua: nomen autem duarum*
filiarum eius, nomen primogenitæ, Merab: nomen autem minoris Michal.

50 *Nomen verò vxoris Saulis Ahinoam filia Ahimahas: nomen autem principis*
militiæ, Abner filius Ner patrui Saulis.

51 *Cis autem fuit pater Saulis: & Ner pater Abner, filius erat Abiel.*

52 *Fuit autem bellum forte contra Philisthim omnibus diebus Saulis: & quem-*
cunq; videbat Saul virum fortem, quemcunq; item robustum, adiungebat eum sibi.

Epitome eorum, quos Saul omni regni sui tempore profligauit. Sunt autem nationes ... hoc breuiter tantùm indicantur, quia historia iam properat ad res gestas Dauidis. Ea

enim omnia ferè quæ sequuntur, referuntur aliquo modo ad Dauidem. Hoc tantum addendum est, Saulem non delegisse sibi istos hostes, in quos pugnaret; sed eos ab initio fuisse inimicos populo Israelitico. Itaq; eos Saul persequutus est, & asseruit populum suum in libertatem. Nolim hanc propagare. Satis habuit, quod posset hostem reijcere, & tueri sua. Hic finis esse debet suscipiendi belli, vt cùm supplicium sumptum sit de impijs, de pax sit facta. *Et quicunque agebat*) In Hebræo est רשע, significat autem non impium esse, sed in Piel est condemnare aliquem impietatis, vt habetur Deut. 25. cap. Iustificabit iustum, & condemnabit impium. Hæc ergo periphrasis deloribitur victoris, quasi illa profligatione satis declararit eos esse impios. Id autem fecit, quod ipsi illum prouocassent. Nam alioqui Deus vetuit illis inferri bellum.

Fuerunt autem filij Saulis Ionathas, & Iesui, & Melchisue) Hic Iosephus habet quæ fortasse quod non esset apta ad bellum: numerantur tamen in libris Regum omnes. Nam quatuor filij Saulis enumerantur Ionathas, Melchisua, Abinadab, & Esbaal, quem volunt esse Isbosethum.

Deus, vt apparet, cumulauit Saulem multis beneficijs. Est enim beneficus etiam erga impios. Facit enim Solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Implet quin eos, tanquam victimas, antequam pereant, vt & ipsius consilijs inseruiant, & nobis prosint. Ex eo autem nos ita debemus statuere, si Deus sit liberalis est etiam erga eos, quos deserere prædere, quid nobis faciet, quos atq; omnes æternitatem elegit atq; adoptauit sibi filios? *Assidue Saul ad Philisthim*) Desijt persequi Palæstinos pro eo quidem tempore. Nam postea assiduè persequutus est. Interpretes aiunt eum noluisse longius persequi Palæstinos, vel quod Deus ei nihil respondisset, vel quod putaret factum Ionathæ impedimentum successum, vel quod illorum arces & præsidia sua custodirent.

Saul itaq; cepit regnum super Israelem) Hoc est, confirmatus est in regno. Cum enim res bene succederent, populus illi libenter parebat. *Et quemcunq; videbat Saul virum fortem.*) Describit sibi exercitum, nō ex quibuscunq; militibus, sed ex fortissimis. Si quem vidisset virum robustum & bellicosum, eum adiungebat sibi oblato stipendio, vt esset instructus ad omnē vsum Reip. Dominus quidem dedit victoriam: sed ad eam rem vsus est his instrumentis. Iosephus ait eum non tantum pedites habuisse, sed etiam equites. His illo viribus nimium fortasse confisus est. Plurimum tamen promouit statum Reipub. quamuis esset vir impius & hypocrita. Ita Deus sæpe promouet Euangelium per ministros malos. Multi, inquit Paulus ad Philip. docent Christum non sincerè: tamen in hoc gaudeo & gaudebo. Tanta est bonitas Dei, vt ex malis elicere possit aliquid boni.

DE LEGIBVS ECCLESIASTICIS.

Quoniam in hac historia explicanda sæpè incidit mentio de temerario illo edicto Saulis, quo interdicta est obedientia populi, qui illi obtemperauit, & quoniam Papistæ ex hoc loco sæpe mentiuntur stabilire sua decreta, & contendere, parem esse oportere vim & Ecclesiasticarum legum & ciuilium, operæprecium esse duxi paucis expendere, quantum illorum argumentum valeat. Id autem fieri non potest, nisi doceamur, quid discriminis sit inter ciuilia decreta & Ecclesiastica. Quod vt intelligamus, tria nobis considerandæ sunt. Primùm, liceat ne Episcopis & viris Ecclesiasticis eiusmodi leges, aut decreta promulgare. Deinde si liceat, qualia ea esse oporteat. Tertiò quam vim habeant ad obstringendam conscientiam.

Magistratibus & legibus est parendum.

Quod ad primum attinet, Scimus omnes pios obstringi, vt obediant principibus & magistratibus, idq;, vt Paulus ait, propter conscientiam. Petrus & Paulus iubent seruos obtemperare dominis suis, etiam discolis. Christus ipse soluit tributa & vectigalia, nec vnquam aduersatus est legibus. Iubemur obedire parentibus. Magistratus autem est parentis loco: vt in quem parentes nostri omnem suam vim & authoritatem contulerunt. Salomon in Prouer. ait, Deum timere, & regem honorare: & ne te admisceas hominibus seditiosis: propè est enim illorum interitus. Hæc autem tantisper verum est, quoad illi nihil præcipient contra Dominum. Id enim si accidat, Deo potius obtemperandum est quàm hominibus. Quanquam in legibus ciuilibus quædam ad necessitatem ciuitatis pertinent, quædam tantum ad decorum. Necessitatis est, vt animaduertatur in reos: decori verò, vt, quod Romanis legibus cauebatur, ne matronæ liceret nubere intra tempus luctus. Deinde consilium etiam eius spectandum est, qui tulit legem. Quædam enim vult rigidè atq; omnino obseruari: quædam autem tantum monita, admonitiones & admonitiones quasdam esse. Postremò ex istis leuioribus decretis videndum est, ne quid per contemptum violetur. Summa est, vt homines, quoniam non sibi nati sunt, sed Reipub. omnino curæ studeant parere legibus.

Quidam

episcopos nō posse ferre leges: dq, vt dicant, moneantur nō pauis aut ob- *Episcopis num liceat leges ferre.*
primū enim quærunt, vnde habeant eā potestatē. Loquor aūt hic de episcopis, ministerij verbi: non quatenus sunt ciuiles principes: nā eius rei alia est cōsideratio. Christus. Ille enim nos legē tulit, nec Apostolis suis talia mādata vnquam *Quod non liceat.*
(cum mitterentur à Christo, vt ipse mittebatur à patre) non possunt rogare le-
qui scribunt leges, habeant dominiū. At Petrus monet episcopos, ne domi
debet qui scribit leges, oportet vt habeat ius coercendi: vt est in Pandectis de
consultis. Et Demosth. Ille enim ait legē esse
non habet gladiū, aut ius coercendi. Præterea vbi est lex, ibi necesse est vt sequa-
Ecclesiasticas natura nostra. At Paulus noluit cuiquā injcere laqueū. Et Iaco
est legislator, qui potest seruare & perdere. Et Esa. 33. Tu es Rex noster, tu es iu-
legislator noster. At canones longè aliter statuunt. Imò cū agunt de illis, qui po- *Quod liceat illis leges ferre*
leges, primū totū dant Papæ, secundū concilijs & episcopis, tertiū imperatoribus. Et
tiū defendunt Scholastici, vt Thomas in secunda secundæ de iure, quibus sit ecclesiam
quo tempore & quomodo sit seruandum. Quemadmodum enim, inquit, ciuilis
quæ confusè & obscurè adumbrantur in lege naturæ, possunt declarare & astrin-
potest definire ac determinare ea, quæ confusè tradita sunt in sacris literis. Et
de vt constitutionū, ait eiusmodi decreta tanti esse oportere, vt qui ea contemnat, debeat
Et in historijs legimus, Victorem voluisse excommunicare omnem Orientem,
causa, quàm quod Pascha non coleret Romano ritu. Quanquam ea res Irenæi consilijs
repressa est. Rationes autem, quæ adducuntur in contrarium, putant se posse facilè *Responsio ad rationes contrarias.*
Nam quod dicitur, episcopos non esse pisse à Christo authoritatem ferendi leges, re-
nihil esse. Leges enim aiunt pertinere ad doctrinam. Est enim lex, vt Cicero ait, præ-
honestarum, & depulsio turpium. Quare cum ecclesia habeat authoritatem docen
enim, inquiunt, authoritatē ferendi leges. Et quamuis Petrus dicat, episcopū non opor-
tamen eum oportere præsidere in ecclesia, & habere ius clauium. Quodq; dicitur,
habere ius coercendi, falsum esse. Ecclesiam enim posse ligare, soluere, excommuni
quod Paulus ait, se nolle cuiquam injicere laqueum, id eum priuatim scribere de virgini-
est: non sic communiter data omnibus. Infirmum autem est argumentum, si quis
Non licet legem ferre de virginitate, ergo nulla de re licet. Et quod Esaias ait: Tu es
& Rex noster: id de vltimo iudicio, & de æterna damnatione verum esse, aut per
quicquid sit, sic ab illo. Nam alioqui eadem ratione tolleretur omnis ciuilis magistra- *Quomodo possint ab ecclesia leges ferri.*
nostras leges nec ne, quoniam non multum ad rem facit, nolo rixari. Positum ergo sit,
scribere sibi aut canones, aut leges, aut decreta, aut sanctiones, aut quocunq; ea ve-
appellari. Est enim ecclesia cœtus, & regi debet verbo Dei, præsertim quod attinet ad
finem & cultum Dei. Sed sunt alia, quæ tantum pertinent ad externam disciplinam. Vt
societas contineatur, opus est quibusdam externis vinculis. Ita Apostolus decreuit,
oportere orare tecto capite, viros aperto: & Apostoli in Actis, vt à sanguine, suffocato, &
abstineretur. Et semper in concilijs, postquam de dogmatis actū esset, agi cœptum est
Denique omnes patres, vt Tertullianus, Origenes, Basilius, Augustinus, Hieronymus
legum finis esse debet ædificatio & [illegible]. Quoniam autem necessariæ non sunt pro
& locorum ratione mutari possunt: vt in baptismo de trina immersione, de clinico-
sione, de tempore, de paschate & pentecoste, quibus tantum temporibus solebant dare
De eucharistia, quo loco, quo tempore, quo modo, stantes an sedentes, mane, an ve-
teret communicare. Nisi hæc fuerint constituta, nulla vnquam erit tranquillitas eccle-
enim hoc tempore vult audire concionem, alius alio, alius hoc loco, alius alio. Licet er-
eiusmodi decreta, modò id fiat cū pace ecclesiæ. Alij ita ratiocinantur: populus est in-
ergo tenendus est cæremonijs. Sed hoc discrimen est inter nos & veteres: illi pla-
cæremonijs: nos, vt Augustinus ait, paucissimis. Et Chrysostomus ait, Deum habitu-
quo inuocetur in spiritu & veritate. Esse tamen oportere aliqua quæ faciant ad
decorum, Paulus docet ad Corinth. Hic tamen ordo non est situs in magna pompa,
in cantibus, in campanarum & organorum strepitu: sed qui ad modestiam & grauita-
qui removeat lasciuiam, confusionem & barbariem.

vt intelligamus, eiusmodi esse debere huiusmodi leges, meminisse debemus alias esse, *Quales debeant esse leges ecclesiæ.*
dogmata pertineant, alias quæ ad res agendas. Ad dogmata nihil putari debet necessariū,
sacris literis aut expresse, aut perspicua & solida ratione colligatur: quale est de ba-

ptismo infantum, & de homousio. Nam Deus in Deuteronomio diserte mandat, ne quid ei-
ius legem addere tur. Rursus ex quæ ad res agendas pertinent, bifariam distinguuntur. Alia enim
sunt necessaria, & ad salutem faciunt: qualia nulla potest dubium, nisi ea dicta in sacris literis: alia
Leges de rebus adiaphoris. sua natura adiaphora, quibus aut bene aut male vti possumus. Ad hoc scilicet discrimen hæc om-
nis pertinet dispositio. In hoc genere primum caueri debet, ne quid præter fidem ad cultum
Dei. Quia diuinus cultus non ab hominum voluntate, sed ex diuino consilio. Dei lex Christus te-
stante Matth. ait ex Esaia, Frustra me colunt doctrinas præcepta hominum. Hinc sequitur
debet Dei cultus simplex & purus. Itaq; Deus apud Esaiam vult se hominum traditionibus offensum & irritatum
illis, à quibus colatur præceptis hominum. Et certè ita videmus visum esse, vt qui non sine ho-
tradantur quodammodo in reprobum sensum, efficiantur delirij, insaniant, & non eadem videant,
quæ sunt clarissima. Paulus ad Col. ait, Si mortui estis cum Christo, quid quasi viuentes adhuc
decretis tenemini? Et ad Galatas, State in ea libertate, in qua Christus nos liberauit. Itaq; ad Co-
loss. prorsus damnat omnem θρησκείαν, id est, cultum voluntarium. Habent istæ quidem speciem
ritatis & sapientiæ: Species autem ea sita est in superstitione, in humilitate, in ascetica, & neglectu
corporis, & in reuelatione angelorum. Re aut vera sunt impia, vt Christus ait apud Matthæum. Iam
verò si ista neq; necessaria sunt, neq; ad cultum Dei pertinent, possunt mutari, nec necesse est om-
nibus ecclesijs esse eadem. In his rebus, inquit Hieronymus, abundet quisq; prouincia in sensu
suo. Et Ambrosius quemadmodum citatur ab Augustino ad Ianuarium, Si non vobis erit molestum,
te, inquit, quod ego soleo. Ego enim ad quamcunq; ecclesiã venio, ad eius ceremonias me accommo-
modo. Neq; certe ecclesia ea libertate priuari debet, quam illi Christus voluit semper esse integram.
Non tamen ista eò dico, quòd velim ceremonias in ecclesia quotidie innouari. Nihil enim
gno consilio & graui deliberatione, aut mutari debet, aut antiquari. Deinde videndum est, ne
ceremoniæ excrescant in immensum, atq; ita omnia obruant. Augustinus in epist. 119 ad Ianuarium
ait suo tempore tantum fuisse numerum observationum, vt Iudæorum conditio melior videretur
videretur, quam Christianorum. Omnia, inquit, sunt plena præsumptionibus, vt grauissimum
peccare videatur, qui per octauas suas pedibus nudis terram premat, quàm qui non osculetur
rint. Et quid tandem ista prosunt? Certè malos nihil faciunt meliores. Tantùm enim valent, quan-
vti diximus. Quæ quã multa huius generis excogitata sunt ad fordes & quæstus. Nam his ma-
nibus implicantur papistarum animæ. Sæpe etiã fit, vt his minutijs homines abducantur à vero cul-
tu Dei. Id Christus reprehendit in Pharisæis, quod propter suas traditiones contemnerent præcepta
Dei. Quare tollenda sunt huiusmodi inuenta & decreta hominum, quibus incipiunt lædere primum
aduersus Deum. Ita enim Ezechias sustulit serpentem æneum, quamuis erectum à Mose, eò quòd po-
mel cœpisset eum adorare pro Deo. Ferendæ ergo sunt ceremoniæ, quandiu ad
vsum aliquem ecclesiæ. Vbi autem nullus erit amplius illarum vsus, sine omni dubitatione tollendæ sunt.

Quam vim habeant leges ecclesiæ. Iam de tertia parte videamus, quæ maximè ad nostrum institutum pertinet, quam vim habeant
decreta habere debeant ad obstringendas conscientias, quidq; inter ista intersit, & de
Primùm ea non obstringunt, si remouetur contemptus & scandalum, ne aut timore aut
industria bene constituta rescindamus, aut turbemus communem pacem ecclesiæ. His obseruatis
nihil obligatur conscientia. Exempli causa: Apostoli decreuerunt, vt Gentes conuersæ ad Chri-
stum abstinerent à præfocato, à sanguine, & ab idolothyto. Quæ in re illi nihil aliud spectabant,
quàm pacem ecclesiæ. Aliter enim tutò quam potuissent Iudæis cum Ethnicis conuenire. Si quis il-
la communi pace ista comedisset, nihil peccasset in conscientiam. Nam alioqui Petrus sit, Quid
tentatis Deum volentes imponere iugum? &c. Et Paulus ad Colos. Nemo, inquit, vos iudicet in
cibo & potu. Quod si non debemus iudicari à fratre nostro, multò minus debemus à nobis ipsis.
Et Christus ait, Quod intrat per os non coinquinat hominem: atq; ita defendit discipulos, cum sò
medissent illotis manibus, cumq; spicas manibus in sabbato confricarent. Idem probat Paulus in
epistola ad Corinth. Quicquid inquiens, vobis apponitur edite, mandicate, nihil interrogantes:
Quid differant à politicis legibus. si quis tibi indicauerit, cibum illum esse immolaticium, noli comedere propter conscientiam eius
rium, sed eius, qui tibi indicauit. Longè aliter autem res est in præceptis ciuilibus. Iubemur enim
obedire non tantum propter iram, sed etiam propter conscientiam, conscientiam inquam, non
lienum, sed nostram. Magnum ergo est discrimen inter ecclesiastica decreta & politica. Quamuis
cesse est, illa minus obstringere conscientias. Nam in ecclesiasticis spectandus est ordo, in
autem parendum est, quamuis ea quæ
gumentum, qui ex isto facto Scotus probare volunt leges ecclesiasticas.

CAPVT XV.

Dixit autem Samuel ad Saulem, Me misit Iehouáh vt vngerem te Regem super populum suum, super Israelem: nunc ergo audi vocem verborum Iehouæ. Hæc dicit Iehouáh exercituum, recordor eorum quæ fecit Amalec Israeli, quod posuerat in via quando ascendebat ex Ægypto. Nunc ergo vade, & percute Amalec: & perdite quæcunq; sunt ei, sed interfice à viro ad mulierem, ne parcas ei, à paruulo vsque ad lactentem, à bone quoque vsq; ad pecudem, à camelo vsq; ad asinum.

Duplex caput.

DVPLEX quintum istud caput varia complectitur: quæ tamen omnia possunt ad vnum caput reuocari. Primo loco exponitur mandatum Domini, quo Saulus iubetur exterminare percutere Amalechitas. Deinde describitur victoria, & lapsus Saulis. Non paruit mandato Domini. Postremò proponitur actio inter Saulem, & Samuelem. Ille eius factum: illo, quantum potest, defendit.

Quod attinet, in calce cap. 14. descripta est census victoriarū Saulis. Inter quas prosligatio Amalecitarū. Ea pugna propter lapsum Saulis hic seorsum describitur

Oratio Samuelis ad Saulem.

Dixit Samuel ad Saulē: Et Dominus, inquit, misit me vt vngerē te Regē, illē iubet, vt exterminas Amalecitas. Solent Rhetores primo loco captare attentionem: Samuel ergo, vt attentū faciat, ait, se adferre sermonē Domini. Ad sermonē autem Domini omnes debent mentes suas dirigere. Quando enim illo regimur, tam diu omnia rectè atque ordine fiunt. Est autem Domini, & ad Regem pertinet, & ad populum: in primis tamen ad Regem. Hic enim non solum seipsum continere debet in officio, sed etiam suos. Caput enim non sibi soli, sed etiam toti corpori. Commemorat Samuel, quid Deus Sauli antea præstiterit, vt ad res gerendas aggrediatur, sciatq; eum nunc quoq; facturū esse similia. Delectus, inquit, à Deo. Quare par est, vt illi præsertim inseruias. Potestas enim & ius gladij est à Deo, vt tu populo pares, ita tibi præesse debet sermo Domini. Cumq; omnes Reges, qui vllo tempore fuit, debeant parere Deo, tu tamen debes maximè. Alij enim hæreditario iure ad regnum: Tu ex infimo loco delectus es Rex à solo Deo. Et quamuis causam non habeant cur obedire. Hæc obstringunt omnes Reges, vt sanctam tectam curent esse legem. Hi enim debent secum cogitare: Ego positus sum hoc loco, vt exequar Domini voluntatem. Enim minister Dei, vt ait Paulus.

Quare commemorat Saulem à Deo Regem esse factum.

Quid sit Deū recordari.

Recordor eorum quæ fecit Amalec Israeli.) Non cadunt ista in Deum, vt aut obliuisci possit, aut recordari. Sed vt homines, cū reminiscuntur, faciunt id, quod prius obliti erant facere: Ita Deus, quod diu distulit, dicitur meminisse. Distulerat autem iam Deus hanc vltionem animaduertendam. Dicitur ergo nunc meminisse, quia antea videbatur esse oblitus. *Quod fecit tibi.*) Est oratio ecliptica: alij aiunt bellū fuisse commissum, alij intelligunt insidias. Interpres Chaldaicum interpretatur. *Quando ascendebat ex Aegypto.*) Id describitur in Exod. Nam cum Hebræi essent in Rhaphidim, Amalecitæ carpebant extrema agminum: Deut. 25. Deus debiles & infirmos, hoc est, vt Hebræi interpretantur, immundos & leprosos, qui de more erant extra castra, interfecerunt. Itaq; Hebræi cōmisso prælio Amalecitas superauerunt. Tū Deus iussit, vt nomē Amalecitarū prorsus ex hominū memoria tolleretur. Ac de re Moses dedit mandata Iosuæ, & extructum est altare: idq; Dominus appellauit Exod. 17. Additū etiā est iusiurandū his verbis, Manus super soliū Domini, bellū fore cum Amalec de generatione, & generatione. Amalec erat ex posteritate Esau: Ille enim filiam habuit Eliphaz, cuius natus est Amalec. Multæ iam generationes interceſſerant ab illa pugna. Omnes tamen retinebant eorum odiū in populū Dei, omnesq; rei erant eiusdē criminis. Itaq; Deus sumit omnibus. Fuisse autem omnes eiusdē animi, apparet ex eo, quod Samuel ait ad Regem Agag: Sicut gladius tuus orbas fecit multas mulieres, ita orba erit mater tua. Præterea, ibi Regem multos ex ludæis interfeciſſe. Sed dices, multos inter eos fuisse pios, qui propter ætatē odisse non poterant. Atqui illi non carebant peccato. Habebant enim originale. Neq; queri poterant, se immeritò dure punas. *Interfice eos à viro vsq; ad mulierem, de paruulo vsq; ad lactentem, à bone quoq; vsq; ad pecudem, à camelo vsq; ad asinum.*) Hæc omnia diligenter enumerantur, ne quis postea locus Sauli relinquatur ad excusationē. Nam si Samuel vsus fuisset ista diligentia, Saul posset dicere potuisset, se nō putasse, fuisse

Peccatū Agagi

Cur enumerentur tam multa.

Amalec ex quā prosapia.

Quid fecerint Amalecitæ Israelitis.

ita seueriter agendum. Hoc autem habet propriè præter alias omnes [illegible] cunq; sint ad salutem necessaria, in eo planè ac perspicuè proponantur. Sunt [illegible] ficilia: sed ea ad salutem non sunt necessaria. Et quæritur in [illegible] tur, quod ad ædificationem faciat. Quare inferiora populus, cum [illegible] incerta, si res omnes reuocentur ad scripturas. Non est autem [illegible]

Cur pecora in uolumine male dicto.

populi. Sunt enim possessiones hominum. Itaq; cum [illegible] opere tuo. Et Paulus ad Rom. Omnis, inquit, creatura vanitati subiecta est [illegible] nem filiorum Dei.

Recordar quid fecerit nobis.) Hæc ascripta sunt, de Saul [illegible] re mandato Dei. Quanquam etsi addita non fuisset causa, tamen Deus [illegible]

Præceptis Dei causa quãdoq; additur quãdoque non.

Cum Abraham juberetur occidere filium suum, nulla adiecta fuit causa, cur ita [illegible] Deus animum Saulis esse obstinatum & hypocriticum. Itaq; non tantum omnia [illegible] sed etiam causam addit, cur ita velit fieri. Tandem Deus [illegible]

Tardá numinis vindicta.

Pulchrũ est illud Val. Maximi: Deum tarditatem vltionis compensare grauitate [illegible] tarchus scripsit librum perelegantẽ de sera vindicta numinis. Sed hic duo cauenda [illegible] tia: alterum, ne curemus Deum non videre aut curare res humanas: alterum, ne [illegible] primo quoq; tempore vlcisci. Nos oportet ingredi regiam viam & medias vt [illegible] do velle vlcisci, & eius vindictam patienter expectemus. Hoc bellum non ex humano [illegible] ctu susceptum est, sed propter perpetuum odium Dei, quo illi in hadæos [illegible]

Quando liceat misericordia flecti.

tur. Nam cum nostram causam persequimur, aut aliquid dandum est misericordiæ, [illegible] gloriæ Dei, nemini prorsus parcendum est. Graue peccatum erat, quod ita Iudæos [illegible] præsertim profugos ex Ægypto, & afflictos, & nulli iniuriam inferentes. Itaq; Deus [illegible] sit. In afflictione illorum ego affligebar. Ita cum Ecclesia opprimitur, Deus ipse, cuius [illegible] est, opprimitur. Et Christus de cœlo clamat, Saule, Saule, quid me persequeris? Cum [illegible] iubet aliquid seuerè fieri, non amat importunam clementiam. Et quod ad istos [illegible] inculcat. Neminem oportere tangi misericordia Cananæorum, aut Amalecitarum: [illegible] ronomio. Ne obliuiscaris, inquit, Amaleech. Non fuit ista crudelitas, cum Deus [illegible] ret. Ita in ecclesia exercendus est gladius spiritus seuerè, ac rigidè, & sine respectu [illegible] Neque reprehendi debent, qui in Papam, in Antichristum, in hostes omnis religionis [illegible] asperius & vehementius inuehuntur. Imò illi potius reprehendendi sane qui, cum illorum [illegible] ria scelera & flagitia videant, tamen dissimulanter velint agere, & reprehensionem [illegible] moderatione temperare.

4 *Et congregauit Saul populum, numerauitq; eos in Telaim, ducenta [illegible] dium, & decem millia virorum Iehudáh.*

5 *Venit itaq; Saul vsque ad ciuitatem Amalec & certauit in valle.*

6 *Dixitq; Saul ad Cineum, Ite, recedite, descendite de medio Amalecitarum, ne forte disperdam te cum eo: tu enim fecisti misericordiam cum omnibus filijs Israel, quando ascenderunt ipsi ex Ægypto. Recessit ergo Cineus de medio Amalec.*

7 *Et percussit Saul Amalec ab Hauilah, donec venias in Sur, quæ est [illegible] Ægypti.*

8 *Cepitq; Agag Regem Amalec viuum, & omnem populum interfecit acie gladij.*

9 *Et pepercit Saul & populus ipsi Agag, & optimis pecoribus, & bobus, & pinguibus, & saginatis, & omnibus quæ bona erant, nec voluerunt perdere ea: quicquid autem erat contemptibile & dissolutum, illud perdiderunt.*

Telaim quid significet.

Telaim.) Putant quidam esse nomen proprium loci. Id Chimhi negat posse fieri, quod [illegible] prijs nominibus non addantur articuli. Vox ipsa significat agnos. Ita [illegible] guli agnos singulos adferrent, atque inter agnos deprehensos essent [illegible] putat tempus illud fuisse paschatis, quo tempore offerri oportebat. [illegible] Latinus interpres videtur legisse Caph pro Beth. Ita enim reddidit, Quasi agnos. [illegible] libentius puto fuisse nomen oppidi: cuius etiam meminit [illegible] mont agnos, quod potent alioqui nouum pecudum fore, si Saul [illegible] usquam vetitum est habere ecclesiam militem, cum bellum [illegible] mum sibi dixit displicere, si fieret sine oblationibus. Oportuit [illegible] ferre dimidium sicli in sanctuarium.

Deus

ad Cinæum. Ite, recedite, descendite de medio Amalecitarum.) Cinæi erant
[illegible] Iethronis: quorum mentio fit in Deuteronomio, in Numeris, & in libro Iu- *Qui fuerint Cinæi.*
[illegible] aliqui putant fuisse filium Iethronis, alij Iethronem ipsum. Ita eos affatus est
[illegible]nomio. Ne discedatis à nobis. Eritis nobis tanquam oculus in itinere. Nostis
[illegible] solitudine: & habebitis locum in terra promissionis. Cinæus excepit Mosen
[illegible]gressus ex Ægypto. Neque id solum, sed etiam illi filiam suam dedit in matrimo- *Cur liberentur*
[illegible]uit Israelitis obuiam in desertum, & illis gratulatus est de liberatione ex Ægy-
[illegible] contra Amalecitas. Deinde consilium dedit Mosi de instituenda Republica,
[illegible] septuaginta senioribus, ne Moses laboribus continuis conficeretur. Et in Nu-
[illegible]um adiumento fuisse Israelitis in deserto. Itaque Moses illi pollicitus est partem
[illegible] Dominus daturus erat populo suo. Itaque in libro Iudicum legimus, istum Ci-
[illegible]a ad ciuitatem palmarum in tribu Iuda, & eius posteros studiosissimos fuisse legis
[illegible] erat Iael, quæ interfecit Sisaram. Inde erant etiam Rechabitæ, qui tantopere com
[illegible] Hieremia. Eos, nescio qua causa, Iosephus appellat Sichimitas. Ex hoc exemplo
[illegible] liberaliter rependere illis, qui liberales fuerint in sanctos, qui sunt in terra eius.
[illegible]o loco habet officia nostra, ac si ea ad se pertinerent. Est hoc ciuilis iustitiæ, nolle in-
[illegible]sontibus inuoluere. Quodq; ad opus ipsum attinet, id non potest reprehendi. I-
[illegible]gendi sunt boni à malis. Quo autem animo Saulus ista fecerit, id nobis difficile est
[illegible]demus hic præterea, quantum prosit affinitas & coniunctio sanctorum, præsertim si
[illegible] & pietas. Potest fieri, vt Saul hoc fecerit admonitu sacerdotis, aut prophetę, quam
[illegible]tribatur. Seruat hic Deus, quod promiserat Abrahamo: Benedicam benedicenti- *Insontes non*
[illegible] de te meritis benefaciam. Stat semper promissis, & dat plus etiam quàm promi- *puniuntur*
[illegible]sunt exempla huius generis. Angelus ait se non posse perdere Sodomam, ante- *cum sontibus.*
[illegible]egret cum familia. Et in Ecclesiast. historia, Hierusalem non potuit expugnari &
[illegible]ta inde Christiani discessissent. Milites & nautæ in naufragio seruati sunt, & do-
[illegible]demus hic magna nostra cum consolatione exempla contraria. Amalechitæ affli-
[illegible] Cinæi illis profuerant. Itaque illi perduntur, isti seruantur. Ex hac oppositione vi-
[illegible]am ede Dei voluntatem, vt vlciscatur & rependat. Itaq; in Exodo statim postquam de-
[illegible] pugna in Raphidim contra Amalechitas, subiecta est historia de Cinæo. Admoni- *Fidei opus fuit*
[illegible]mus discessit. Id non fecisset sine fide: & nisi credidisset, Deum suis daturum esse vi- *quod discessit*
[illegible]ctus iste illis bene cecidit. Nos quoque parere oportet, cum iubemur à Deo, vt fu- *Cinæus.*
[illegible]secundinem malorum. Nam Paulus ait, ne cibum quidem cum illis sumendum esse.
[illegible]*Saul Amalec ab Hauilah, veniente te in Sur, quæ est è regione Aegypti.*) Hauilah
prientiam vngi voluit. Adhæc Deus docere voluit se per omnes aduersos casus, quos velit, ad fines suos. Etsi enim decrepisset Dauidem fore Regem, tamen non nisi periculis voluit exaperiri. Ita nos quoq; per afflictiones & cruces, & ad desperationis casus deducit in cælum. Postremò oportuit Dauidem adumbrare exemplar Christi. Christus autem, quamuis esset Rex & Filius Dei, tamen egit vi [illegible]. Promissio ista facta Dauidi constans est & firma, itaq; confirmatur in familia Dauidis mansurum in æternum. Peccabant quidem eius posteri & [illegible] afflicti sunt à Deo, & abducti in captiuitatem. Reducti tamen sunt postea, & [illegible] regnum aliquo modo obtinuerunt. Atq; hoc pacto promissio facta Abrahamo, [illegible] facie erat distincta, nunc contrahitur ad Dauidem: in cuius posteritate regnum futurum. Nam ex ea familia Christus natus est, cuius regnum est in populum Dei [illegible].

Lugere Saulem. An reprehendit Deus Samuelem quòd lugeret? Certè non fuisset prohibiturus orare voluisset. Proprium enim munus est Prophetæ orare pro lapsis. Ita Abraham vastanti populum Dominus ait Mosi: sine me, vt occidam eos: & faciam te ducem populum multò maiorem. Hic Moses opponit, & orat, vt se potius delere dignetur casum Saulis: suum autem casum cùm deijceretur de magistratu, non luxit debuit hoc tantum, quòd populus abiecisset Dominum. Hic autem deflet miseriam [illegible] conditionem Reipub. Nihil autem alienum fecit Samuel, cùm defleret Saulem. Nam [illegible] cum Hierosol. esset dissipanda, multi viri boni & pij, eius ciuitatis ruinam deflerunt. periirent cum alijs Deus iussit signari in fronte. Apparet ergo huiusmodi luctum ap[illegible] Deo. Cyprianus de Lapsis luget eos, qui Christum negauerant in persequutione. Iacula, in[illegible] illi ferantur, me percutiunt: gladij sauientium transeunt per viscera mea: Cum pro[illegible] quoq; vnà prosternor. Ista si spectauit Samuel, nō peccauit. Sed in omnibus rebus sunt [illegible] & fines, extra quos qui egreditur, necesse est vt peccet. Ita Paulus monet Thess. ne lu[illegible] fuorum tanquam Gentes, quæ spem non habent. Non prorsus damnat omnes la[illegible] sed eas tantum, quæ coniunctæ non sint cum spe futuræ vitæ. Ita qui luget alterius rui[illegible] per, donec oraculo Dei iubeatur desistere, nihil facit à pietate alienum. At si admonitus [illegible] posthac velit pergere, graniter peccat. Sunt qui putent, Samuelem sorge tantum [illegible] fluxisse Saulem; nihil autem adhibuisse precum. Imò apertè scribitur, eum orasse Dominum. Et Hieremias in Threnis cum defleuisset casus ciuitatis suæ, addit ad extremum, [illegible] Domine & cōuertemur. Alij aiunt, Deum significasse Samueli, id frustra fieri, quòd [illegible] obduratione sua non discederet. At certum est, neminem posse consequi salutem, nisi re[illegible] uertatur. Et idcirco Samuel orat, vt Saul posset resipiscere. Ita cum Monica ardenter fle[illegible] ret pro Augustino, cùm adhuc esset Manichæus, quidam respondit, fieri non posse, vt filius lachrymarum periret. Et Augustinus ait, Stephanum precibus suis impetrasse Pau[illegible]lum. Precamur ergo alijs resipiscentiam, quia est donum Dei. Oramus pro Iudæis & [illegible] conuertantur: quis fidem scimus esse donum Dei. Et pœnitentiam quidem esse ex Deo declaret ad Timotheum, Si forte, inquit, Deus det illis pœnitentiam. Ex quibus verbis col[illegible] Deum aliquibus dare pœnitentiam, aliquibus non dare. Quibus autem non dat, iusto iu[illegible] dat. Constat enim illi factorum suorum ratio, etsi nos eam non videamus. Sed quæcun[illegible]que sit, qua Deus mouetur, non est certè dignitas operum præuisorum. Id enim ex dia[illegible] gnat cum sacris literis, & præsertim cum Epistola Pauli ad Romanos. Hic videmus præ[illegible] dixisse Iacobus tantò ante prædixerat, sceptrum fore in familia Iudæ. Id prædictum fuerit [illegible] annos antequam eueniret. Quare Deus videri posset nimis tardus in persolvendis [illegible]. Sed non nō oportet nimium præcipitare, ne videamur Deo præcurrere. Promisit Chri[illegible]stus mille annorum ante quam eum duret. Ne desperemus: Deus dabit bona fide, quic[illegible]quid dixit. Eius enim promissiones non tempore metiendæ sunt, sed cōstantia. Nos oportet [illegible] Deum imitari. Minatur quidem Deus peccantibus: sed non statim sumit supplicium. [illegible] Deo habet illud Græcorū prouerbium [illegible]. Nam si Dei momenta spectamus, [illegible] nostram importunitatem, cunctatur. *Prouidi enim de filijs eius mihi Regem.*) Mihi, inquit [illegible] voluntatē meam faciat potius, quàm suā. Nam Saul contrà populo potius & suæ libi[illegible]dini seruit, quàm mandato Domini. An ēst putamus, Deū nunc primū delegisse sibi Da[illegible]uidem? Non. Eū enim prædestinauerat ab æterno, neq; quicquā illi accidere potest nouum. [illegible] quitur Hieremias, Priusquā formaueris in vtero noui te. Et Paulus ait, Qui elegit me ab [illegible] utero. Magna nobis ista debet esse consolatio, Deum voluisse nos complecti & habere

Prophetæ munus est orare pro lapsis.

Exempla piorum lugentiū impios excusendos.

In lugēdo sunt certi fines.

Samuel nō tantum luxit Saulem, sed etiam pro eo precatus est.

Precanda est impijs resipiscentia.

Pœnitentia est donum Dei.

Iacobi vaticinium impletur

Dei promissiones cū minæ implentur cessi differantur.

Prouidētia ista non est nouā.

pro suis, antequam nascerentur. Magnum est, rationem habere aeternae electionis Dei. Nam quum vniuersa massa Adamo corrupta sit. Et cur alios eligit, alios relinquit? Aduersus Deum susceptae rationem, inquies. Minimè. Ille enim nobis imponit perfectissimi iuris necessitatem. Nam quum Dauidis electio Dauidis causa erat, cur eligeretur à Deo? Nonne? Nam quum ipse quoque à Deo. Videtur Deus delectari locis humilibus, elegit enim Iosephum è carcere, Sauladem de Gaza, Dauidem à grege. Omnia vult hoc pacto declarari, regna & imperia non nisi diuino beneficio contingere. Ecclesiast. 11. sæpe aliquis è carcere eductus ad regnum. Et Daniel 2. Deum dare regna & auferre regna. Et Titus Imperator Echinum, cùm edidisset dies Romanos spectatores in arenam ruisse, venit in Theatrum, & inter eos duos medios consedit. Cumque petijsset sibi dari gladium Myrmillonem, vt exploraret essent de vero, vnum vni iactorum reddidit, alterum alteri. Cum illi iam expauescerent. Ecce, inquit, videtis, regna diuinitus dari. Quare nemo est per sedulitatem cupere debet, nec retinere. Sed Deus ait in Oseæ, Ipsi regnauerunt, & non ex me. Quomodo ergo distribuit Deus regna? Quidam ista referunt ad furorem, quem hi dati pertulerunt cum vicinis gentibus: & id huc sententia est Lutheræ. Sed Chimchi, & Abenesra intelligunt eo de Hieroboam. Nam de eo eligendo nullus extabat expressum verbum Dei, nec populus de ea re consulebatur. Num. Nam alioqui Deus recondita voluntate voluit esse Regem, & misit Ahiam Prophetam, qui id illi significaret. Verùm id populus sequutus non est, sed libidinem suam. Addunque id esse, non tantum de Hieroboam, verùm etiam de omnibus regibus Israel, vno excepto Iehu.

Regna diuinitus dari.

Vtilitas huius prophetiæ de electione Dauidis.

Vtilis igitur fuit vtilitas huius electionis. Primùm enim necesse est, eam rem Dauidi magnæ fuisse consolationi, cùm se videret Deo fuisse curæ antequam natus esset. Deinde id diuinitus vtilitatem & minuendam arrogantiam, ne putaret se suis virtutibus & meritis aliquantum regnum. Tertiò, ne in aduersis casibus, cùm odio Saulis exagitaretur, desperaret. Postremò, cùm iam adeptus regnum ab Absolone filio euerberaretur, putaret promissiones Dei posse euadere. Hæc enim promissio tam certa est, vt auferri non possit, nec à Saule, nec ab Absolone, nec à Palæstinis, nec ab omnibus nationibus. Quia per illam familiam permanendum erat, eligendo ad Christum.

Cur Samuel mortem timuerit.

Audiet me, & interficiet me.) An si esset periculum capitis, idcirco debuit Samuel deserere officium suum? Non certè. Quicquid enim futurum erat, parendum erat voluntati Domini. Sed hic videmus hæsisse in Samuele infirmitatem aliquam humanam. Ita queritur etiam de se Elias, Ego relictus sum solus, & quærunt animam meam. Deus ita res temperat, vt interdum velit apparere in hominibus imbecillitatem humanam, interdum eluctere vim & robur spiritus. Sed an timebat Samuel mortem tam senex? Certè Solon, cùm se opponeret Pysistrato tyranno regnum, qua re fretus ea auderet, senectute inquit. Verùm Deus voluit intelligi, illud robur esse donum suum, non dotem naturæ. Atq; idcirco fuit interdum suos labi, & aliquid humanum pati. Nam iustificati quidem sumus per Christum: non tamen nobis prorsus ablata est omnis corruptelæ affectionum. Deus omnia concludit sub infidelitate, vt omnium misereatur. Neq; inuiti debemus illa legere in diuinis literis. Magnam enim nobis adferunt consolationem: vt si quando labimur in peccatum, ne id circo desperemus. Nam sancti etiam lapsi sunt, & resipuerunt. Legimus historias miracula sanctorum hominum. Sed ista quoq; non minore cum voluptate legenda sunt. Leuiter enim proponunt nobis misericordiam Dei, qui homines fractos non statim reijcit, sed potius confirmat & corroborat. Alij putant Samuelem nihil perterritum fuisse metu: sed tantùm voluisse à Deo quid agendum esset, & quomodo. Sed non debemus nimium esse soliciti, vt patres excusemus. Nam quamuis Samuel hoc loco nihil peccarit, at alij tamen, & metuit, & sæpè peccarunt. Erant enim homines. *Vitulum boum tolle in manu tua.*) Sacrificium fuisse vt solet. Incredibile est. Samuelem sæpè solitum sacrificare pro statu & salute Reipub. atq; ea causa obijsse vniuersas ciuitates. Sed an docet Deus mendacium? Non. Docet potius ciuilem quendam prudentiam: Ea autem est, vt interdum, si res opus, aliud tacea, aliud dicas. Ita Augustinus excusat Abrahamum. Nam Sara illi fuit & soror, & vxor. Sororem fassus est: vxorem tacuit. Ita Samuel dedit cum in animo destinarat, sacrificium facere, & regem vngere. Alterum horum dicit, alterum tacet. Hoc non est mentiri. R. Leui refert hoc ad vitulum rufam, quem deberi cæde erat, cùm periculum esset homicidium, & author non extaret: sed quomodo id quadret, videat ipse.

Deus non docuit Samuelem mentiri.

Samuel itaque fecit quod dixerat Iehouah.) Fides videtur interdum cedere, interdum resistere. Ita Moses primum detrectauit munus, & orauit Deum, vt mitteret alium: postea remisit. Et Hieremias, Puer, inquit, sum: non possum loqui. Tamen iuit. Ita Samuel fecit omnia quæ Deus iusserat, sed inchoata tantum obedientia. Nam alioqui nemo potest mandata Dei satisfacere, [illegible]

...seniores ciuitatis in occursum eius)Hoc honore eum venerantur, vel quòd aliquan- *Bethlehemitæ territi sunt ad aduentu Samuelis.*
...populi, vel quòd esset Propheta. Occurrunt tamen illi aliquo cum horrore, quòd ...lem non sine graui causa ad se veniße. Ille enim, cum esset Propheta, & iam etiam ...merè solebat huc atq; illuc discurrere. Putabant aliquid flagitij commissum esse in ci- ...ab illo esset expiandum. Fortasse etiam timuerunt nonnihil quod audissent, eum acri- ...se Saulem, ne fugeret eius sæuitiam. Itaq; quærunt. Est ne tranquillus aduentus tuus? ...Samuel, Est pacificus, & tranquillus. Venio enim vt sacrificẽ Domino. Nam antequam *Ante extructũ templum licebat alibi sacrificare.*
...esset templum à Salomone, licebat in alijs locis sacrificare. Imò etiam exædificato iam ...men Prophetæ interdum sacrificabant alibi: quemadmodum legimus de Elia. Sed facta ...am sunt quodammodo priuilegia. Nihil enim innouabant nisi suasu & impulsu Spiri-

...ne vos & venite mecum ad victimam.)Ista non in vniuersum ad omnes ciues pertinent, ...ad eos, qui inuitabantur ad epulum. Iubebantur autẽ se abluere & sanctificare, ne im- ...rent ad sacra. Id Deus in Lege multis in locis edixerat. Si quid cuiquam accidisset, vn ...mundus, oportuit eum lauare vestes, & manere extra castra vsq; ad vesperã. Hæc erant *Sanctificatio vera.*
...dum signa veræ sanctificationis, quam nos habemus per fidem in Christo. Fide enim ...ficat corda nostra. Nos quidem habemus symbola pauciora, quàm Iudæi. Illi enim ha- ...uentia, & penè quotidiana baptismata. Nos vnum tantum habemus Baptismum pro ...Ad hanc sanctificationem pertinet, quod Paulus monet, ne panem Domini comedamus *An solus Isæus cum filijs vocatus fuerit ad sacrificium.*
...qui indignè cõmunicat, iudiciũ sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Do- ...hoc sacrificio solúsne Isæus cum filijs, an plures etiam ex ciuibus aduocati fuerint, non ...historia. R. Chimhi ait, accessisse alios senatores, & Dauidem vnctum fuisse antequam ...ent; eoq; Samuelem dixisse se non discubiturum, antequam Dauid aduenisset. Ioseph us ...memorat alios præter Isæum & filios. Sed ista ait fuisse facta alijs fratribus Dauidis in ...ratur. Itaq; ait, cum Dauid aduenisset, Samuelem clam Hæo patri in aurem insusur- ...est. Cumq; vnxisset Dauidem, seorsim monuisse eum de regno. Filij Isæi numerantur *Filij Isai.*
...in lib. Paral. Eliab, Abinadab, Samma, Nathanael, Radad, Ozem, & Dauid. Fuit etiam ...octauus: sed eius nomen, quod meminerim, nusquam extat.

Quum autem ingressi essent, aspexit Eliab, & dixit, Certè coram Iehouah est Chri ...eius.

Dixit autem Iehouah ad Samuelem, Ne respicias ad formam eius, & ad altitu- ...ra eius, quia reieci eum: nam non quod aspicit homo: homo enim aspicit pra oculis, ...Iehouah aspicit in corde.

Accersiuit igitur Isai Abinadab, & transire fecit eum coram Samuele: qui dixit, ...hunc non elegit Iehouah.

Transire quoq; fecit Isai Sammah, & dixit, Etiam hunc non elegit Iehouah.

Transire itaq; fecit Isai septem filios suos coram Samuele: dixitq; Samuel ad Isai, ...stos elegit Iehouah.

Tandem dixit Samuel ad Isai, Sunt ne finiti pueri? Respondit, Adhuc restat ...& ecce pascit oues. Tum dixit Samuel ad Isai, Mitte, & tolle eum: non enim di- ...mus, donec ille venerit huc.

Misit ergo, & introduxit eum: eratq; ille rufus, & cum nitore oculorum, & deco- ...ris. Et ait Iehouah, Surge, vnge eum, quia iste est.

Accepit igitur Samuel cornu olei, & vnxit eum in medio fratrum suorum: & ...irruit Iehouæ super Dauide die illa & deinceps: surrexitq; Samuel, & abijt in ...

...am Iehouah est Christus eius.)Kimhi exponit corã Domino esse, placere Domino. Nam ...Iudic. cap. 18. legitur, Via vestra est coram Domino, hoc est, Dominus fauet viis vestris. ...nunt, Estne Rex coram Domino? Ac si diceretur, Quamuis nondum existat coram ho ...are tamen coram Domino? Alij id referunt ad sacrificia: quia in pacificis sacrificijs so- ...bat coram Domino. Paraphrastes Chaldæus exponit, Præparatum est coram Domi- ...ex specie ac dignitate primogeniti filij suspicatus est eum fore regem. R. Schelomo ...Eliabum fuisse hominem iracundum & importunum: quod apparet ex eo quod infra

grauibus verbis reprehendit Dauidem fratrem suum. R. Ben Gerson ait, Samuelem spectasse in iuuene robur militare & proceritatem, quod Regem oporteret esse virum bellicosum. Audierat etiam & meminerat ista multum commendata fuisse in Saule. Itaq; voluit hic quodammodo prescribere & præire Domino. At Deus illi respondet.

An Deus non viderit etiam cor Saulis.

Homo aspicit præ oculis, & Iehoua aspicit in corde.) Ego, inquit, intimos animorum sensus & cogitationes video: homines autem tantum vident, quantum oculis possunt consequi. Sed dicere: Ita est, cur nō etiam vidit cor Saulis, antequam vngeretur? Satis enim apparet, eū fuisse hominem improbū & hypocritam, tamen Deus non dixit vnquam, se vidisse eius cor. Et, si Deus exploret corda, quid ibi videre potest, nisi malā? Omnes enim profecti sumus ex corrupta massa Adami & abditam in animo habemus quodammodo lernam malorum. Deinde si electio pendet ex bonitate & misericordia Dei, quid oportet eum spectare corda? An ibi constituemus causam electionis? Verùm Samuel hoc loco monetur, ne suam rationem sequatur, sed iudiciū Dei: quod Deus plura, & profundius penitiusq; videat, quā homo possit. Hoc argumento nos etiam debemus admoneri, vt quicquid Deus patefecit in scripturis, id iudicemus verū & rectū esse, quantumuis ratio, & prudentia nostra reluctetur. Adhæc Deus videt non tantum effecta rerum, sed etiam causas: nec præsentia tantum, sed etiam absentia. Ego corda, inquit, intima video, nec; quicquā est, quod meos oculos possit fallere. Præteres homines in eligendis principibus ducūtur maximè externo aspectu & corporis dignitate. Sunt quidē ista præclara Dei dona, & in principibus viris inprimis spectanda. Imò etiam in apū examinibus Rex vniuersam turbā & robore corporis, & maiestate, & pulchritudine superat. Sed ista argumenta nō rarò fallunt. Itaq; animus potius spectandus est: principē enim oportet nō tantū bella gerere, sed etiā pacē colere. Multa enim sunt, quibus homines inter se cōmunicant, vt moderatè, & iustè, & cū virtute viuatur. Quare principem multis rebus oportet instructū esse, non tantum corporis robore excellere. Robur quidem valet, si cōdigendum sit cum hoste: & proceritas, si quid ex alto tollendum sit. Verè autem animi virtuti vbique locus est. Quare illi, quibus extius eligendi principes, non debent tantū in externa corporis habilitudine consistere. Vera autem virtus & pietas non potest nisi ex signis deprehendi. Signa autem ea propter hominum hypocrisin & simulationem, sunt sæpe fallacia. Multi enim sæpe dant specimen magnum virtutis, quam tamen nullam habent. Nero primis temporibus ita moderatè imperauit, vt postea prouerbij loco iactatum fuerit, neminem posteriorum principum peruenire potuisse ad Neronis quinquennium. Tiberius quoque optimè auspicatus est imperium: postea tamen euasit in crudelissimum tyrannum. Saul non caruit robore & proceritate, & specie, & dignitate corporis. Ciuilibus etiam virtutibus satis erat instructus. De pietate eius ac fide nihil possumus certò statuere. Potuit enim eas virtutes simulare, cum eas reuera non haberet. Aut si eas habuit, tamen in illo erant tantum ἐφήμερα. Postquam enim cecidisset, nusquam legimus, eum fuisse excitatum. Imò ciuiles etiam virtutes amisit, vt apparet ex cæde sacerdotū in Nobe, ex odio, quo prosequebatur Dauidem, & ex eo, quod mulierem Magam & Pythonissam consuluit. Erant ergo istæ virtutes in eo tēporariæ: quod genus Christus describit in parabola de semine. Nā quod cecidit in arenam, & inter spinas, ad tempus quidem videtur florere & crescere, at nō ita diu potest suffocatur & extinguitur. Sed vt ad rem redeam, homines videre non possunt, nec vtrum veræ sint virtutes, nec quales illæ, nec quàm diu mansurę. Nobis tamē illę in eligēdo negligēdę nō sunt. Tantum oportet spectare, quantum possumus. Ad imum autem cor præter Deum nemo potest penetrare. Itaq; Chrysost. in illa verba Matthæi. Vident autem Iesus cogitationes eorum, ait, proprium esse Dei, posse ad intimas cogitationes peruenire. Dederat Deus Sauli proceritatē & robur corporis: nunc pollicetur se daturū Regē alīū eo melioré. Cū aūt contemplatur cor, videt & mala & bona: sed ea videt nō eadē ratione. Bona videt, vt dona sua: ipse enim est distributor & dator omniū bonorū. Mala aūt videt, vt profecta à nobis ipsis. Bona aūt ista, quę videt in latebris et recessibus humani cordis, nō sunt causæ, cur Deus quenquā eligat ad magistratū. Imò cōtra, quia Deus prædestinat aliquē ad regnū: idcirco illi suppeditat virtutes, quibus regni administretur. Faciunt ergo virtutes hominem idoneū ad regnū administrandū: non tamen sunt causæ electionis: proficiscuntur enim à bonitate & misericordia Dei. Videt enim Deus in Dauidis animo bona, sed à se data. Videt in Eliabo mala: ea enim nō remouit, nec addidit alia charismata. In Dauide quę erant mala, deleuit misericordia sua: deinde addidit magnas virtutes spiritus sancti. Hoc ergo in hac re potest esse analysis. Dauid electus est Rex à Deo, ergo habuit virtutes: habuit virtutes ergo illas Deus dedit. Cur non intuebatur Deus cor Saulis? intuebatur sanè in eo bona vitiosa, quæ ipse dederat, sed in Dauide multo meliora. Sed cū videret Saulē fore malū, cur nō eligeret alium bonum Regem? Id enim futurum erat longè cōmodius. Quis volet homines intelligere, ista esse

Si electio est ex gratia, quid opus spectare cor.

Externus aspectus in iudicando fallit.

Signa virtutis sæpe fallunt.

Virtutes spectandæ sunt, quantum possumus in eligendo.

Virtutes non sunt causæ vt Deus ad magistratum eligat

in Regibus: alios esse malos, alios bonos, sed ad tempus: alios absolutè bonos inter homines esse possunt. Sed in corde Dauidis nihil videre potuit nisi ma- si naturam ipsam spectes humani cordis. Sed Deus, quos eligit ad gerendam Rem praeclaris donis, vt pares sint subeundo muneri. Atq; inde est discrimen. Quis te Paul. Quid habes, quod non accepisti? Quod si accepisti, quid gloriaris, quasi non Atsi ea causa elegit Dauidem, quod vidisset eius cor, electio videtur pendere à meritis At ea pendet à sola Dei misericordia. Verùm ea causa dicitur spectasse eius cor, quod eius corde latebant, profecta essent à Dei misericordia. In iudicio faciendo bus deceptus est non tantum Propheta sed etiam pater. Dauidem enim relegarat in parum idoneum administrando regno. At quæ abiecta videntur in oculis hominum, sæpe sunt in oculis Dei. Non omnes qui sunt ex Israel, sunt Israelitæ, sed qui filij sunt pro reputantur in semine. Est ergo electio Dei gratuita. Gratuitum autem est, quod nec ex ex ordine generationis, nec ex operibus aut meritis pendet. Dauid est ex omnibus de alijs omnibus redditũ est oracul um: non placet: ne si Samuel primo statim tem- set ad Dauidem, humana præsumptione eum elegisse, & alijs fratribus prætulisse vide- Dei voluntatem suam sæpe suspendit ad extremum. Pollicetur Abrahamo prolem: sed non facit, nisi iam centenario, & penè decrepito.

Cur non ab initio bonum eligat Regem.

Electio est gratuita.

Deus quos eligit donis ornat

se finis pueri?) Cum Samuel vidisset, neminem ex illis filijs placere Deo, cepit mirari, & bi essent omnes. Iesæus respondet, esse quidem alium quendam, sed puerum admo- bues pasceret. Parentes non semper rectè iudicant de filijs suis. Isaac intimè amauit voluit potiores partes in benedictione dari Manasse, quod esset primogenitus. Non peccant: oportebat enim Dei ipsius iussu præferri primogenitos. Ita enim decreuit si quis haberet duas vxores, alteram amatam, alteram exosam, ne liceret filium primo quem ex exosa susceperat, submouere, & alterius vxoris filium in eius locum surrogare. Deus contra iubet, illi in primis conuenit obtemperare. Alioqui patres oportet sequi cõ- dicium. Atq; hoc eatenus prodest, vt filij natu minimi non debeant desperare, cum vide- Deum pendere nec à statura, nec ab ætate, nec ab ingenio suo: maiores autem nõ de arbitre, cum videant Dei iudicium arcanum esse ac reconditum. *Non enim discumbe- ille venerit.*) Sed quomodo, inquies, potuit Dauid accedere ad sacrum epulum, cũ non ficatus? Nam alios omnes Samuel dicitur sanctificasse, quod eos suo ministerio iussisset Ita Paulus dicit, se Galatas genuisse Christo. Quidam respondent, eum fortasse adfuis- ficatum fuisse cum alijs: & cum victimæ cæderentur, astitisse: postea verò iussse rus, ne queretur sine pastore. Alij dicunt: etsi non adfuerit, tamen Deum per spiritum sanctum potuisse, quod effecit in alijs admonitu Samuelis: & addunt, Deum, cum author es- potuisse decretum suum relaxare: aut Dauidem ita fuisse pium & mundum, vt huiusmo- quenerit. Hic videmus non omnia statim Samueli reuelari. Primùm audit regnum eri- esse Sauli: deinde illud futurum in familia Isæi: nescit tamen quis ex eius filijs esset regna extremò corã, & quasi digito Dauid indicatur. Itaq; Deus nos quoq; pedetentim, & quasi adducit ad veri cognitionẽ. Neq; enim omnia cuiquã primo quoq; tẽpore patefacit.

Quomodo Dauid potuerit sacris epulis interesse non sanctificatus.

Samueli non omnia simul reuelata sunt.

ille rufus, cum nitore oculorum, & decorus visu.) Erat in Dauide forma, non fracta, aut effoe- sed virilis & militaris. Oculis ipsis bellicam quandam ferociam spirare videba- alij negotium intellexerint, dixi quid Iosephus sentiat. Fortasse cum postea Dauid- cœpissent canere & prophetare, putabant illum ea vnctione factum esse prophetam. Nam e- quando fore Regem, non potuerunt suspicari. Postea enim Eliabus in castris eum grauiss reprehendit: Ego, inquiens, noui petulantiam tuam. Quod si aliquid subodoratus fuis- ego non eum ita acerbè accepisset: nisi fortè id contempsisset, & habuisset pro ludibrio. capitale fuisset viuente adhuc Saule, alium inungi Regem. Alij putant, Samuelem nihil de regno, sed tantum hoc dixisse, Deũ elegisse aliquem ex filijs Isæi ad magnam aliquam administrandam: & ne ipsum quidem Dauidem intellexisse, se futurum Regem. Sed id non Sacramenta enim certi aliquid obsignant. Quid aũt obsignaret Samuel, si Dauid ne promitteretur? Imò in omnibus sacramentis primùm significatur, quid detur: deinde signaculum. Abraham accepit promissionem: In semine tuo benedicentur omnes. Semen erat Christus. Ita enim Christus ait: Abraham voluit videre diem meum: vidit, & gaui hanc promissionem postea obsignauit circumcisio. Itaq; hodie non temerè disputamus de corporis & sanguinis Christi in Eucharistia. Quid enim obsignabitur, nisi sciamus Saul clam vnctus est, vt ne seruus quidem intelligeret, quid ageretur. Dauid au-

An fratres scierint Dauidem inunctum in Regem.

An certò scierit se in Regem eligi.

Quare Saul olim vnctus, Dauid coram testibus.

tem vnctus est coram testibus. Id eò factum est, quòd Samuel victurus esset, & posthac non superfuturus, qui publicè renuntiaturus esset Saulem. Mortuus autem est antequam Dauid publicè inauguraretur. Itaq; factum illud oportuit patris Isai testimonio, & Dauidis ipsius conscientia confirmari. Fratres etiam, qui ista viderant, suspicari aliquid potuerunt. Operæpretium autem est videre, quàm innocenter Dauid vocetur ad regnum. Nulla ambitione vtitur, nulla praeparatione, vtpote prorsus ignarus quid ageretur.

Effecta contraria in Saule & Dauide.

Et mansit spiritus Iehouæ super Dauidem.) R. Leui exponit spiritum felicitatis, quod posthac omnia feliciter successerint. Chaldæus Paraphrastes exponit Habitauit & perpetuò mansit in Dauide. Effecta sequuntur in Saule & in Dauide contraria. Nam Saul agitatur spiritu malo. Dauid autem afflatur spiritu Dei sancto. Quos enim Deus destinat administrando regno, eos ornat virtutibus, quibus munus illud obire possint. Itaq; suppeditauit Dauidi spiritum prophetiæ, quo futura præuideret: & fortitudinis ac roboris, quo vicit vrsum, Leonem, Palæstinum: & virtutum ciuilium, quibus par esset administrandæ Reipublicæ. Sed habuerat spiritum Dei etiam antequam vngeretur. Deus enim dixit se vidisse cor eius. Fateor. Sed postea ille spiritus vires suas vehementius exeruit. Ita qui accedunt ad nostra Sacramenta, nisi præditi sint spiritu Dei, accedunt indignè, & iudicium sibi manducant & bibunt. Oportet ergo nos ante habere spiritum, quàm communicemus: sed eum postea oportet indies incrementa maiora sumere. Paulus ad Timotheum ait, eum per impositionem manuum accepisse spiritum. Accepimus, inquit, non spiritum timoris, sed fortitudinis & temperantiæ. Et alio loco, Ne contemnas, inquit, gratiam, quæ est in te per impositionem manuum presbyterij. Huiusmodi gratia data est & Dauidi, & Sauli. Et certè necesse fuit, vt ita fieret. Vterque enim fuit admodum obscuro loco oriundus, à grege videlicet, & ab aratro. Itaq; nisi afflati fuissent à Deo, quomodo administrare potuissent Rempublicam? Quod ergo deerat vsui & experientiæ, Deus suppleuit spiritu suo. Hodie meras nugas agunt, cùm inaugurantur Cæsares & Principes. Veniunt Episcopi, stringunt gladium, tradunt in manum globum aureum. Vim autem & spiritum, quo vtantur gladio, & gubernent orbem, non suppeditant. Creant presbyteros, dant illis in manus Euangelia: cognitionem autem & picturam Euangelicam, neque tradunt, neque curant: tradunt illis patinam, & calicem: à recto autem vsu Sacramentorum eos, quantum maximè possunt, reuocant. *Abijt in patriam suam.)* Nihil Samuel Dauidi externarum virium confert ad obtinendum regnum. Tantum facit quod erat iussus: reliquum tempus permittit Deo. Dauid ad ones redit expectatque, vt Deus aliquando perficiat, quod inceperat.

Vnde cum vnctione gratia data est.

14 *Spiritus autem Iehouæ recessit à Saule, & terruit eum spiritus malus à Iehouah.*

15 *Dixerunt autem serui Saul ad eum, Ecce nunc spiritus Dei malus terret te.*

16 *Dicat quæso Dominus noster, & serui tui qui sunt coram te, quærent virum scientem psallere cum cithara: vt quum fuerit super te spiritus Dei malus, psallat manu sua, & bonè sit tibi.*

17 *Dixit itaq; Saul seruis suis, Prouidete quæso mihi virum bonè scientem psallere & adducite mihi.*

18 *Et respondit vnus è seruis suis, ac dixit, Ecce vidi filium ipsi Isai Beth-halahmitæ, scientem psallere, & potentem robore, ac bellicosum, & prudentem & formosum, & Iehouah est cum eo.*

19 *Misit itaq; Saul nuntios ad Isai, his verbis, Mitte ad me Dauidem filium tuum qui est cum pecoribus.*

20 *Tulitq; Isai asinum, panem, & vrcem vini, & hœdum caprarum vnum, misitq; per manum Dauidis filij sui ad Saulem.*

21 *Quum autem venisset Dauid ad Saulem, steit coram eo: & dilexit illum plurimum, fuitq; ei armiger.*

22 *Misit autem Saul ad Isai qui dicerent, Stet obsecro Dauid coram me, quia inuenit gratiam in oculis meis.*

23 *Fuit autem, quum esset spiritus Dei super Saulem, tum sumebat Dauid citharam, & psallebat manu sua: & refrigerium erat illi, ac recedebat à eo spiritus ille malus.*

Saul iam

impellitur spiritu malo: quoniam bonus spiritus ab eo discesserat. Antea quidem habitauerat Dei: sed cum Dei iussa contempsisset, is ab illo discessit. Habuit etiam dona communia sancti, qualia etiam impij habere possunt, vt spiritum consilij, sapientiæ, intelligentiæ quoq; illi ablata sunt. Hîc declarata est abiectio Saulis, Spiritus Domini malus exagitans eius terroribus, corpus stupore: vt in veterno solet accidere. Cùm dicitur spiritus Domini non intelligitur substantia spiritus, sed effectum. Illud autem erat impulsus aliquis vehementior excitatus à spiritu vel bono vel malo. Solent autem sacræ literæ appellare spiritum, non modo Deum ipsum, & angelos, sed etiam motus animorum, vel à bono spiritu excitatos, vel à malo. Ita Paulus ait, Non accepimus spiritum timoris, sed fortitudinis & temperantiæ. Et requieuit super eum spiritus sapientiæ, & consilij, & intelligentiæ. Et in 29. cap. ait, Dominum dedisse illorum esse spiritum stuporis & vertiginis. Et Lucas nominat spiritum infirmitatis. Ita Paulus dixit spiritum timoris, quo animus vehementius cõcutitur. Deus enim quos vult exercere solet sæpe huiusmodi horrore perterrefieri. Spiritus ἀντιφρονῶν. Aristoteles ait ἀντιφρονεῖν dicere aliquem non eadem quæ omnes: & Plato, δεινὸν ἀντιφρονεῖν τῶν ἄρχοντων. Cui contrarium est μανῆναι, hoc est, mente captum esse ac furere. Ita spiritus, quo Saul vexabatur, opponitur ἀντιφρονίᾳ. Medici aiunt esse morbum quendam melancholicum, quem appellant παράνοιαν. Incidit autem Saul fortasse in hanc melancholiam tristitiam, quòd audisset sibi ereptum iri regnum. Huiusmodi humores vel nunc primùm Saulì immittuntur, vel si antea in eo fuerint, hactenus à bono spiritu reprimebantur. Immittuntur autem aut concitantur vel à Deo ipso, vel à diabolo. Diabolus enim est spiritus Dei, siue rationem spectes, siue ministerium. Est enim Dei carnifex. Huiusmodi spiritu impellebatur Caligula furiosior, cum furereț, & se putaret esse bestiam. Hic impleri videmus id, quod Dominus minatus est in Deuteronomio. Si discesseris à Deo, percutiet te furore, cæcitate, amentia, palpare cogaris in meridie viam tuam.

Saul habuit Spiritum Dei.

Quid spiritus malus in Saule.

Spiritus quid aliquando significet.

Locus Pauli de spiritu timoris

Quî Saul dicatur nunc in furorem incidere.

Quomodo diabolus spiritus Domini.

Dixerunt autem serui Saul ad eum, Ecce nunc spiritus Dei malus terret te.) Saul grauissimè afflictus. Ex eius fortuna nos quoq; intelligere possumus quales simus, vbi deserimur à Deo. Turbatur & corpus, & anima, & conscientia. Medici indicant genus morbi, & iubent aduocari citharœdum. Quidam mirantur parrhesiam medicorum, quòd ausi fuerint Regem in os accusare. Ego non tàm eam accusationem fuisse puto, quàm phrasin vsitatam in populo Dei: vt non contenti in secundis causis, sed morbi originem referrent in Deum. Nostri medici dicunt initia morborum esse aut ab intemperie humorum, aut ab obstructione, aut ab inflammatione, aut à dissolutione: ac si Deus ista non curaret. Sunt quidem istæ morborum causæ: sed reguntur & temperantur à Deo. Itaq; morbus piè appellatur in Scripturis manus Domini: & in Euangelio spiritus infirmitatis: & ægrotus dicitur percussus à Domino. Est ergo ista phrasis potius vsitata, quàm accusatoria. Alioqui enim nec accusant Saulem singularis alicuius criminis, nec adhibent remedia, quæ accusationi respondeant. Nam si eum grauis peccati aut sceleris accusassent, iussissent eum vinciri, & accersiri Prophetam aut sacerdotem. Illi autem rationem sequuntur artis suæ: & melancholiam viderent in Saule excitatam esse à diabolo, illam immoderatam tristitiam, iudicant aliquo iucunditate esse reprimendam. Sed dices Dauidem tantum cecinisse diuinas & pias cantiones. Fateor. Sed id medici non quærebant. Illi enim iusserunt tantùm adhiberi Musicum, qui arte sua regem oblectaret. Hic nobis proponitur laus non vulgaris artis musicæ. Dicitur musica ars tractandi modos, quatenus sunt in sonis. Dico in sonis, quia alioqui sunt modi & numeri in corporis motibus. Sonus autem ille excitatur vel voce, vel flatu, vel manu. Hic quæri potest, vtrum diabolus capiatur huiusmodi externis sonis. Certè si haberet corpus, posset attrahi humanis sensibus aut affectibus, vt Platonici garriunt, posset fortasse capi & delectari concentu musico. Cùm autem corpus non habeat ridiculum sit huiusmodi affectus illi tribuere. Dominus ait in Euangelio, Hoc genus dæmoniorum non ejici nisi ieiunio & oratione. Ostendit non Musica, sed precibus illæ autẽ vt vehementius & cõtentius moueantur, adiuuantur musica. Nam quemadmodũ Augustinus ait in quæstionibus ad Simplicianum lib. 2. quæst. 1. Diabolus non potest excitare humores in corporibus nostris, nisi accepta facultate à Deo. Imò ne in porcos quidem ingredi potuit, nec Iobum vexare, nec eius greges & armenta perdere, nisi Deus dedisset facultatem. Quare cum aliquem videmus agitari malo spiritu, confugere debemus ad Deum, eius ille arbitrio & voluntate cruciatur. Duplex est in Saule morbi causa. Proxima in humoribus altera, quòd iam esset alienatus à Deo, & factus mancipium diaboli. Quod ad ordinariam curam attinet, duo adhibenda erant remedia. Primùm, vt humores illi melancholici demerentur, vt illa tristitia aliqua suauitate sedaretur. De priori, etsi nihil scribatur, tamen credibile est aliquid eiusmodi fuisse factum. Illud huc adscribitur, quod faciebat ad leniendum animi dolorem.

Vsitatum in populo Dei, vt in Deum referrent originem morbi.

Musica quid sit.

An diabolus capiatur externis sonis.

Precibus pelendus est Satan.

Morbi causa duplex in Saule.

Quæ remedia Sauli fuerint adhibenda.

rem Et satis erat occasionem attingere, qua Dauid accersitus sit in aulam. De altero autem genere medicinæ, quod positum erat in pœnitentia, nihil scribitur: fortasse quòd tum misera esset aulæ ratio, postquam exulare cœpisset verbum Dei. Habet Musica vim magnam ad mitigandum animi dolorem, & cruciatum corporis. Magna enim est sympathia inter corpus & animum. Nam quemadmodum melancholia affecto corpore dolor ex eo aliquis redundat in animum, ita vicissim cùm animus reficitur aliqua lætitia, fructus ex eo aliquis redit ad corpus. Est autem musicæ artis vis varia & multiplex. Alia enim vehemens est & bellicosa: qualis illa fuit, qua Timotheus Alexandrum incitabat ad arma: Alia lenis & moderata: qualis ea fuit, qua eundem furentem à contentione reuocabat. Elizæus cum obiurgasset impium regem, & esset iam paulò comotior, vt sederet illum impetum, iussit adhiberi psaltem. Quare gratiæ agendæ sunt Deo, qui ista nobis remedia comparauit. Videndum tamen est inprimis, ne illis ad luxum & libidinem abutamur.

Musicæ magna vis.

Prouidete quæso mihi virum bene scientem psallere.) Hic Saul obtemperat hominibus, qui antea Deo obtemperare noluit. Non damno equidem eos, qui parent medicis: Sunt enim audiendi si rectè monent. Sed illos damno, qui homini facilius parent quàm Deo. Respondet quidam ex illis, qui astabant, se scire hominem ad eam rem perappositum. Et laudat Dauidem à bonis & animi & corporis. In corpore quidem laudat robur, artem musicam, & formam: in animo autem scientiam militarem, consilium, quodq; Deus esset cum eo. Hac ille oratione effecit, vt Dauid adduceretur in aulam.

Mitte ad me Dauidem filium tuum, qui est cum pecoribus.) Addit eum esse in agris apud gregem. Ex quibus verbis duo colligimus: primùm, artem pastoritiam non esse ita dedecorosam, vt multi putant: deinde, Dauidem postquam à Samuele vnctus esset rex Israel, tamen redijsse ad gregem. Nam quod attinebat ad regnum, id omne committebat Deo. Vix enim videbatur sperari posse, vt ex illo loco aspiraret ad regnum, præsertim Rege adhuc viuente. Hic Deus offert occasionem, qua Dauidi gradus aliquis sternatur ad regnum. Neq; enim ille seruus ex seipso ista loquebatur, sed Deus potius eum ad loquendum incitabat. Non enim desunt Deo occasiones, cùm promouere vult decretum suum. Vult Iosephum exulem præficere Ægypto. Seruus pocillator conijcitur in carcerem, somniat, educitur, assistit regi, indicat de Iosepho. Huiusmodi iam artibus Dauidem adducit ad aulam. Speciosum quidem videtur esse, versari in aula principis, sed certe, si rem diligenter excutias, erat Dauidi multis nominibus periculosum. Saul enim cùm fureret, voluit proximum quenq; pulsare atq; occidere: vt nemo iam cum eo libenter versaretur. Dauidem autem ter conatus est hasta configere. Nam ea est natura furoris, vt mentem quidem alienet, habitus tamen vitæ pristinos retineat, & ex illis reliquijs multa faciat. Docti per furorem multa effutiunt de doctrina, vt eo tempore videantur esse doctissimi. Nautæ furentes nihil aliud clamant, quàm remiges, ancoras, vela, carbasa. Dauid ergo erat in periculo apud Saulem, ne ab eo occideretur. Deus tamen illi adfuit, eumq; custodiuit.

Gradus sternitur Dauidi ad regnum. Deo semper adsunt occasiones promouendi sua decreta.

In furore pristinæ vitæ habitus retinentur.

Tulit itaq; Isai asinum ferentem panem.) Pater Isæus mittit ad Regem munera, non quidem opulenta aut magnifica, sed tenuia & exigua pro sorte sua, nec peregrina, sed domi nata. Munera autem qualiacunque sunt, signa sunt animi benè affecti erga eum cui dantur. Aristoteles in Rhetoricis ait: Munera placent & ambitiosis, & auaris. Nam auarus quærit lucrum: ambitiosus gloriam. Itaque auaro paruum munus non potest esse satis. Ambitiosus autem non spectat magnitudinem muneris. Satis esse putat, se visum esse dignum, qui munere aliquo afficeretur. Ita Israelitæ cùm mitteret filios suos in Ægyptum, misit vnà munera ad Iosephum, qui præerat terræ. Nos etiam oportet cum accedimus ad sacrum cœtum, ad Deum Regem Regum, adferre nobiscum aliquid muneris, illudq; dare pauperibus. Nam quod pauperibus datur, id Deus sibijpsi datum deputat.

Munera signa honoris.

Fuit ei armiger.) Saul voluit Dauidem sibi esse armigerum. Non enim eum musicum tantùm videbat esse, sed etiam bellicosum. Quidam putant illud munus idem fuisse, quod Galli appellant *le grand escuier*: alij putant esse Marescalcum. Sed quicquid est, Dauid erat honorifico loco apud Saulem. Hic videmus instabilitatem rerum humanarum. Nam Dauid, qui primùm habebatur in summo honore & pretio, postea laborare cepit odio Saulis capitali. Itaque qui versantur in aulis, semper timere debent ne ruant. Abrahamus tanti fiebat ab isto Tyranno, vt videretur esse pene in pari dignitatis gradu: ad extremum tamen calamitosissimè periit. Saulus primum vtens est Dauidis arte refocillari, postea propter eundem Dauidem deterius habuit. Fausta quidem erant initia, sed postea longe secus ceciderũt. Quare vti debemus præsentibus, sed nullo modo putare ea nobis fore perpetua. Si diuitiæ, inquit Dauid, affluxerint, tamen noli cor affigere. Cicero ad Pœtum habet auream sententiam. Optanda quidem esse optime, exspectanda deterrime, ferenda quo-

Armigeri munus quale.

Aulicis semper timendum ne ruant.

cunq;

Vocat Saul Dauidem ad se. Hoc illud est ius regium, quod supra descriptum est à Samuele filios vestros, & imponet in currum suum. Et Dauid venire videtur ad splendidum, sed venit re ipsa ad crucem. Nam crux si vspiam alibi, maximè defigi videtur in aulis principum. Itaque nemo debet ex illo splendore nimium sibi confidere, aut se alienare à Deo, sed semper sibi cogitare, se eo loco esse, vt possit facile ruere. Et si quis fortè cadat, non debet turbari, si quippiam acciderit. Socrates dicere solebat, duo contraria nunquam posse simul coire: tamen, tanquam funes, duobus capitibus inter se copulari, vt voluptas dolorem sequatur, & dolor voluptatem. Hic nobis spectanda est obedientia Dauidis & Isæi. Nam Isæus iubet & mittit filium; Dauid autem cum videret se valere musica, non detrectabat facere, quia volebat vsui.

Crux defixa est in aulis principum.

Et refrigerium erat Sauli.) Vox Hebraica רוח significat respirationem, aut dilatationem. Est quæ emphasis. Cor enim mœrore contrahitur: lætitia autem dilatatur, & diffunditur. Dilatatum est autem Dauid cor Saulis, non quòd spiritus malus prorsus ab eo discederet: erat enim adhuc in eius potestatem: sed quòd per interualla melius haberet. Galen. in libro 3. de locis affectis, ait, Melancholicos nunquam carere timore. Ait enim fuisse quosdam, qui se putarent vitreos, & timerent ne colliderentur: alios quosdam timuisse semper ne cœlum rueret. Ergo Saulem eiusmodi aliquo metu laborasse. Samuel enim prædixerat, illi ereptum iri regnum. Sed quid ista ad nos? inquies. Permultum certè si sapimus. Etsi enim non videmus exciri in nobis eiusmodi humores melancholicos, videmus tamen in nobis accendi libidines, & inuidias, & alia non minus grauia, quàm erant illa Saulis. Nam cum discedimus à Deo, fiunt captiui diaboli. Ita enim Deus tradit nos in reprobum sensum, & in passiones ignominiæ. Opus ergo est, vt detur nobis aliquis Dauid, & redeamus ad Deum & sanemur.

Quomodo Dauid dilataverit cor Saulis.

Quis sit vsus huius historiæ.

CAPVT XVII.

1 Congregauerunt autem Philisthim copias suas ad prælium, & congregati sunt in Socchoth quæ est in Iehudah: castrametatique sunt inter Socchoth & Azecah in terminis Dammim.

2 Saul autem & viri Israel congregati, castrametati sunt in valle Elah, & instruxerunt aciem in occursum Philisthim.

3 Philisthim verò stabant super montem hinc, & Israelitæ stabant super montem illinc: & vallis erat inter eos.

4 Et egressus est vir intermedius de castris Philisthim, Goliath nomen eius, de Gath: altitudo eius sex cubitorum & palmi.

5 Et galea ærea super caput eius; lorica quoque squamata induebatur: pondus autem loricæ quinq; millium siclorum æris.

6 Præterea lamina ærea super pedes eius, & clypeus æreus inter humeros eius.

7 Et hastile eius tanquam iugum liciatorium texentium: ferrum verò lanceæ eius sexcentorum siclorum ferri: porrò qui ferebat scutum, pergebat ante eum.

8 Et constitit clamauitq; ad acies Israelis ac dixit eis, Vt quid egressi estis ad inferendam aciem? nonne ego Philisthæus sum, & vos serui Saulis? eligite ex vobis virum & descendat ad me,

9 Si quiuerit pugnare mecum, & percusserit me, tum erimus vobis serui: si autem ego superauero illi, & percussero eum, eritis nobis serui, & seruietis nobis.

10 Dicebat præterea Philisthæus, Ego probris affeci acies Israelis die hac, Date mihi virum, & pugnemus pariter.

11 Quum autem audisset Saul & omnis Israel hæc verba Philisthæi, territi sunt, & timuerunt valde.

Caput vniuersum ad quatuor præcipua potest reuocari. Quorũ in primo describitur bellum ortum inter Israelitas & Palæstinos: In secundo accessus Dauidis ad castra. In tertio potestas illi facta pugnandi: In quarto victoria. Deus cum Dauidem vnxisset Regem, voluit eum postremò illustrare, vt virtus eius non diutius intra cubiculum lateret, sed publicè ab omnibus cognosceretur. Hac via puniendus erat Sapl. Deus

Diuisio capitis

Dauid illustratur: Saul punitur.

aduersus eum excitat æmulum, ita in eo accenditur inuidia, & res omnes labuntur in deterius.

Vtilitas huius historiæ.

In omni scriptorum genere hoc inprimis quærendum est, vt iucunda cum vtilibus coniungatur. Itaque Horatius: Omne, inquit, tulit punctum, qui miscuit vtile dulci. Nos ex hac varia & multiplici descriptione summam capere possumus voluptatem. Sed offertur etiam seorsum ex hac lectione vtilitas. Videbimus enim ex altera parte hominem audacissimum, & Deo minumq; contemptorem. Ex altera autem Dauidem hominem humilem, modestum, pium, & Deo solo confidentem. Itaque ille vincitur, hic vincit. Vtilissima est ista confidentia. Hæc enim nobis quotidie vsuueniunt. Descriptio locorũ, si quem ea fortè iuuat, pati potest. à cap. 15. Infra.

Locorum descriptio.

Castra ista posita sunt in tribu Iuda, cui tribui vicina erat tribus Beniamin. Vtrinq; apparet fuisse diligentiam & industriam castrensem. Vtraq; enim pars castrametatur in colle, vt hostis, si eo oppugnare voluisset, pugnaret ex inferiore loco. Quæras fortasse: Quomodo castra habuerunt in collibus, cum magna pars exercitus fuerit in valle? Respondet R. Chimhi, castra quidem fuisse in monte, sed acies omnia compleuisse vsq; ad vallem. Causa belli non scribuntur. Eas tamen coniectura possumus assequi. Palæstini videbant Iudæos occupasse & colere eas terras, quas iure postulabant ad se pertinere, eos antea sæpe profligarant: & hoc tempore videbant Saulem esse socordem. His illi vsi occasionibus indicunt bellum. Deinde deligunt hominem Gigantem vasto & grandi corpore, eumq; proponunt in medio, vt si nollent totis copijs confligere, saltem singulari certamine experirentur.

Belli causæ.

Descriptio Goliathi ab attributis.

Describitur iste Gigas à statura corporis, ab armis, ab oratione, à peritia. Primùm quod ad staturam attinet, dicitur fuisse sex cubitos altus & palmum. Cubitus est mensura sesquipedalis. Pes est sexta pars longitudinis humani corporis: & continet digitos sedecim. Palmus duplex est, maior & minor. Maior duodecim digitis constat, minor quatuor. Digitus continet tria grana hordeacea. Ex his apparet, quanta fuerit Goliæ proceritas. Longissimi enim quiq; alij homines habent in longitudinẽ quatuor cubitos: iste habuit senos, & palmũ. Fuit ergo tertia parte, ac eo amplius quouis alio milite procerior. Iosephus ait, Gigantes natos fuisse ex incubis: eamq; sententiam Augustinus videtur sequi de Ciuit. Dei. Semper autem ferè fuerunt contemptores Dei. Itaq; ab ethnicis dicti sunt [illegible]. Describuntur autem à Poetis anguinis pedibus, & cruribus distortis: quod quamuis sæpe incepta habeant pulchra & suspicata, tamen ex-tus habent perplexos & impeditos.

Mensurarum variæ rationes.

Gigantum origo.

Iste Goliath in primo Paralip. cap. 20. dicitur habuisse fratrem Lami, interfectum ad Belana in bello, quod Dauid gessit aduersus Palæstinos. Videtur vtrique fuisse filij Rabha. Ea vox sonat virum fortem: quod idem significat apud Græcos Gigas. Non immeritò autem dicitur Gitthæus. Iosue enim omnes Gigantes occidionis occiderat in finibus Israelitarum, vt apparet cap. 11. Itaq; supererant tantum in Geth, in Gaza & Azdod. Dicuntur ab Hebræis varijs nominibus: modò Raphaim, modò Nephalim, modò Anachim, modò Emim. Quarum vocum variæ sunt apud eos etymologiæ. Raphaim dicebantur à morte: quod qui in illos incuebantur, videbantur sibi præ metu esse mortui. Nephalim à cadendo, quod homines coram illis supplices procciderent. Anachim à torquibus, quod magnificè vestiti atque ornati essent. Emim à terrore, quem spectantibus incutiebant.

Goliathi frater, Quare dicatur Gitthæus. Nomina gigantum

Et galea ærea erat super caput eius.) Describitur ab armis, quod habuerit loricam squammeam magni ponderis. Quamuis autem dicatur lorica ænea, tamẽ intelligi debet chalybea. Loricæ enim non fiunt ex ære sed ex chalybe. Sicli æris hic dicuntur; postea siclorũ ferri fit mentio, fortè quod aliud esset pondus æris, aliud ferri. Siclus autem duplex est: sacer qui continebat semuncias quinq; profanus, dimidio minor, qui continebat quartam partem vnciæ. Ita si accipiamus siclum profanum, lorica pendebat plus quàm centum pondo, præter ocreas, clypeum, galeam & hastam, quam habebat instar iugi textorij: cuiusq; ferrum pendebat sexcentos siclos. Ex hac descriptione armorum intelligimus, quibus viribus iste Goliath fuerit, qui his armis onustus tamen ea posset expedire & pugnare potuerit. Tamen hæc omnia contra Deum non chalybes, aut ferrea erant, sed vitrea. Cadit enim Goliath, cum ipso ornatu antequam veniretur ad manus.

Armorũ Goliathi descriptio.

Sicli orum duo genera.

Quanto autem maior erat & vastior Goliath, tanto maior erat Dauid, qui illum superauit. Magnum quidem est vicisse paremve periorem autem: idq; tanto superiorem vicisse, planè diuinum erat. Nec mirum. Deus enim in Dauide belligerabat. Palæstini in hoc vnico Gigante posuerant fortunam belli. Cumq; neminem viderent contra venire, læti faustis & secundis clamoribus omnia complebant. Iudæi autem contra ringebantur, & Saul in primis, quod in toto exercitu nullus esset, qui illi se audeat opponere. Saul autem ipse cum illo congredi non audebat: quod iam destitutus esset spiritu Dei.

Quanto maior Goliathus, eo maior Dauid, qui illum vicit

Et constitit, clamauitq; ad acies Israelis, ac dixit eis) Nunc describitur Goliath ab oratione. Ea autem contumeliosa fuit & in homines & in Deum, nec à populo Dei ferri debuit. Et Deum quidem conuitiatus est, quasi non posset defendere populum suum, aut nollet suos promissis suis.

Oratio Goliathi cotumelio sa in Deum.

Itaq;

erat eos, qui studio aliquo gloriæ Dei tangebantur, cum ista audirent: & ingemiscere indignissimè ferre. Israelitæ verò ipsi tantur patres suos. Illi enim cum à Mose missi terram Chanaan, redierunt desperabundi, nuntiantes terram eam à Gigantibus vllis posse viribus obtineri. Ita isti statim ad conspectum istius Cyclopis concidere desperant. Nam cum destituti essent fide, tantū ea, quæ ante pedes erant, considerabant, autē non referebant ad Deum. Goliathus hortatur Iudæos ad singulare certamen. Exemplum terroris quo Israelitæ Goliathū timebant.

Rationes Goliathi contra Israelitas.

bus rationibus. Primùm à fine. Cur, inquit, egressi estis ad pugnā? Cur pugnandi ordinem facitis? Si totis viribus non vultis confligere, saltem date aliquem, qui mecum decernat: eo cæde res transigatur: vtque ab vtra parte statura sit victoria, ab ea etiam postea pugnetur. Id etiam suadet à facili. Non procul, inquit, vobis quærendus est hostis: Me spectate. Palæstinus sum, iuratus hostis vester: Ego me dabo in certamen. Deinde addit non iniquam conditionem. Si quis vestrum, inquit, me vicerit, nos vobis seruitutem seruitemus: Sin autem vicero, vos seruietis nobis. Atq; hanc legem proponit publicè, quasi ex consensu & auctoritate omnium Palæstinorū. Quare postea oportuit Palæstinos stare conditionibus suis. Hoc enim æquum, quòd Goliatho prostrato & victo, oportuit Palæstinos, non tantùm diuino iure, sed etiam humano, cedere Dauidi. Paraphrasis Chaldaica addit, istum Goliathum exprobrasse Iudæis, quas illis Palæstini inflixerant: se filios duos summi Pontificis occidisse; se arcam captiuam habuisse: se Iudæos debilitatos & fractos in seruitutem abduxisse. Postremò, se hodie exprobraui castris Israel. Et quis tandem erit finis? Cur mihi non datur aduersarius? Palæstini etiā humano iure Dauidi cesserunt.

Conclusio orationis Goliathi.

Hæc conclusio est orationis blasphemæ & contumelios æ in Deum. Ita iste insultator confidebatur metitur humanis viribus: nihil autem cogitat, quid Deus possit: sed, vt Hieremias loquitur, carnem brachium suum. Interim Israelitæ ignaui, & metu percussi stupent. Atque id non nouum, præsertim de Ionatha. Is enim antea, cum solus esset, tamen in Palæstinos feliciter pugnarat. Sed hic videmus, sanctos viros non semper eosdem esse, nec eodem spiritu & impetu duci. Etsi enim sint sancti, tamen non prorsus carent omni peccato. Verùm ista vitia Dauidi debebatur. His enim iudicijs Deus illum voluit innotescere. Non tamen ea causa excusabat peccatum Israelitarum. Ita autem torpebant ignauia, quòd non fiderent promissis Dei. Is enim in Deuteronomio, quamuis videant hostes suos & plures esse, & fortiores, & maiores ad pugnam, monet tamen ne timeant. Ego, inquit, sum in medio tui. Atq; huius rei egregium paulò ante dederat exemplum. Vnus enim Ionathas profligauerat totum exercitum Philistæorum. Nunc vniuersus exercitus Iudæorum non audet se vni Goliatho opponere. Hæc omnia Dei vel irati & infensi, vel fauentis & propitij. Si credimus Deo, vnus nostrum profligabit hostes: Si non credimus, mille nostrum non erunt satis vni. Excidérant Iudæis res gestæ temporum à Deo gestæ, prodigia edita à Mose, liberatio ex Ægypto, victoriæ tot dari ctibus. Imò ne id quidem meminerant, Saulem paulò ante & Palæstinos, & Ammonitas fuisse. Ita qui oculos auertunt à verbo Dei, eos tantùm fixos habent in rebus naturalibus perpetuò monere debent, & consolari. Nos enim Dauidis personam gerimus: sem- per impugnamur, & vrgemur à Goliathis, hoc est, à Carne, à Mundo, à Diabolo, à Papa. Nec mirum Christus ipse prouocabatur ad duellum, cùm iam penderet in cruce. Si enim illi Si filius Dei est, descendat de cruce. & credemus ei. Ita Goliathus. Veniat, inquit, aliquis, & percutiat me, & seruiemus vobis. Atq; hoc pacto contumelias & conuitia iacit in Christum. Augustinus in 15. de Ciuitate Dei cap. 13. quærit, cur Deus creare voluerit Gigantes, cùm Typus Christi & omnium piorum.

Cur creati sint Gigantes.

homines blasphemi & contumelios i & in homines & in ipsum Deum Respondet, id idcirco factum, vt pij intelligerent, nec molem corporis, nec formam, nec vires pertinere ad ea bona, quæ beatos faciunt: esse autem alia longè præstantiora quibus beari debeamus. Nam ad hæc omnia pertinere vt ad electos Dei. Et citat verba Baruch prophetæ, etsi ea sint Apocrypha. Ibi sunt Gigantes à seculo, viri famosi: non dedit illis Deus viam scientiæ: & perierunt quoniam non habuerunt sapientiam. Chrysostomus autem aliud respondet: vt consideremus, salutaria dona Dei non posse esse viribus corporis. Et idcirco fingit Dauidem ita loqui. Video quidem molem corporis, sed non adesse mentem: video aciem prægrandem, sed non adesse gubernatorem. Ista in Psalmum quinquagesimum.

Dauid verò iste filius viri Ephrathæi, de Bethlehem Iehudah, nomine Isai, cui erant filij: is autem erat in diebus Saulis senex veniens inter homines.

Abierantq; tres filij Isai maiores, abierant post Saulem ad bellum. Eliab primo-

genitus, & secundus ab illo Abinadab, tertius verò Sammah.

14 Dauid verò erat minor: tres itaq; maiores abierunt post Saulem.

15 Dauid verò ibat et reuertebatur à Saule ad pascendum pecora patris sui in Bethlehem.

16 Accessit autem Philisthæus veniendo mane atque vesperi, & stetit quadraginta diebus.

17 Dixit autem Isai ad Dauidem filium suum, Tolle nunc fratribus tuis ephi polentæ huius, ac decem hos panes, & curre ad castra ad fratres tuos.

18 Decem autem caseos lacteos istos perferes tribuno, & fratres tuos visitabis in pace, & pignus eorum tolles.

19 Saul autem & ipsi omnesq; viri Israel erant in valle Elah pugnantes aduersus Philisthim.

20 Surgens igitur Dauid summo mane, ac relicto grege custodi, onerauit sese, atque abijt quemadmodum præceperat ei Isai: & peruenit ad vallum: exercitus autem egressus fuerat ad aciem, & vociferabantur in prælio.

21 Ordinauerat q; Israel & Philisthim aciem contra aciem.

22 Derelicta itaq; Dauid sarcina quam à se deposuerat, in manu custodis impedimentorum, cucurrit in aciem: quumq; venisset salutauit fratres suos pacifice.

23 Eo autem loquente cum eis, ecce vir intermedius ascendebat Goliath Philisthæus nomen eius, de Gath, de aciebus Philisthinorum, & loquebatur eiusmodi verba: & audiuit Dauid.

24 Omnes autem viri Israel quum vidissent virum illum, fugerunt à facie eius, & timuerunt vehementer.

25 Dixerunt q; Israelita inter se, Num vidistis virum hunc qui ascendit? nam vt probris afficiat Israelem ascendit: qui autem percusserit ipsum, ditabit eum Rex diuitijs magnis, & filiam suam dabit ei, & domum patris eius faciet liberam in Israele.

26 Et dixit Dauid ad viros qui stabant iuxta ipsum, his verbis, Quid fiet viro qui percusserit Philisthæum istum, & abstulerit opprobrium ab Israele? quis enim Philisthæus incircumcisus iste, quòd probris afficiat acies Dei viuentis?

27 Respondit ei populus eundem sermonẽ, dicendo, sic fiet viro qui percusserit eum.

Dauid quare non interfuerit bello.

Repetitur genealogia: ne quis putet, alium istum Dauidẽ esse, quàm eum, qui antes Saulem fuerat citharam, quiq; vnctus fuerat à Samuele. Restituto iam Saule, ab aula remissus fuerat ad patrem. Id Ioseph⁹ annotauit. Minus enim aptus videbatur esse ad bellum: vel quòd esset vnus tenerus, vel quòd esset citharœdus. Tres autem eius fratres, quòd essent ætate & corpore robustiori, erant in castris. Pater autem propter senium donatus rude manebat domi. Scribitur [illegible] de illo. *Erat vetulus inter homines*: nimirum senex: Quod Isai esset iam prouecta ætatis, nec [illegible] versari inter hostes. Alij tamen ita exponunt, Inter honoratos, senatores, principes. Et eam sententiam sequitur Paraphrastes Chaldaicus. Mentio etiam hic fit octo filiorum Isai, cum tamen in libro Paralipomenon tantum septem numerentur. Id R. Solomo factum putat, quòd vnus ex illis mortuis fuerit absq; liberis. Alij putant octauum non fuisse naturalem filium, sed adoptiuum.

Dixit autem Isai ad Dauidem filium, Tolle nunc fratribus tuis Ephi polentæ huius.) Ephi continet decem gomer. Gomer autem est dimensum vnius diei. Id apparet ex historia Exodi, quòd enim accipiebat gomer mannæ: idque erat satis cuiq; in diem. *Polentæ huius.*) Vox Hebræa קלי significat polentam à קלה quod est frigere: primum enim torrebant grana, deinde frigebant, postea frangebant, postremò coquebant pultem. Hanc enim Plinius lib. 18. cap. 7. tradit rationem faciendi polentam. *Et pignus eorum tolles.*) Hebraicè ערבתם. Quidam hanc vocem pro pignore accipiunt. Milites enim cum destituuntur pecunia, solent sæpe oppignerare vestes: putat ergo mittit pecuniam qua redimant pignora. Alij exponunt negotia: quasi pater iusserit Dauidem hoc rogare, quomodo se fratres gerant, aut cum quibus agant. Dauid mittitur in castra ad fratres cum obsonio. Non enim accipiebant stipendia à Rege, sed singuli alebantur à suis. Hic videre possumus, Deum, postquàm aliquem ad aliquem finem prædestinauit, sæpè quosdam interpo-

Prædestinationi exequendæ sæpe ea interponuntur quæ aduersari videntur.

nere.

plane videri possint contraria. Decreuerat Dauidē fore Regem, qui tamen post vnctio-
nem eius audijt, postea effecit, vt accerseretur in aulam. Ibi iam aliqua spes offertur, fore ali-
quod Deus promiserat. Sed non ita multo post ab aula remittitur ad pecudes. Hic rursus
tollitur spes euertitur. Postea in castra mittitur ad fratres, non quidem vt pugnet, sed tan
tum vt fratribus inseruiat. Ita Deus sæpe res administrat. Nos tamen, etsi omnia aduersa cadere vi-
deamus, non debemus animo succumbere. Res permittenda est Deo: quicquid erit, illic
sit, quo decreuit.

Philisthæus veniendo mane, atq; vesperi, & stetit quadraginta diebus.) Quadra-
ginta dies continuos iste prouocator exprobrauerat Deo Israel. Magna fuit illa indignitas. Et
non est Saulem & eius aulicos ferre id potuisse tam diu. Erant enim omnes viri lectissimi: &
ipse Saul ipse grandi & robusto corpore. Sed satis iam se produnt in pace leones esse, ih
proelio. Sed hoc diabolus efficit, vt quicquid dicatur contumeliosè in Deum, id aut dissi-
mulemus, aut patienter feramus. Idque interdum tegitur specie quadam mansuetudinis. Verùm
non est mansuetudo, sed imbecillitas & desperatio. Nullo enim modo ferre debemus, vt nomē
Dei traducatur. Exercitus totus nihil audet. Mittitur Dauid, qui nihil posse videbatur, vt res re-
spondet Deus ea quæ in mundo abiecta videntur, eligit, vt confundat fortia. Cumque res vide-
atur prorsus conclamata, tum demum sæpe fert suppetias. Sed dices: quid ergo? an iuuit incredu-
litas? minimè. multi enim erant eo tempore viri religiosi & pij, vt Samuel, vt pater Dauidis & alij,
non dubito assiduè orasse pro statu reipublicæ. Sed faciō, omnes fuisse incredulos. Deus ta
men quæri voluit Nomen suum. Quid enim, inquit Paulus, si quidam ex illis non crediderunt?
incredulitas illorum fidem Dei euacuauit? Absit. Est enim Deus vērax. Sæpe adfert auxi-
lium sæpe indignis. Isai pater mittit filium ad castra: sed interim Deus aliud quiddam
maius operatur. Pater studet rei œconomiæ, vt prospiciat filijs. Sed qui inseruit œconomiæ,
seruit etiam interim Reipublicæ: etsi de ea re ipse sæpe non cogitet. Mittit munuscula ad tribu
num nimium grauet filios suos, neue eos exponat periculis. Ita Iacob munera misit ad Iose-
phum, vt eius iram deliniret. Non venit Dauid in castra, vt pugnet, sed tantum vt inseruiat fra
tribus: idque cum iam esset consecratus Rex. Ante enim quàm Deus illum ad regnum destina-
tum perduxisset, persequi voluit vocationem suam. Quanquam re vera hoc alienum non erat à
domo Regia. Reges enim subditos suos habere debent pro fratribus, & illorum commodis
inseruire. Idcirco enim dicuntur ποιμένες λαῶν. Dauid interim dum obsequitur patri, præclaris ho-
minibus ornatur à Deo. Videt istum hominem blasphemum quotidie populo suo insultantem,
audit Regem ingentia præmia proposuisse, si quis eū occidisset. Præmia militibus proponere,
non erat & laudabile: eiusmodi enim rationibus virtus excitatur. Præmia aūt ista sunt trium
generum: affinitas Regis, diuitiæ & nobilitas atq; immunitas familiæ. Credibile est, Saulem fuisse
in magnis difficultatibus, cum ista proponeret. Fortasse imitari voluit Calebum. Is enim cum ob-
tinuit Hebronem, pollicitus est filiam suam vxorem illi, qui primus in eius ciuitatis mœnia inua
sisset. Idem cum Othoniel fecisset, Axam eius filiam accepit in matrimonium. Hæc voluntas & pro-
missio Saulis fortasse iam publicata erat per præcones. Sed qui non mouentur promissionibus
Dei, quid illi promissionibus hominis, maximè verò leuis & inconstantis, moueri possunt? Saul
quidem promittit quidem ampla & magnifica, sed in reddendo postea callidè & fraudulenter agit. Quis,
inquit Dauid, est iste incircumcisus, qui ita conuitietur Deo nostro? Hoc illum multò magis mo-
uisse credo præmiorum.

Hæc ob oculos statuere debemus, Saulem ne simulachrū quidem retinuisse aut auitæ, aut suæ
quidem pietatis. Nam cum esset iam animo deiecto & consternato, nec inuocauit Deum, nec fe-
cit concilium, nec iussit accersiri aut consuli prophetam. Hic nihil videmus esse, nisi ciuiles & po
litiones. Proponit quidem præmia, sed ea fuit tantum humana prudentia. Longè aliter se
gessit Ezechias, vt apparet ex 18. & 19. cap. secundi Regum. Nam is cum audisset blasphemias &
minas Sennacheribi & Rabsacis, scidit vestes suas: induit se sacco, misit ad Eliam, venit in tem-
plum, explicuit epistolam Sennacheribi coram Domino: Hæc magna erant argumēta pietatis. Saul
autem si iam conclamatum esset de auxilio Dei, prorsus conuertit se ad humana præsidia. Nec
bona mente videtur fuisse populus. Vt enim apparet ex istis dialogismis, omnes se mutuo ad
ferociorem cohortantur. Vidistis, inquiunt, hunc Gigantem, tam immani corpore, tam stu-
pendo robore. Quis illi potest resistere? Cum autem animos paulum collegissent, proponebant
sibi illa præmia, affinitatem Saulis, diuitias, nobilitatem, immunitatem familiæ: de Deo au-
tem nihil quidem. Ex altera verò parte Dauid vnus infractus est & intrepidus. Omnino vult
pugnare cum illo monstro. Non potest ferre, nomen Dei ita vexari contumelijs. Quæ alijs incu-

Contumeliæ Dei nō ferēdæ

An Deus iuuerit incredulos.

Oeconomia. Munera.

Dauid sequitur vocationē suam cum iam vnctus esset.

Militibus præmia proponere est laudabile. Præmiorum tria genera.

Hominum promissiones cum non mouent quem Dei promissiones non mouent.

Populus quàm male se gesserit.

Dauidis pietas & fortitudo.

tiunt timorem, ea illi augent animos, & accendunt indignationem. Quid dicitis? inquit: Quid præmij dabit Saul, si quis istum Gigantem occiderit? Non ista quærebat: quòd ipse præmiorum cupiditate duceretur, sed quod videret, vulgus illis plurimùm commoueri. Non vincebatur Dauid his pollicitationibus, inquit Chrysostomus in Homilia 29. ad Romanos. Quo in loco multa egit de charitate, quam principes debent suis subditis. Moses, inquit, cum præficiendus esset populo Dei, quanti eos postea facturus esset, specimen præclarum dedit in Ægypto. Dauid quoque animo futurus esset erga suos, satis ostendit in Goliatho. Non dubitauit enim animam suam ponere pro populo Dei. Non enim illum Regis præmium commouit, sed bonos Dei, & probrum populi. Nam cum accersitus fuisset ad Saulem, nihil prorsus interrogauit de præmijs. Tantùm abest, queritur, illum incircumcisum Palæstinum ita impunè potuisse conuitium facere Deo viuenti. Non tamen hęc dico, quòd præmia non probem, aut ea intendū non putem esse necessaria. Deus enim ipse in legibus proponit præmia, non frustra, sed vt hominum animi magis adiuuentur, & ad rectè agendum excitentur. Nos tamen non oportet in illis consistere: sed longius spectare ad gloriam Dei: vt, quamuis nulla præmia proponerentur, tamen velimus rectè facere. Dauid multa huiusmodi verba iactauit inter milites, non alium ob causam, nisi vt cum Goliatho committeretur. Offert vltrò operam suam periclitanti iam & labanti reipublicæ. Idque si quis in Ecclesia faciat, cum vsus postulet, eius studium non tantùm reprehendi non debet, sed etiam magnopere laudari. Ego, inquit Dauid, me profiteor huic monstro inimicum & aduersarium. Me viuente incolumi, non deerit, quem cum illo committatis. Hæc ille.

Dauid non mouetur præmijs.

Præmia proponere non est superuacaneū.

Dauid se vltrò pugnæ offert.

28 *Audiens autem Eliab frater eius maior illum loquentem cum viris illis, iratus est furor eius in Dauidem, & dixit, Cur huc descendisti, & apud quem reliquisti paucas oues illas in deserto? ego noui superbiam tuam, & nequitiam cordis tui, quod vt videres prælium, descendisti.*

29 *Et dixit Dauid, Quid feci nunc? an non verbum est?*

30 *Et diuertit ab illo versus alium, cui loquutus est vt antea, & respondemus est populus iuxta priorem sermonem.*

Quam primum Dauid cogitare cœpisset de salute populi, statim acerbissimis conuitijs accipitur à fratre suo. Ita satan semper se opponit bonis inceptis. Idque apertissimè habemus expressum in Christo seruatore nostro: qui cum fundamenta iacere cœpisset salutis nostræ, statim incurrit in reprehensiones & conuitia, non tantùm Scribarum & Pharisæorum, sed etiam cognatorum & fratrum suorum. Noui, inquit iste Eliabus, superbiam atque audaciam animi tui. Ita Dauidi a fratre suo non satis fraternè tractatur. Sunt enim ista verba, & contumeliosa, & minacia. Quidam putant, Eliabum inuidia ductum fuisse, vt ista diceret. Nam cum esset primogenitus, putabat summum honorem sibi deberi. Viderat autem Dauidem aduocatum fuisse ad aulam, atque ibi industriam suam & regi & aulicis omnibus approbasse, omniaque illi feliciter succesisse. Vtcunque tamen respirauit, cum illum videret remissum fuisse ad curam pastoritiam. Cum autem illum videret redijsse ad castra, & iam etiam aliquid de pugna loqui, & huic pronocatori Giganti minitari, iterum inuidia mouebatur. Potest tamen fieri, vt fraterna tantùm charitate reprimere voluerit animum & audaciam Dauidis. Ac si diceret: Scio te quàm sis superbus & arrogans. Si cum illo Philistæo confliges, nunquam euades. Certum tamen est, fratrum iras ita graues esse, vt prorsus tibi etiam locum dederint. Quod summis laudibus ferendum erat, id hic Dauidi datur crimini. Ille enim patris sui imperata fecit, vt fratribus suis subueniret: tamen ob illud ipsum reprehenditur. Accusat eum frater, quasi reliquerit ministerium & vocationem suam, & sequi voluerit occasionem aliquam captandæ gloriæ. Ita Christus, cum venisset à patre suo, vt seruaret humanum genus, accusatus est à Scribis & Pharisæis arrogantiæ & superbiæ: quasi se præponeret patriarchis & prophetis, & regnum inter suos vellet obtinere. Itaque coactus est sæpè apologias facere & se purgare: se gloriam suam non quærere: regnum suum non esse ex hoc mundo: se non venisse vt sibi ministraretur, sed vt ipse alijs ministraret. Eliabus videri vult αὐθαδόστομος quispiam. Scio, inquit, malitiam cordis tui. Ita nostris temporibus illi, qui primi restituerunt lucem Euangelij, Lutherus, & Zuinglius, quos duos honoris maximè causa nomino, qui audierunt apud Papistas? Quid? nisi superbi, contumaces, insolentes, hæretici? Ista semper accidunt, si quis velit sincerè & verè profiteri Euangelium.

Dauid Christi typus.

An Eliabus ex inuidia hæc dixerit.

Typus Christi.

Dauid autē contrà non regerit conuitia, non carpit fratrem: sed tantùm se modestè excusat. Fratrem enim primogenitum habere debuit loco patris. (*Nónne est verbum?*) Inquit. Quid dico, re-

omnes ita loquuntur? quid ego hic commisi præ alijs? Alij verbum accipiunt pro dixerit, Nè nos iusta causa fuit cur huc venirem? Vel perinde est ac si diceret, Non tantùm. Ego re ipsa præstabo, quod dico. Atq; hoc dicto, discedit paulùm à fratre, vehementius: partim etiam, ne pateretur consilium suum impediri.

Audita sunt ergo verba quæ dixerat Dauid, & renunciauerunt coram Saule: & accersiit eum.

Dixitq; Dauid ad Saulem, Ne concidat cor hominis in ipso: seruus tuus ibit, & pugnabit cum Philisthæo isto.

Et dixit Saul ad Dauidem, Non poteris ire ad Philisthæum istum, vt pugnes cum eo: quia puer es, ipse autem est vir bellator ab adolescentia sua.

Respondit Dauid Sauli, Pastor erat seruus tuus patri suo in pecoribus: & veniebat Leo & Vrsus, & tollebat agnum de grege.

Egrediebar autem post eum, eruebamq; ex ore eius: quumq; insurgeret aduersum me, apprehendebam barbam eius, & percutiebam eum, ac interimebam ipsum.

Leonem itaq; sed & Vrsum percussit seruus tuus: erit ergo Philisthæus incircumcisus ipse, vt alter eorum: quia probrii affecit aciem Dei viuentis.

Dixit præterea Dauid, Iehouah qui eruit me de manu Leonis, & de manu Vrsi ipse eruet me de manu Philisthæi huius. Tum dixit Saul ad Dauidem, Vade & Iehouah sit tecum.

Induit ergo Saul Dauidem vestibus suis, & posuit galeam æream super caput eius induxitq; eum lorica.

Accinxit se præterea Dauid gladio suo super vestes suas, & tentauit ire: non enim periculum fecerat: dixit verò Dauid ad Saulem, Non possum incedere cum istis: quia non feci periculum. Deposuit ergo ea Dauid à se.

Sed tulit baculum suum in manu sua, & delegit sibi quinq; lenes lapides de torrente, & posuit eos in instrumento pastorali quod habebat, id est in pera, & fundam suam in manu gestabat: appropinquauitq; ad Philisthæum.

diligens Inquisitio de Regio edicto, nihil aliud sibi voluit, nisi vt aliquo modo adduceretur Id Deus effecit, ne Dauid iniussu magistratus pugnaret in hostem. Ita Cato scripsit ad cum, cum esset exauthoratus ab Imperatore, ne manum cum hoste consereret. Id enim si accusari eum posse cædis. Deus vult non tantum bona fieri, sed etiam ea bene atque ordi-

Hic quoque Dauidem cum Christo conferamus. Dauidem frater acerbissimè repre- populus tamen eum prædicat, & deducit ad Regem. Ita Scribæ & Pharisæi omnibus con persectati sunt Christum: populus tamen & turba maledicta, & publicani, & meretrices, summa veneratione prosequebantur.

Non poteris ire ad Philisthæum istum.) Non potes, inquit Saul, cum isto Gigante pugnare. Con- imparibus viribus. Tu enim puer es, ille autem miles veteranus. Creabis periculum populo dedecus, & exitium Reipublicæ. Iste enim obtulit cõditiones, vt vter vestrûm su- pugna, ea pars alteri perpetuam seruitutem seruiat. Dauid ita & reprehensus à fra- ritus à Rege, tamen à sententia non discedit. Deus voluit, vt ipse secũ intus prius dimi ipse sese vinceret, quàm victoriã reportaret ab hoste. Sed Dauid, noli, inquit, ô Rex, hanc pere mea causa. Ego vni Deo confido: idq; mihi erit satis. Nihil hic aut de ætate, aut memorum loquitur. Tantum nititur auxilio Dei. Dauid vtitur tribus rationibus, vt do posse Goliathum. Prima sumitur ab exemplo. Sæpe, inquit, ego vici feras bestias, cur ergo istam bestiam non vincam? Altera est à fœdere. Ille incircunciſus est, & Deo, nos autem circunciſi sumus, & fœdere cum Deo coniuncti. Tertia ab efficiente causa, cur Deus illum velit perdere. Peccauit enim in Deum, & in eum iecit horrenda stipendium autem peccati est mors. Sim iuuenis, sim imperitus rei castrensis, sim iner- Deus me non destituet. Ille quidem est veteranus: at incircunciſus: est instructus ar- phemus in Deum.

Prouidentia Dei fecit ne Dauid iniussu magistratus pugnaret.

Dauid cum Christo confertur.

Oportuit Dauidem prius vincere domesticas pugnas.

Rationes quibus Dauid docet se posse vincere.

Leo & Vrsus.) Quidam hæc legunt coniunctim, ac si Leo & Vrsus simul vene- id non est necessarium. Sæpè enim quæ coniunctim leguntur, intelliguntur disiun-

ctim. Atq; ita sensus erit, modo venit Leo, modo Vrsus, atq; ego non tantum liberari pendeo, sed etiam Leonem ipsum, & Vrsum occidi. Dei prouidentia factum est, vt Dauid à puericia exerceretur ad hanc pugnam. Oportet exemplum cum re ipsa conuenire. Itaque Dauid Goliathum hominem barbarũ & immanem confert cum bestia. Imo etiam multo erat quouis bestia deterior. Deus dedit mihi victoriam, inquit Dauid, de Leone: & quomodo non dabit de isto perditissimo monstro, ore impuro blasphemias iaciente in Deum? Dedit Dauid pulchrum specimen pastoris boni, cum pro ouibus suis vitam suam mitteret in periculum. Et quemadmodum se feliciter gessit in illa vocatione, ad quam mittebatur à patre, ita etiam se gerit in ista, quæ imposita est à Samuele. Vt tunc subijt graue periculum vitæ suæ pro ouibus, ita nunc subit pro populo Dei. Quare Dauid non se temere præcipitat, sed à Deo mittitur in discrimen. Vocabatur ad regnum, & iam erat à Samuele consecratus. Officium ergo fecit, cum periculum susciperet pro populo. Sed hic elucet etiam modestia Dauidis. Quamuis iam esset Rex designatus, tamen Saulem saluat Dominum suum. Atque ita se semper gessit, quoad Deus passus est Saulem viuere. Cum essem pastor, inquit, & periculũ esset, ne à Leone lacerarer, Deus me non destituit: multo minus nunc destituet, cum asserenda sit ipsius gloria. Leo non tulit impunè, cum vnam tantum ouiculam inuasisset. Et iste nebulo impunè feret, qui contumelijs insectatus nomen Dei? Deus in re minore opitulatus est, multo magis adferet in maiore. Non est mirum, si Dauid ad hanc pugnam confirmet se exemplo Leonis. Ita enim Sampson confirmatus est ad vindicandum populum Dei, quod Leonem solus occidisset. Sed dices: Dauid semel liberatus est atque iterum à Deo, debet ne ergo ea causa se rursus in periculum conijcere? Respondeo. De regno accepit à Samuele verbũ Dei. Nunc etiam ad hæc audenda Deo intus in animo suadente impellitur. Hæc nos mirari debemus: non semper imitari, nisi forte ducamur eodem impulsu. Habuit Dauid verbum Dei. Vbi autem est verbum, ibi potest esse fides. Sine autem verbo nulla potest esse fides. Quoniam autem fides nostra sæpe infirma est, confirmari eam oportet partim verbo Dei, partim memoria rerum à Deo gestarum. Nam alioqui fides nostra sæpe concideret. Potuissent etiam alij Hebræi idem audere. Deus enim diserte simis verbis promiserat, se illos velle ex omni periculo liberare. Tulerat etiam sæpe auxilium in rebus asperis & desperatis. Verùm deerat illis fides, qua aut beneficia, aut promissiones Dei considerarent. Dauid autem non se solum confirmat, sed etiam alios. Nolite, inquit, timere, ego ibo. Ita quisquis præditus est vera fide, & consistit ipse, & animos addit alijs.

Goliathus habetur pro bestia.

Modestia Dauidis.

Argumenta Dauidis.

An semel liberatus debeat se rursus in periculum mittere

Media fidei confirmandæ.

Signũ pro re.

Vtilitas sacramentorum.

Summa rationum Dauidis misericordia Dei.

Operum Dei repetitio.

Cur Saul Dauidem passus sit pugnare.

Quomodo hæc verba Saul dixerit.

Iste incircumcisus.) Ex Antitheſi significat Iudæos esse circumcisos. Hic signum pro re accipitur. Alioqui enim multi erant circumcisi, qui ad fœdus nihil pertinerent. In circumcisione ergo nõ signum spectandum erat, sed fœdus, quod ea nota obsignabatur. Nos, inquit, fœdere cum Deo coniuncti sumus, iste autem alienus. Deus non deseret nos: stabit haud dubie pactis suis. Hoc nos commodi habemus à sacramentis. Sunt signa, sed nos oportet animum referre ad rem significatam. Nam signa cũ pertineant ad relationem, habent fundamentum, vt appellant, & terminũ. Sectio præputij est fundamentũ, sed ea significat fœdus, quod Deus percusit cũ Israelitis. Ordo autem huius significationis naturalis non est, sed institutus à Deo. Non tamen ista dico, quasi qui circumcisi non fuerint, prorsus alieni fuerint à Deo. Multi enim numerantur viri pij, quos tamen scimus non fuisse circumcisos. *Quia probris affecit acies Dei viuentis.*) Tertium argumentum. Non feret impunè, inquit: quia conuitium graue fecit Deo viuenti. Ille erit vindex nominis sui. Hæc Dauid commemorat, vt tollat timorem & Sauli, & omni populo. Summa autem harum rationum pendet à misericordia Dei. Ea enim Deus antea Dauidem defenderat: ea cum populo fœdus icerat: ea pollicitus erat, se nomen & cultum suum defensurum. Saul neglecto Deo tantùm pendet ab humanis rationibus. Tu, inquit, es puer, ille robustus miles: tu imperitus militiæ, ille veteranus. Hæc signa sunt reliquæ pietatis. Præsidium enim Dei ducis pro nihilo. E diuerso Dauid prædicat opera Dei: non Thrasonicè ille quidem, sed tantum ad confirmandos animos populi. Nec solum hic, sed etiam in Psalmis sæpe hortatur, ne excidant nobis opera Dei. Multum autem nobis prodest huiusmodi memoria. Nam in rebus prosperis excitat nos ad agendas gratias, in aduersis autem facit, vt cum fide petamus, & speremus Deum idem auxilium laturum nobis, quod tulit alijs.

Vade, & Iehouah sit tecum.) Videtur Saul exponere Rempublicam magno periculo, præsertim cum sciret, Dauidem esse puerum & imperitũ rei militaris. Sed duæ erant rationes. Primum enim Deus voluit eam victoriam cedere Dauidi: deinde Saul vidit, neminem esse alium, qui auderet se Goliatho opponere, & exercitum non audere totis copijs confligere, sed res planè esse desperatas. Et fortasse aliqua in eo excitata est fides, sed temporaria, quæ etiam solet in impios cadere. Dominus tecum sit. Ita affatus est Dauidem, ex more fortasse magis quàm ex animo. Et

fortasse

illa mouit linguam, quod cum fecisse scimus asinæ, Balaamo, Caiaphæ. Si spectemus sine verbo Dei & impetu spiritus, videri possit temerarium. Nullum autem est verbū duellum probari possit. Nec ratio vlla erat, vt Dauid puer imparibus viribus cum militi congrederetur. Nam in iusto duello cum alia multa spectari solent, tum in primis par Saul ergo nec verbum Dei sequutus est, nec impulsum spiritus, nec humanam etiam

Saul peccat concedendo pugnā Dauidi

prudentiam. Quare pessimè videtur consulere Reipublicæ. Committit salutem populi imperij, cuius viribus ipse non fidebat. Et populus ita cæcus & obstupefactus erat, vt ex eo ompugnare de vnus quidem reclamarit. Verum hoc Dei solius opus erat, vt Dauidi aditus pateret ad pugnam. Quanquam ita Deus hoc effecit, vt illi non possint excusari à peccato.

Dixit ergo Saul Dauidem vestibus suis.) Hoc non videtur verisimile. Quomodo enim Saul arma conuenire potuissent Dauidi, cum ille procero esset corpore, Dauid autem vix mediocri? Quare intelligo arma dicta esse Saulis, quòd prolata fuerint ex armario Saulis. Arma quidem

An liceat vti armis.

defensiua non sunt, si pugnandum sit in hostem: ita tamen, vt fiduciam nostram non in illis collocemus, sed in Deo. Et Dauid ipse vti voluisset armis, si ea eius corpori conuenissent. Ita de pecunia & alijs vitæ præsidijs sentiendum est: vt, si istarum rerum copia non sit, ne tamen desperemus de Deo. Vis quidem omnis armorum pendet à Deo: potestas tamen Dei non alligata armis, vt sine illis seruare non possit. Factum autem est Dei prouidentia, vt arma illa Dauidi non conuenirent. Voluit enim Deus auxilij sui luculentissimum testimonium dare. Id autē multo conspicuum erat in Dauide nudo & inermi, quàm si fuisset armatus.

Et imposuit galeam æneam in capite eius, & indutus est lorica.) Ista arma videntur esse nihili. Sed Deus elegit abiecta & contemptui mundi, vt confundat fortia. Ita Christus infirmissimis armis, opprobrijs, cruce, morte triumphauit. Debilia quidem ista sunt: sed tincta chalybe verbi Dei fiunt robustissima. Instar

Res mirandas facit Deus per ea quæ rationi videntur inepta.

fulminis acutissimæ cutris est verbum Dei, & eius nomen. Deus sæpè ad edendas res stupendas adhibet media humana ratione inepta. Dedit Mosi virgam: sed perrupit petram, aperuit mare, & aquas conuertit in sanguinem. Elizæus sale medicatus est aquas: Christus luto aperuit oculos, & fimbria vestis depulit morbos. Et quid his rebus inanius? His tamen Deus vti voluit, vt eius virtus illustrior emineret.

41 *Porrò incedere cæpit Philisthæus procedendo & accedendo ad Dauidem, & vir qui ferebat scutum ante eum.*

42 *Quumq; Philisthæus intuitus esset, vidisset q; Dauidem, despexit eum, quod puer esset, & rubicundus, & pulcher aspectu.*

43 *Dixitq; Philisthæus ad Dauidē. Nunquid canis sum, quod venis contra me cum baculis? Et maledixit Philisthæus Dauidi per deos suos.*

44 *Dixit præterea Philisthæus Dauidi, Veni ad me, & dabo carnem tuam volatilibus cæli & bestijs agrestibus.*

Pulcher erat aspectu.) Argumentum erat Dauidem non esse militem. Nam si versatus fuisset in puluere, non potuisset suauitatem coloris diu retinere. Contempsit itaque illum Goliathus vel quod puer esset, vel quod formosus, vel quod inermis. Putat deinde, se ab eo haberi pro fœmina. Nec sanè multum errat. Re enim vera Dauid eum habuit (vt erat) pro bestia. Irascitur vbi se ab illo videat contemni. Ira vero grauissimos habet stimulos. Habiturus ergo erat Dauid

Dauid triplici de causa à Goliatho contemnitur.

audacem & fortissimum, & iracundia inflammatum. *Et maledixit Philisthæus Dauidi per deos suos.)* Iurat per Dagon, & Astaroth. Ac si diceret: Dij mei Dagon & Astaroth perdant te. Sed Deus conuertit huiusmodi maledictiones cōuertit in benedictiones. Hodie quoq; Papistæ & Episcopi execrantur nos in dijs suis, quod istis armis ausimus ipsos prouocare. Illi enim habent suū Aristotelem, Iuristas, Decreta, Decretalia, Sextū, Clementinas. Atq; his armis onusti magis incedunt, quàm parati ad pugnam. Armigeros autem suos habent Imperatores, Reges, Magistratus, Respublica. Eos enim seruire oportet Episcopis & Cardinalibus.

Papistarum arma.

Dabo carnes tuas volatilibus.) Ad hunc modum sæuiunt in nos aduersarij nostri: non tantum occidunt homines pios, sed etiam mortuos sepulchro prohibent, vt prædæ relinquantur volucri bus. Imò ne id quidem satis esse putant, nisi efodiant mortuos, & sæuiant in cadauera. *Dabo bestijs.)* Non sunt istæ humanæ voces, sed mugitus boum, & rugitus asinorum. *Bestijs terræ.)* Vox Hebraica significat iumentum. Iumenta autem non comedunt carnes, præsertim humanas. Sed vocem eam Chimhi putat genus esse ad omnes bestias. Idq; colligit ex cap. 14. Deuteronomij 8. Esaiæ 7. Hieremiæ. In Deuteronomio ita scribitur: hoc est pecus quod comedetis: bos, ouis, capra, cerui, & alia ferè bestiæ, quæ iumenta certè non sunt,

R. Solomo putat Dauidem voluisse corrigere orationem Goliathi, quòd ille parum propriè fuisset loquutus.

45 *Dixit autem Dauid Philisthæo, Tu venis ad me cum gladio & lancea, & clypeo: ego verò venio ad te in nomine Iehouæ exercituum Dei acierum Israelis, quem probris affeciſti.*

46 *Hodie tradet te Iehoua in manum meam, & percutiam te; atque auferam caput tuum à te: daboq; cadauera castrorum Philisthim hodie volatilibus cæli, & bestijs terræ, & cognoscent omnes habitatores terræ quod est Deus Israeli.*

47 *Sciétq; vniuersa congregatio ista; quod non gladio & lancea saluum facit Iehouah (Iehouæ enim est bellum) & tradet vos in manum nostram.*

Videamus nunc, quid illi blasphemæ orationi Dauid regerat. Est omnino ista Dauidis oratio prudens, religiosa, pia. Quot enim habet verba, tot continet sententias, vel potius oracula. Ex his enim paucis verbis & tota elucet natura & pietas Dauidis, & in rebus aduersis magna capitur consolatio. Hæc oratio ita partiri potest, vt primo loco sit confutatio eorum, quæ Goliathus contumeliosè euomuerat: deinde causa efficiens, cur Dauid speret victoriam: postea effecta eius victoriæ: postremò finis, in quo posita est arx totius causæ. Non est mirum, in hoc duello otium fuisse huiusmodi dialogismis. Nam qui Homerum & Vergilium legerunt, satis sciunt, Heroicos viros, eo quam monomachis congrederentur, huiusmodi multa inter se solitos fuisse colloqui: alios quidem mitius, alios ferocius, prout erant hominum ingenia. *Partitio orationis Dauidis.*

Confutatio. Confutatio in hoc sita est: *Tu venis ad me cũ gladio, et lancea, et clypeo.*) Hoc est, instructus armis. His enim tribus vocibus complexus est omnia armorũ genera. Clypeus enim ad corpus tuendũ valet: gladius, si cominus velis agere: hasta si eminus. Ego, inquit, non tot armis instructus sum. Pro istis omnibus vnum ego tantum telum habeo, sed maximi ponderis. *Causa efficiens victoriæ.* *Ego verò venio ad te in nomine Iehouæ.*) Hæc est causa efficiens victoriæ. Sed lausimè patet nomen Dei. Est enim eius natura infinita, vt vna notione non possit comprehendi. Ex effectis tamen & operibus colliguntur singulares eius proprietates, vnde possimus omnem naturam & vim diuinam intelligere: vt quoniam totum complecti non possumus, saltem ex partibus in eius cognitionem veniamus. Si quis ita rudis & agrestis esset, vt nesciret quanti esset coronatus, diceremus eum esse, qui habeat in se obolos, nummos, crucifetos, blãperdos, baziones, testones, florenos, dalleros: postremò etiam viginti quatuor baziones. Ex istis minutijs & partibus ille postremò (nisi admodum esset obtusus) intelligeret, quanti sit coronatus. Ita homines naturam & substantiam Dei infinitam, quoquo modo intelligunt ex his partibus & notionibus. Non quòd partes vllæ sint in Deo, sed quòd nos eius vim & infinitam magnitudinem tantum ex huiusmodi effectis & partibus colligamus. Variæ autem, & multiplices sunt huiusmodi Dei notiones. Dicitur enim Clemens, Misericors, Constans, Iustus, Bonus. Hæc nomina, inquit Dauid, vt refert Iosephus, mihi erunt pro armatura. Dicit autem nomen Dei, quòd fides nostra non comprehendat Deum, nisi per istas proprietates. Venio ergo, inquit: fretus Deo meo: hoc enim est venire in nomine Dei, eius solius auxilio atque ope niti. *De nomine domini.*

Non explicat Dauid nomen Dei per partes: sed illud tantum digerit in duo capita, Potentiam & Voluntatem. Potentia Dei ex eo colligitur, quòd dicitur Deus Zebaoth. Illud quidem referunt ad Angelos, quibus Deus præest, vt Imperator militibus: alij ad cœlũ & astra, quasi illi sint exercitus Dei. Ego autẽ multò latius intelligo, omnes res creatas esse in exercitu Dei, illiq; militare. Id Aristoteles etiam vidisse videtur in Metaphysicis, Ait enim, omnes creaturas, si cum Deo conferantur, esse tanquam milites, qui expectent nutum ducis. Atq; hæc quidem de potentia Dei. Voluntas autem eius ex eo intelligi potuit, quòd is esset Deus castrorum Israel, seseq; pollicitus esset illis nunquã defuturum. Exibo, inquit, ante vos: & ero in medio vestri: deinde Israelitæ Deo militabant, & omnis gloria victoriæ redibat ad eum. Nam cum Seon, cum Oggus, cum alij Reges fuissent profligati, Deus illas victorias vocari volebat suas. Adhęc Deus in illis castris ediderat res stupendas & admirabiles: & promiserat, se in illis singulariter adfuturũ. Sint munda, inquit, castra vestra: ego enim versabor in medio vestri. Deinde Deus ibi tantùm voluit inuocari & coli, & nomini suo sacrificia fieri. Postremò Deus illis castris se firmissimo fœdere obstrinxerat. His rebus de causis iurè optimo appellari poterant castra Dei. Sed quìscire poterat Dauid Deum sibi in hac pugna adfuturum contra Goliathum? Quoniam, inquit, probra istiusmodi in Deum viuum. Iniuria enim, quam feciſti nobis, redundat in Deum. Qui vos spernit, inquit Christus, me spernit: & Deus apud Zachariam, Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei. Quare Deus non tantùm *Nomen Dei digerit in potentiam & voluntatem.* *Zebaoth.* *Deus acierum Israel.* *Vnde Dauid sciuerit Deum sibi in hac pugna adfuturũ.*

potẽ

...defendere, sed etiam vult. *Ille quem tu contumelia affecisti hodie, concludet te in ma-*
...*num.*) Hæc sunt effecta. Vox ista concludere habet magnam emphasim. Concludere Concludet.
...solemus feras bestias, & homines furiosos, & maleficos. Omnia quidem Deus quæcunque
...intra fines suos coercet. Propriè tamen eos dicitur concludere, qui omni conatu & impe-
...tu nituntur perrumpere fines à Deo positos. Huiusmodi monstra Deus sæpe concludit in ma-
...nibus fortiorum. Aliud effectum est: non tantùm Deus te concludet, sed etiam ego auferam caput
...à te. Hic Dauid non tantùm miles est, sed etiá propheta. Spiritus enim Dei iam à Saule tran- Genus mortis
...sierat ad illum. Nam alioqui quî scire potuisset, se illi caput ablaturum, præsertim cum non habe- prædicitur.
...ret gladium? Sed firma illa fides Dauidis nihil dubitabat, cum Deus vellet, quiduis sibi futurum
...pro gladio. Deus enim potest etiam ex lapidibus excitare filios Abrahæ. Tertium effectum est,
...quod ait, se non solùm illum interfecturum, sed etiam profligaturum vniuersum exercitum Pa-
...læorum. Tu minatus es, te daturum esse me prædam volucribus. At id ego de te ipsa præstabo.
...Sæpe fors est hominum impiorum, vt capiantur laqueo, quem alijs tetenderint: vtq; incidant Totum exercitum fugandum prædicit.
...in eam, quam fecerint. Sed quorsum faciet ista Deus? Hic finis est & scopus, Vt omnes terræ in- Finis.
...telligant Deum esse in Israel. At quomodo in Israel? Annon enim Deus est vbiq;? Est. Sed ibi ta- Deus peculiariter in Israel
...men peculiariter esse dicitur, vbi facit officium suum. Officium autem Dei est defendere, seruare.
...Hæc, inquit Dauid, cum Deus nobis præstet, omnes gentes videbunt, & intelligent, eum
...nobiscum versari. Vt omnis terra, inquit, intelligat. Certè viuente adhuc Dauide, hæc erant nota,
...cognita in Syria. Nunc autem in luce Euangelij per omnem terrarum orbem propagata sunt.
...Omnes hodie sciunt Deum esse in Israel, hoc est, in Ecclesia, qui tueatur & defendat suos.
...*Sciétque vniuersa congregatio ista, quod non in gladio & lancea saluum facit Iehouáh.*) Pul- A causis secundis discedendū.
...chrum est istud genus philosophiæ, vt fiduciam nostram abducamus à causis secundis, & ...
...spem nostram constituamus in vno Deo: non quod prorsus contemnenda sint præsidia ...
...rerum, sed quod illis vis Dei non sit alligata. Hac oratione Dauid non tantùm refutat ad- ...
...uersarium, sed etiam grauissimè concionatur omnibus pijs. Quod ait, Dei esse bellum, bifariam Domini est bellum.
...potest intelligi: vel generatim, quòd Deus in omnibus bellis, quocunq; voluerit, inclinet victoriá: ...
...vel peculiariter de hoc bello, in quo Dauid non dubitat, Deum adfuturum suis. Hoc secum cogi- ...
...tarunt sancti martyres, cum vitam suam pro Christo profundunt: bellum illud, quod gerunt non ho- ...
...minis esse, sed Dei: ideoque, quis quid futurum sit, omnia feliciter casura.

48 *Fuit autem quum surrexisset Philisthæus, & venisset appropinquasset q; in occur-*
sum Dauidi, festinauit & Dauid, & cucurrit in aciem in occursum Philisthæo.

49 *Et mittens Dauid manum suam ad instrumentum illud, tulit inde lapidē quem*
funda iecit, percussit q; Philisthæum in fronte eius, & infixus est lapis in fronte eius, ceci-
dit q; super faciem suam in terram.

50 *Robustior ita q; fuit Dauid Philisthæo funda & lapide: percussit q; Philisthæum,*
& interfecit eum: gladius autem nullus erat in manu Dauidis.

51 *Accurrit autem Dauid, & steit supra Philisthæum: tulit deinde gladium eius,*
& eduxit eum è vagina sua, interfecit q; eum, ac præcidit eo caput eius. Quum autem
vidissent Philisthæi quod mortuus esset fortis eorum, fugerunt.

52 *Surgentes ita q; viri Israel & Iehudah, vociferati sunt, ac persecuti sunt Philis-*
thæum vsq; quo venias ad vallem, & vsq; ad portas Ecron, ceciderunt q; vulnerati Philisthim
à Saraim vsq; ad Gath, & vsq; ad Ecron.

53 *Et reuersi filij Israel à persequendo Philisthim, direpuerunt castra eorum.*

54 *Tollens ita q; Dauid caput Philisthæi, intulit illud in Ierusalaim, & arma eius*
posuit in tabernaculo suo.

...In congressu Dauidis cum Goliatho tria obseruanda sunt. Primùm, qua ratione cum eo consli- Tria obseruanda in isto congressu.
...xerit. Deinde quomodo ad eum occidendū vsus sit ipsius armis: postremò, tam insigne Dei boni- ...
...tatem esse tradendā obliuioni. Quod ad primum attinet, Goliath ita prouocauerat Dauidem: Conflictus Dauidis cum Goliatho.
...Veni ad me: & ego dabo carnes tuas volatilibus cœli. Postea tamen incensus Dauidis vocatione ...
...in consilium, atque vltrò in illum irruit. Id Dauid cū animaduertisset, visum potuit expe- ...
...ctare, dum veniretur ad manus, nam alioqui nulli vsui fuisset funda. Itaque expe- Factum Dauidis tribus de causis admirabile.
...ctatum illum & vno ictu illum sternit. Illud opus tribus de causis videri potest admirabile. Pri- ...
...mùm, qui funda vtuntur, videntur magnam rem facere, si possint scopum ferire. Quantum

attingere. Dauid autem scopum vagum & mobilem non tantùm attingit, sed etiam euertit. Deinde mirum erat, potuisse eum vno ictu ferire frontem. At si galeam perfregit, magis etiam mirum erat: Sin ille fronte aperta fuerit, magnum tamen fuit, eam primo statim ictu ita certò potuisse attingere. Postremò mirum etiam fuit, tantam molem, vno lapillo potuisse consopiri. Sed Deus ipse librauit ictum. Is enim non est otiosus in castris. Imò tela, quæ iaciuntur, nisi Deo destinante nihil possunt. In libro Iudicum muliercula ex arce lapide percutit & interficit Abimelecum. Fuit illud Dei consilium, vt impius & sanguinarius tyrannus illo pacto tolleretur. Achab mutauit habitum, ne agnosceretur. Tamen Deus telum emissum in incertum direxit in illum, vt certa esset prædictio Eliæ. Sed dices, mirum esse, hominem tam grandem vno lapillo potuisse interfici. Erat quidem res mira, fateor. Sed cogitare debes, Sangarum stimulo bouis, instrumento non ita facto ad cædem, occidisse trecentos viros: & Sampsonem maxilla asinæ interfeciſſe mille Palestinos. Quiduis enim esse potest pro telo, si Deus velit. Lapis quidem non erat tanti ponderis, quanti ille Turni, quem Vergilius describit, vix ab octo viris strenuis potuisse tolli. Sed ea erat fabula: hæc autem res gesta. Leuis quidem erat lapis ipse: sed pondus addebatur à Deo. Ita Euangelium videtur res leuis & parui momenti: Tamen Paulus illud appellat potentiam Dei. Contra res, quæ videntur potentissimæ, si Deus illis semel detraxerit vim suã, nihil possunt. Quid leone ferocius? Tamen assidente Daniele nihil mitius. Quid igne potentius? Tamen in tres pueros nihil potuit. Verbum Dei videtur res vilis & contemnenda: Tamen cum iacitur funda spiritus sancti, tantùm habet virium, vt subigere possit orbem terrarum.

Deus ipse librat tela.

Debilitas instrumenti nihil obstat diuinæ potentiæ.

Rebus potentissimis præsente Deo vis adimitur.

Qui de se præsumit ante pugnam sternitur.

Instructus quidem erat Goliathus optimis armis. Vti tamen illis non potuit. Ante pugnam fractus est, quàm inciperet pugnare. Itaque Augustinus in 4. Sermone de Verbis Apostoli, Qui de se ipso præsumit, inquit, ante prosternitur, quàm pugnet. Est ea aurea planè sententia, nec tantum in spirituali bello, sed etiam in ciuili certamine semper vera: Nam qui contemnit hostẽ, sæpe vincitur ante pugnam. Deus potest prohibere nobis non tantùm res ipsas, sed etiam illarum vsum. Multi omni conatu ambiunt diuitias: sed frustra. Sæpè enim Deus illas non vult dare. Sæpè etiam etsi det, tamen vsum illarum non dat. Moriuntur enim multi antequam collectis diuitijs frui possint. Ita multi, cum honores omni studio & arte persequantur, tamen illos non possunt adipisci: multi adeptis non possunt frui. Iulianus Apostata cum incredibili odio ferretur in Christianos, minatus est, se parta victoria de Parthis, prorsus deleturum vniuersam illam sectam Galilæorum. Sed ille occidit in acie: & istæ minæ abierunt in nihilum. Achab minatus est, se ablaturum esse caput Michææ prophetæ, si redijsset ex acie incolumis. Sed occubuit in pugna, & nihil potuit. Quare si videamus nos esse in angustijs, non debemus cadere animis, sed potius ita cogitare: potentes quidem sunt hostes: sed Deus multò est potentior. Magnæ sunt nostræ angustiæ: sed maior est latitudo auxilij diuini. Succurrat etiam, Deum deijcere superbos; & humiles ac deiectos attollere.

Deus sæpe vsum rerum auffert quas dedit

Causæ cur Deus humilia erigat & alta deijciat.

Cur autem Deus ita faciat, multæ sunt causæ: vna ab œconomia. Nam si magna pergerent perpetuò crescere, postremò omnia occuparent, & teneri non possent. Et si parua & humilia perpetuò attererentur, postremò abirent in nihilum. Deus autem vult in rebus æqualitatem aliquam retineri. Altera causa est hæc: Id iuuatur ab aliquo, quod ad illud proximè accedit: vt id ab igne maximè calefit, quod proximè accedit ad ignem. Coniungimur autem cum Deo nõ loco, aut physico contactu, sed fide & pietate. Diuites verò sæpè fidunt diuitijs suis, & multa habent, quibus auferri possint à Deo. Fiducia autem tantò minus collocatur in Deo, quantò magis collocatur in diuitijs. Tertia causa est, quòd Deus hoc pacto maximè ostendit sapientiam, & potentiam suam. At tollere enim potentem quinis potest. Eum autem euertere solius est Dei. Hominem deiectum opprimere, non est ita magnum. Sed eum attollere, & in sublimi collocare, diuinæ cuiusdã potentiæ est. Non ergo debemus exterreri magnitudine & potentia hostium. Certi simus opera nostra coniuncta esse cum voluntate Dei: deinde illi euentum permittamus. Quicquid acciderit, bene & fortunatè cadet. Deus enim iuuabit nos: & ita iuuabit, vt hostium arma efficiat arma nostra. Hæc sapientia Dei magis elucebit, si partes singulas persequamur. Aduersus Ecclesiam Christi primis temporibus armarunt se tyranni, vt Neroues, Domitiani, Maxentij, Diocletiani. Sed hæc arma postea traducta sunt ad ecclesiam, cum Deus dedisset Constantinum, Valentinianum, Theodosium, Carolum magnum, & alios pios ac iustos principes. Armarunt se in ecclesiã philosophi omni genere doctrinæ & eloquentiæ. Sed his ipsis armis postea ecclesia vsa est contra philosophos. Multos enim hic numerare possem patres & eloquentissimos, & omni genere cognitionis instructissimos. Hodiè quoque papistæ contra nos armant se se Patribus, Concilijs, Canonibus, Decretis, Postremò etiam Decretalibus. Sed illis ipsis armis ipsi tenentur medij. In illis enim omnibus infinita propè sunt, quibus illos planè iugulem. Vix enim centesima pars est, quam illi vllo modo

Deus arma hostium efficit nostra.

Imò

bant, esse ea iam abrogata, esse abolita, non esse iam in vsu, non esse horum temporum. Aduersus nos vtuntur sacris literis: sed ita, vt diabolus aduersus Christum. In manibus, inquiebant te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. At Christus illa arma vel alienata illi à manibus. Scriptum est, inquit: Non tentabis Dominum Deum tuum: Non in solo pane viues: Dominum Deum tuum adorabis. Hæc tela prorsus detruncant illorum capita. Hæc sunt à Deo. Quare inseruire debent gloriæ Dei. Et quamuis ea interdum surripiantur nobis, re tamen vera semper sunt nostra. *Quare arma hostium seruiunt nobis.*

Cum Goliathus occidisset, statim Palæstini se coniciunt in fugam. Hoc est ingenium impiorum vbi aliquid præter opinionem accidit, desperant de Deo, & animos abijciunt. Isti omnem spem locarant in brachio carneo. Nos autem nostram fiduciam debemus in nulla re vnquam constituere. Palæstini fugiunt. Hic apparet illorum perfidia. Nam Goliathus antea illorum animos obtinuerat conditionem, vt si ipse victus esset, Palæstini seruirent Israelitis. Nunc autem non seruiunt, nec subijciunt se, sed fugiunt in præsidia. Si videamus florere impios, non debemus animo cadere, aut ea causa deflectere ad impietatem. Quæcunq; enim erunt exordia fabulæ, Catastrophe erit bona. Aliæ enim res sunt piorum, aliæ impiorum, siue principia spectes, siue fines. Impij sæpe initia habent dura, sed exitus lætos & optabiles. Impij verò initia habent felicia: sed exitus semper calamitosos. Palæstini canunt victoriam non tantum ante victoriam, sed etiam ante pugnam. Sed statim victi & diffugiendi profligantur. Iudæi ex summa desperatione repentè fiunt victores. Vnde est in rebus humanis tanta conuersio? Philosophi aiunt, eam esse naturam contrariorum, vt vnum post alterum consequatur. Sit ita. Sed quis ita instituit, vt ea se mutuo excipiant, vt hac occasione, hoc tempore, hoc loco magis, quàm alio euenirent? Ita velint, nolint, coguntur postremo venire ad Deum. *Palæstinorum perfidia.* *Vnde in rebus humanis tanta conuersio.*

Tulit deinde gladium eius, & euaginauit eum è vagina sua, interfecitq; eum.) Quomodo eum nunc interfecit, quem occiderat antea? Eum antea euerterat ictu & penè occiderat. Itaq; Iosephus ait, Goliathum exillo vulnere tantùm fuisse consopitum. Nunc autem Dauid gladio perficit facinus, eumq; prorsus dedit neci. Non patitur Dauid hostem deiectum viuere. Id enim fuisset exitiosum, si pepercisset, quem Deus volebat extinctum. Nam Propheta respondit Regi Israel, cùm dimitteret manibus Benadad regem Syriæ: Anima tua erit pro anima illius. Et Deus in Exodo ait, si aliquos reliquissent Palæstinos superstites in terra Chanaan, illos fore tanquam spinas & tribulos oculis eorum. Atq; ita euenit. Cum enim illos maluissent esse tributarios, ex eo consequuta sunt infinita mala. Ita nos quoq; aduersarijs nostris caput ipsum debemus eripere. Multi Papistæ obtrudunt nobis nonnihil de Iustificatione, de Gratia, libero Arbitrio. Interim tamen retinere volunt aut Missam Papisticam, aut inuocationem mortuorum, aut alia similia. Sed ista parua, quæ videantur, excrescunt postea in immensam molem. Caput ipsum auferendum est. Alioqui non satisfenestra vincitur. Ambrosius Sermone 88. De tumultu bellico, videtur hunc locum perperam exponere. Ex eo enim, quod legitur, Goliathum ictum accepisse in capite, ait, Omnes percutiuntur, qui non muniuntur signo crucis. Videtur eo loco aliquid tribuere externæ imagini crucis, & populum hortatur, vt ita subinde se suosq; muniant. Sed melius Augustinus in Sermone de tempore. Impij inquit, non signantur cruce. Sed id interpretatur: Deus inquiens, non de picturis, sed factoribus. Facinus istud præclarum Dauidis erat opus fidei. Nam in Epistola ad Hebræos numeratur inter eos, qui fide vicerunt regna. Dauid vicit, non sibi sed populo. Christus diabolum vicit, non sibi, sed fidelibus. *Opus Dauidis habet testimonium diuinarum literarum.*

Tulit insuper Dauid caput Philisthæi, intulit illud in Ierusalem.) Quod ad tertium attinet, Dauidem caput collocasse Goliathi Hierosolymis: arma autem eius in tabernaculo suo, hoc est, in castris. Ita enim Chimhi & alij quidam Rabbini exponunt: Dauidem arma illa habuisse apud Bethlehemum. Nam in castris non habuit tabernaculum. Caput autem non statim à victoria ferunt Hierosolymis. Primùm enim aduocatus est ad Saulem: deinde illud circumtulit per pagos Israelitarum, vt senes, pueri & mulieres, & alij qui pugnæ non interfuerant, viderent monumentum gestum, & Deo gratias agerent. Postea caput illud collocauit Hierosolymis, vt res ea esset posteris etiam posteris conspicua. Erat enim vrbs illa non obscura. Hoc etiam fortasse Dauid fecit, vt animi Hiebusæorum, qui adhuc arcem Hierosolymitanam tenebant, conspecto & quasi posito tanto Dei erga Iudæos beneficio, consternerentur. Neque verò credendum est, Dauidem his trophæis & titulis venditasse gloriam suam. Spectabat tantùm gloriam Dei, eamq; quærebat, atque eminere, atque ab omnibus conspici cupiebat. Non enim sua quærebat sed Dei. Difficilè est plenè intelligere id, quod de armis traditur. Post enim 21. cap. legimus, gladium Goliathi esse in Nobe, & sacerdotem illum Dauidi tradidisse, cùm fugeret Saulem. Quare non est *Cur Hierosolymis fixerit caput Goliathi.* *Quid in his trophæis spectarit Dauid.*

De gladio & de armis Goliathi.

verisimile eundem gladium fuisse in tabernaculo Dauidis. Ioseph Kimhi pater, Dauidis, putat eandem esse ciuitatem Hierusalem, & Nobe: & vocem illam, Nobe, magis cognomen esse vrbis, quàm notam discriminis. Id Kimhi cùm narraret, fortasse patri suo aliquantulum detrahere voluit. Id enim alioqui non potest vllo modo constare. Nam & vndecimo capite Nehemiæ, & decimo Esaiæ, Nobe diuersis verbis seorsim numeratur à Hierusalem Kimhi, vt dissoluat hunc nodum, distinguit gladium ab armis. Itaq; putat arma Goliathi fuisse in tabernaculo Dauidis, gladium autem in Nobe in tabernaculo Dei: idque vt homines, cùm vndique venirent ad sacrificatum, conspecto gladio agnoscerent Dei beneficium, & illi gratias agerent: deinde etiam animos suos confirmarent, Deum sibi in simili casu non defuturum. Sed obijcies, gladium illum obuolutum fuisse panno, neque à populo conspici potuisse. Responderi potest, illum aliquo tempore anni propositum fuisse, vt videretur: cætero fuisse tectum. Verum, quicquid est, hoc illis relinquamus. Sed hic appareret harum rerum pulcherrima distinctio. Versari enim solent homines aut in Republica, aut in templo, aut domi. In istis singulis locis Dauid aliquid esse voluit, quod à populo spectaretur: arma domi suæ, caput in ciuitate, gladium in templo. Neq; nouum erat hoc factum Dauidis. Dominus enim in Lege iussit partem aliquam mannæ conseruari, & virgam Aharonis, & laminas, quæ conflatæ erant è thuribulis. Nam eas iussit affigi ad altare, vt omnes intelligerent Deum esse vltorem violati sacerdotij. Certè fides nostra ignaua sæpè est & languet, & huiusmodi admonitionibus excitanda est. Hoc pacto Deus voluit virtutem Dauidis notam esse omni populo, & electionem, quam Samuel ante occultè celebrarat, omnibus patefieri, vt via aliqua sterneretur ad id, quod Deus destinarat. Nihil hîc est, quod Papistas iuuare possit, vt lignum crucis, aut reliquias sanctorum & nugas suas venditent. Ista enim illorum tantùm erant temporum: & nitebantur verbo Dei. Et Dauid Propheta erat, nec hoc fecit sine afflatu spiritus. At Papistæ, quò suas ineptias tuantur, verbum nullum habent. Non enim dico, istos, quod grauissimum est, illa sua colere & adorare. Nam nemo vnquam adorauit gladium Goliathi, aut mannæ, aut laminas. Cadauera autem in lege habebantur pro immundis, vt qui ea tetigisset, immundus esset vsque ad vesperam. Quod nos rò circunferunt & ostentant lignum crucis, ridiculum & absurdum est. Habemus enim satis alios qui multa testimonia & illustria monumenta victoriæ Christi, verbum Dei, & Sacramenta. Sed quis mortalium satis certò scire potest, esse istas partes crucis Christi? Certè si omnia frusta in hunc conferrentur, haud dubiè æquarent arcam Noe. Nec mirum. Plures enim accurrunt ad has quisquilias, quàm arca Noe capere potuisset. Quod autem lignum illud adorari volunt à populo, id verò nullo modo ferri debet.

Locorum distributio. Deus author vt seruarentur monimenta.

Contra reliquias.

55 *Quumq; vidisset Saul Dauidem egredientem in occursum Philisthæi, dixerat ad Abner principem militiæ, Filius cuius est iste puer, Abner? Respondit Abner, Viuit anima tua Rex, si noui.*

56 *Et dixit Rex, Interroga tu, filius cuius sit adolescens.*

57 *Quum autem reuerteretur Dauid à cædendo Philisthæo, tulit eum Abner, & adduxit eum ante conspectum Saulis, habentem caput Philisthæi in manu sua.*

58 *Dixitq; ad eum Saul, Filius cuius es, puer? (Respondit Dauid, Filius serui tui Isai Beth-halamitæ.*

Quomodo Saul ignorabat Dauidem.

Saul cùm videret Dauidem ita animosè & intrepidè ire in hostem, aduocauit Abnerem, & quis, inquit, est iste adolescens? At ille, *Viuit anima tua, si scio.*) Non est hoc iusiurandum per creaturas, sed phrasis Hebraica in iuramentis vsitata. Habet autem formam benè precandi. Ita in iurando adhibere solemus interdum formas imprecationum: vt cùm dicimus, disperem, si ita sit. Viuit anima tua, ergo nihil aliud est, quàm, ita sis incolumis, ô Rex, & viuas. Sed quomodo, inquies, potuit Saul nescire Dauidem, quem antea habuerat domi, cuius beneficio & arte aditum fuerat, quem creauerat armigerum, quemq; petierat à patre? Quidam Rabbini respondent Saulem nosse quidem Dauidem, sed iam tantùm interrogare de eius patre. Sed hoc non videtur commodè conuenire cum historia. Saul enim miserat nuntios ad Isai, & ille vicissim munuscula ad eum remiserat. Quidam putant, cùm nuntij mitterentur, mentionem factam fuisse tantùm generatim de patre. Nihil autem Saulem intellexisse, nec quis ille esset, nec vbi habitaret. Ioseph Kimhi ait, Saulem, cùm videret tantam virtutem in Dauide, interrogasse, quo patre esset, hoc est, haberet ne patrem bellicosum, vt, si ita esset, eius industriæ magis fideret. Cogitauerat enim illum præficere aliquot cohortibus. Alij aiunt, eum nosse quidem Dauidem: sed iam tantùm de eius tribu, familia, domo interrogasse. Erant enim in vna tribu multæ familiæ. Scire ergo voluit ex qua stirpe, ex qua familia esset

...inus habiturus esset quæritur. Alij putant, Saulem scisse aliquando, & quis Da... præsipue, quo patre esset: sed propter grauia negotia & curas regni hæc omnia fu... Alij id attribuunt moribus aulicis. Ibi enim tam diu quisque agnoscitur, quàm diu ... quid principem. At si dimittatur ex aula, vt Dauid remittebatur ad pecudes, statim ...nem. Hæc illi. Ego verò vno verbo dicam, quid mihi videatur. Saul agitabatur me... habuit melancholicum, & valdè turbatum. Non ergo mirum, si in illa caligine ...gnorarit. Multi enim per furorem non dignoscunt ne parentes quidem suos. Liberum ...que cuiquam erit, quam expositionem ex his omnibus malit sequi. Abnerum autem igno...dum, non est mirum. Nam cum perpetuò versaretur in castris, non potuit scire, quid a... palatio principis. Hic scire debemus, Dauidem adumbrasse in se typum Seruatoris no... Typus Christi
...Itaque in omni hac historia oculi referendi sunt ad archetypum. Dauid missus est ad ... Christus missus est ad humanum genus. Dauid venit ad iuuandos fratres suos: Christus ...dos homines, qui iam perierant. Dauid vsus est funda, & armis leuissimis, & in speciem ...dis. Christus vsus est cruce, ignominia morte. Dauid impediebatur à fratribus: ita ...à suis. Dauid vicit non sibi, sed populo, ita Christus non sibi, sed humano generi. Post ...riam Dauid factus est Rex: Christus post victoriam suam ascendit in cœlum, & regnat ...in Patris.

DE SINGVLARI CERTAMINE SIVE DVELLO.

...videndum est, an liceat decertare singulari certamine. Vulgò appellant duellum, non ...id vox ea propriè significet. Nam propriè duellum significat omne prælium, quod in eo ...inter confligant. Ego tamen, quo hæc tractatio sit dilucidior, μονομαχίαν appellabo duellum. Duellum. An duellum sit licitum.
...loquuntur, duello dimicauit, ergo licet. Et patres dum scriberent in hunc locum, aliquid de ...statuerunt. Canonica tamen iura id prorsus damnant. Et recentiores iurisperiti, cum de eo ...pronuntiatur, rem quidem ipsam damnatam esse. Quoniam tamen toleratur inter principes, ...se dare consilio, quemadmodum ea sit vtendum: vt si disceptaretur de arte meretricia, a... enim fateretur, rem eam esse flagitiosam & damnatam. Sed quoniam in multis rebus pub...licis fatetur, se velle monere, qua moderatione ea sit vtendum. Multi dicunt licere duello certa ...de sententia capitalis feratur in innocentem, cum hac exceptione, nisi velit duello decerne... Alios putant licere, si lites ciuilium & criminalium rerum aliter finiri non possint. Aiunt exem... Christianorum principum, qui non solum hoc permiserint alijs, sed etiam ipsi ita certa ...dant. Addunt hoc genus certaminis habere speciem aliquam sortis. Cum autem sortes permittan... quod nos suprà prolixè docuimus, hoc etiam eodem iure posse permitti. Postremò aiunt, ...minus licere quàm bellum. At bellum legitimè posse geri, ergo etiam duellum. Antequam Duellum à bello differt.
...ipsam accedo, præfari oportet, magnum discrimen esse inter duellum & bellum. Nam in ...contenditur magnis, sæpe etiam totis viribus. At hic totius rei disceptatio, duobus tantum ...datur, & quamuis Magis & Minus, vt aiunt, non mutet speciem, tamen hic magna sunt di... Deinde etiam considerandum est magnam esse differentiam inter duellum & defen... Μονομαχίαν & vim vi repellere differunt.
...cem eam, qua dicunt vim vi licere repellere. Nam qui ita inuaditur à grassatore, aut latrone, & ...spoliatus, tamen satis armatur à Republica, tantum vt se defendat, non autem vt occidat alte... Nam qui in eo loco est, non potest semper inuocare fidem magistratus. Hic autem ex con... Duellum permissu magistratus aut absq; eo susceptum.
...conuenitur, & vterque prorsus decretum habet alterum occidere. Adhæc ista certamina ...fiantur vel priuato consilio, vel permissu magistratus. Illud omnino damnatur. Scribitur ...Non occides. At si id magistratus permittat, videtur in eo species aliqua esse iustitiæ. Scire ...debemus, parendum non esse magistratui, si aut imperet, aut permittat ea, quæ iniusta sint; ...pugnent cum verbo Dei. Obtemperandum quidem est magistratui, sed vsque ad aras. Cumq; ...huiusmodi pugna sit actio humana, id in ea obseruari debet, quod obseruatur in alijs actionibus, ...finis quem ea finem suscipiatur. Finis autem actionis cuiusque rationem habet, aut iustitiæ, ...iniustitiæ, aut bonitatis, aut malitiæ. Sumemus ergo rationes primùm à verbo Dei, deinde à ...legibus: postremò à fine. Nunc ad rem ipsam aggredior.

...finales, propter quas quidam putant duellum esse permittendum, variæ sunt & mul... An duellum sit iusta probatio rei occultæ.
...quid authores, multorum generum, & iurisperitos, & canonistas, & scholasticos sparsim ...sectam. Primum id licere aiunt, quod sit loco probationis rei occultæ, vt liquere possit, ali... habere ius, aut esse innocentem. Nam cum non extent nec testes, nec tabulæ, extremum est, ...detur armis. Et à iurisperitis hoc genus probationis vulgare appellatur ivrin Decretali...

bus, De purgatione vulgari, & ibidem de Clericis duellum certantibus, & in Decretalibus, qui cogun-
Consuluisti, & cap. Monomachia. Dicitur autem vulgare, quod sine certo vulgatum, & definitam
vim autem non habeat aut à iure, aut à legibus. Itaq; fallax & incerta est eiusmodi probatio. Non
licet abuti creaturis Dei. At isti abutuntur: id enim arripiunt ad testimonium, quod à Deo illis
non fuit in illum vsum. Idque exitus sæpè declarat. Iustior enim pars non semper vincit, ita enim
videtur ordo esse naturæ, vt vincat non innocentior, sed fortior, & peritior. Et in Decretalibus De
purgatione vulgari, ca. Significantibus, describitur casus. Duos, quorum vnus alterum accusabat
furti, inter se probationis causa pugnasse duello, & iustiorem extitisse. Nam furtum innocentem fuis-
se apud alium. Quod autem ius cuiusque sit, probari potest, si consulere velis sacras literas. Ibi te-
stibus, vt cùm dicetur, In ore duorum aut trium testium stabit omne verbum: vel ex tabulis
Heremiæ 32. cùm affinis vellet redimere agros conscripta sunt, & obsignata tabulæ: vel publicæ
confessione, itaq; Iosue iussit hominem sacrilegum confiteri scelus suum publicè, & dare gloriam
Deo: vel iurgiurando, itaque in Exod. si quis alteri mutuò dedisset vestem, & postea fuisset subla-
ta, oportuit eum, cui fuerat commendata, iureiurando confirmare se eam non subtraxisse. Item
cap. ad Hebræos scribitur, Omnis controuersiæ finem esse iusiurandum. Duello autem dirimen-
das esse lites nusquam legitur in omnibus sacris literis. Quare qui ita pugnant, non agunt ex fide,
quod autem non est ex fide, peccatum est. Nec dubitari potest, hanc esse vtriusq; voluntatem, ex
alterum velit interficere. At alterutrum necesse est innocentem esse. Volunt ergo qui ista defen-
dunt, hominem innocentem interfici. Adhæc quid hoc aliud est, quàm tentare Deum? Nam si res
nullis vestigijs possit deprehendi, & Deus eam sibi soli reseruarit, intolerabilem oportet esse im-
portunitatem, eam velle inuestigare. Quod si omnibus tentatis iustis rationibus magistratus nihil possit de facto intelligere, debet absoluere reum, non eum fortuitæ dimicationi committere.
Præterea magistratus, qui ita fieri permittit, videtur quærere miraculum, quod olim in ferro candenti, & in aqua feruenti solebat fieri. Nam in Decretalibus, De probatione vulgari capite vltimo
scribitur, morem fuisse in Liuonia, vt si crimen iustis argumentis probari non posset, & reus clamaret se esse innocentem, probationis ergò aut ferrum candens prehendere, aut in aquam
feruentem manum immergere. Imò in hunc ipsum vsum, vel potius in hunc abusum, solim sua
aliquando adhibere Eucharistiam cum hac formula verborum: Corpus Domini nostri Iesu Chri
sti sit tibi ad probationem. Videtur ex Gazozelia quædam fuisse aqua zelotypia, quæ describitur
in 5 cap. Num. Verùm de hac profanatione & abusu Eucharistiæ nullam illi habuerunt verbum
Dei. Neq; enim in hunc finem instituta sunt Sacramenta, vt ad dirimendas lites forenses adhibe-
rentur. Sunt testimonia cœlestis doctrinæ, & Euangelij, & obsignationes atq; sigilla promissio-
num diuinarum. Quare non debebant ita temerè prostitui ad sopiendas ciuiles controuersias. Deinde, vtcunq; caueatur, vt paria sint arma vtrinq; . & vt ne quis sucurrat alterutri, tamen cauere
non potest, quin alter altero sit imbecillior. Iniquum autem est, vt imbecillior cum fortiore com-
mittatur. Itaq; quidam ex patribus appellebant hoc inuentum diaboli.

Ius suum quomodo quis probare debeat.

Duello petitur mors innocentis.

Tentatur Deus.

An liceat duellum suscipere causa virium ostentandarum

Ludi tollendi in quibus vita & salus hominis periclitatur.

Altera causa, cur homines velint ita dimicare, est ostentatio virium. Quidam enim Tarsienses, si quando vident se contemni, statim prouocãt ad certamen. Sed illa insania nullo modo ferri debet. Imò Panormitanus De torneamentis cap. Felicis ait, Omnes ludos, in quibus periclitatur aut vita hominis, aut salus animorum, omnino tollendos esse, quod pugnent cum verbo Dei. Nec
que verò ille solus ita sensit, sed etiam leges ciuiles. In Cod. De gladiatoribus, est lex Constantio ciuili, & pace domestica cruenta spectacula non placent. Duellum autem, de quo loquimur, est quodammodo gladiatura. Et Leo, & Anthemius in Tit. De ferijs, leg. Dies festos, sancinnt, vt lachrymosa spectacula ferarũ tollantur. Ea autem erant vt homines cum vrsis, aut leonibus committerentur. In Digest. ad Legem Aquiliam Leg. Nam ludus, ita scribitur, Ludus noxius est in culpa. Et in proœmio Digest. par. Illud verò: Quis dixerit ludos, vnde oriuntur crimina? Est abusus vocis. Quidnis enim potius appellari debent, quàm ludi. Et in Authen. in tit. Vt omnes peregrini iudicibus prouinciarum, par. Primo, Iustinianus ait, fortitudinem citra iustitiam non esse laudabilem. Et addit, se patria lingua dicere fortitudinem. Nam Romani fortitudinem dicebant eam, quæ cum virtute coniuncta esset. Contrà autem in Cod. de Athletis, est lex Alexandri Mammææ, hoc
qui ter vicerint in certaminibus sacris, & legitimè coronati fuerint, habituros postea immunitatem. Et ad Aquiliam, leg. Quæ actione par. Si quis. Decernitur, vt si Pancratiastes aduersarium suum interfecisset, Aquilia cessaret. Extat etiam rescriptum Friderici Secundi, qui videtur ad hoc rem conniuere. Quod ad primum illud de Athletis & lustatoribus attinet, non damnamus quæ-
nia exercitia, quibus aut valetudo, aut vires possint exerciri. Quòd si quis fortè in illis occidatur, id & casu fit, & raro, & præter voluntatem eius qui occidit. De Aquilia enim illa legis vt

Obiectiones ad leges de iudicijs.

Responsio.

reddatur

...quod damnum datum non sit iniuriæ causa. At in duello animo destinato venitur ad cædem, vt alteruter occidatur. Friderici autem rescriptum corrigi oportet ...

...est, vt fugiatur ignominia. Prouocor, inquit, quispiam: quòd si fugio habebor pro ...ignominia toti familiæ meæ inuretur. Sed ista non est satis iusta causa. Vti enim debemus ...eius dignitas postulabit. Si honor tuus videatur venturus in discrimen, non ...da est vita: ea enim pluris tibi esse debet, quàm quiuis honor. Id potius videndum ...deducas iniurias professioni tuæ. Professio autem omnium Christianorum commu- ...facere, & malè pati. Quare principes grauiter peccant, qui faciunt huiusmodi certa- ...

An duellum liceat suscipere fugiendæ ignominiæ causa.

...causa est, odia, lites, inimicitias alio pacto sæpe non posse finiri. Itaq; duello experiun- ...aliquis aliquando esse possit malorum finis. Sed ne ista quidem causa est satis iusta. ...sunt rationes finiendarum litium. Illæ enim finiuntur aut per consensum partium, aut ...iudicis. Quòd si adhuc pergant, magistratus habet gladium: eo vti debet, non rem ...casui permittere. Habet arma, debet iustum bellum gerere, & tueri innocentem. Sed ...debet iustitia, non incerto exitu & fortuna duelli. Adhæc, cognita iam causa, nouit ma- ...terum esse innocentem. Quare eum no debet exponere præsenti neci. Non est illi com- ...missas gladij, vt eam postea duorum hominum temeritati & furori permitteret. Imò id- ...circo est in tanta authoritate, vt faciat quantum possit: quod certè non facit, si controuer- ...sias decerni duello.

An licitum sit duello lites finire.

...causa est, In exercitu ne periclitentur omnes copiæ, præstat rem omnem in duorum pe- ...constitui. Atqui id non satis est. Non enim faciendum est malum, vt veniat bonum. Quod ...ita iusta est, cur eam pateris in vnius capite periclitari? Primùm videre debes, ne bellum ...suscipias: deinde facere quantum potes, & omnibus copijs dimicare. Neq; enim iustitia ...ludibrio, & in duorum fortuna collocanda.

An sit in bello licitum, ne totus exercitus periclitetur.

...aliam causa, qua quidam è Scholasticis, quod dissimulare non debeo, victi, fatentur in ...posse eiusmodi tempus, cùm duellũ permitti debeat. In ea sententia fuit Caietanus. Quòd ...exercitus, inquit, & alter æquitate causæ superior, viribus autem multis partibus infe- ...ad manus veniatur, omnes sint necessariò perituri, potius est vnius vitam in dubium ve- ...torum exercitum ire in certum exitium. Verùm ne hæc quidem causa potest esse satis. ...scitur enim ex timore & desperatione. Deus enim, vt suprà diximus, non defendit in gla- ...clypeo, nec minus in paucis vincere potest, quàm in multis. Sed peribimus, inquies. Qui ...fides tua, anima Dei est. Et causa tua, si sit iusta, causa est Dei.

Si quis iustam causam habeat & in bello viribus sit inferior an tum duellum licitum sit

...dit Caietanus, Si innocens prematur calumnia superioris, & magistratus corruptus fe- ...capitalem sententiam, & alter non possit resistere, hic licet, inquit, recipere duellum, si ...magistratu. Nam si contra latronem liceat teipsum defendere, cur aduersus potentem ...iniquorem non liceat? Quid enim interest, vtrum ille stringat in te gladium, an magistratus ...Sic ita Dauid dicitur occidisse Vriam gladio Ammonitarum. Hic quidam dant ma- ...quorum, cur ita debeant, non video. Nam, vt supra docuimus, magnum est discrimen inter ...& defensionem contra latronem. Hic enim ex condicto pugnatur: ibi casu. Ille id agit, vt ...hic vt occidat alterum. Quid ergo faciam, inquies? Vt petas auxilium à Domino: & o- ...portet patiaris, quàm vt aliquid committas contra verbum Dei. Nunc respondendum est ...argumentis.

An liceat reciperе duellum, si id magistratus corruptus insonti offerat.

...dum, inquiunt, est magistratui. Fateor: sed vsq; ad aras. Finiri, inquiunt, lites non possunt ...one. Imo suprà docui, quibus rationibus finiri possint. Sancti principes ita certarunt. Etsi ...fuerint, tamen erant etiam homines, & falli atq; errare potuerunt. Et prudentissimè respon- ...Athenas, Legibus viuendum est non exemplis. Licet, inquiunt, vti sortibus: ergo licet ...respondeo, etsi aliquid sit sortis in duello, tamen accedit etiam cædes. Sed etiam Ionas, in ...sortibus abiectus est in mare. Imò deprehensus quidem est sortibus, at non proiectus. Sed ...prophetæ, iussu & afflatu Dei iussit se proijci. Bellum legitimè potest geri: ergo duellum ...Imò, supra docuimus, inter duellum & bellum multum esse discriminis. Sed Dauid pu- ...Goliatho. Fateor: Sed vt ita faceret, inducebatur afflatu Spiritus sancti. Neq; omnia quę ...viris facta sunt, trahenda statim sunt in exemplum. Hebræi conuasarunt bona Ægyptio- ...rum decreuerat sacrificare filium suum: Simson duxit vxorem alienigenam. Sed illud ...erat à Domino. Quare audiendæ nobis sunt rationes & bonæ leges: nam facta sanctorum ...miranda sæpe nobis potius sunt, quàm imitanda.

Responsio ad argumenta pro duello allata.

Duellum instum & necessarium.

Nunc verò proponam tibi lector, duellum necessarium, quod nobis semper gerendum est. Deus ipse duos aduersarios commisit inter se, veterem videlicet hominem & nouum: carnem & spiritum. Nam vt Paulus ait ad Galathas, Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Et ad Romanos: Prudentia carnis inimicitia est aduersus Deum. Scio, quòd non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum. Sentio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. Infelix ego homo quis me liberabit? Hic certamus, ne peccatum regnet in nostro mortali corpore, vtque vetus noster homo crucifigatur. Neque verò sunt ista ludicra spectacula. Castigo inquit Paulus, corpus meum, & in seruitutem redigo. Nec coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Et qui certant in agone, ab omnibus sese abstinent. Et, nemo militans Deo, implicat se carnalibus desiderijs. Et ad Hebræos vndecimo, Respiciamus Iesum Christum ducem & perfectorem fidei nostræ. Hoc duellum non est vnius horæ, aut mensis, aut anni, sed totius vitæ. Magnificum autem habemus theatrum: facti enim sumus spectaculum Deo, angelis & hominibus. Gladium habemus verbi Dei, scutum fidei: aduersarium diabolum. Non enim est nobis lucta aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus spirituales nequitias in cœlestibus. Vires habemus à Christo. Omnia possum in Christo, qui me confortat: victoriam ad extremum certam. Scio enim, cui crediderim, quod potens sit seruare depositum meum: Bonum certamen certaui, fidem seruaui, cursum consummaui: reposita est mihi corona iustitiæ. Et Deus subijciet satanam sub pedibus nostris.

CAPVT XVIII.

POsteaquam verò finem loquendi fecisset ad Saulem, anima Iehonathan alligata est cum anima Dauidis, & dilexit eum Iehonathan sicut animam suam.

2 Assumpsit ergo eum Saul eodem die, nec permisit ei redire domum patris sui.

3 Percusserunt autem Iehonathan & Dauid fœdus, quòd diligeret eum secundum animam suam.

4 Et exuit se Iehonathan pallio quo erat indutus, & dedit illud Dauidi, vestes quoque suas, vsque ad gladium suum, & vsque ad arcum suum, & vsque ad balteum suum.

IN hoc capite proponitur ob oculos hominũ fortuna, quàm varia & inconstans esse soleat. Quod etiam alibi passim fit in literis sacris, Iobi primùm describitur insignis felicitas, & diuitiarum magnitudo, & numerosa soboles: Postea verò his rebus omnibus sublatis sequuta est multitudo infinita miseriarum. Christo ingredienti in vrbem Hierusalem acclamatum est faustis vocibus Osanna: Statim tamen postea concilia inita sunt de illo tollendo. Ita nunc Dauid laudatur ab omnibus, habetur in pretio, fertur in oculis: At statim contra eius vitam & fortunas, insidiæ callidissimæ inuntur. Ita nulla felicitas est perpetua. Nec mirum.

Cur felicitas nulla sit perpetua.

Nam si ea cum impietate coniuncta sit, suo ipsius vitio euanescit: at si cum pietate, adest satan & odio inflammatus, vt eam extinguat. Deinde Deus hoc pacto vult probari suos, vt intelligant & infirmitatem suam, & gratiam Dei, vtq; illorum virtus apud alios innotescat. Ob eam causam semper post felicitatem sequuntur cruces. Venit Dauid in odium apud Saulem, quòd nimis magnæ laudes viderentur illi tributæ esse à populo. Itaq; Dauid ipse queritur in Psalmis: Pro eo, vt me diligerent, oderunt me. Non enim pro aliquo maleficio flagrauit hac inuidia, sed pro re optimè gesta, & conseruata Repub. Dilexit Dauidem Ionathas: dilexit eum etiam Saul: sed varia ratione. Sed solet sæpe fieri, vt qui plus amet, minus possit: quod in Ionatha & Dauide videmus accidisse. In hoc capite primo loco agitur de fœdere percusso inter Ionathan & Dauidem: deinde describuntur causæ, cur Saul in eum offensus sit: tertio loco eius odij proponuntur effecta: quæ postea sparguntur in totum hunc priorem librum Samuelis. Hoc autem in capite numerantur tantùm duo: primum, quod Dauidem configere voluerit ad parietem: deinde quòd illi filiam dederit in matrimonium, sed mala fide, vt ille per fraudem occideretur à Palæstinis.

Partitio capitis.

Amicorum paria.

Anima Iehonathan alligata est cum anima Dauidis.) Apud Græcos duo numerantur amicorum paria, Orestes & Pylades: Damon & Pythias. Romani etiam habuerunt suum Scipionem & Lælium: ad quos quidam adiungunt Ciceronem & Atticum. Inter omnes autem amicos eminentissimi duo, Dauid & Ionathas. Summa erat in vtroq; similitudo ætatis, religionis, pietatis & studij erga Rempub.

virtus fuum nomen in posterum, vt Regnū Palæstinæ liberaret. Hæc si-
mul amantes contracta amicitia. Magis autem & propius eos coniunxit oc-
casio. Nam cùm Deus videret odium Saulis in Dauidem, comparare illi voluit ali-
quem Ionathæ. Fuit ista amicitia constans & firma: pro fundamento enim habuit
patriam, & pietatem erga Deum. Amicitia ab amore dicta est, vt ait August. con-
tra Cresconium lib. 1. cap. 1. Ea autem in solo Christo fidelis esse potest, & in illo solo sta-
bilis. Verum amicitiæ oportet constantem esse & durabilem. Conciliator autem a-
micitiæ, vt eos ducat ad felicitatem, tam hanc æternam & veram. Nam aliæ felicitates inter
homines. Hæc autem nemo præstare potuit, nisi Christus. Iam videndum est, quid pro-
prie sit. Amare esse bene velle, cui possis, benefacere alicui, ipsius gratia, non tui.
Esse videri possit probabilis; tamen corrigenda est. Nemini enim debemus ipsius
gratia, sed propter Deum. Sed Philosophi in secundis causis constitebant: vt si quem vi
derent bonum, eum amandum esse dicerent propter seipsum. Nos autem altius oportet
in Deo causas rerum constituere. Cicero definit amicitiam esse diuinarum, & huma-
narum benevolentiæ & charitate consentionem. Sed Aristot. in Ethicis loquitur pau-
lò aliter amicitiam esse benevolentiam. Sed fit sæpè, vt aliquis amet ingratum; nec
amor ergo mutuam. Sed quidam amant se ipsos: qui tamen se ipsos mutuò redamari
oportet ergo vtrunq; benevolentiam suam alteri patefacere. Deinde benevolentiam
non moueri propter certum aliquod bonum. Non enim diligimus, nisi certa de cau
sa referuntur vel ad vtilitatem, vel ad voluptatem, vel ad honestatem. Sed qui aut ve
ra vtilitate inducuntur ad amandum, temerè amant, & per accidens. Nam si voluptatis
causa desineret, amicitia confestim solueretur. Amicitia autem, quam virtus copulauit,
nunquam soluitur. Virtus enim est habitus longa assuetudine comparatus, qui re-
manet. Fuit ergo inter Dauidem & Ionathanem constans amicitia. Seneca Epist. 9.
reprehendit Epicurum, quòd dixisset amicum quærendum esse, vt si opus sit, habe-
as: si ægrotes, habeas, qui assideat. Nam longè suauior est amicitia, inquit Seneca, quæ
offeri, quàm quæ iuuatur ab alio. Quærendus ergo, inquit, amicus est, vt habeas, cui tu
possis, vt habeas, cui tu, si ægrotet, possis assidere. Nam Appelles, inquit, & Praxiteles
voluptate capiebant ex operibus suis, cum ea nimiam fingerent & haberent in manibus,
vel ea haberent postea facta & perpolita in cubiculo. Ita verus amicus magis delectatur,
si ipse alteri bene faciat, quàm si beneficium recipiat ab alio. Ionathas autem Dauidis causa
non erat periculum, quod non subierit. Saul etiam amauit Dauidē: sed longè alio modo quàm
Ionathas. Ionathas verò amauit Dauidem tantùm ex generali illo præcepto, Diliges proxi-
mum tuum sicut teipsum: sed propter insigne studium, quod in eo deprehendit, Reipub. & pieta-
ti debitum, regnum eripiendum esse Sauli, & dandum esse alteri illo meliori. Et illum al-
ter suspicatus est fore Dauidem, quemadmodum post videbimus in hac historia. Ita ta-
men amauit, vt hac causa nihil illi inuideret.

Cauſa amoris Dauidis & Ionathæ.

Cur hæc amicitia conſtans fuerit.

Quid ſit amare.

Amicitiæ definitio.

Amicitiæ veri & falſi fines.

Reprehenſio Epicuri.

Amat Dauidē Ionathas non tantum ex generali præcepto.

Percussit autem Ionathan & Dauid fœdus.) ברת. Est fœdus à cædendo, aut percutiendo. Nam
in fœderibus sanciendis solebant olim cædere victimā. Ita Abraham cùm fœdus iniret cum
Deo victimam, & Dominus transiuit inter partes. Et Hieremias queritur ca. 34. Transie
runt iuuencæ: & tamen Deo fefellerunt fidem. Alij vocem eam ducunt à Bara, quod est
creare esse. Nam in feriendis fœderibus deliguntur certa quædam capita, quæ sanctè
seruabant: aut quod ea ingenuè & candidè proponi oporteret, sine fuco aut fallacia.
Ex textu, quæ fuerint conditiones huius fœderis: credibile tamen est, vt Reipublicæ
consilio prouiderent, vt Dei gloriam, & religionem procurarent, vtq; ea amicitia sta-
ret apud illorum posteros.

Vnde dicitur Fœdus.

Dedit Ionathas pallio quo erat indutus, & dedit illud Dauidi.) In sanciendis fœderibus ad-
hibebant symbola, vti diximus. Et quoniam hic non fuit, Ionathas adhibere voluit alia, quæ
essent coniunctissimæ necessitudinis. Declarat autem hoc symbolo, omnia sua cum
Dauide communia, quemadmodum esse oportet amicorum. Christus verò cùm nobiscum
fœdus, longè adhuc arctius & illustrius adhibuit charitatis erga nos suæ symbolum.
Dedit nobis non clamydem, aut baltheum, sed corpus & sanguinem suum, idq; nobis sem-
per in pane & vino, fide & spirita sumentibus communicat. Ob eamq; causam ea cœ
na est sacramentum.

Symbolum datarum veſtium.

*Diligebatur autem Dauid ad omnia ad quæ mittebatur cum Saul, & prudenter
se gerebat. Posuitq; eum Saul militibus, placuitq; in oculis totius populi, simulq; in oculis
seruorum Saulis.*

Factum autem, dum venirent ipsi, reuertente Dauide à percutiendo Philisthæo, egressæ sunt mulieres de vniuersis ciuitatibus Israel cantando & choreis occurrere Regi Saul cum tympanis, lætitia, & tripudiis.

7 Alterutri autem canebant mulieres, & ita dicebant: Percussit Saul mille suos, & Dauid decem millia sua.

8 Iratus est Saul valde, displicuitq; in oculis eius verbum istud, & dixit: Tribuerunt Dauidi decem millia, mihi autem centum mille: & plus ei nihil restat nisi regnum?

Nunc dicendum est de dilectione Saulis. Fuit ea primum quidem sed à certa profecta ratione prudentiæ: quod videret Danidem esse adolescentem fortem & industrium, aptum ad defendendam Rempublicam. Et statim à principio, si quos vidisset eius modi viros, eos solebat sibi adiungere. Dilexit ergo Dauidem sua ipsius causa, non propter Deum. Nam cùm illum videret posthæc esse in magno honore apud populum, & iam nonnihil timeret regno suo, cœpit eum odio prosequi Vatinianos.

Præstantem virum Saul militibus.) Dauid ex apilione, fit dux militaris. Fit in eo manifestum, quòd non tùm prudenter se gesserit, sed etiam feliciter. Prudentia est recta ratio rerum agendarum. Rerum autem aliæ sunt domesticæ, aliæ publicæ, aliæ militares, quibus addere etiam possumus Ecclesiasticas. Hic agitur de prudentia militari. Sed unde eam nactus est Dauid? Haud dubiè à Deo. Neque enim exercitationem versatus vnquam fuerat in armis. Sed Spiritus Dei, qui dicitur spiritus consilij, spiritus sapientiæ, spiritus scientiæ, est etiam spiritus militaris prudentiæ. Quos enim Deus vocat ad aliquam functionem, illis vires atq; animos suppeditat, quò munus suum obire possint. Verùm non satis est prudentia aut felicitas: accedere etiam oportet authoritatem. Itaq; additur, Dauidem fuisse in gratia apud populum, & apud aulicos. Mirum autem id est, præsertim apud aulicos. Illi enim inuidere solent, si quis ex obscuro loco emergat in aliquam florentem fortunam. Nactus est autem Dauid hanc authoritatem non adulando, non donatiuis aut congiarijs, aut viscerationibus, sed rebus gestis.

Vnde Dauidi prudentia.

Vnde Dauidi authoritas.

Fuit autem, dum venirent ipsi, reuertente Dauide à percutiendo Philisthæo, egressæ sunt mulieres de vniuersis Israel cantando.) Tanta fuit ista gratia Dauidis, vt occultari non posset, sed vltrò erumperet. Nam cùm Saul rediret victor à cæde, cum triumpho, mulieres & puellæ processerunt obuiam & cecinerunt, Saulem occidisse mille: Dauidem autem decem millia. Hinc nata est illa inuidia Saulis in Dauidem. Mulieres solitæ sunt triumphos principum ornare tripudijs & canticis, vt apparet in Exodo, cùm Pharao submersus esset in mari rubro: & in historia Iudicum de filia Iephthæ, quam cum choreis puellarum patri processisse obuiam. Hæ mulieres laudant Dauidem, & eum Saulem tantùm præferunt, quantum mille hominibus præferuntur decem millia. Huiusmodi collationes in omni vita semper sunt odiosæ. Sed istæ laudes efferuntur etiam ad exteros nonnullos. Nam, cùm Dauid exul fam & fugiens Saulem recepisset se ad Achim, eius nobiles reclamarunt. Annon est hic, inquiunt, ille Dauid, de quo cecinerunt, Occidit Dauid in decem millibus? Nec malè illi fecerunt: Virtus enim laudem crescit. Nihil ergo hic peccatum est ab illis mulieribus. Fœnum enim est virtus, & alij ad eam excitandi.

Consuetudo mulierum occurrentium in canticis.

Et iratus est Saul valde, displicuitq; in oculis eius verbum istud.) Id malè habuit Saulem, quòd videret à mulieribus præferri Dauidem. Tyranni enim non libenter ferunt efferri aliquem suis. Omnem laudem suam volunt esse propriam. Quicquid autem honoris datur alijs, id illis detractum putant. Sant iusto Dei iudicio datur affligendus grauissimis affectibus, inuidiæ, timori, iracundiæ. Nam ex tristitia nascuntur & affectus illi, quos modò dixi, & nemesia atque æmulatio. Iracundia est tristitia, quæ ex eo nascitur, quòd aliquis putat se contemni. Irascebatur Saul, quòd videret se à populo non satis magni fieri. Huc accessit timor de regno. Patuit enim ei Dauidis fama & potentia ita crescere, vt sanum suum non posse diu esse incolumem. Laborauit etiam inuidia, quòd videret à Dauide gloriam suam obscurari. Ex his affectibus ortum est postremò incredibile odium: quo affecto nihil est deterius aut impotentius. Odio enim ita efferuntur homines, vt malè velint alicui propter donum illi collatum à Deo. Quod quid aliud est, quàm odisse Deum. Quare Saul Dauidem quod is omnibus capiebat extinctum & perditum. Odium quod est, inquit Aristoteles, quo extremum malum & exitium alicui imprecamur. Ille enim affectus nihil habet mediocre. Chrysostomus in Hom. de Saule & Dauide, Mulieres, inquit, illum non Saulem læserant: ille enim re vera nihil fuerat meritus. Nam cùm Goliathus per dies quadraginta idq; bis in singulos dies blasphemasset Deum Israel, illæ præ timore & desperatione se intra mœnia continuit. Laus ergo ea propria Dauidis fuit. Tamen mulieres in aliquem eius honorem

Ira. Timor. Inuidia.

Odium.

Quàm iniustè Saul trascatur Dauidi.

Saule? Nihil ergo causæ fuit, cur id Saul ita indignè ferret. Etsi enim maior pars Dauidi, non tamen propterea illi fit iniuria. Neq; enim hoc proprium est Regno regno nemo illis sit robustior. Dauid potius molestè ferre debuit, aliquam laudi, & communicari cum Saule. Mulieribus potius illis irasci debuit. Dauid enim nec composuit, nec cecinit. Sed vt canes percussi ab aliquo, in lapidem, quo eos dicas inuadunt, eum autem qui miſit lapidem non attingunt, ita Saul mulieribus iratus, non irascitur: in Dauidem autem innocentem omnem iram suam effundit, filio suo, quòd sibi esset malè conscius. Nam audierat iam antea è Semuele, se abiecto, & regnum datum iri alteri, proximo suo, se meliori. Videt iam Dauidem fore similem: cum enim ex pacto habiturus erat generum. Cogitabat ergo secum, illum esse, qui destinarat successorem. Itaq; eum omnibus periculis objicit, & grauissimè afflictione imprudens & amens, Dauidi munit viam ad regnum. Ille enim interea ornatur & felicitor, & indies magis magisq; crescit. Nam populus, cùm videret Dauidem indignè vexari, cœpit erga eum affici misericordia. Hic ergo Dauidi iacta sunt fundamenta. Nisi Saul illum fouere voluisset, & magni facere, & ille voluisset affectare imperium, fuisset omnium ingratissimus.

Vt Saul stultè se gerat.

Saul autem torue aspiciebat Dauidem à die illa, & vltrà.

Factum autem, postero die requiemit spiritus Dei malus in Saulem, & prophetabat in medio domus, Dauid autem psallebat manu sua, sicut consueuerat per singulos dies: Lancea quoq; erat in manu Saulis.

Et iaculatus est Saul lanceam, dicens, Percutiam Dauidem ad parietem. At auersus est Dauid à facie eius duabus vicibus.

Et timuit sibi Saul à Dauide, quod Iehouah esset cum eo, & à Saule recessisset.

Et amouit Saul eum à se, & posuit eum sibi tribunum, & egrediebatur atq; ingrediebatur ante populum.

Porrò Dauid in omnibus viis suis prudenter se gerebat, & Iehouah erat cum eo.

Quando; videbat Saul quod prudenter se gereret, valdè timuit à facie eius.

Porrò vniuersus vnaquæ Israel & Iehudah diligebat Dauidem, quia egrediebatur & ingrediebatur ante eos.

procrit a lium suum dissimulare. Cœpit intueri Dauidem toruis oculis. Affectus animum maximè relucent in oculis. Heu, inquit ille, quàm difficile est crimen non prodere, cùm Cain cœpisset odisse fratrem Abelem, & illi malum machinari, ita eum affatus est. Cur concidit vultus tuus? Nonne si bonè egeris, feres vultum alacrem, & erectum; Sin autem peccatum cubat ad fores, hoc est in vultu, & in oculis tuis. *Et prophetabat in medio domus*, id est, cogitare cœpit secum assiduè de tollendo Dauide: atq; ita furore corripitur, vt loquatur, hoc est, loquitur verba à communi sensu aliena. Sæpe enim vt Aaicennus etiam animo furiosi & maniaci loquuntur alienis linguis, quas nunquam didicerunt. Hoc est hominum, vt insanos putent prophetare: & rursus veros Prophetas insanire. Nam in libro Regum cùm famulus Elizæi vaxisset Hiehu regem, qui illi assidebant, quid sibi vult, inquiunt? Cùm esset Propheta, tamen ab illis insanus iudicatur. Sauli furenti Dauid opitulatur quidem eius curat, sed malitiam non adimit: quanquam eam quoq; curasset, si cupisset. Odium enim nulla re alia melius emollitur, quàm beneficentia. Dauid tamen in hoc proficit.

Quid sit prophetasse Saulem.

Prophetæ habentur stulti.

Et iaculatus est Saul lanceam, dicens, Percutiam Dauidem ad parietem.) Saul cogitabat secum, eum posse facilè è medio tollere. Quis enim posset accusare me posse homicidium, quod in historia scribitur, Dicebat secum. Non ergo prorsus vincta & obstupefacta Saule facultas rationis. Turbatum quidem habuit caput: sed ita tamen, vt posset alios iudicare. Alij putant, vt dormientes sæpe somniant, quæ antea vigilantes cogitarant, ita furiosum etiam versari ante oculos superiorum cogitationum reliquias. Hic videmus, prauos affectus deducere postremò ad cædes. Suscitantur enim à diabolo, qui, vt Ioannes ait, ab initio homicida, quique nihil magis cupit, quàm cædem bonorum hominum. Hic etiam videmus Dei consilium. Antea enim direxerat lapidem Dauidis in Goliathum, ne aberraret. Hic auertit Saulis auertit, ne Dauidem possit attingere. Saul dices, hoc factum fuisse industria quapiam, vel ope aliqua diuina. Illum enim non ita attentum fuisse suæ musicæ, quin sibi cauere

Saul non erat prorsus insanus.

Deus vt dirigit, sic auertit tela.

vellet ab homine furioso. Fateor. Sed illa industria vnde fuit? Certè à Deo. Et quis illi cauisset & diligentius succeſſum dedit, niſi Deus? Multi enim aliquoſi ſibi diligenter cauent, & nihil proficiunt. Sed qui habitat in adiutorio altiſsimi, in protectione Dei cœli commorabitur. Deus eripiet illum à ſagitta volante in tenebris, & à dæmonio meridiano. Hic habemus expreſſam imaginem Chriſti. Is enim cum ira illa ſua cœleſtis doctrinæ mederi vellet, ſæuientibus Scribis & Phariſæis, venit in maximum periculum, & ſæpe coactus eſt auferre ſe ex medio. Nihil queritur Dauid, aut expoſtulat de his iniurijs: ſed hoc, quicquid eſt, aſcribit eius inimicis.

Christi typus.

Et timuit ſibi Saul à Dauide, quod Iehoua eſſet cum eo.) Leui Ben Gerſon ait, timuiſſe Saulem, quòd videret Dominum eſſe cum Dauide: id autem vidiſſe ex eo, quòd occidiſſet Goliathum, & bis iam declinaſſet ictum. Quæ autem ratione excuteret ſibi volebat timorem, illa eum auget meum. Ita ſi velimus, nos eſſe hoſtibus noſtris formidabiles, nihil opus eſt criſtis, aut haſtis, aut armis excantatis. Chriſtus ſi ſolus nobis adſit, ſatis erimus formidabiles. Hoc enim Dei ſolius eſt, hoſtium animos perterrefacere. Nam in Exodo pollicetur, ſe iturum ante populum ſuum, & timorem inculturum hoſtibus illorum.

Quomodo hoſtibus fiamus formidabiles.

Et amouit Saul eum à ſe, & poſuit eum ſibi tribunum.) Saul cogitat quidem aliquo modo mederi dolori ſuo: ſed omnia malè cedunt. Dauidē præterea ſpecie honoris à ſe remouet, eumq; facit tribunum mille militū. Quanquā ſunt, qui putent, illū antea fuiſſe præfectū totius rei militaris: nunc autem tantùm tribunum fieri: atq; ita eius dignitatem vehementer imminui. Verùm id mihi non videtur eſſe neceſſarium. Ablegat Saul Dauidem in militiam, vt perſequeretur Palæſtinos, atq; ita aliquo infortunio occideretur. Voluit Saul vim, quod ſolet dici, fidelia tres parietes dealbare: primùm vt liberaret ſe periculo: fortaſſe enim cogitabat ita ſecum, cùm ſolus ero in cubiculo, iſte poteſt aliquando me conficere: deinde vt videretur ſtare promiſsis: poſtremò vt Dauid de medio tolleretur. Iſtæ ſunt artes hypocritarum: aliud ſimulant, aliud agunt.

Quare Dauidem à ſe remouit.

Porrò Dauid in omnibus viis ſuis prudenter ſe gerebat.) Dauid in magna fuit gratia & apud Iſrael, & apud Iudā: & in rebus agendis magna vſus eſt felicitate. Hoc enim eſt, quod ſcribitur, Erat Iehouah cum eo. Odio habetur apud Regem: & amatur ab omni populo. Pulchra commendatio. Amabat autem eum populus, quòd videret ſe ab illo liberari, & illum ſolùm grauiſſima regni negotia procurare.

17 *Dixit igitur Saul ad Dauidem, Ecce filiam meam Merāb dabo tibi in vxorem: tantùm eſto mihi filius fortis, & gerat bella Iehouæ: Saul autem dicebat: Ne ſit manus mea in eum, ſed ſit in eum manus Philiſthim.*

18 *Dixit verò Dauid ad Saulem, Quis ego ſum, & quæ vita mea, & familia patris mei in Iſraele, vt ſim gener Regis?*

19 *Fuit itaq;, quo tempore danda erat Merāb filia Saulis Dauidi, & data eſt Adrieli Meholathitæ in vxorem.*

20 *Amauit autem Michāl filia Saulis Dauidem: quod nuntiarunt fuis Sauli, & placuit ea res in oculis eius.*

21 *Dixit ergo Saul, dabo eam illi, vt ſit ei laqueus, & ſit in eam manus Philiſthinorum. Idcirco dixit Saul ad Dauidem, In altera duarum ero mihi gener hodie.*

22 *Præcepit autem Saul ſeruis ſuis, loquimini Dauidi clam, dicendo, Ecce complacuit tibi in te Rex, & omnes ſerui eius diligunt te: nunc igitur gener eſto Regis.*

23 *Et loquuti ſunt ſerui Saulis in auribus Dauidis verba hæc. Reſpondit Dauid, Num leue eſt in oculis veſtris generum eſſe Regis, quum ego ſim vir pauper & deſpectus?*

24 *Renuntiauerunt ergo ſeruis Saulis ei, dicendo, Talia loquutus eſt Dauid.*

25 *Dixit autem Saul, Sic dicetis Dauidi, non eſt voluntas Regis in dote, ſed in centum præputijs Philiſthim, vt vltio ſumatur de inimicis Regis. Saul autem cogitabat ſtudere Dauidem in manum Philiſthim.*

Saul non ſtat fidei, quam dederat. Nec enim Dauidi aut filiam ſuam tradit in matrimonium, aut dat immunitatem familiæ, aut eas diuitias, quas promiſerat. De his tamen iniurijs Dauidi nihil queritur. Neq; enim, vt cū Goliatho dimicaret, cupiditate aut ambitione inducebatur, ſed virtute Heroica. Sed metus ille Saulis tantum abeſt, vt imminuatur hoc pacto, vt multò etiam magis augeatur. Itaq; ſpecie conciliandæ affinitatis obijcit Dauidem Palæſtinis, & in eo abuitur ſegnitia

fœdere

…ij. Vxor enim à Deo data est pro adiutorio: eam Saul offert Dauidi in reinam. …ver ita sacrosancta, cui homines abiecti à Deo velint parcere. Adnocat ad se Dauid …faciam promissa: hoc tamen vnum ex te requiro, vt sis fortis, & geras bella Domi …bus dulcius. Videtur loqui mel: re tamen vera venenū, eadem, mortem loquitur. …virum, non mea quidem causa, sed Domini: eius enim hoc bello propagabis glo… …abis Ecclesiam. Interim tamen sic secum cogitat: Ne sit manus mea super illum, …stinorum. Nam si illum apertè occidisset, verebatur seditionem populi. R. Salo… …vsum fuisse his insidijs, ne postea ageretur reus homicidij. Ita olim Scribæ & …die Pontifices & Episcopi clamant, Nos sancti sumus, nobis non licet interficere …Tamen Christum adducunt ad prætorium, & eum tradunt carnificibus. Nostri autem …duco, opinor, aduocant brachium seculare, ne videri possint aliquo modo irregula… …viuant, & loquantur, & doceant omnia præter regulam. Qui tyrannicè volunt impe… …Plato de Repub. speciem quidem gerere debent æquissimi principis, eau dam tamen …lupi & vulpis. Alioqui enim non succedet. Domitianus nulli magis creabat periculum, …cum suauissimè & blandissimè loquebatur. Et Herodes, Renuntiate, inquit, mihi, vt e… …veniam, & adorem: cùm tamen nihil aliud cogitaret, quàm de cæde Christi.

Quis ego sum, & quæ vita mea, & familia patris mei?) Non ita Dauid oblitus erat sui, vt non me …Samuele vnctum fuisse Regem. Quomodo ergo sibi nunc videtur indignus filia regis? …occidisse Goliathum, affinitas regis illi debebatur ex pacto. Respondeo: Sancti ho… …vocantur ad aliquem honorem, primùm infirmitatem suam cōsiderant, deinde digni… …tatem. Ita Dauid sibi videbatur indignus. Non enim de pacto cogitabat aut de inau… …facta per Samuelem, sed de sublimitate & fastigio honoris regij. Ita Abrahamus appel… …pulcrorum & cinerem. Et Paulus ait se indignum esse, qui vocetur Apostolus, quod perse… …Ecclesiam Dei: & Saul, cùm adhuc esset melior, eadem respondit de regno, quæ Da… …modo de affinitate Regis. Nec simulauit ista Dauid, sed hunc animum erga Saulem perpe… …uit. Nam cùm esset iam vnctus Rex, & ab illo omnibus modis oppugnaretur, tamen il… …habuit pro domino suo. Et quamuis hoc loco Dauid ita sentimisse de se loquatur &

An Dauid mentiatur ita se deijciendo.

…tamen non repudiat, aut recusat Regis affinitatem. Saul autem adduci debuit hac tanta …modestia, vt crederet, nihil sibi ab illo fore periculi. Nam qui hoc animo sunt, non solent …rerum principum, aut se in illorum locum intrudere.

Tunc tandem quo tempore danda erat Merab filia Saulis Dauidi, & data est Adrieli Meholathitæ.) Ve… …constitutus nuptijs, Puella datur Adrieli cuidam, de cuius rebus gestis & virtute nihil ex… …rum in sacris literis. Hic Saul apertè fallit fidem. Sed Deus voluit ita fieri: Dauidi enim de …erat altera filia. Nec tamen ea causa Saulis perfidia potest excusari. Illud autem matrimo… …infelicissimè cessit. Filij enim, quos ille ex ea vxore susceperat, postea suspensi sunt …Gabaonitis.

Infelix matrimonium Adrielis.

Dauid autem Michol filia Saulis Dauidem.) Ea est Dei prouidentia, vt Dauidi imprudenti, …agenti consulat. Destinatur illi altera Saulis filia Michol: quod Deus videret illi cum alte… …commensurum. Caput autem nuptiarum est amor mutuus. Itaq; in Digestis de Ritu nu… …lege prima matrimonium ita definitur: Est coniunctio maris & fœminæ, consortium o… …& rerum diuinarum atq; humanarum communicatio. Hic prætermittitur causa effi… …Deus, & finalis causa, hoc est, soboles, & vitatio scortationis, & vsus vitæ. Magi… …addit inter legitimas personas. Iam vero quæ potest esse in nuptijs coniunctio & commu… …amore mutuo? Non ergo frustra adijcitur, Michol amasse Dauidem. Illa verò tantò in… …pit quàm amare, quòd eum iam videret sorore sua maiore frustratum esse, quodq; sciret …esse pollicitum, illum sibi fore generum. Putat ergo eum nunc deberi sibi. Huius au… …postea præclara effecta exiterunt. Demisit enim Dauidem de fenestra, & eum seruu… …Saule quæreretur ad necem. Ita Deus præsidia Dauidi in ipsa Saulis familia comparat: …dem, nunc Micholem Saulis filiam. Ea cùm Saulis esset filia, & soror Ionathæ, ali… …habuisse cum vtroq; commune: superbiam cum Saule, & amorem erga Dauidem …Lætatur quidem Saul, sed non rectè: verùm vt solent, qui inflammantur odio, …animo quiescit, quicquid occurrit arripit, vt Dauidem perdat. Sic enim secum cogi… …Dauid filiam meam, eam illi dabo in matrimoniū, non tam vt habeat, qua frustur, quàm …in perniciem. Is enim, vt possit fieri meus gener, non dubitabit se obijcere omni… …ita fiet, vt ad extremum aliquo pacto occidatur. Hæc ille secum. Sed Deus in illum …poenam talionis. Voluit enim Saul, vt Dauid à Palæstinis interficeretur: sed ille confe…

Causa iusta amoris Michol.

Saul vult Dauidem obijcere Palæstinis, sed ipse ab illis occiditur.

ctis rebus redijt victor & incolumis: ipse aũt Saul ab illis cũ filio Ionatha, peremptis ... ita incidit in foueam quam fecerat. Diabolus mulierem, quam Deus à principio creauerat adiutrix viri, abutitur in eius perniciem: quod etiam olim fecerat in primo homine. Sed hoc non fit in Saule non succedit. Michol enim postea Dauidi non exitio fuit sed saluti.

In duabus filiabus.

Saul iubet aduocari Dauidem: pollicetur illi filiam suam vxorem: interim tamen sperabat cem. *In altera duarum erit mihi gener hodie.*) Id R. Chimhi ita exponit: In duabus, hoc est ... è duabus. Vtin libro Iudicum Isir dicitur sepultus in vrbibus Galasditarum, hoc est, in ... aliqua vrbe Galasditarum. R. Ben Gerson: In duabus, inquit, hoc est in vna, ac si ita Saul ... Fefelli tibi fidem in priori filia: nunc itaque dabo aliam, vt possis dici gener meus ex duabus ... bus. Et certè verisimile est, Saulem se Dauidi excusasse. Sic ergo fortasse egit cum eo: Quod pri... si matrimonio excideris, non factum est perfidia mea: vidi illam non amare te, nec tuis moribus ... conuenire: quare volui tibi consulere, vt haberes eam, quæ ex æquo te amaret. Hic Dauid

Cur Dauid nõ respondeat Quare Saul seruos submittat.

nihil respondit, fortasse quod putaret se satis respondisse antea de maiori sorore, vel quod putaret Saulem simulare, & nihil ex animo loqui. Saul autem, quicquid erat, putabat illum nihil respondisse, quod suspicaretur sibi dari verba. Itaque subornat famulos, qui seorsim agant cum Dauide, & moneant, illum in summa esse gratia apud Regem. R. Chimhi putat esse credibile, Dauidem iam remisisse studium persequendi Palæstinos, quod videret operam suam Regi parũ esse gratam. Itaque Saulem submisisse seruos, qui ista dicerent. Hic videmus prudenter versandum esse in aulis principum. Struentur enim tibi insidiæ per amicos tuos, quos tu putes ex animo loqui. Volunt enim principes scrutari omnium suorum corda: in eoq; vtuntur linguis atq; cerebris aliorum. Saul coniecturam de se facit. Ego, inquit, ipse nunquam postea cuiquam credere, qui me semel fefellisset. Quare cum ego Dauidem antea fefellerim, credibile est, illum mihi iam non habere fidem. Vtitur ergo opera suorum aulicorum, qui suadeant Dauidi, rem seriò agi, nihilq; simulari. Meritur autem studium Dauidis ex ingenio aulicorum. Illi enim nihil non perferunt, vt possint gratiosi esse apud principem. Sed vt charitas non operatur malum, ita ex odio nihil potest proficisci boni.

Prudens respõsum Dauidis.

Num leue est in oculis vestris generum esse Regis?) Dauid prudenter & modestè non recusat matrimonium, sed duo respondet, primùm se hominem esse pauperem, deinde etiam ignobilem: amplificat enim quantum sit, fieri generum Regis. Nihil interim queritur de perfidia Saulis, nec iactat sua merita: videbat enim, se versari inter scorpios. Alioqui potuisset dicere: Si pauper sum, id factum est vitio Saulis: ille enim mihi pollicitus est diuitias. Sum ignobilis: at ille se pollicitus est nobilitaturum familiam meam. Sed quorsum se dicit esse pauperem? Vt significaret se nihil habere, quod de sua re daret vxori.

Ante legem mariti dabant dotem.

Videtur fuisse consuetudo illorum temporum, vt vxores acciperent dotem à marito. Et ante Legem quidem ita fuisse satis constat. Seruus enim Abrahami protulit dona, & credidit Rebeccæ dotis nomine. Et Iacob 7. annos seruiuit Labano, vt ea quasi dote redimeret vxorem. Et

Sub lege mulieres dabant dotem.

Siehem, Augete, inquit, dotem: tantum date mihi Dinam sororem vestram. Sub Lege autem non fuisse illum morem, apparet ex 22. Exodi, vbi ita scribitur: Si quis puellæ stuprum obtulerit, & pater postea eam nolit illi vxorem dare, dotabit eam dote virginum. Quod si id receptum fuisset moribus, non potuisset imponi vt pœna. Et 1. Reg. 9. Pharao dat Solomoni Gezer ciuitatem, dotem pro filia. Et Deus respondit de filiabus Salphead, fore eas hæredes, sed hac lege, ne confunderentur extra tribum suam hæreditates confunderentur. Dos autem definitur. Est ius vtendi rebus, quæ dantur marito ab vxore, aut ab alijs eius nomine, ad sustinenda onera matrimonij. Datur eũ, vt si maritus moriatur, vxor possit secundo nubere: & si vterq; moriatur, vt sit, vnde alantur liberi. Illi verò reprehendendi sunt, qui in matrimonio contrahendo magis dotem spectant, quàm vxorem. Rectè enim monuit Olympias: vxorem non digitis, sed oculis & auribus deligendam esse. Ea, quæ contrà vxori dantur à viro, *ἀντίπροικα* dicuntur. Quæ autem vxor addit supra dotem, appellantur *παράφερνα*. Ea donatio fiebat ante nuptias. Nam post nuptias contractas coniuges antiquo iure aliquid inter se dare, aut donare prohibebantur. Alioqui enim magnæ extitissent causæ rixarum. Sed Plutarchus in quæstionibus connubialibus aliam adfert eius rei causam. Quum animal, inquit, vnum quiddam sit, necesse est, cibum, qui eo recipitur, in totum corpus diuidi, & ex æquo in singula membra distribui. Vir autem & mulier vnũ quiddam sunt. Quare bona vtriusque ex æquo ad vtrunque pertinent. Concilium Arelatense, vt habetur in Decret. quæst. 5. Nullum fine. statuit, ne nuptiæ contrahantur absque dotibus, ne clandestinæ nuptiæ fiant. Quod clandestinas nuptias damnant, valdè probo. Non autem video, quàm probandum sit quod decernunt, nuptias non posse celebrari sine dote. Nihil enim de ea re præcipitur omnino in Se-

Quid dos.

Cur non licuerit coniugibus aliquid inter se donare.

An nuptiæ possint celebrari sine dote.

...multi sancti viri contraxerunt sine dote. Imò Christus seruator noster, quid ac... dotis nomine? nisi fortè peccata velis dicere. Nam vt Ezechiel pulchrè describit, ... se, cum iaceret prostituta in sanguinibus & in sordibus. Megadorus in Aululari... fingitur cum Euclione auaro sene. Si omnes me imitari vellent, & vxores ducere sine ... concordia in ciuitate: nos diuites minus laboraremus ex inuidia. vxores non ita ... rent. Cato tamen Paulam Actoriam duxit, puellam tenuem sine dote: quæ tamen ... fuit, & impotens, & superba ipsi Catoni: vt ait Hieronymus contra Iouinianum. ... ter, inquit Dauid: non possum dare vxori meæ ἀντίμισθα pro compensatione dotis: ... nihil impediebat voluntatem Saulis, hoc saltem obijcere voluit. Quod autem se di... forsasse meminerat eius sententiæ. Tu tibi sume parem. Rex, inquiunt illi, nihil ... dote. Satis est dives, potest & te dotare, & filiam. Aliud autem est longè præclarius ... quò Regem arctius tibi possis deuincire. Palæstini sunt perpetui & capitales hostes ... de centum illorum præputia, erit id munus Regi longè gratissimum. Id indi... Dauidem centum Palæstinos occidisse. Non vult Saul fidem habere verbis. Vult ... rem factam oculis intueri. Hoc autem erat animos Palæstinorum in Dauidem irri... nihil magis horrebant, quàm circumcisionem. Dauid autem videri posset, eos vel ... circumcidisse, si viui nollent. Itaq; sequuturum sciebat Saul odium Palæstinorum in Da... bile. Antea hortatus tantum fuerat, vt bellaret bella Domini. Nunc certum nume... quot velit occidi.

Cur petat præputias Palæstinorum.

Renunciauerunt autem serui eius Dauidi verba hæc: & placuit ea res in oculis ... generum esse Regis: nondum autem completi erant dies.

Surrexit ergo Dauid, & abijt ipse, & viri eius, & percussit ex Philisthim ducen... erat, quorum præputia attulit Dauid, & plenè tradiderunt ea Regi, vt gener Regis ... dedit ei Saul Michal filiam suam in vxorem.

Videns autem Saul, animaduertensq; quòd Iehouáh esset cum Dauide, quodque ... Michal filia sua diligeret eum.

Addidit Saul timere sibi amplius à facie Dauidis: fuitq; Saul inimicitias gerens ... Dauide omnibus diebus.

Egressi sunt autem Principes Philisthim: à quo autem tempore egressi sunt, pru... se gessit Dauid præ cunctis seruis Saulis, proinde celebre fuit nomen eius valde.

...cepit oblatam conditionem de matrimonio: partim quod caperet Micholem, credi... illum eam redamasse: partim etiam, quod optaret Palæstinos perditos. Vtrunque ... euenit, effecitque, vt eius nomen indies esset illustrius. Nec Dauid temerè congre... Palæstinis: sed mandato & iussu legitimi magistratus. Sciebat etiam, bellum illud iu... Palæstini enim iurati erant hostes populi Dei, & partim occupabant, partim vastabant ... debebantur. Dauid in hac re administranda nihil cunctatus est, & quia nihil me... bellicos, & quia videbat Regis voluntatem esse lubricam & mutabilem. Itaque in... scriptum repræsentauit non centum, vt iubebatur, sed ducenta Palæstinorũ præ... Saul videre potuisset candorẽ Dauidis, qui eius causa se in tanta pericula coniecisset. ... simulasse alicui leue videri: nec magni faciendum. Tamen qui rectè rem expendet, du... capiat retulisse, iudicabit fuisse maximum. Cæterum Saul tantum abest, vt gratia ... Dauidem moueatur, vt indies reddatur durior & obstinator. Non potuit iam am... filiam: nihil enim erat quod cauari posset. Promiserat enim, vt loquuntur, de ... illi daturum, si ad se centum Palæstinorum præputia retulisset. Imò satis obstrictus ... Dauid Goliathum occidisset, & ei rei populus vniuersus erat testis. Quod si nunc ... fuisset Dauidem, nemo illi postea habuisset fidem. Dat ergo Dauidi filiam Mi... vitam remansit sterilis: partim quod superba fuisset & insolens erga Dauidem: ... Deus vellet nullam prolem existere ex ea sterilis, quæ Sauli succederet.

Licuit Dauidi Palæstinos inuadere.

Saul dat filiam Dauidi.

Cur Michol sterilis.

...Deum esse cum Dauide & tamen eum odit. Quid hoc aliud erat, quàm Deũ ipsum ... Dauidem grauissimum scelus est odisse eos, in quibus intelligas & sentias esse Deum. Ea ... odio habuit Abelum, quòd videret eius sacrificia placere Deo. Plutarchus vidit Deum fa... & ea causa illos omnibus modis persequebatur. Videt iam Saul non tantùm Io... verùm etiam Michaelem filiam intimè amare Dauidem. Quærit omnes rationes, quis...

Scelus est odisse eos in quibus sentias esse Deum.

bus illum tollat: & nihil succedit. Itaque omnia eius consilia plena sunt deliberationis. Forsan etiam verebatur nonnihil, ne si pergeret vitam Dauidis expetere, insidiis illis aliquando per Ionathanem, aut per Micholem patefierent: atq; ita periculum in ipsius caput redunderet. Tolli enim Dauid non potuisset sine grauissimo dolore vtriusque. Ita Saul vndique cogitur in angustiis. Optimum tamen esse ducit, se quocunque modo, vel per scelus hoc periculo liberare. Hic considera antithesin inter Dauidem, & Saulem. Saul timori suo studet mederi per flagitium. Dauid etiam timebat sibi nonnihil à Saule: sed eo timore se expedire studet rectè agendo & benefaciendo. Itaque mandata facit, pugnat in hostes, exponit se periculis, denique nihil non facit, quo Saulis fidem & studium suum probet. Hac via declinandum est odium. Sic omnia Dauidi successerunt ex sententia, eiusque nomen vbique cœpit esse celebre.

Diuersa ratio excutiendi metum.

Palæstini faciunt nouas incursiones in Iudæos, vt Rabbini suspicantur, quod putarent Dauidem ducta iam vxore eo anno non pugnaturum. Audierant enim ius esse apud Iudæos, ne quis eo anno quo duxisset vxorem cogeretur ire militatum. Hæc Rabbini. Sed ea causa non ascribitur in sacris literis: nec certum est, ista primo illo anno contigisse.

CAPVT XIX.

LOquutus est autem Saul ad Iehonathán filium suum, & ad omnes seruos suos, vt occiderent Dauidem. Iehonathán autem filius Saulis complacebat sibi in Dauide valde.

2 Renunciauit ergo Iehonathán Dauidi dicens, Quærit Saul pater meus interficere te: nunc itaq; cautè tibi obsecro vsq; mane, & manebis in occulto, & abscondes te.

3 Egò autem egrediar, & stabo ad manum patris mei in agro in quo eris: tum ego loquar de te patri meo, & videbo quid respondeat, & renunciabo tibi.

Partitio capitis.

HOC caput ita potest diuidi, vt primo loco exponatur perniciosum consilium Saulis de occidendo Dauide, & auxilium, quod illi tulit Ionathas. Deinde reconciliatio Saulis cum Dauide. Postea quemadmodum Saul conatus sit eum hasta trajicere. Deinde quemadmodum Dauid ope Micholis aufugerit. Postremò, quemadmodum Deus tulerit Dauidi auxilium, immisso in Saulem spiritu prophetico.

Quod ad primum attinet, cogitabat Saul prius astute agendum esse. Itaq; consilia sua callide tegere voluit, quò Dauid aliena manu perimeretur, ne ipse eius capiti videretur fecisse insidias. Sed nihil agit. Nam Dauid à Palæstinis euasit. Ionathas autem & Michol, tantum aberat, vt promouerent patris insidias, vt Dauidem omni ratione iuuerint. Postremò conuocat consiliarios, & apertè, ac palàm iurat, se velle Dauidem occidere: causam tamen nullam adfert, cur ita velit. Hoc videlicet est tyrannum agere, tantum dicere, Sic volo, sic iubeo: sit pro ratione voluntas. Scriptura tamen causam non celat. Dauid cum victoria & triumpho redierat ab hostibus, & iam vbique habebatur in magna gratia. Hoc cruciauit & perterrefecit Saulem: quam tamè ille causam callidè dissimulat. Sic tyranni, cum satrapam aliquem, aut hominè nobilem volunt tolli de medio, causas sæpè non dicunt. Tantùm indicant graues quidem esse causas, sed eas non esse publicandas. Iudæi clamabant in Christum apud Pilatum, Nisi esset hic malefactor, tibi non tradidissemus eum.

Causa consilij Saulis.

Publicè ergo iam decernit Saul, Dauidem esse moriturum: atq; id celat Ionathanem, etsi illum sciebat Dauidi esse fœderatum. Putabat enim illum maiorè habiturum esse rationè vtilitatis sua, quàm fœderis. Ionathanes enim ex successione debebatur regnum: quod ille facilè scire potuisset, si Dauid vineret, & ita pergeret ad se nunquam esse peruenturum. Voluit ergo Saul per seruos suos Dauidem interficere. Itaq; deliberat cum illis, non vtrum is esset occidendus, nec ne, sed quo modo posset quàm facillimè occidi. Tyranni enim non solum volunt ipsi esse mali, sed etiam seruos habere malos. Dolet hoc consilium Ionathæ. Itaque non obsequitur patri, sed iuuat Dauidem, quantum potest. Quanquam qui patrem reuocat à vitio, illi fidelissimè obsequitur. Non reclamat palàm, ne aulici videantur filium patri resistere: deinde etiam ne ipse sibi præcideret facultatem postea agendi cum patre de Dauide. Reliqui consiliarij omnes probant consilium. Atque hic videmus perfidiam aulicorum. Antea enim egerant cum Dauide, vt bono esset animo. Rex inquiunt, te habet in oculis: omnes aulici tibi fauent & cupiunt. Cur ergo hic se nemo illorum interponit? Certè obstringebantur Dauidi contra mandatum illo præcepto, Diliges proximum tuum sicut teipsum, non minus quàm Ionathas. Sed timent offensionem Regis. Ionathas vnus est ex omni turba,

Aulicorum perfidia.

gradiatur ad iustitiam: vidit Dauidem regnaturum: se patri suo non successurum esse putauit excidere de regno cœli, quàm de regno Iudæorum. Quantum autem apud patrem iratum intercedere pro hoste, apparet ex historia Esther. Illa enim idcirco timebat, quod se pro populo suo apud Regem interposuisset, quod res esset magni periculi. Defectus est à Deo, qui pro Dauide intercederet, persona illustris, & is qui apud patrem gratia, cuique debebatur successio: vt quicquid diceret, non posset non videri lo-

Ionathæ factū periculosum.

Ergo Iehonathan Dauidi dixerit, Quærit Saul pater meus interficere te.) Vocat Dauidem omnia consilia patris: iubet vt abeat ex oculis, & se abdat aliquo: se illi nullo loco. Ionathas prodit patris consilia, & iuuat hostem. An non ergo est proditor? Non tantum illud de diligendo parente, pendet à priori præcepto de diligendo Deo. Pater est patri: sed ita, ne quid admittamus contra verbum Dei. Ionathas ergo in eodem pietatem, & erga parentem, & erga Dauidem: Erga parentem quidem, quia eum iuuat: erga Dauidem autem, quia tuetur vitam innocentis.

Ionathas non est proditor patris.

Ego autem egrediar, & stabo ad manum patris mei.) Hæc verba varie exponuntur. Rabi Chimhi interpretatur, Obseruabo locum vbi egressurus sit pater meus. Alij sic, Adiungam me ad latus patris, vbi manum positam esse propriè. Reges enim cum incederent solebant niti alterius

4 *Locutus est autem Iehonathán de Dauide bonum Sauli patri suo, dixitq; ei, Ne peccet Rex in seruum suum, in Dauidem; quia non peccauit tibi, sed opera eius bona sunt tibi valde.*

5 *Posuit nanq; animam suam in manu sua, & percussit Philisthæum, fecitq; Iehouáh saluum magnam vniuerso Israeli: vidisti, & lætatus es: quare ergo peccares contra sanguinem innocentem, interficiendo Dauidem sine causa?*

6 *Audiuitq; Saul vocem Iehonathán, ac iurauit Saul, Viuit Iehouáh si morietur.*

7 *Protinus vocauit Iehonathán Dauidem, renuntianitq; ei Iehonathán omnia verba hæc: adduxit Dauidem ad Saulem, qui fuit ante eum sicut heri & nudustertius.*

dit Ionathas ad Saulem, vt credibile est, non absq; aliquo timore. Vidit enim se acturum cum importuno & impotenti, à quo ipse quoque fuisset affectus capitali supplicio, nisi vehementer restitisset. Oportuit ergo eum caute ac prudenter agere, & orationem habere præmeditatam. Argumentis vtitur efficacibus ab honesto, & ab vtili. Nullas habet diuitias, sed penitus hæret & commoratur in causa. *Ne peccet,* inquit, *in seruum tuum.)* Ille

Argumenta Ionathæ ab honesto & vtili.

cauit in tecto quidem habes gladium: sed illum exercere non debes, nisi in fontes & nocentes. Paulus monuit, Vindex, inquiens, Dei est in omnes, qui operantur malum. Tuum est, laudare & efferre eos, qui rectè se gerunt. Emphasis non parua est in eo, quod ait, Seruū tuum. Magna est necessitudo inter seruum & herum. Seruus enim, quoad facit officium, ab hero amari non debet. Alterum argumentum est ab vtili. Opera eius fuerunt tibi, inquit, valde. Quod dicit, bona, posset ad honestatem referri. Sed quoniam addit, Tibi, intelligi debet. Tibi periclitatus est, tibi pugnauit, tibi vicit: Quòd si honestate non moueris, moueri debes vtilitate, præsertim tua. Huc addit confirmationem: Profuit non tantùm tibi, sed & familiæ tuæ, & vniuerso regno. Huiusmodi autem virtus alenda & condecoranda, non abiicienda est. Huc addit testimonia, quæ semper oportet esse magni ponderis, & certa, ac non dubia autem obscura aut ambigua. Deus ergo, inquit, per illum ostendit magnam salutem: Deus illum gratum & acceptum habet. Deinde tu etiam ipse eius virtutes prædicasti, & præfecisti militibus, & ad extremum generum etiam adoptasti. Quæ ista est repentina mutatio? Concludit postremò ab honesto: Ne fundas ergo sanguinem innocentem. Hæc est summa.

Testimonia.

Audiuit Saul vocem Iehonathan.) Saul flectitur, etsi non gratis Ionathæ, tamen vi & pondere veritatis. Spiritus enim Dei præmolliuerat eius animum, sine quo efficacissimæ rationes mouere potuissent. Ex hac oratione Ionathæ duplicem fructum retulit. Primùm enim præstitit officio boni viri erga amicum: deinde patrem à scelere reuocauit. Magna quidem fuit animi mutatio, sed tantum ad horam: postea enim redit ad ingenium. Interim tamen vehementer commouetur, & interponit iusiurandum, quò magis Ionathas fidem habeat: quod fa-

Quid Saulem flexerit.

cere homines sæpè solent, cùm aliquid volunt vehementer affirmare. Sed [illegible] dei tribuendum sit iureiurando impiorum. Ita Papistæ simulant se nolle [illegible] homines pios & Christianos: interpolant promissa, pacta, sacramenta, & quid non? Quamdiu vbi offertur occasio, clamant, fidem non esse seruandam hæreticis: sed hæc fides Saulis non Christiana. Nos hic consideremus, Ionathanem motum fuisse non tantùm amore [illegible] sed etiam misericordia erga patrem, quem ita videbat præcipitare se in [illegible]

Papistæ Saulina fide.

Oratio ita apud iudicem fuisset iudicialis. Nunc quoniam apud patrem agitur, conuertit se in deprecationem. Ita sacræ literæ monent agendum esse cum patribus. Paulus ait, Senem ne increpaueris, sed admoneto vt patrem. Vera quidem dicit Ionathas, sed modestè, & magna cum reuerentia. Cauendum enim est, ne si quem acerbius admonemus, ex malo faciamus deteriorem. Ionathas captat tempus, & seorsim agit cum patre. Nam vt Augustinus recte monet, si quem volis palàm corripere, ille se defendet: si perges, res postremò erumpet in odium. Non tamen hoc dico, quin si præsides Ecclesiæ apertè peccent & seducant populum, eos non liceat apertè & publicè reprehendere. Paulus enim in faciem restitit Petro, cum eum videret non recto pede ingredi ad Euangelium.

Cuius generis sit oratio Ionathæ.

Correctio moderata.

8 *Motum est autem rursus bellum, & egressus est Dauid, & pugnauit aduersus Philisthim, percussitq; eos plaga magna, & fugerunt à facie eius.*

9 *Fuit autem spiritus Iehouæ malus super Saulem, ipseq; in domo sua sedens, habens lanceam suam in manu sua: Dauid autem psallebat manu.*

10 *Conatusq; est Saul percutere lancea Dauidem ad parietem, & declinauit à facie Saulis, & percussit lancea parietem, proinde Dauid fugit, & euasit nocte illa.*

Reconciliatur Dauid Sauli, redit ad eum & versatur in priori functione. Postea pugnans reportat amplam victoriam: non tamen ita magna cum gratia Saulis. Alius dixisset, quid ego toties me conijcio in pericula? Victoriæ meæ Regi videntur parùm gratæ. Meo iumento mihi accersito malum. Non ita Dauid. Imò hoc potius secum cogitauit, omninò defendendum esse populi Dei. Rex irascetur: tamen Deus adiuuabit. Hoc est vocationi suæ fideliter inseruire.

Vocationi fideliter inseruiendum.

Fuit autem spiritus Iehouæ malus super Saulem.) Saul ex hac victoria Dauidis, & ex triumphi gratione redit ad ingenium, & incipit furere. Itaq; decreuit eum aliquando per furorem conficere, vt postea culpam posset conferre in insaniam. Iusiurandum autem nihili facit: id enim scilicet deerat ad cumulum impietatis, vt etiam in Deum periurus esset. Decreuit eum confodere ad parietem, vt bis antea tentauerat. Istæ sunt virtutes impiorum. Emicant quidem interdum, sed dicto citius euanescunt. Videbatur Saul resipuisse: vbi tamen obiata est aliqua occasio, statim redit ad sententiam: ita illum Dauidis victoria irritarat. Volebat quidem eum perdere: sed nihil efficit. Dei enim consilia fixa sunt, nec possunt commoueri. Dauid fuga sibi consulit, & seruatur. Hæc est vita piorum: nunquam sunt sine aliquo metu: semper versantur in cruce. Speraueret quidem Dauid, se posse aliquando in coniugio Micholis & amicitia Ionathanis conquiescere, sed longè secus accidit.

Impiorum virtutes cito euanescunt.

11 *Misit autem Saul nuntios ad domum Dauidis, vt custodirent eum, & occiderent eum mane: & indicauit illud Dauidi Michal vxor eius, dicendo, Nisi seruas animam tuam hac nocte, cras interficieris.*

12 *Dimisit ergo Michal Dauidem per fenestram: qui abiens effugit, atque erupit sese.*

13 *Tulitq; Michal simulachrum, & posuit super lectum, & puluinar ex pilis caprarum posuit sub capite eius, & operuit vestimento.*

14 *Misit autem Saul nuntios, vt tollerent Dauidem: illa verò dixit, Ægrotat.*

15 *Remisit autem Saul nuntios vt viderent Dauidem, dicendo, Afferte eum in lecto ad me, vt interficiam eum.*

16 *Cumq; venissent nuntij, ecce simulachrum iacebat super lectum, & puluinar ex pilis caprarum sub capite eius.*

17 *Dixitq; Saul ad Michal, Vt quid sic decepisti me, & dimisisti inimicum meum, & euasit? Respondit Michal Sauli, Ipse dixit mihi, dimitte me, vt quid interficiam te.*

18 *Dauid*

...Laquearia enim fugiens, & venit ad Samuelem in Ramâ, indicauitq; omnia ...Saul, & abijt ipse & Samuel: & morati sunt in Naioth.

...sensit, qui eum comprehendant, ita semper vexantur & cruciantur homines ...pondere à Deo, & eius auxilio petere. Ita Dauid socio usi sunt, vt apparet ...pro Dauide apud Regem intercessit. Malebant innocentem perire, ...irent in periculũ. Vxor seruat Dauidem. Hic fructus est eius amoris, quo illum ...Postea dederat consilium nunc dat Michol patri, cuius Dauid astutia ...fugisset, hac nocte eras morieris. Sed vnde potuit illa hoc resciscere? Qui- ...eorum ibi fuisse ex aula. Nec ille peccauit, quisquis id prodidit: non enim id fe- ...deret, sed quo ab homine innocente periculum depelleret. Sed Regum con- ...quidem, Error. Sed si petatur caput hominis innocentis, aut aliud quippiam in- ...cogitetur, officium facit, qui id enuntiat: alioqui enim reus esset innocentij sanguinis. ...fecit, vt Dauid rediens domum indicarit vxori, quanto è periculo elapsus esset, & ...videret postes satellitibus obsideri ædes, prudenter collegerit, cum quæri ad necem ...ea, inquit, cras morieris. Ita bona matrona & virum liberat, & patri, & Reipublicæ ...fuisset quidem Dauid istos satellites repellere, sed noluit se contra legitimum Dei mi- ...nis defendere: præsertim cum videret viam sibi patere ad fugam. Nam alioqui cum non ...haberet, fecisset contra fidem, & tentasset Deum.

Vnde Michol sciuerit consilium patris.

Consilia regũ quando licet enuntiare.

Quare Dauid sedoh defendit vi.

...ergo Michal Dauidem per fenestram.) Ita etiam demissus est Paulus: hæc est fere & ...rum hominum. Cum illorum sit orbis terrarum, tamen coguntur angulos & rimas ...lacuna vspiam inueniunt, vbi possunt consistere. Christus ipse sæpè coactus est au- ...dio. Prudens mulier non solum hoc effecit, vt maritus posset aufugere, sed etiam a- ...interposuit, no à fuga retraheretur. Primùm enim respondet satellitibus, Dauidem ...redeunt ad Saulem, & ista nuntiant. At ille iratus iubet eum quamprimum interficij. ...Redeunt, quærunt, non inueniunt, renuntiant Sauli. Interea Dauid longè gentium

Piorum consilio.

...Michol simulacrum, & posuit super lectum.) Vt hoc fuco falleret satellites: nihil ho- ...Dauid. Verisimile enim est, ipsam ista, cum Dauid iam abijsset, de suo ipsius ...fecisse. Quidam putant illa teraphim fuisse idola, qualia fuerunt quæ Rachel furti- ...fecit. At id non est verisimile, præsertim in ædibus Dauidis. Alij putant fuisse astrola- ...stellarum altitudines, & declinationes, & spatia deprehenderentur. At ne id quidem ...simile: astrolabia enim non fiunt humana figura. Alij putant fuisse imaginem magicam, ...quæ pateretur. Sed quicquid sit, ego simpliciter exponam imagines. Erant autem il- ...imagines, fortasse quales in agris excitari solent à rusticis abigendis auibus, aut for- ...tortus palea aut stramine. Nam stultissimum est, quod quidam ex hoc colligunt, ...colendas esse in Ecclesijs: etsi enim velim dare istas fuisse imagines, tamen adhibeban- ...tur non autem ad cultum, aut ad res sacras. Habentur enim in ædibus sæpè huius- ...modi, vt sit, quo moriones, & pueri delectentur. Et quamuis Michol religionis causa ...seruasset, tamen non sequitur, eius facti Dauidem fuisse conscium. Rachel enim habuit ...latebo. Imò si Dauid ipse eas coluisset, quod tamen nullo modo est credibile, omnia ...purgata à Samuele, tamen si voluisset, cogitare debemus, non exemplis viuendum

Teraphim quid fuerint.

De vsu imaginum.

...hoc: Et puluinar caprarum) Caprinas pelles villosas adiecit, vt videri possent caput ...Interpres Chaldaicus exponit vtrem ex caprinis pellibus. Iosephus sequitur Græcum ...rem, & ait Micholem sub stragulis supposuisse epar caprinum, recens detractum & cu- ...palpitationis speciem præ se ferret.

...Saul ad Michol, Vtquid sic deceptisti me?) Pater expostulat cum Michole, quod Dã- ...fecisset. Illa mentiens sibi, fingit causas: Dauidem minitatum fuisse mortem nisi ita fe- ...infamiæ aliquid attingit virum suum. Sed non tantum erat animi in muliercula, ...honesto. Ille enim non dubitauit accusare patrem suum. Dionysius tyrannus de- ...rum suam in matrimonium cuidam Polyxeno: ille postea accusatus maiestatis fugit in ...Dionysius expostulare cepit cum sorore, quod fugã viri sibi non indicasset. At illa, ...degeneram, aut ignauam putas, vt si scissem virum fuisse fugiturum, non fuerim vnà ...Illa tamen nos considerare debemus, quod Michol rectè fecerit. Dilexit & seruauit vi- ...retraxit ab homicidio. Has pias mulieres debemus imitari. In eo enim conferri po- ...Israelitidibus Ægyptijs, & cum Rahaba, quæ seruauit exploratores. Quod autem voluit

Michol iustissima.

Quid imitandum in Michol

infamis omnem virum, in eo non est imitanda. Voluit declinare iram [illegible] ostendit, etiam sa-
Quid cauendū quando infideles decipiunt vt nos tueantur
tis iustis rationibus. Hoc nobis quoque cauendum est his periculosissimis temporibus. Ne
nobis imponere hosti, & fugere. Tria tamen in primis cauenda sunt. Primum ne
veritatem alterum, ne quid admittamus, quo infirmi offendantur, tertium, ne quid deliqua-
mus, quo hostes in errore magis confirmentur. Ista fuga Dauidi non defuit vrgens vitæ. Nam
nim deserit munus & vocationem suam. Nam quamuis esset designatus Rex, non tamen pu-
blicè renuntiatus.

Dauid igitur ereptus fugiens, & venit ad Samuelem in Ramah. Fugit Dauid à Saule, non
Quid crimen perduellionis.
ab eo receptus est. Non tamen existimare debemus, aut Michol eum, aut Samuelem, aut Saulem
lem perduelles esse & reos læsæ maiestatis. Nam vt habetur in Digestis ad legem Iuliam
tis, lege vltima: Perduellionis reus est, qui animo hostili aut in patriam, aut in principem ciuita-
tis est. Dauid autem non erat animatus erga patriam, nam eam amabat: erga principem ani-
Nō satis est alicui quem declarare perduellem.
mam illum semper obseruauit, & dimisit in columem, cum haberet in manibus. Quare non
videri perduellis. At declaratus fuit perduellis à Saule. Fateor. Sed videndum est, an recte fac-
rit declaratus. Certè si satis perspicuum sit & constet de alicuius innocentia, non debemus illi
auxilium nostrum denegare. Nam alioqui Reges hodie & Principes, omnes pios & recte de Deo
Quærit ad Samuelem venit
sentientes proscribant vt hæreticos, non tamen ea causa ab alijs deserendi sunt. Venit ad Samue-
lem, potius quàm ad alium quempiam, quòd illa videri posset auctor vnctionis illarum, ad regnū
tum. Is enim vnxerat Dauidem & designarat Regem & animosiorem fecerat in Palæstinos, ad
quæ inde natum est odium Saulis. Expostulat ergo Dauid quodammodo cum eo: & ab illo ali-
quid consolationis & consilij expetit. Destituitur enim iam omni præsidio humano operum, &
vagus ejectus domo, profugus à patre, à fratribus, & à coniuge. Venit ergo ad prophetam, vt
quid sibi rem solarij capiat è verbo Dei. Viuebat iam Samuel in Ramah in patria sua, finito iam
Samuel non est otiosus.
furore Saulis, propter memoriam rerum gestarum. Is cum abdicasset magistratum, se totum
prophetandi reliquit. Non enim sibi soli viuere voluit, vt Sylla postea dictatura: aut deliciis corpus
otio vacauit, vt Diocletianus, cum resignasset imperium. Instituit scholam, & duxit quasi filios
prophetarum. Quatuis enim Saul alia omnia perdidisset, tamen Deus pro sua prouidentia pium
ipsum exit, ne illi populo vnquā prophetæ deessent. *Et abijt ipse & Samuel, & mansit in Naioth.*
Erat ibi schola sacra, & cœtus prophetarum. Nam in Ramah excelsum fuit, vt supra dictum est.
Quid Naioth.
Naioth exponunt scholam, aut collegium, à situ habitando. Nam ita sanctè habitare. Vocabu-
lum ex propriè significat pascua, aut loca sola & deserta: quæ ferè sunt studijs aptissima. Dicti
prophetæ, vt suprà legimus, quandoque turmatim ad excelsa, cum tympanis, & cantu, & instru-
mentis musicis. Ad quos cum Saul adhuc agens successisset, correptus spiritu Domini cœpit pro-
phetare. Huc Samuel adducit Dauidem, vt ex verbo Domini cōcipiat spem aliquam, aliquando
Prophetæ è tribu Leui.
melius fore. Credibile est prophetas illos fuisse ex tribu Leui: nam ad eam propriè pertinebat
omnis administratio & cura sacrorum. Itaq; ex illa tribu delecti huc adducebantur, vt vbi essent
rectè & piè instituti, postea sacra facerent, & docerent populum. Docebantur autem sacra & pa-
tria, vt pietas maturè imbibita, diutius & pertinacius hæreret. Illi ad nullam aliud vim diligen-
tiam exercebantur, quàm vt docerent Legem, vt sacra facerent, & orarent pro populo. Sed dices: ista
sunt dona Dei: quid ergo oportet eos discere à magistro? Sunt quidem Dei dona fateor. Nihilo-
minus obstat, quin iuuenes excolere possint se bonis artibus, quibus postea Spiritus sanctus vtatur.
Filij prophetarum. Discipuli dicuntur filij.
Dicebantur filij Prophetarum, quod maiores Prophetas, à quibus docebantur, haberent & ve-
lerent loco patrum. Et discipuli atq; auditores in sacris literis sæpè appellantur filij. Paulus ad Ga-
latas. Filioli, inquit, mei, quos ego iam iterum parturio. Et ad Corinth. Filij non reponunt parenti-
bus, sed parentes filijs. Christus etiam apud Iohannem discipulos sæpè vocat filios. Et Iohannes
in Epist. Filioli, inquit, cauete ab idolis. Esaias in cap. 8. Obsignatio, inquit, in discipulis: & Dauid
addit, Ego & pueri, quos dedit mihi Dominus. Ad istos filios Prophetarum sæpè alibi pertinent &
Nazarei ex alijs tribubus. Illi peculiari disciplina erant à vulgo, & speciem aliquam gerebant mo-
Monachi.
rum monachorū. Qui tolerari etiam potuissent, nisi omnia apud illos concentibus & saltationi-
bus. Habent enim vota, inuocationes mortuorum, missas, & quidquid postea, quàm quod
Schola & collegia.
opportuit. Certè pij Reges excitarūt scholas & collegia, vt in illis iuuenes educarentur ad pietā-
tem & pietatē. Nec vlla fuit ecclesia cathedralis, ad quam non esset adiuncta schola. Alexandriæ
& Antiochiæ publicè docuerunt Pantænus, Clemens, Origenes, alijq; doctissimi viri. Hodie
inter canonicos locus assignatur ludimagistro. Sed is vbi minus, quā docet iuuentutem. Ita
tantā est vbiq; in papatu tenebrarū, vel quia iuuenes omnino nō docentur, vel quia docentur
pie. Samuel fuit præses huius collegij. Ante eius quasi similes erant Prophetæ [illegible]

...is. Samuel autem iam factus Iudex, quòd esset ex tribu Leui, putauit eam cu- *Samuel constitu-*
...ram. Huc se recepit Dauid cum fugisset Saulem. Et certè quid potest homini ex- *uit hac colle-*
...iucundius, quam ibi esse, vbi possit audire verbum Dei, & eius laudes prædica- *gia prophetarum.*
...ne exulant religionis causa, & in primis adiungere se debent ad sacros cœtus, &
...prædicatione diuini numinis consolari.

...nuntiatum est autem Sauli, hisce verbis, Ecce Dauid est in Naioth, quæ
...

...misit Saul nuntios ad tollendum Dauidem: & viderunt cœtum prophetarum
...*, & Samuelem stantem, constitutum super eos: & fuit super nuntios Saulis*
...*, & prophetabant etiam ipsi.*

...nuntiauerunt autem hoc Sauli: qui misit nuntios alios, & prophetauerunt e-
...*què, & Saul misit nuntios tertios, & prophetauerunt etiam ipsi.*

...bijt ergo & ipse in Ramah, venit vsq; ad cisternam magnam quæ est in Sé-
...*rogauit, Vbi sunt Samuel & Dauid? Et dixit quidam, Ecce est in Na-*
...*in Ramah.*

...bijt illuc in Naioth in Ramah: & fuit super eum etiam spiritus Dei, atq; in
...*prophetabat vsquequo veniret in Naioth quæ est in Ramah.*

...exuit etiam ipse vestes suas, ac prophetabat etiam ipse coram Samuele, ceci-
...*cubuit nudus die illa ac nocte: Idcirco dicunt, Num etiam Saul inter Prophetas?*

...Dauidem esse apud Samuelem. Non potuit miser diu ita conquiescere. Ita pijs ho-
...mentulum oblatum est solarij, statim obijcitur noua crux. Mittit Saul satellites,
...rapiant, vel in ipsa schola. Nihil enim veretur nec cœtū sactum, nec prophetas, nec *An loca sacra*
...Non hoc dico, quod sentiam, asyla præsidio esse debere hominibus sceleratis. *sint asyla scele-*
...Exodo iubet impium rapi ab altaribus. Et Ioabus iussu Salomonis in ipsa ara *ratis.*
...ea causa dico, vt illustrius fiat flagitiū Saulis. Nam si graue scelus est, fundere san- *Exod. 21*
...què, quanto grauius est, id in loco sacro, & coram prophetis, & Samuele facere? Si
...resistere voluissent, interfecisset eos Saul, vt postea interfecit Nobenses. Sed
...Deus enim qui Dauidem antea liberauerat per Ionathanē & Micholē, idem eum
...Spiritum sanctum. Atq; ista liberatio multò clarior est & vehementior, quàm su-
...Nunc enim & Saul ipse & satellites victi capiuntur, & immutantur, & fiunt alij, ca-
...modo Spiritus sancti. Non venerant satellites ea causa, vt audirent prophetas. Au-
...rinçuntur. Quare in primis celebrandi sunt cœtus sacri. Multi enim, etsi non alia *Sacrorum cœ-*
...quā vt habeant quod rideant, tamē sæpè imprudentes capiuntur. Ita aspides, quam *tuum vtilitas.*
...repant vt inficiant aliquem veneno suo, tamē interdum, antequā possint regredi,
...Ea vis est verbi Dei, vt mutare possit hominū consilia, quantumuis obūrmata. Non *Verbi Dei vis.*
...Deus dum hominum animi præparentur. Quod si præparati non sunt, ipse prępa-
...no de furore poetico, aut vim illiā proficisci à Deo, & poetas primum afficere: ab illis
...alios: & ab illis item alios. Vt magnes vi sua attrahit annulū ferreum, & ille alterum,
...eadem vi attrahit tertium: ita verbo Dei & prophetæ ipsi loquentes afficiuntur, &
...& illi item alios. Verisimile autem est, istos prophetas ceciniſſe aliquid ad rem prę-
...illud tempus accommodatum: quale sit, defendendum esse innocentem. Samuel sta- *Ministri Saulis*
...quā Lomnazeah, & præfectus Chori: Melius multò agitur cum istis satellitibus, *prophetant.*
...illis pœnquagenarijs, in quos Elias ignē deuocauit de cœlo. Isti capti prophetarū hy-
...cantant iam laudes Deo, prorsus obliti mandati regij. Ita ministri qui mittebantur
...ad capiendū Christum, cum redijssent infecta re, testati sunt, se neminē vnquam audis-
...pretur. Erant rudes & imperiti literarū: tamē Deus etiam rudissimos quosq; exci-
...ad prophetandū. Quid enim Saul fuit, nisi agaso? Quid Dauid nisi opilio? Quid Apostoli,
...Spiritus sanctus nō quærit instrumētū politū & paratū. Si nō est paratū, ille parat.
...*nuntiauerunt autē hoc Sauli: qui misit nuntios alios.*) Cū nuntij nō rediret, misit Saul alios, & de
...illis qibus nullus redit. Cū Hiehu veniret cū exercitu, Achab amisit nuntios, qui
...set pax. At ille, qd tibi, inquit, & paci? trāsi post me. Tātus aūt illis iniectus est timor
...pretur. Ita isti satellites immutat, & quodāmodo effecti alij, restiterūt apud Samuelē. *Quo animo*
...*ipsi in ipsam Ramah.*) Postremō Saul eo ipse proficiscitur, quasi nescires, corda regū esse *pergeret Saul.*

in manu Dei. Proficiscitur autem, non bono animo, sed admodum iratus. Nam in Gilgal
Excandescebat. Sic enim cogitabat, habent mecum hostē, & perduellē. Vicissim
ferent inultū. Sic Paulus proficiscens Damascū cum ijsdē, repētè ex lupo factus est
vbi sit Dauid. Respondent eum ibi esse. Statim ingreditur in Saulē spiritus Domini & prophe-
Erat iste spiritus Dei bonus. Cesserat enim ad tempus spiritus furorē. Nunc nō loquitur aliter,
antea, sed accommodat se ad alios prophetas. Id autē factum est ad puteū, antequā peruenisset ad
Exempla subitarum mutationum. cœtum. Satellites verò non ante cœperunt prophetare, quàm inter ipsos prophetas cōsistit
Ita sæpè fit, vt qui sibi videntur fortiores, spiritu Domini efficiantur imbecilliores. Pharao cum
se adduci iussisset vxorem Abrahæ, statim, ad vocem Domini mutauit animum. Alexander
animatus erga Iudæos, tamē statim aspectu sacerdotis mutatus est. Et Assuerus cū deuenisset
dæos perdere, mutata sententia voluntatē suam iussit esse irritam. Nec mirum. Deus enim
in sua manu habeat ignem, aerem, & cœlum vniuersum, eaq; omnia impellat & regat, multò
Quales vestes abiecerit. lius flectere potest animos hominū. Et *exuit etiam ipse vestes suas.*) Saul dum prophetat, abiecit
vestes. Eas R. Chimhi, & Ben Gerson exponunt regias. Non enim cum putant prophetas omnes ve-
Ephodi tria genera. stes posuisse, & nudum prophetasse. Accepit autem fortasse alias vestes, vt esset similis aliorū pro-
phetarum. Nam credibile est prophetas vsos fuisse alia veste singulari, vt Ephodo. Erant enim
stis tria erant genera: vnum pontificium, quo solus pontifex vtebatur: alterum Leuiticū, quo Le-
Saul quomodo nudus dicatur. uitæ vtebantur in ministerio: tertiū vulgare. Itaq; Dauid cum saltaret ante arcam vtebatur Ephod.
do. Quod autem scribitur in contextu Saulem fuisse nudum, nihil est. Ita enim Michol quere-
quitur de Davide, cum posita veste Regia saltaret, Denudauit se, quasi vnus ex scurris. Ita Saul
cum abiecisset ornatum regiū, videtur quodammodo esse nudus. Nam alioqui nudus fuerit &
bacchari, arreptitij potius videtur esse, quàm prophetę Domini. Dauid vbi Saulem vidit
se, statim se coniecit in fugam. Saul autem diem integrum & noctem pergit prophetando, ne
Dauidi esset in mora. Tanta est vis & potentia Dei. Quare nihil est, cur impiorum principum
Quomodo Deus variis rationibus suos liberet. rannidem extimescamus. Deus enim mille vijs & rationibus potest nos ab illis liberare. Laban
sequebatur Iacobum furibundus & furens, sed Deus illum per somnium compescuit, iussitq;
bo vim vllam faceret. Esau cum in Iacobum semper fuisset hostili animo, tamen ita immutauit
à Deo, vt illi occurreret obuiam, & fleret præ gaudio. Hic Saul nihil colloquitur cum Samuele.
Itaque satis constat ille locus, quo supra dicitur Samuel non vidisse Saulem vsque ad diem mortis
tis suæ. Nam cum illi nihil dixerit, perinde est, ac si eum non vidisset. Quamuis etiam responderi
possit, quod Saul steterit cum alijs prophetis, nec reuera conspectus fuerit à Samuele: vel quod
positis regijs vestibus, ornatus fuerit habitu prophetali. *Num etiam Saul inter prophetas?* Hoc
Prouerbium. Num Saul inter prophetas. factum locum dedit prouerbio. Idem antea quoque de eo dicebatur, cum ex agresti impetum li-
teraram, repentè factus esset propheta. Nunc mirati sunt homines, illum, cum esset tyrannus, & si
tam impotenter gereret, & sanguinem etiam quæreret, repentè esse tam placidum.

DE PROPHETIA.

Quæstionis distinctio. Quoniam & hoc loco, & alijs sæpè incidit mentio de prophetia, non alienum putaui de ea
re pauca dicere, Id vt paucioribus verbis & apertius possim facere, primum expediam etymon
prophetiæ, deinde causas, & postea definitionem, postremò proprietates & effectus.

De nomine prophetiæ. Quod ad nomen attinet, propheta Hebraicè dicitur נָבִיא à verbo נָבָא quod est venire, &
in coniugatione passiua à nephal. Chimhi interpretatur prophetiam facultatem quandam à Deo
receptam. Prophetæ enim patiuntur instinctum quendam, & afflatum à Deo. Significat etiam
vox ea interdum interpretem, aut nuntium. Dicitur etiam propheta Hebraicè interdum רֹאֶה
interdum חוֹזֶה, interdum אִישׁ הָאֱלֹהִים, id est, vir Dei: vt supra cap. 9. & 1. Paralip. cap. 29. Græcè
dicitur προφήτης à προφημι, prædicere, aut vt alij malunt, à φαίνω, quod est ostendere: vnde apud Latinos templa dicuntur phana: &, vt Fest. Pompeius putat, antistites fanorum appellabantur pha-
phetæ. Erant etiam alij ἐνθουσιασταί, qui maioribus prophetis inseruiebant. Dicebantur etiam apud
Græcos μάντεις: ἀπὸ τῆς μανίας, vt apud Latinos furentes dicuntur fanatici. Dicebantur etiam ἐνθουσιασταί
à θεὸς ἔνδον, quod est incitare & impellere. Latinè dicebantur Vates à fando, vt quidam putant,
fuerint, qui aliter senserint. Is est propheta, qui incitatus spiritu prædicit futura.

Causæ prophetiæ Materia. Iam, vt de causis quoq; aliquid dicamus, versatur propheta in rebus diuinis, & arcanis. Vel
aute interdū presentia, vt Petrus de Anania & Sapphira: & Elizæus de Giesi. Nonne spiritus meus
præsens tecum fuit: interdum præterita, vt Moses de creatione orbis: nam de futuris, non potest
cuiquam esse dubium. Et qui exponunt aliorum prophetias, illi quoque sunt prophetæ: nempe
Aaron dicebatur propheta Mosis apud Pharaonem: & interpretes diuinarum literarum dicebatur pro-

Postulat etiam ad munus prophetæ, ortum Deū. Itaq; Paulus ait, Omnis vir orans, &c. Et Deus in Genesi respondet Abimelechum de Abrahamo, cum eius vxorem illi vxorem suam iisset prophetam, & orabit pro te. Et Paulus ad Corinthios 14. de munus prophetandi. Cum conuenitis inquit, vnusquisq; vestrum habet hymnum, orationem, interpretationem: omnia ad ædificationem fiant. Possunt etiam hymnos & orationes componere, & horari populum. Paulus enim ait, Qui prophetat, loquitur ædificationem, consolationem. Pertinet hæc facultas ad mentem, & ad vim in- *Prophetæ à sacerdotibus quid differant.*
prophetæ à sacerdote, quod sacerdos non tantum horari debeat, & docere populum, sed etiam ædificare sacra, quod propheta non potest. Deinde sacerdotes tribus Leuiticæ prophetæ eisdem ex alijs. Adhæc sacerdotes errare potuerunt, & prophetæ autem veri, quemadmodum prophetæ erant, non potuerunt errare; quidam aliqui interdum nonnihil de suo sed in eo non erant prophetæ. Postremò, sacerdotes successione tantum eligebantur, & obtinebant ordinarium ministerium: prophetæ verò Dei, extraordinaria ratione mittebantur.

est, reuelatio Dei. Nam qui causas naturales & artes ac scientias explicat, non est pro- *Forma prophetiæ.*
phetæ distinguitur à doctore. Nam doctores etsi instructi sint donis Dei ad do- *Prophetæ & doctores quid differant.*
cendum, ad consolandum, tamen ea exercitio, institutione, studio, & labore comparant. Prophetæ verò non alia ratione instituuntur, quàm sola reuelatione Dei. Prophetas ho- *Quare nunc nō tot sint prophetæ vt olim.*
rum temporum, etsi fortasse sint aliqui, tamen non arbitror esse multos. In primitiua nascentis Ecclesiæ Deus multos prophetas excitauit. Nam cum homines conuersi ad Christum ab Hellenismo, & essent prorsus rudes atq; imperiti sacrarum literarum, opus erat Deum illis succurrere & huiusmodi reuelationibus. Nunc postquā omnia abundant, nihil opus est subsidio prophetarū. Nam Iudæi tantum spectabant Christum qui ille iam venit: quare nihil opus est alijs prophetis. Deinde illi noua instructi erant sacra. Legum enim ab initio habebant præteres nihil. Venit postea Samuel, & alij prophetæ, qui complexi erant. Nunc satis ubiq; scripturarū. Postremò illi semper erant curiosi rerum futurarum, & prompti ad idololatriā. Itaq; ne se conferrent ad Magos & Ariolos, Deus pollicitus est daturus prophetam ex ipsorum fratribus. Hoc Petrus per ἐπιφώνησιν verè traduxit ad Christum. Sed vtrum Deus semper curauit, ne illis deesset propheta aliquis ex ipsorum numero: certis temporibus crassa illa idololatria sublata est. Chrysost. in Gen. ait, hominum peccatis factum, vt huiusmodi rarior & subtilior spiritus possit in nobis habitare. Ea ratio me non mouet. Nam cum populus grauissimè peccaret, Deus semper excitauit prophetas.

Finis prophetiæ est, vt Paulus ait, ædificationem, hoc est, vt adducamur ad felicitatem sem- *Prophetiæ finis.*
piternam. Illa non percipitur humano iudicio neq; enim eam aut oculus vidit, aut auris audiuit. Necesse est, vt illustriore ratione indicetur à prophetis. At illi patefacere eam non possent nisi intelligerent: nec intelligerent vnquam, nisi admoniti interiori Spiritu Dei. Nam alioqui superabant naturam, non minus ignorabāt, quàm alij homines.

Spiritus ille, quo incitantur, modò bonus est, modò malus. Nam vt Deus ædificat Ec- *Efficiēs causa. Prophetæ incitantur à bono et malo spiritu.*
clesiam prophetas, ita diabolus Dei simius eosdem per prophetas euertit. Nulla vnquam hæresis fecit prophetias, quàm Montanistæ. Illi enim Priscam suam & Maximillam diuites, *Cur permittat Deus vt mali vera prædicāt.*
mulieres habuerunt loco prophetidum. Idololatræ quædam vera prædixerunt, eaq; ita euenerunt, quò facilius deciperent. Sed cur permisit Deus, inquies, vt illi vera loquerentur? Augustinus 14. de Trinit respondet, Quoniam erant, & peccata, & pœnæ peccatorū. Illi ergo permissi erant, vt traderentur mendacijs & efficacijs erroris, vt Paulus ait ad Thessalon. Et Ezechiel, Si seductus fuerit propheta, ego Dominus seduxi eum. Et August. contra Iulianum, Deus quidem, dicunt, vera etiam de Christo: quia Deus vult omnibus modis conseruare veritatem ad consolationem piorum, & ad impiorum condemnationem. Sed huiusmodi iam male- *Furor propheticum.*
dictæ sunt à principibus, vt apparet in Codice de maleficis, & mathematicis. Quanquam, non omnes appellantur ibi Mathematici, qui ex astris, aut speculatione causarum naturalium aliquid, sed qui curiosas artes & exsecrationes venditabant sub nomine Mathematici. Quod genus hominum Constantinus iubet ignibus cremari. Spiritus verò bonus inse- *Origo prophetiæ.*
quem Ethnici, cum non intelligerent, appellabant furorem, & alienationē mentis. Plato in Ione ait esse furorem poeticum, alium mysticū, alium quo prædicuntur futura, alium quo sanantur. De origine prophetiæ, quod ad tempus attinet, certum est, eam primùm fuisse in Enoch. Hic etiam est illa ad Hoc nunc os emptibus meis. Deinde prophetauit Enoch septimus ab Adam, quemadmodum dum scribitur in Epistola Iudæ. Illis postea successit Moses, & Samuel.

Sed dicet, si ita est, cur Petrus in Actis ita loquitur: Scriptum est in prophetis & deinceps? Respondeo: Petrus primùm mentionem fecerat de Mose, Deum sic Sanctorum more, vt prophetarum, quod ille plurimum propagasset ordinem prophetarum. Rectissimè igitur scriptum ab aliquo prophetarum Samuelem.

Prophetiæ definitio.

Definitio quidem prophetiæ proponitur à Chrysost. in illa verba Elisæi. Vide Deum esse tem. Hom. 2. paulo crassior. Prophetia, inquit, nihil aliud est, quàm enarratio futurorum. Ea ratione logum Pauli ad Roman. Sanctos viros non tantum scriptis & verbis sed etiam factis prophetasse, vt Abrahamum in sacrificio filij, & Mosen in serpente æneo & populum totum in Paschate. Sed plenior definitio erit: Prophetia est facultas à spiritu Dei collata, vertia quibusdam, citra institutionem, quæ diuina, sublimia, & arcana possint certò cognoscere, ponere ad ædificationem Ecclesiæ. Hic genus est facultas, Ea referri potest ad naturalem tiam, non quod vis ea sit naturalis, sed quòd homines efficiat idoneos, vt potentia naturalia quæ possint certò cognoscere. Id ideirco adiecti, quoniã qui ea dicunt, quæ ipsi non intelligunt, rioſi potius sunt quàm prophetæ. Reliquæ partes definitionis facilè intelligi possunt ex his, quæ diximus de causis.

Prophetarum gradus.

Sed non omnibus prophetis cœlestis afflatus cõmunicabatur eodem modo. Alijs enim plenè videbant, alij minus. In lib. Nũ. 12. Deus ait se aliis prophetis aliter atque aliter se ipsum insinuasse Mosi autem se obtulisse ore ad os, & facie ad faciem. Et ad finẽ Deut. scribitur, post Mosen nullum vnquam similem prophetam extitisse. Quod tamen intelligendũ est ante aduentum Christi Nam alioqui Christi ipsius testimonio, Ioannes Baptista vicit Mosen. Inter enim natos mulierum, inquit, non surrexit maior Iohanne Baptista. Alij enim Christum aliquando venturũ prædixerunt, Ille præsentem, & inter homines versantem digito indicauit. Possumus etiam pingui quadam ratione prophetiarum gradus ita distinguere, vt aliud appellemus oraculum, aliud somnium, aliud visionem.

Oraculum.

Oraculum est, cum voce ipsa Dei exponitur, quid sit faciendum. Ita Abrahamo monitus est cœlesti voce, ne mactaret filium suum.

Somnium. Visio.

De somniorum autem ratione nihil opus est exemplis. Ea enim vbi, & obuia sunt in sacris literis. Visio potest esse triplex, vel vt ipsis hominibus & simplici intelligentia vera cernantur, vel vt præter illud lumen imagines etiam delitescentes idque vel in mente, quale est, quod Zacharias vidit cornua & candelabra, & Hieremias oliam, vel in oculis, quale est, quod in Danielis articulus conspectus est in pariete, quòd; Angeli conspecti sunt cum hominibus colloquentes in humano corpore. Sunt etiam in prophetijs discrimina horum. Aliæ enim erant ante Legem, vt Abrahami, Noah, Enoch, Adami. Aliæ in Lege, vt Mosis & aliorum: aliæ in Euangelio, vt multorum sanctorum virorum in primitiua Ecclesia. Nec mulieribus quidem Deus inuidit hoc donum. Legimus enim fuisse Mariam, Debboram, Oldam, & alias mulieres prophetissas. Et à principio primitiuæ Ecclesiæ erant filiæ Philippi, Italæ sanctæ mulieres, quæ prophetabant. Et Paulus ait, Mulier orans aut prophetans tegat caput suum. Sed hic obiter occurrit non leuis scrupulus. Nam si illo tempore fas erat mulieri orare & prophetare publicè, quomodo monet Paulus, & ad Corin. & ad Tim. ne mulier loquatur in Ecclesia? Hæc enim videantur nonnihil inter se pugnare, multis tamen modis possunt conciliari. Quidem possunt, ne hierem dici à Paulo orare & prophetare, cum interfit & audiat publicas preces & prophetias Ecclesiæ, quibus vir aliquis doctus & sanctus præsit. Alij putant, duos errores fuisse ab initio irrepsisse in Ecclesiam Corin. alterum, vt mulieres publicè prophetarent, alterum, vt id capite velato aperto facerent. Et priorem quidem errorem putant Paulum refutasse 11. cap. ad Corin. Alterum verò in 14. & in 2. ad Timoth. Atq; ita Paulũ omnino prohibere voluisse, ne quid in cœtu fieri. Alijs vero illa Pauli intelligunt de ministerio ordinario. Illud enim nullo modo permutandum est mulieris. Extraordinaria verò ratione licere interdum mulieri prophetare, vt Mariæ, Debboræ, Oldæ, & illis, de quibus antea diximus. Id si quando accidat, aiunt, Paulũ monere, vt mulier sit tecto capite. Alij putant, mulieres vetari à Paulo, ne prophetent publicè. Id autẽ licere priuatim, modò operiant capita. Sed quicquid est, non est tanti. Nos hoc tantum docere volumus, Deum interdum hanc facultatem communicare mulieribus.

Prophetæ nihil oraculis addent aut detrahent.

Non patiantur se corrumpi gratia & muneribus.

Sed in primis cauere debent prophetæ, ne quid aut corrũpant, aut addant, aut imminuant. Quidam enim interdũ accepto diuino lumine, addunt præterea aliquid de suo. In Act. quidam fuisse viri illustres spiritu Dei dixerant, multa grauia ipsi pendere Paulo Hierosolymis. Atq; id quidem verè. Sed alia illi de suo addiderunt. Authores enim erant Paulo, ne se conferret Hierosolymam. Id à spiritu sancto non acceperant. Nõ ita se gerere debent prophetæ boni. Nam si suam prudentiam miscere velint cũ oraculis Dei, facilè & ipsi falli possunt, & alios in errorẽ inducere. Adhibere debent, ne se pecunia aut gratia corrũpi sinant: quod legimus sæcissse Balaamũ. Qui enim in

Hier, nõ prophetæ sunt, sed diuini, vt Dialectica, si erroribus & falsecijs eorum Dialectica est, sed Sophistica. Nam qui mercede conduci possunt, vt loquantur potius diuini sunt, quam prophetæ Dei, et si functionem aliquam gerant in ecclesia. Hos autem illi fecerunt admonitu & instinctu Dei, vt admiratione sui populum ad se allicerent. Alij autem contrà volunt luxu & voluptatibus diffluere: quod in Ecclesia hist. Montani & Maximilla. Illæ enim sexo vtebantur, & omni genere mollitiei. Quare media quædam est. Vtrinque enim peccari potest, & in luxu, & in sordibus, cum sint prophetæ alij boni alij mali, quo modo distingui possunt isti ab illis? Non habitu corporis. Aliæ quædam certiores notæ sunt, quæ nobis proponuntur Deut. in Deuteronomio: ait, ista duo esse certa argumenta boni prophetæ: primùm, si non adducat ad idololatriam & alienos deos, deinde, si quicquid prædicat, certò eueniat. De idololatria indubitatum & certum est. De altero verò nonnihil dubitari videtur. Multi enim verorum prophetarum prædictiones non euenium. Esaias prædixit, Ezechias eo morbo quo laborabat, moriturũ, & Ionas, Niniuen ciuitatem 40. diebus interituram. Horum tamen horum, vt prædictum est, accidit. Hic responderi potest, istas non tam proprias quasdam cõminationes, & prophetas illos præuidisse effecta, vt erunt in causis. Mutatis enim esse absurdi, si effecta mutata fuerint: & ea causa prophetas argui nõ posse mendaces. Dent intelligendũ esse non de cõminationibus, sed de alijs prophetijs: quale est, quod prædixit Saul, illum obuios habiturũ duos viros in itinere, & ab illis accepturum duos, occursuros illi cuneos prophetarum: quale etiam erat, quod Gedeon accepit de Phara & compluto: quodq; Mariæ prædictum est, eius cognatam Elizabetham fore grauidam. Chrysostomus annotauit in 12. cap. prioris ad Corinth. in illa verba: Cum esse- ad muta simulachra: ait enim vates idolorum duo habuisse certa indicia, afflati spiritu malo indecoris motibus iactabantur, vt solent arreptitij. Deinde ipsi quæ dicerent, non intelligebant. Et in eã sententiam citat Platonis testimonium: Præclara dicere, sed seipsos non intelligere. Iustinus Martyr in Sermone contra Gentes ad eadem verba esse in Dialogo platonis, quem inscripsit Menonem, quod Chrysostomus refert. Duo tamen addit, quæ videntur inter se pugnare. Laudat enim Sibyllas, quasi illas diuino incitatas loquutæ fuerint, quasiq; illarum prædictiones præludia quædam fuerint futurorum Prophetarum. Carmina autem illarum *corrupta* ait fuisse à scriptoribus. Nimirum fœdo impetu, cum ad se redijssent, oblitas quid dixissent: non potuisse ea corrigere. Non est similè non est, si afflatæ fuerint spiritu Dei. Primùm Chrysostomus ait, dæmones agitari solitos parum honestis motibus. Et citat veterem Poetam, in quo ista scripta Cuiusmodi etiam illud est apud Vergilium:

Bacchatur, fatidica vt Cirrha sub rupe recumbens
Excussisse Deum: tantò magis ille fatigat
Os rabidum, fera corda domans, fingitq; premendo.

Vult diabolus vates suos adigi: ad suspendium, vt Priscam & Maximillam, de quibus Epiphanius. Baalis sacerdotes sese confodiebant lanceolis, & Galli Cybeles se cultrabant. Et addit Plutarchus de Pythia, solitam eam sedere in tripode, & per pudendas corporis partes diuinare, & ex illis ijsdem partibus oracula reddere. Nec mirum: est enim tyrannus, efficitque homines sese deformiter gerant, & quid dicant aut agant, ipsi nesciant. At spiritus sanctus aliter regit suos. Imò, inquies, Deus quoque interdum cogit suos. Nam Moses, Ionas, Hieremias oblatam prouinciam defugiebant, inuiti tamen coacti sunt vt prophetarent. Certum est illos viros primùm restitisse: postea tamen persuasos à spiritu sancto, munus oblatum suscepisse. Non enim ita adducti sunt ad obeũdũ iussa Dei, quasi aliquid fecerint inuiti. Diabolus enim vi cogit, & rapit, & linguam illorum incitat, & oculos torquet, & totũ corpus fœdissime. Quod ad alterum attinet, dices, Caiphan imprudentem prædixisse, quam nesciret, Pontifex esset illius. Et Nabucadnezarem & Pharaonem ea prædixisse in insomnijs, quæ non intelligerent. Respondeo, fuisse illas non plenas prophetias, sed tantum inchoatas. Ad quam solutionem diximus, oportere Prophetam & intelligere, & explicare posse prædictiones suas. Sunt enim ad vsum Ecclesiæ, qui sine intelligentia nullus est. Quod ad tertium attinet, Iaulem in hac historia totum diem, totamq; noctem nudum iacuisse. Respondeo, hu-

Vita concilient autoritatem doctrinæ.

Quomodo boni prophetæ à malis distinguantur.

Vates diaboli furebant.

De Sibyllis.

An Deus suos prophetas cogat.

An à Deo afflati nesciant quid dicant. An nesciant quid agant.

manam carnem perterrefieri & debilitari præsentia numinis: tamen Spiritum sanctum non rumpere naturam, nec humanum corpus deformiter inflare. Vires quidem humanæ ad tantam maiestatem debilitantur & cadunt. Ita enim Daniel, ita Ioannes in Apocalypsi ad terram collapsi sunt: & Petrus, Iohannes, Iacobus consternati transfiguratione Christi cecidissent. Ita Esaias appellat se virum cadentem apertis oculis. Non tamen ad motus inhonestos & corpus adigunt. Quod Paulus ait, Spiritus prophetarũ subiectus sunt prophetis: id adiecit, ne prophetæ tumultuarentur, nẽue seſe mutuò impedirent, nẽue quis diceret, se non posse expectare alium. Paulus addit aliam etiam notam eodem loco. Nemo, inquit, potest dicere Dominum Iesum nisi in spiritu Dei: & nemo in spiritu Dei loquens dicit anathema Iesum. Hanc certe notam prophetæ & boni, & mali. Non tamen satis est confiteri verbis Dominum Iesum: quia id fit in vera fide fieri, Augustinus in Commentarijs inchoatis in epistolam ad Rom. Sunt, qui verbis profitẽ tur Deum: factis autem negent. Quare qui veram de Deo fidem profitetur, moribus & factis expressit, haberi debet pro vero propheta. Quanquam dissimulare non debemus, malos etiam viros interdum vera prædicere: quales illi sunt, qui in extremo illo die dicturi sunt, Nonne in nomine tuo dæmones eiecimus, & miracula multa fecimus? In veris tamen sic professis statuere, quicunq; confitetur Christum Iesum, quibuscunq; sit moribus, eo nos non adducat à fide, eum habendum esse pro propheta Dei. Deus enim etiam malorum ministerio utitur ad ea vti potest in proferenda gloria sua: modò illi se contineant intra præscriptũ fidei: hoc est, vti dicere Christum Iesum. Nam Augustinus in Epistolam Iohannis, ait illud nomen Christi esse tenendum, quo omnes articuli fidei continentur. Nam qui Christum confitetur esse filium Dei, necesse est, vt confiteatur patrem, Spiritum sanctum; Christum natum, passum, mortuum, sepultum, resuscitatum, sublatum in cœlum. Paulus ad Thessal. Omnia, inquit, probate, quod bonum est, tenete. Paulò ante admonuerat, ne prophetis contemnerentur: postea subiecit, vt illorũ dicta examinata dicio expenderentur. Quidã enim, si quid fortè audeant futiliter dici pro concione, statim reiiciunt & repudiant omnia. Alij omnia promiscuè recipiunt sine delectu. Paulus monet, medium via insistendum esse. Omnia, inquit, probate: quod bonũ est, tenete. Erat tum in ecclesia dotes istæ tuũ, quæ nunc aut nullæ, aut raræ est, populum tamẽ oportet precibus à Deo contendere, ne talibus doctoribus auferantur à veritate. In ferendis tamẽ suffragijs curare debẽt, vt minister optimus eligatur. Quoniam autem interdũ bonus etiã dormitat Homerus, eius dicta probanda & examinanda sunt ad verbũ Dei & articulos fidei. Commune autẽ est Prophetiæ cum alijs donationibus, vt gratis cõferatur. Ita falluntur, qui putant eam comparari posse arte, aut industria, aut quibus purgationibus. Petrus enim ait, prophetiam non ab humana voluntate professam, sed sanctos viros loquutos fuisse impulsi spiritus Dei. Et Paulus ait, Spiritũ diuidere omnibus prout velit. Arripit enim doctũ, indoctum, puerũ, armentarium: vt Amosum prophetã vellicatorem morum. Tamẽ quod negari nõ potest, ieiunio & precibus multũ proficitur. Scimus quam Daniel multum sese afflixisse, & abstinuisse à mensa regia, & contentũ fuisse legumi nibus. Profecto ista nonnihil donum tamen prophetiæ non promerentur. At si latius intelligamus prophetiam pro explicatione prophetarum, & verbi Dei, negari non potest, eam facultatem comparari arte & doctrina. Itaq; in eum vsum legimus fuisse institutas scholas, in quibus erudirentur filij prophetarum: & Elizæum cum esset commoratus, popoſcisse psaltem, vt se ad æquitatem animi reuocaret.

Nunc de effectis Prophetiæ dicemus paucis. Primum effectum est ædificatio ecclesiæ. Inquit Salomon ait 29. Proverb. Cum auferetur prophetia dissipabitur populus: & otio atq; ignauia dissolui natur. Prophetia enim populũ continet in officio. Quare Paulus ait, Qui prophetat, loquitur doctrinam, adhortationẽ, consolationem. Quod si quando ordinarium ministerium, vt fit, officium non faciat, Deus extra ordinem excitat prophetas, qui res instaurent. Sed dubitari potest, an prophetæ certò sciant, vera esse ea, quæ prædicant. Certè. Alioqui enim quomodo potuisset Abrahamus inducere in animum, vt mactaret filium, nisi certus fuisset de iussu Dei? Cæli ergo errare possunt, quatenus quidem prophetæ sunt. Id addo, quia, quatenus homines sunt, errare & falli possunt. Ita in Paralip. Dauid dicit Nathani, velle se exædificare templum Domino. Tum Nathan propheta, quasi probata Regis voluntate, Fac, inquit, quod bonum videbitur in oculis tuis. Postea tamen accepit oraculum, illud opus deberi Solomoni. Errauit ergo Nathan, vt homo: sed Deus eum statim reuocauit. Hæc de effectis satis. Vnum tantùm addam, in Ezech. scriptum ei fuisse, ossa Elizæi prophetæ prophetasse: quòd excitatione hominis mortui testimonium dedissent doctrinæ Elizæi. Sed non est vt illud factum prophetia dicatur: nam alioqui omnia miracula erunt prophetiæ.

Mali quandoq; vera prædicũt.

Christi nomine omnes articuli fidei continentur.

Prophetiæ probandæ.

Prophetiæ gratis confertur.

Prophetiæ effecta.

An prophetæ certi sint de suis prædictionibus.

CAPVT

CAPVT XX.

Fugit autem Dauid de Naioth in Ramah, venit, & dixit coram Iehonathan. Quid feci? quæ iniquitas mea, & quod peccatum meum coram patre tuo, quod quærit animam meam?

Qui dixit ei, Absit, non morieris: ecce non facit pater meus rem grandem, vel rem paruam reuelans aurem meam: quare ergo celabit me pater meus rem hanc? non hoc

Iterum adhuc Dauid, ait, Certè nouit pater tuus, quòd inuenerim gratiam in oculis tuis, & dicet, Ne cognoscat hoc Iehonathan: ne fortè dolore afficiatur, verum vivit Iehouah, & vivit anima tua, quod quasi passus inter me & mortem.

Respondit Iehonathan Dauidi, Quid dicit anima tua & faciam tibi?

Dixit autem Dauid ad Iehonathan, Ecce Calendæ sunt cras, & sedendo sedere ad Regem ad vescendum, dimittes ergo me, & abscondam me in agro vsq; ad vesperam.

Si circo dando recordatus fuerit mei pater tuus, dices, Postulando postulauit à me vt curreret in Bethlehem vrbem suam: quod sacrificium annuum sit ibi toti familiæ.

Si sic dixerit, Benè, pax seruo tuo: sin autem indignetur, scito quod completa sit malitia.

Facias ergo misericordiam cum seruo tuo, quia in fœdus Iehouæ adduxisti seruum tuum. Et si in me est iniquitas, interfice me tu: & vsq; ad patrem tuum quare adduc

Hoc caput distinguitur in dialogum inter Ionathanem & Dauidem, in actionem Ionathanis cum Saule, & in fugam Dauidis. Quod ad primam partem attinet, Deus ornauerat Dauidem multis & præclaris victorijs. Eam rem in Ionathano, & in Saule aduersa effecta sequuta sunt. Iste enim tanto magis odit Dauidem, ille eum tanto arsit. Nec mirum. Saul enim malo spiritu vexabatur: Ionathas autem flagrabat spiritu Dei. Fundantur dialogi Platonis & Ciceronis: & certè multa sunt in illis vtilia & bona: hic autem multo est vtilior: dictatus enim est à spiritu sancto. Versatur Ionathas inter duas vias: in vtrisque grauissimis impeditur circumstantijs. Videbat enim Saulem priorem esse, deinde patrem, postremò illo mortuo, sibi deberi Regni successionem. Ex altera videt Dauidem affinem esse suum, hominem innocentem, virum Dei, qui multum pro Republicæ. cuius videbat Deum esse propitium. Hic Dauid implorat misericordiam filij sui. Hæc summa est huius Dialogi. Quàm rectè autem Dauid hoc faciat, ex eo intelligi, quod antea dimissus ab vxore, statim sese contulit ad Samuelem, vt consolationem acciperet ex verbo Dei: postea retulit se ad humana subsidia, & consulit amicum suum Ionathan per illum animum Saulis exploraret. Sed dices, satis videbat animum Saulis sibi infestum esse. Quid ergo opus erat istis artibus? Videbat ille id quidem, sed hoc ostendebat illum agitari malo spiritu, & ea causa sibi putabat infestiorem. Quod si ille rediret in gratiam aliquod interponeretur interuallum, sperauit eum odium facilè positurum, licet odisset, tamen hac pœna contentum fore, vt se subduceret ex aula, & priuatus ageret, aut in angulum aliquem sese abderet: nō autem necesse fore, vt fugeret patriam, sacris & cæremonijs populi Dei. Hæc Dauid exquiri voluit per Ionathanem. Non enim in patrem. Id enim perniciosum fuisset Reipublicæ. Hoc etiam pacto Deus curare videbatur Dauidis apud omnes iusta videretur. Non enim voluit Dauidem omnia turbare, ad inimicissima iura descendere. Sed homines pij, vt non quærunt vltionem, ita se mittunt in periculum. Cum Dauid Goliathum interfecisset, & tantum numerum profligasset, non est verisimile eum timuisse Saulem. Sed longè aliam videbat rationem Goliatho fuisse, aliam esse in Saule. Goliath enim declaratus erat hostis & proscriptus: Saul autem Rex erat, ab ipso Deo in Regio solio constitutus. Non autem tantum in bonum

Partitio capitis.

Dialogus vtilissimus Ionathæ & Dauidis.

Recte se Dauid ad misericordiam Ionathæ confugerit.

Cur vult animum Saulis explorare.

Cur non vi agit.

faciendum est, sed etiam benè. Paulus monet in bono vincendum esse malum. Sed [illegible] quodnam & cuiusmodi sit malum. Hoc, Dauid explorat animum Saulis, vt sciret, quid [illegible] dum esset. *Quid feci? quæ est iniquitas mea? quod peccatum meum?* Nihil ego offendi patrem meum. Illo non desinit petere vitam nostram. Sacris literis non prohibetur, [illegible] quinis enim vbi potest, iuuare debet proximum suum, ideo ad promouendum [illegible] quidam ita sunt animo elato, vt nolint petere. Aliter quidem est, vbi [illegible] expectare, dum amicus ad se supplex veniat. Sed illum vicissim [illegible] famosum, nec, cum laboret ea vitio, eadem ei reddunt officia.

Licet ab amico auxilium petere

Absit eum mentiri.) Nouisti dolos Ionathæ, quòd ubique suspicaretur [illegible] putaret ea fecisse per furorem. Nihil, inquit, est tam paruum, aut tam magnum, quin [illegible] ter communicet. Hæc autem de re nihil vnquam indicauit.

Vivat Iehouah, & vivat anima tua, quod quasi possim inter me & mortem.) Dauid [illegible] ciat, interponit iusiurandum: ideo vtiliter fit, si faciat aut ad confirmandum [illegible] ad gloriam Dei. Videbatur autem Dauid versari in ipso articulo mortis, & cùm [illegible] teretur de senestra, & cùm à Saule lancea peteretur. Alteram etiam partem [illegible] refusat his verbis. *Certe nolim [illegible] quod [illegible]*) Scit [illegible] causa vt celet. Ionathas non vult pollui, aut deficere animum suum. Dicit Dauidi, Ausu [illegible] stare contra patrem? Non faciam.

Dauid recte iurat iurando vitam.

Quid dicit anima tua, & faciam tibi?) Ionathas suscipit causam Dauidis, id [illegible] cum periculo. Primùm enim cùm ageret causam Dauidis, pater eum voluit occidere: deinde si Dauid vinceret, videbat certam fore amissionem regni. Magnum autem est amici causa velle in periculum venire & de imperio, & de capite. Imò quidam dicunt, si iura violandum est, regni causa violandum est. Deus decreuerat, Dauidem regnaturum esse post Saulem: [illegible] thas, cui alioqui successio debebatur, pollicetur bona fide factum, quicquid Dauid [illegible] uis autem in vniuersum dicat, quit quod petierit anima tua, id tamen cum hac exceptione [illegible] telligendum, si modò ne ille aliquid inhonesti aut iniusti peteret. Cum huiusmodi [illegible] ditionibus omnia fœdera feriri debent. Sciebat autem Ionathas, Dauidem nihil à se [illegible] petiturum.

Ionathas cum periculo tuetur Dauidem.

Sed Dauid in eo discrimine positus metuit sibi. Nec mirum. Nec [illegible] gitur [illegible] illa Stoicorum. Iacobus metuit sibi ab Esau. Elias item sibi ab Achabo [illegible] iurijs, quibus ab illo affectus fuerat, grauiter expostulauit cum Deo. Hic tamen [illegible] tum non coniungitur cum diffidentia de Deo. Timebant illi quidem, eò tamen [illegible] de: deinde in illo timore nihil in se admiserunt, quod pugnaret cum Lege Dei: [illegible] fectum referebant, quod scirent ad officium suum pertinere. Impij verò contra [illegible] mùm de Deo: deinde omnibus etiam iniustis vijs & rationibus volunt se à periculo [illegible] extremo timore & desperatione debilitati, omnia consilia rei bene gerendæ abijciunt. [illegible] in rebus aduersis ita turbantur, vt exponere non possint, quo pacto se seruari velint. Dauid [illegible] tem non ita erat animo consternatus, quin vt se præsenti consilio iuuare posset. *Ecce Calendæ [illegible] sunt cras.*) Præcipitur in capite vigesimo octauo Leuitici, hunc diem, primum videlicet [illegible] que mensis, oportere esse sacrum: ita tamen, ne ab opere seruili abstineretur: tantum vt dies [illegible] & sacer coleretur. Nam à laboribus vno tantum die Calendarum abstinendum erat in Septimo [illegible] mense, in festo inquam tubarum. In calendis verò aliorum mensium afferebant victimas [illegible] deinde extructis mensis conuiuia inter se agitabant. Oportuit autem homines manducare [illegible] cibis sacris frueretur. Ex hac occasione Dauid ita instituit consilia. Pater inquit, [illegible] uinio requiret me: tu autem dices, te mihi fecisse potestatem profiscendi ad fratres meos. [illegible] illi iam fortasse propter aliquod insigne acceptum à Deo beneficium priuatum aliquod [illegible] bant inter se sacrificium. Tum videbis, quomodo se gerat pater tuus. Nam si odium illius [illegible] erga me adhuc retineat, & me doleat euasisse, quasi iam occidi non possim, omnino [illegible] est, & aliquo pacto vitæ consulendum. At si animo mitigato profectioni meæ [illegible] argumentum erit, quicquid ille hactenus in me fecerit, id factum esse per furorem: & [illegible] me illi posse aliquando reconciliari. Reuocat autem Ionathanæ in memoriam fœdus [illegible] ictum, ad quod eum Ionathas prior vtrò vocauerat. Illud appellat fœdus Dei, vel [illegible] esset per nomen Dei: vel quod faceret ad gloriam diuini nominis, & ad liberandum [illegible] eam: vel quod fœderati inter se numinis instar habere debent, ad sese mutuo [illegible] Deus vltor sit fœderis violati. Sunt enim Dij quidam etiam apud Ethnicos, [illegible] Et raro bene cedit violatoribus fœderum.

Quæ sit hæc exploratio animi Saulis.

Cur fœdus dicatur Dei.

Non peccat Dauid etsi timeat. Timoris piorū & impiorum discrimen.

Calendarum dies quomodo festus fuerit. Non peccat

...fuerfet me tu.) Magnus parrhesia Dauid ista dicit: ita confidebat boni-
... esse apud, inquit, et ait peruenias ad patrem tuum. Tu mihi hic, inquit, potius
... imprudens in his verbis, præsertim in eo, quod se appellat seruum Iona-
... erat enim, se illo longè esse inferiorem. Fœdera enim non mutant hominum

...vero Ionathan, Absit tibi, quod si certò scitero completam esse malitiam
... ut veniat contra te, nonne illud annunciem tibi.
... præterea ait ad Ionathan, Quis renunciabit mihi autem, quid respon-
... tuus durè?
... Ionathan Dauid, Age egrediamur in agrum. Et egressi sunt ambo

... dixit Ionathan Dauid, Iehouah Deus Israel, si inuestigauero patrem
... cras perendie, ecce bonum super Dauidem, & non tunc mittam ad te, reuela-
...

... faciat Iehouah Ionathan, & sic addat: quod si placuerit patri meo adducere
... te, etiam reuelabo auem tuam, ac dimittam te, ibisq; in pace, & sit Iehouah
... sicut fuit cum patre meo.
... non, si adhuc viuens non ostenderis mihi fidem Iehouæ, & non
...
... non rescindas misericordiam tuam à domo mea vsq; in seculum, ne cum quem-
... Iehouah Dauidis unumquemq; è superficie terræ.
... fecit Ionathan cum domo Dauid, Requirat Iehouah de manu
... Dauidis.
... Iehouah iterum iurare fecit Dauid, propterea quòd diligeret ipsum: nam
... animam eius.
... dixit Ionathan ei, Cras sunt calendæ: visa, memorabere: vacabitque
...
... igitur diebus tribus descendes valde, venies ad locum in quo delitue
... & manebis apud lapidem illum.
... ego sagittas à latere eius tanquam iaciam, mittendo ad scopum.
... mittam puerum, dicens ei, Vade, inuenies sagittas. Si dicendo dixe-
... Ecce sagittæ à te & citra: cape eam & veni, quia pax tibi, nec est quicquam, vi-

... verò sic dixero puero, Ecce sagittæ sunt à te & vltrà: vade, quia dimisit te
...
... autem quod loquuti sumus ego & tu, ecce Iehouah inter me & te vsq; in

recipit se ista facturum. Sed Dauid, vt erat prudens, At quis, inquit, mihi indicabit
... quis illum patrem virgo aut hostilem obtinebit? tu enim non poteris mecum sine
... colloqui. Tum Ionathas. *Age egrediamur in agrum.*) Fortassè locus ille, vbi tum è- *Cur in agrum exeant.*
... deputatur opportunus. In agro heriori futura erant colloquia, si quis illorum ser-
... diarecum. Tu latebis in vepreculeto, ego iaculabor ad scopum. Deinde imperabo seruo
... colligat. Quòd si illi dixero, adest, citra te sunt, egredere fidenter, ne quid timeas
... enim tibi est pater meus. At si dixero, Vltrà te sunt, fugito: id enim argu-
... adhuc pergero odisse te. Hoc dicto monuit, quòd putaret, si quis fortè alius in eo
... esset, non fore opportunum, vt cum illo posset priuatim colloqui. Contra autem
... adesset. Sed quoniam Dauid stipulationem fecerat fœderis, Ionathas respondet, se
... fœderis illud esse seruaturum. Ego, inquit, seruabo tibi, & posteris tuis: tu etiam vicissim
... tibi & meis.

... seculum, sicut fuit cum patre meo.) Significat Ionathas his verbis se satis scire, *Vnde scierit Dauidem fore Regem.*
... Regem. Vnde autem scire hoc potuit Ionathas? Fuit vir fidelis, timebat Deum, &

obseruans diuini verbi. Audierat ex Samuele, regnum suum futurum in stirpe Saulis: videbat indies crescere & promoueri. Quare non dubium, illum fore Regem. Rebellare non licere pijs viris sedem inter se coniungere decebat pijssimos. Nec mirum amicitias iungere, quàm amicitias.

Tertium dies quare præscripserit scribatur.

Tribus diebus deliteſcet.]Ista enim agebantur pridie Calendas. In ipsis Calendis nihil poterat scire de voluntate patris. Itaq; expectandum erat in tertium diem. Ad eum inquit, diem ubi veneris. Ita re compositè discedunt. Ionathas in aulam, Dauid ad suum tabernaculum.

24 *Abscondit ergo se Dauid in agro. Cumq; venisset Calendæ, & accubuisset Rex ad vescendum:*

25 *Sedit q; Rex in sede sua iuxta solem & ecce surrexit Ionathan, sedit q; Abner ad latus Saulis: Vacabat verò locus Dauidis.*

26 *Non est tamen locutus Saul die illa quicquam: dicebat enim, Accidit illi præterquam quòd est immundus, vel quia non est mundatus.*

27 *Fuit præterea postridie Calendarum, secundo, vacuus locus Dauidis. & dixit Saul ad Ionathan filium suum, Quare non venit filius Iesse nec heri, nec hodie ad vescendum?*

28 *Respondit Ionathan Sauli, obnixè postulauit Dauid à me vsq; Bethlehem.*

29 *Dicens, Dimitte me obsecro, quia victima est familiæ nostræ in vrbe, & ipse præcepit mihi frater meus: nunc ergo si inueni gratiam in oculis tuis consentiam me illuc, ut videam fratres meos, idcirco non venit ad mensam Regis.*

30 *Et iratus est furor Saulis in Ionathan, ac dixit ei, Fili mulieris peruersæ rebellionis, nónne scio quòd elegeris filium Iesse in confusionem tuam, & in confusionem ignominiæ matris tuæ?*

31 *Omnibus enim diebus quibus filius Iesse viuerit super terram, non stabilieris tu, neq; regnum tuum: nunc ergo mitte, & tolle eum ad me, quia filius mortis est.*

32 *Respondit autem Ionathan Sauli patri suo, ac dixit ei, Quare morietur, quid fecit?*

33 *Et contorsit lancem super eum vt percuteret eum. Intellexit ergo Ionathan quòd decretum esset à patre suo interficere Dauidem.*

34 *Surrexit itaq; Ionathan à mensa in furore, nec comedit die illo secundarum panem: dolore enim affectus erat propter Dauidem, & quia contristauerat eum pater.*

Saul putabat Dauidem forte immundum esse.

In ipsis Calendis Saul Dauidem non requirit, Non enim erat imperitus legis. Sciebat hoc esse in Leuitico, vt si quis esset immundus, à sacris epulis abstineret, alioqui excideretur populo Dei. Cogitauit itaq; Dauidem se aut fluxu seminis, aut contactu immundæ rei, aut alia contaminasse: & ea causa ad conuiuium non venisse, eam autem immunditiem tantum vnum diem: itaq; cum postridie adfuerant. Ipsum autem Saulem credibile est omnibus sordidis pudicasse, vt mundus & perpurgatus veniret ad epulas. Sed erat ea immundities fucus hypocritica. Interim enim in animo habebat eundem. Ita Iudæi cùm Christum persequerentur ad necem, & animis essent impurissimis, tamen magnos religionis obseruantes ab ingressu prætorij, ne se fortè contaminarent.

Quomodo possit manifesta fuga Dauidis hæc accidere potuerint.

Postridie Saul, cùm videret Dauidem non adesse, non existimauit longius secundum Sabbatum differre se nobis grauis quæstio. Cum Saul satis sciret Dauidem dimissum ab vxore de familia abijsse, & se contulisse ad Samuelem, eum, & missis satellitibus, in ipsa etiam concubuisse, & vaticinijs alijs prophetasse, quomodo hic requirit? vt mos communis? aut quomodo Dauid ipse postea requirendum? Quidam respondent esse interpretum, hæc hic narrari, quæ antea gesta fuerunt. Mihi verò historia non videtur temerè partes habere, nisi id necessitas postulet: præsertim cùm omnia in ipso textu scribatur, Dauidem fugisse ad Samuelem, & venisse ad Ionathanem: quæ & Iosephus etiam scribat, ista accidisse postquam Saul prophetasset coram Samuele. Alij hæc omnia referunt ad oblivioni, quòd Saul hæc omnia fecisset per furorem, & nunc reuersus ad se oblitus esset quid actum. Certè Tranquillus author est, Claudium Cæsarem ita fuisse obliuiosum & hebetem, vt sæpè miraretur, eos non venire ad conuiuium, quos ipse paulò ante iussisset occidi. Verisimile est

spondent

Dauid enim ipse, qui nec furebat, nec horum rerum oblitus esse
sese in conuiuio requirendum. Alij putant Dauidem recon-
sed cum aliud quærteret, Saulem perpetuo ardere odio, & vitæ
hanc rationem seorsim iniuisse cum Ionathane. Atque hoc quidem pa-
sæpe fuisse. Potest tamen etiam id accidisse, vt Dauid, cum
cum Ionathane, conspectus fuerit, & se visum & agnitum intellexerit: Sau-
putasse Dauidem superiores iniurias tribuisse furori: & idcirco haud
conuiuium. Cum essent iam in epulis, Ionathas callidè explorat animum
ita facit, videri debet proditor: non enim patris consilia indicare voluit
& iuuare amicum, & patrem reuocare à scelere. Hodie quoque pij viri, qui
ipsum, si prodant consilia contra fratrum suorum salutem inita, eosque in
consulere, non sunt prodidores. Imò esset, nisi ita facerent.

Ad Ionathan sedit, & Abner ad latus Saulis: vacabat verò locus Dauidis.) Ad Re-
non nisi principes viri & Regis cognati atq; affines assidebant, vt Ionathas & Ab-
Saulis, & Dauid tribunus militum & gener Regis. Nec isti erant Regis conuiuę,
& solennibus. Si quis latere velit, illi nihil minus expedit quàm gratia princi-
ibi cauere possunt, qui semper versantur in oculis.

Die postridie Calendarum, secunda, vacauit locus Dauidis.) In nouilunio dies secun-
iubebatur esse festus. Cur autem id factum sit, duæ mihi videntur esse causæ.
septimo de sacrificijs pacificis ita præcipitur: Si quid ex illis superesset in po-
eo instituendum esse aliud conuiuium. Verisimile autem est, Regem splendidè
Cumque omnes illæ epulæ consumi non potuerint priori die, conuiuatum fuis-
Altera causa erat, vt religiosiores, & sacrorum obseruantiores esse viderен-
postulabit. Saul ergo, quamuis Dauid priori die non adfuisset, quod illum
esse iumendum, tamen postero die non dubitauit eum adfuturum. Nam si quis
fuisset aut in itinere, cum oporteret Pascha celebrare: is iubebatur mense secun-
Pascha suum. Id isti transtulerant ad alios festos dies.

Respondit Ionathas Sauli: Obnixè postulauit Dauid me, vt iret vsq; Bethlehem.) Ionathas
peruersitati de Dauide: illum abisse in Bethlehem reuocatum à suis, accepta à
Iosephus inquit, Ionathanem subiecisse, se quoque inuitatum fuisse, vt vnà iret.
genus mendacium (vt appellant) officiosum. Non enim patri suo nocere vo
quicq. Sed de eo quid sentiendum sit, dicemus alàs. Nos hinc discere de-
nobis fideliter dandam esse, cum tempus postulet, vt seruemus homines sanctos,

Exarsit furor Saulis in Ionathan.) Hic Saul non amplius sese continet. Indignè enim
sibi esse Dauidem è faucibus. Illius autem fugæ authorem & consuasorem sub-
Ieiq; impotens sui excandescit, & omnia consilia sua prodit. Nam a-
potuisset, habuisset Dauidem in manibus. Sed homines furentes sæpe præ-
rumpunt consilia sua. *Filius matris peruersæ rebellionę.*) Apparet (inquit) te non
Spurius es & nothus, nec vlla in re refers patrem: nam quem ego odi, cum eo
habis. Matrem habes adulteram: vt tu te adiunxisti ad hostem meum ita illa
Putant vim quandam talem esse in paterno sanguine, vt similes affectus pro-
filios. Ita Chremes in Heautontimorumenon inquit vxori suæ de filio: Facilè
esse tuum, quod sit consimilis moribus.

Nouisne elegisse filium Isai.) Magna emphasis. Non casu inquit, in eum incidisti, sed illum
magno studio delegisti, atque ita in me conspiraſtis. *In confusionem tuam.*)
regno, cum summo tuo familiæque tuæ dedecore. *Et in confusionem ignominiæ*
enim intelligent, te spurium esse, & illam esse adulteram. Hæc Saul cum
exonerat se bili sua, sed etiam Ionathanem (quantum potest) incendit in Daui.
(inquit) via, aut legitimè videris susceptus & natus, non debes ista facere.
Samuele, regnum non duraturum in stirpe sua: vult tamen vel inuito Deo
collocare. Nec malè consulebat de euentu: sed pessimis vtitur remedijs.

Quid filius mortis est?) Nullam affert causam, quamobrem debeat mori. Vbi
mihi quidē primum offitio. Ita Ionathanem adigit, quantum potest, ad

Locutus est Ionathan Sauli patri suo, & dixit ei: Quare morietur? Quid fecit? Ionathas

Ar Ionathas fuerit proditor

Cur secundus diei nouilunij festus fuerit illi.

Ionathas vtitur mendacio officioso.

Saul incendit filium in Dauidem.

quàm Dauidem non ex fortuna, sed ex virtute pendere, cupit nimis vsum suum quàm adiuuare. Quid illum oportet mori? Neminem capitali supplicio affici oportet, non modò tam ex lege Mosis, quàm ex lumine naturæ. Pilatus enim ex gentilis de Saluatore nostro. Non inuenio in illo causam.

Et contorsit lanceam contra eum, vt perforaret eum.) Saul quantum ex se est, tollit filium, cui ad tyrannidem extripit hastam, vt filium transuerberet. Ionathas exiluit: atq; mensa de medio, irato animo duabus maximè de causis primùm de Dauide punitur deinde de iniuria suis. Et sibi quidem Dauidem anteponit, quod videret se regis non difficulter posse reconciliari patri: Tribus autem iniurijs grauabat se affectum à patre: id quòd ab eo appellatus fuisset spurius, & quòd pro ciuitate tanti sceleris, & quòd petitus fuisset hasta. Ex hac imagine co sint homines relicti à Deo. Quò enim tandem euadit huius miseri cogitatio? Dauidem quærit ad nocendum: vxorem appellat adulteram: filium suum vult confodere: sacerdotes occidit. Atq; ita redditus est furiosus, vt nec filium suum, nec vxorem agnoscat. Pugnat ipse secum. Vult enim filium suum regnare, idq; contra voluntatem Dei, & tamen eundem vult occidere.

Ionathas tribus iniurijs affectus est à patre.

Saulis voluntas secum pugnat.

35 *Proinde mane egressus est Iehonathan in agrum ad tempus constitutum Dauidi, & puer parvus cum eo.*

36 *Dixitq; ad puerum, Curre, inuenis sagittas quas ego iacio. Puer cucurrit, & ille iaculatus est vltra illum.*

37 *Quum autem venisset puer vsq; ad locum sagittæ quam iaculatus fuerat Iehonathan, clamauit Iehonathan post puerum, & dixit, Nonne sagitta à te & vltrà est?*

38 *Rursum clamauit Iehonathan post puerum, Accelera, festina, ne steteris. Colligens itaq; puer Iehonathan sagittas, venit ad dominum suum.*

39 *Puer autem nesciebat quicquam, duntaxat Iehonathan & Dauid sciebant rem.*

40 *Tradidit igitur Iehonathan arma sua puero suo: dixitq; ei, Vade deferas ciuitati.*

41 *Quum autem abijsset puer, surrexit Dauid de latere Australi, & procidens in faciem suam in terram, incurvauit se tribus vicibus: & osculantes ipse mutuo flebant inter se, donec Dauid abundè.*

42 *Dixit ergo Iehonathan ad Dauidem, Vade in pace, quam iurauimus ambo ipsi per nomen Iehouæ hisce verbis, Iehouah sit inter me & te, & inter semen meum & semen tuum vsq; in seculum.*

43 *Surrexit igitur Dauid, & abijt: Iehonathan verò regressus est in vrbem.*

Ionathas quantum in ipso fuit defendit Dauidem: ita nos quoq; debemus fratres agnoscere. Abdias abscondit Prophetas: ita Euelmelech intercessit pro Hieremia, cùm esset coniectus in lacum. Qui hodie ita faciunt, imitantur Ionathanem. Sed multi obijcient: Rex est, pater est. Atqui vbi ventum est ad verbum Dei, nec pater nec rex audiendus est. Sed ad seruandos innocentes, quidam naturali tantum affectu adducuntur: vt Plinius cum Traiano commendaret cæsum Christianorum: & Themistius, quando pro orthodoxis intercedebat apud Constantium: & hodie Anabaptistæ, vt clament, hæreticos non esse capitali supplicio puniendos: alij autem amore & studio religionis & pietatis. Itaq; sic debemus nobiscum cogitare, illos profiteri eandem fidem qua nos ipsi fatemur: itaq; illos nobis defendendos esse, vt membra nostra, vt fratres nostros. Hæc enim confessio fidei nostræ, quam non tantum verbis, sed etiam multo magis re ipsa facienda est. Huiusmodi consilia non temerè credenda sunt omnibus, ne quæ nolis. Itaq; Ionathas solus cum puero abit iaculatum in agros: & cùm illa sagitta ad scopum, que puero, qui eam repeteret, clamaret eam esse vltra scopum, vt ex illa tessera quam prius inter eos conuenerat, Dauid intelligeret nullam esse spem reconciliationis. Ita nos cum videamus nihil iam esse spei reconciliationis cum Romano Pontifice, quemadmodum iuuare debemus fratres.

Pij exemplo Ionathæ defendendi.

Consilia non temerè omnibus credenda

Quum autem abijsset puer, surrexit Dauid.) Surrexit Dauid, fortasse vt fugeret. Ita illum confert, vt quæ colloquatur: atque ita plus præstat quàm promiserat. Et præ

...tuis se tribus vicibus.) Dauid supplex est Ionathæ. Significatur enim hic ille ... Iehouæ Deo, sed qui exhibetur homini nobili & principi. Gratias agit Dauid Io... quam sua causa susceperat, de conuitijs, quæ tulerat, deq; hoc colloquio, ad ... reuerat. Lachrymabant inter se vbertim: sed Dauid vberius. Distrahendus enim erat ... ab amico, sed etiam ab vxore, à victorijs, quas pepererat, à Republica, & à sacris, ... populi Dei. Nec videbat, quò se reciperet. Si ad amicos Saulis, erant eum prodi- ... inimicos, meminerat eos à se magnis affectus iniurijs. Deus Dauidem abijcere voluit in ... non vt eum prorsus desereret, sed vt ille se sciret esse hominem, & ardentius accen- ... rescat, & particeps fieret crucis Christi. Forti quidem erat ille animo: neq; enim exti- ... dinem & robur Goliathi: eum tamen Deus voluit ita consternari, vt intelligeret, ... sua. Hic Dauid ita secum cogitare potuisset: vbi sunt illæ præclaræ promissio- ... hæc regnare est, patriam suam fugere, & ne palmum quidem terræ vspiam obtinere? ... tot calamitatibus à fiducia sua erga Deum non deducitur. Ethnicus philosophus ... lachrymas signa esse animi mollis & degeneris. At Deus eas magni facit, & habet in ... sus, & in libro suo consignatas. Discedunt postremò, cum vix possent præ mœro- ... colloqui. Fœdus autem illud, quod inter se icerant, omnino volunt esse saluum: non tan- ... sed etiam posteris suis. Ita nos oportet in calamitatibus meminisse fœderis quod habe- ... Deo. Hodie nulla sunt fœdera ita sancta, quæ non leuissima de causa violentur: idq; non ... priuatos homines, sed etiam inter principes. Inter illos enim fœdera percussa in Se- ... violantur sæpe ante Decembrem. Quòd si dominus Papa authoritatem & sanctitatem ... ponat, tum verò videtur, non tantum posse, verum etiam debere fieri. Hæreticis autem ... Concilijs & Canonibus confirmatum est, fidem nullo modo seruandam esse: Dauid au- ... fœdus suum firmum & ratum volunt esse in sempiternum.

Cur Dauid vberius lachrymarit.

Cur Deus in ista pericula Dauidem conieceri.

Fœdera seruanda.

CAPVT XXI.

Venit autem Dauid in Nób ad Achimelech sacerdotem: & tremens Achimélech, ... in occursum Dauidi, dixitq; ei, Quare venis solus, & nemo est tecum,

Respondit Dauid ipsi Achimélech sacerdoti, Rex præcepit mihi quiddam, dixitq; ... scias quicquam, rem propter quam mitto te, & quam præcepi tibi: pueris au- ... locum talem & talem.

Nunc igitur quid est sub manu tua? quinque panes da in manu mea, aut quod in ...

Respondit sacerdos Dauidi, & dixit, Non est panis profanus sub manu mea, ... sanctus: si pueri seruauerint se maximè à muliere.

Respondit Dauid sacerdoti, & dixit, Certè mulier prohibita fuit à nobis sicuti he- ... certum quum egressus sum, & fuerunt vasa puerorum sanctitas: & ipse more ... magis hodie sanctificabitur in vase.

Dedit ei ergo sacerdos panem sanctitatis: non enim erat ibi panis nisi panes fa- ... remoti erant à facie Iehoua, vt ponerentur panes calidi die qua sublati erant

AD C historia diuiditur in duas partes: quarum in altera describitur, quomodo Dauid ... ad Achimelech: in altera quemadmodum se receperit ad Achum regem Geth. ... videmus, licere homini pio fuga saluti suæ consulere, si tempus postulet. Sed de ea ... dicemus alibi, si quando offeretur occasio.

Partitio capitis.

... Nobe in domum Domini. Quamuis ibi non esset arca fœderis, erat tamen taber- ... quod concipiebantur preces & fierent sacrificia, erat etiã mensa, & panes propositionis. ... calamitate non tantum priuatim orat Deum, sed etiã confert se ad tabernaculum, ... Deum ardentius orat, vt formidinem fugam suam. Relictus enim ab omnibus, quò se ... sed Deum? Inuoca me, inquit Deus, in die tribulationis. Et Salomon, Arx, inquit, for- ... Domini. Preces quidé haberi possunt satis piè priuatim: Deus tamen certũ locum ... quo populus omnis cõueniret, & studio maiori ad preces accenderetur. Fuit hic

Quomodo in Nobe tabernaculum fuerit. Orat Deum in loco sacro.

vt apparet ex prouimo capite, collegiũ sacerdotũ. Est hic locus insignis & memorabilis. Ea enim vsus est Christus seruator noster 12. Matthæi 2. Marci 6. Lucæ 6. cum defenderet discipulos suos aduersus calumnias Pharisæorum, cum illi famelici in itinere excussis aliquot spicis grana comedissent. Non legistis inquit, quid Dauid fecerit, cum famelicus ascendisset ad Sacerdotem Achimelech? & comedisse cum de panibus propositionis: nec illum solum, sed etiam eos, qui erant cum illo? Quod tamen vetitum esset Lege, ne laici illis panibus vescerentur. Hæc regula generalis est, & ad omnes pertinet, vt si quando incurrat necessitas, nulla ratio habenda ceremoniæ. Sed dices, fuisse personale priuilegium, extra personam Dauidis non esse trahendum ad alios. Imò inquit, Christus: Et qui cum illo erant. Sed hic magna est varietas in nomine Sacerdotis. Alibi enim appellatur Achias, alibi Achimelech, alibi à septuaginta Abimelech, alibi à Christo apud Marcum Abiathar. Fuit autem ex nepotibus Eli sacerdotis. Ie enim filium habuit Phinees: ille Achitobum, Achitobus Achiam. Significat autem vox illa Achias fratrem, aut amicum Dei. Et quia Deus proprie erat Rex eius populi, idcirco patria inflexione dictus Achimelech, id est frater Regis: aut fortasse ambitiosè ascisit sibi illud nomen, quod in magna esset gratia apud Saulem. In vocabulum autem Abimelech aperta est depravatio literæ. Achimelech iste filium habuit Abiatharum, qui cum comitem se adiunxisset Dauidi in fuga, postea ab illo factus est Pontifex. Neminem autem mouere debet, quod Christus in Marco ait, hæc accidisse sub principe sacerdotum Abiathar. Potest enim fieri, & est etiam verisimile, eum ibi fuisse cum patre: & Dauidem cum eo priuatos sermones habuisse. *Quare venis solus, & nemo est tecum?* Sed quomodo videri potuit fuisse solus, cum Christus apertè dicat: Et qui cum illo erant? Quidam id ita intelligunt, quod non haberet secum milites. Verùm id nodum non dissoluit. Nam Dauid respondit, se pueros suos designasse locum, ad quem sibi præsto essent. Petit ergo panes pro seruis, non quos tum haberet secum, sed ad quos esset venturus. Iosephus ait, eum nullum habuisse in comitatu, nec amicum nec militem. Ita Dauid prorsus gerebat typum Christi. Is enim in cruce ita destitutus est à suis omnibus. Sed hic ponamus ante oculos initium huius status, & superioris. Antea Dauid astabatur ab omnibus, colebatur, habebatur in pretio, puellarum choreis & canticis Sauli ipsi præferebatur. Vbi nunc ista sunt? Proscriptus à Rege statim ab omnibus deseritur. Ita vulgus est inconstans & mobile. *Et exterritus Abimelech venit in occursum Dauidi.*) Expauit Sacerdos: sciebat enim esse generum Regis, & tribunum militum. Hanc autem solitudinem & extemporaneum, suspicatus est præsagire aliquid mali.

Rex præcepit mihi quiddam, dixitq; mihi, Nemo sciat quicquam.) Dauid timorem Pontificis verbis mitigat: Famulos enim dixit sibi ad locum, quem eis dixisset, occurrere. Ita Dauid non tantùm solus erat, sed etiam famelicus & inermis, & in eo discrimine, vt mentiri etiam coactus fuerit, idq; coram sacerdote. At non in dogmatis, aut in religione mentitus est, sed ea in re quam videbat ad salutem, & ad caput suum pertinere. Non indicat rem ipsam, vt erat, ne non à sacerdote edita mis, aut cibo, aut commeatu iuuaretur. Non enim omnis veritas apud omnes effutienda est. Sed hoc pacto coniecit & sacerdotes, & totã illam propè ciuitatẽ in periculũ. Nam sacerdotes plures occisi sunt: & vrbs penè deleta. Vix autẽ videtur fuisse viri prudentis & pij admittere, vt sibi causa tot & tam grauia incõmoda consequerentur. Sed Dauid facilè excusari potest. Qui enim prospicere potuit ista euentura? Nam sacerdotes nihil fecerunt, quod esse posset capitale. Nec Dauid petijt quam ab illis petijt, quod homini afflicto & famelico non debeat abs quouis deri. Deinde proscriptio nondũ erat publicata. Et Dauid ad excusationẽ affinxerat legationẽ regiã. Quid hic peccarunt sacerdotes? Imò illi gratiæ erant potius agendæ. Quicquid enim facit, regni causa facit. Sed iustum iudicium Dei, vt stirps omnis Eli pontificis aliquando tolleretur. Ita omnis culpa hæret in furore Saulis, & in Doego accusatore. Nam alioqui Dauid nulla lege obstringebatur, vt sacerdoti rem omnem indicaret. Is enim, vt postea narratur, erat fidei dubiæ. Expulerat suos causam suam Samueli & Ionathæ, quibus debebat: sacerdoti verò nihil erat necesse, vt quicquam de ea re diceret, nisi vellet caput suum commendare in periculum. Occasionem quidem aliquam dedit. Sed occasiones eodem modo distinguuntur, quo scandala. Alia enim sunt vera occasio, alia hominum vitio repiuntur. Nam alioqui fuga Christi occasio quondam fuit, vt infirmi scandalizarentur. Vera autem causa erat furor & insania Herodis. Et verbum Dei occasio fuit Pharisæis, vt grauius peccarent; non quia verbum illud sua sponte illum flectere & domare potuisset, sed quod ille se prorsus contra Dominum obfirmasset. Et Christus ait, Nisi venissem, & locutus eis fuissem, peccatum non haberent. Admonitus ergo Christi occasio erat maioris peccati, non legitimæ curæ, sed vt ab illis rapiebatur in calumniam. Ita furens sciens voluntatem domini expulerat gratia Saulis: tamen cognitio voluntatis Domini sua natura salutaris est. Hinc ergo factum [illegible]

Christus hoc testimonio est vsus.

Regula generalis de cæremonijs.

De nomine huius sacerdotis.

An Dauid fuerit solus.

Vulgi inconstans erga Dauidem animus

An Dauid culpandus qui cõcerit sacerdotes ex vrbẽ in periculum.

Culpa tota hæret in Saule et Doego.

Occasiones distinguendæ.

sacerdotes occiderentur. Sed impio quidvis potest esse occasio.

quid est sub manu tua? quinque panes da in manus meas.) Panem petit lassus de via exquisitas, aut delicias. Sed panis, inquies, significat omne genus cibi. Fateor: sed id hic habet locum. Nam sacerdos respondet de panibus propositionis. Illi aut conficiebantur ex similagine, & hebdomadatim ponebantur duodecim, seni, & seni in mensa coram Domino: Leuit. cap. 24. Leuitici. Sabbato tollebantur de mensa, & alij apponebantur calidi. Comedebantur tantum à posteris Aaronis. Addebatur thus, quod semper incendebatur, cum panes ponerentur. Dicebantur autem isti panes sancta sanctorum: quia tantum à sacerdotibus, & ab illo sacerdotum filijs comedebantur. Vtque res melius intelligatur, fuerunt quatuor genera panum. Primus erat communis & laicus: alter quo Laici vtebantur inter se in sacris epulis: tertius quo cum mulieribus & filijs vtebantur. Quartum autem genus omnium sanctissimum quo sacerdotes & illorum filij vtebantur intra tabernaculum. Appellabantur panes, לחם פנים, quia erant in conspectu, & in oculis Domini. Græci appellabant panes *ἐνώπιους*, & *προσώπους*, & *προθέσεως*. Quidam putant eos significasse verbum Dei, qui est verus & purus pastus animorum. Illud semper esse coram Domino. Nam re vera non est verè sacer cœtus, vbi non sonat verbum Dei. Addendum est etiam thus, hoc est adhibendæ sunt piæ preces, quæ in thure adhibentur. Itaque Dauid ait: Ascendat oratio mea tanquam incensum. Alij putant illos significasse corpus Christi, panem videlicet illum, qui descendit de cœlo. Nam vt nos habemus eucharistiam, ita illi tum habebant sacros panes, quibus sibi repræsentarent Christum. Itaque Augustinus ait, illorum sacramenta & nostra paria fuisse, quod ad significationem attinet, etsi elementi materia differant: in re autem ipsa discrimen etiam esse, quod illa significarint Christi aliquando dandum in crucem, nostra autem significant iam datum. Et ob eam causam sacramenta nostra clariora sunt quàm illorum fuerunt. Illustrior enim est res facta, quàm promissa. Verba etiam nostra, quæ adhibemus ad sacramenta, magis perspicua sunt, quàm fuerint in vsu apud veteres. Itaque patres aiunt, illos habuisse vmbram, nos habere imaginem: futuros autem rem ipsam in patria. Nos dicimur habere imaginem: quia in illa res multo clarior & expressior quàm in vmbra. Ita Ambrosius in 4. de officijs, capite 48. & Origenes homil. 8. & Oecumenius in decimo capite ad Hebræos. Isti panes cum vmbra tantum Christi, tamen appellantur Sancta Sanctorum. Deus etiam vmbras sacrarum rerum tantis titulis ornari voluit. Imò etiam minatur animam, quæ immunda, sacros istos panes contigisset, extinguendam esse. Ne ergo insultent nobis amplius aduersarij, panem appellatum Christi: aut eum, qui indignè comedat, iudicium sibi comedere. Videmus enim, & propositionis appellari Sancta sanctorum, & eos, qui ex illis indignè comedissent, iudicium comedisse.

De panibus propositionis.

Quid significarint panes propositionis.

Sacramenta veterum et nostra sunt paria

Achimelech dat Dauidi panes illos: non tamen violat Legem: scit enim, ceremonias cedere charitati. Nulla enim tanta esse debet sanctitas ceremoniarum, vt illarum causa velimus necare fratres: nisi velimus cum Pharisæis offerre mentam & cyminum, & deglutire camelum. Non enim ea causa datæ sunt ceremoniæ, vt fratres moriantur fame. Seruari quidem debent ceremoniæ, nisi maior aliqua necessitas impediat. Ita in ipso Decalogo, cum videmus duo præcepta confligere, & alterum ab altero impediri, illud, quod legislatoris ipsius esse videbitur esse maius, præferri debet. Ita Deus agit apud Oseam: Misericordiam volo, non sacrificium. Quam sententiam Christus etiam citauit in Euangelio. Itaque stultè fecerunt Machabæi, cum pugnare nollent in sabbato. Antiquius enim est populum defendere, quàm sabbata. Paulus monet, ne Episcopus creetur neophytus: tamen Ambrosius, cum esset tantum catechumenus, factus est Episcopus. Præceptum quidem Pauli sanctum erat & piumitatis: aliud præceptum grauius occurreret, oportuit illud, non quidem violari, sed cedere. Ecclesia affligebatur ab Arrianis: nec erat quisquam, qui illis opponi posset, præter Ambrosium. Cum duæ sint tabulæ in Decalogo, posteriorem regi oportet à priori, vt corpus ab anima. Licet quidem Deus, ne occidamus, ne furemur: tamen cum Deus priuatim iuberet Hebræos spoliare bona Ægyptiorum, & Abrahamū occidere filium suum, oportuit illa duo præcedere.

Machabæorum error.

Hinc Decalogus anteponendus est ceremonijs & iudicijs. Ista enim duo sunt Decalogi tanquam appendices. Nam ceremoniæ ad primam tabulam referuntur: iudicia ad secundam: ista enim hominū societatem pertinent: illæ ad cultum Dei. Quare si ista ita concurrant cum Decalogo, vt simul seruari non possint, Decalogi potius ratio habenda est quàm illorum. Itaque ait, sabbatū propter hominem factum esse, non hominem propter sabbatum. Obseruan

Decalogus anteponendus ceremonijs.

dæ quidem sunt cerimoniæ: sed ita, vt neue animo, neue corpori officiant. Tum etiam meminisse debemus, Filium hominis Dominum etiam esse sabbati. Sed dices, id de Christo intelligendum esse: illum enim habuisse in manu sua, vt aut tolleret legem, aut conseruaret. Imò etiam, quicunq; inserti sunt in Christum, fruuntur eadem libertate: sunt enim participes donorum Christi. Hæc ratio tenenda est, quoties cerimoniæ ita incurrunt in Decalogum, vt vtraq; simul seruari non possint. Papistæ verò contra omnia peruerterunt. Suis enim inuentis & insanissimis cerimonijs, & superstitionibus cedere volunt leges & mandata Dei. Moriatur, inquiũt, Carrusianus potius, quàm vt attingat carnem. Si quis ex numero sacerdotum opus habeat vxore, & sine ea honestè viuere non possit, vratur, inquiunt, scortetur, pereat: Volumus enim nullum esse ius tam sanctum, quod debeat nostris sanctionibus anteferri. Moriatur, inquiunt, pater potius inedia, frigore, fame, quàm vt filius monachus relicto instituto suo illi subueniat. Quid hoc aliud est, quàm quod Pharisæi docuerunt filios respondere suis parentibus? Munus quodcunq; egressum fuerit ex me, cedet in tuum commodum? Ita illi calumniati sunt Apostolos Christi, vt mori eos mallent fame, quàm in sabbato conuellere aliquot spicas. Nos autem oportet spectare voluntatem eius, qui legem tulit. Nam si nimis superstitiosè vrgebimus [illegible], necesse est vt in multa sæpe absurda incidamus. Non hoc dico, quòd velim homines constituere [illegible] aliquam in verbo Dei: sed ne dubitent eam æquitatem sequi, quam Deus ipse præscripsit & docuit. Sacræ enim literæ non aliter intelligendæ sunt, quàm spiritus sanctus eas intelligi ac tractari voluit. Si qui sunt qui ista nesciant, id fit per socordiæ atq; ignauiæ debent adscribere, quod in scripturis diligentius & attentius non versentur. Iudæi hodie fame perire malunt, quàm comedere suillam. Verùm id & stultè faciunt, & stupidè. Nam Dauid esuriens non dubitauit comedere panes propositionis: qui certè non minus erant veteris aulicis, quàm suilla toti populo. At si id exigeretur à Iudæo, vt comederet carnem suillam pro testimonio defectionis suæ à Deo, certè moriendum esset potius. Bene ergo fecerunt Iudæi, cum non parerent Antiocho. Is enim iusit eos comedere suillam, non quòd necessitas aliqua id postularet, sed vt eo facto testificarentur se negare Deum. Ita sentiendum est de idolothytis: nam ea quoq;, si vrgeat necessitas, possunt comedi. At si alius quispiam indicet, carnes eas esse immolatitias, mori potius debes quàm eas comedere. Id enim esset uegare Deum. Quod ad Dauidem attinet, res non patiebatur moram. Erat enim iam confectus fame & lassitudine. Et si expectare voluisset, dum alij panes coquerentur, periculum erat, ne caperetur & retraheretur ad Saulem. Papa etiam hodie relaxat liberaliter, non tantum sua decreta, sed etiam leges Dei. Verùm ille rationem non habet charitatis, aut necessitatis tuæ, sed pecuniæ. Si nihil attuleris, nihil egeris. Non impetrabis breue, vt appellant, vt possis relinquere monasterium tuum, aut contrahere matrimonium cum vxore prohibita, aut habere concubinam. Pecunia verò potest omnia.

Filius hominis Dominus sabbathi.

Papistæ nõ seruant istam rationem.

Voluntas legis latoris spectanda.

An Iudæus mortem anteponere debeat esui suillæ carnis.

Eadem ratio de idolothytis.

Non est panis profanus sub manu mea, sed panis sanctus: si pueri seruauerint se, maximè à mulieribus.) Achimelech cùm videret Dauidem famelicum, quamuis esset laicus, tamen dedit illi panes propositionis: verùm cum hac conditione, si esset mundus à mulieribus. Mundities requirebatur, non tantùm à laicis, sed etiam à sacerdotibus, vt apparet cap. 18. & 19. Numer. Iste sacerdos nimis videtur esse scrupulosus. Quid enim si Dauid fuisset immundus? An eum volebat ea causa mori fame? Hoc est laqueos nectere conscientijs. Itaq; Hieronymus ait præposteram istam & ridiculam fuisse quæstionem. Dauidem enim, cum esset laicus, ne si mundus quidem esset, potuisse ritè & ordine comedere panes propositionis. Et cum essent aliæ immunditiæ penè innumeræ, cur de vna tantum percontatur? Non quæris de meretricibus. Nullæ enim ferebantur in Repub. Israelitica. Et si fuissent, tamen Dauid cum esset vir sanctus, ad eas non accessisset. Congressum autem cum vxore sua contaminare, nusquam inuenias in omnibus scripturis. Sed citat hæc verba ex 15. cap. Leuitici, Si mulier dormierit cum viro fluxu seminis, lauet vterque vestes suas, & immundi sint vsque ad vesperam. Sed ista intelligenda sunt, non de vsu vxoris, sed de semine, vt vocant, seminali. Id si forte accidat, vterque lauabit vestes suas. Alioqui necesse est, immunditiam istam esse vel ex natura rei, vel ex præcepto aliquo Domini. Natura rei non potest videri immunda: est enim instituta à Deo. Præceptum autem nullum ostendi potest. Sed dicent, id fieri hominum vitio. Id quidem nos non negamus posse fieri. Sed id non tantum in congressu accidit, sed etiam in vestitu, in cibo, in potu: in his enim rebus sæpe plus voluptatis capitur, quàm oporteat. Et quamuis dicerem, esse hic immunditiem aliquam legalem, non tamen sequeretur, esse peccatum. Pœna potius est peccati, quàm peccatum. Imò Deus interdum præcipit ista fieri, vnde contrahatur huiusmodi immunditia: tantum abest, vt sit peccatum. Cum Nadab & Abiu cœlesti igne deflagrassent, Deus iussit, vt à patruis suis sepelirentur. Et tamen qui tetigisset cadauer, erat immundus. Hircus [illegible] educi iubebatur in agros. Et tamen eum, à quo ducebatur, necesse erat immundum esse vsq; ad ve-

Percontatio sacerdotis est superstitiosa.

An congressus cum vxore sua contaminet.

Etsi fuisset legalis immunditia, non tamen est peccatum.

Tamen Papa Siricius aic, Coniuges esse in carne: eos autem qui sint in carne, Deo posse. Blasphema profectò vox. Quid enim fiet de tot coniugibus? Miror autem Hieronymum, & præsertim Ambrosium, cùm nimium tribuerent virginitati, in easdem ineptias incidisse. Paulus enim in priorem Epist. ad Timoth. 3. cap. ait oportere ministros Ecclesiæ esse eos qui oporteat quotidie celebrare cœnam Domini & baptizare. Nam in veteri Testamento 24. classes sacerdotum, vt alijs alij vicissim succederent in ministerio, & vicissim operis domesticis: in sua autem ciuitate septem tantùm esse diaconos, & duos presbyteros in singulis Ecclesijs. Sed hic merus prætextus est, & inanis fucus. Nam etsi à Dauide descriptæ fuerint classes sacerdotum, tamen quid agebatur antea? Quid fecit Aaron, cùm duos tantùm filios haberet, & oporteret quotidie ministrare in templo? An illi violabant legem Dei? Deinde, quidam sunt Romæ Episcopi, qui vix semel in annum dicant suam Missam. Hoc ergo nihil aliud quàm commentum est. Hieronymus verò contra Iouinianum, Quale, inquit, illud bonum quod prohibet accipere corpus Christi? Hoc dictum Romanis non potuit non displicere. Incorruptioribus adhuc temporibus homines communicabant quotidie, cùm tamen vxores haberent. Hieronymus coactus est scribere de hac re apologiam. In ea ait, fateri se, esse eundam consuetudinem. Sed velle tamen conuenire illorum conscientias, qui ita faciunt sanè quantum velit. Sed videat, ne ex suo tantum capite vincere velit hominum ingenia. Sed maius, inquit, est Sacramentum accipere, quàm precari. Vsus autem matrimonij preces, vt apparet ex Paulo. Multò ergo magis prohibet accipere Sacramentum corporis. Hoc argumentum, quanti sit expendamus. Primùm accipit rem dubiam pro confessa. Quomodo enim posset ille probare pluris esse Sacramenta, quàm preces, si id à nobis negetur? Nam preces quidem sine Eucharistia multum possunt. Eucharistia autem sine precibus inutiliter, aut exitiosè sumitur. Quod si ista ratio valere debeat, idem dici poterit de cibo & potu. Quale enim bonum est cibus, quod impedit ieiunium? Duplex est in hoc argumento vitium. Alter à non causa, vt causa. Concubitus enim non est causa, cur abstinendum sit à Sacramento aut precibus, sed vitium nostrum & intemperantia: Alter est, à secundum quid ad simpliciter. Etsi enim vsus coniugij minuat vtcunque alacritatem, tamen non efficit, vt prorsus ea abstinendum sit à Sacramentis aut precibus. Nam Deus iubet, vt assiduè oremus. Et idem vult coniuges reddant sibi mutuò debitam benevolentiam. Quod si ea res preces impediret, quibus Deus posset imperare, pugnantia. Nam Paulus cum ea scribit ad Corinthios, non loquitur de precibus, aut communibus precibus, sed de solennibus & publicis. Nec iubet prorsus abstinere, sed, inquit, hoc est, paululum quiddam, ἐπὶ καιρόν. Nam alioqui, si concubitus in vnis precibus impediret preces, nunquam contrahendum esset matrimonium. Sunt qui putent, Achillem ista dixisse, non de concubitu cum vxore, sed de alijs casibus, qui solent accidere. Nam si menses fluerent mulieri, aut ex morbo aliquo sanguis manaret, non solùm ipsa immunda fieret lecti, & mensæ, & quicquid illam attigisset. De his ergo casibus aiunt sacerdotem dixisse, quod in itineribus non facilè cauere possint. Acutum hoc quidem est: sed alterum mihi displiceat, sacerdotem ista intempestiuè & nimis curiosè interrogasse, & laqueum imponere conscientiæ. Sed vt ad matrimonium redeamus, nihil est in eo immundi. Nam, vti scribit Hebræos, ἀμήτωρ ἐγένετο ἄνευ μήτρας ἐμίανεν. Et Deus ipse coniugium consecrauit, cùm diceret, Crescite & multiplicamini. Paphnutius etiam in Concilio Niceno pronuntiauit, matrimonium sanctum esse omnibus, cum alij patres voluissent ministrorum coniugia dirimere. Remittitur quidem aliquantulum in concubitu studium erga res diuinas: non tamen idcirco aut peccatum est, aut immunditia vlla legalis. Quare consultum est, vt in vsu matrimonij temperanter versemur. Deus enim ipse, cum populum aduocaret ad montem, iussit eos biduum ante abstinere à vxoribus. Sed idem Dominus iussit in Leuitico, ne sacerdotes ingressuri in tabernaculum biberent vinum, ne fortè ebrij facti turbarent omnia. Ergòne peccatum est bibere vinum? Legalis immunditia? Si ita studiosè volent reuocare instituta Mosaica, cur non etiam arceant fœminas à Sacramentis: quæ aut laborent mensibus, aut fluant sanguine? aut viros, qui laborent hernijs? Certè res ista, de qua nunc agimus, nec natura sua vnquam immunda fuit, nec vllo vnquam aliquo legis Dei. Sed obijciunt exemplum Achimelechi huius importuni & curiosi sacerdotis. Sed habent etiam exemplo, mulierem, cui menstruum, aut sanguis fluat, immundam esse. Scholastici. Canonistæ quoq; hunc locum, quantum potuerunt deprauarunt. Nam dist. 1. de Consecr. cap. Tribus gradibus, citantur verba Clementis, non illius veri discipuli Apostolorum, sed alterius, nescio cuius, suppositiij. Is vetat, ne fragmenta Eucharistiæ apponantur ad vsum cibi à mulieribus peregrinis. Quid enim, inquit, scit, an mundi sint à mulieribus? Et citat exemplum

Siricij vox blasphema.

Ambrosij error.

Hieronymi error.

An vsus matrimonij preces impediat.

Paulus non iubet prorsus abstinere.

Aliæ sunt immunditiæ à mulieribus.

In matrimonio nihil immundi

Deus aliquando biduum abstinere iussit.

Canonistarum sententia de hoc loco.

huius Achimelechi. In eius tamen verbis tria annotanda sunt. Primùm moris fuisse, vt reliquiæ Eucharistiæ aut coniungerentur in templo, aut postea apponerentur ad mensam. Deinde, illam Clementem voluisse, vt laicus aut clericus, qui esset immundus, moreretur potius fame, quàm ex illis reliquijs vesceretur. Quid enim si minister alium panem, aut vinum aliud non haberet: ne, tè ista decreta oportuit cedere charitati. Postremò, statuit in illis reliquijs, & vt appellat, fragmentis aliquam superesse sanctitatem, & idcirco illas non sine magna cautione esse comedendas. Verùm illæ munditiæ legales typi quidam erant munditiei cordis: Illud si mundum est, satis tuti possumus rebus omnibus externis. Sed Papistæ volunt esse Achimelechi, & nimis rigidè exercere hominum conscientias. Regula autem diuina est, Omnia munda esse mundis; Et, Omnem creaturam Dei bonam esse, & sanctificari per verbum Domini, & orationem. Omnia, inquit Paulus, vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors. Omnia vestra sunt, vos Christi, & Christus Dei. Cauendum tamen est, ne in his rebus scandalum huiusmodi admittamus, quod impedire possit cursum Euangelij. Dauid quamuis viueret sub lege, tamen non tanti fecit ceremonias, vt eas saluti suæ anteferret. Quantò id nobis magis licet in Euangelio? Non temerè quidem mutandæ sunt ceremoniæ, præsertim institutæ à Deo: tamen si vrgeat necessitas, habenda est ratio charitatis.

Diuina regula de harum rerum vsu.

Immunditiæ non pari temporis spatio purgabantur.

Certè mulier prohibita fuit à nobis sicut heri & nudius tertius quum egressus sum.) Dauid respondet, se triduum totum mundum fuisse à mulieribus. Immunditiæ cum essent variæ, non omnes pari temporis spatio purgabantur. Multæ enim lustrabantur vno die: populus antequam accederet ad montem iussus est lustrari triduo. Mulier, cui sanguis flueret, septem diebus: Dauid in lui ceremonia satis erat se continuisse triduum. *Et fuerunt vasa puerorum sanctitas.*) Alij vestes exponunt, alij corpora. Et certè corpora nostra organa sunt animi & spiritus Dei. Hæc, inquit Paulus ad Thess. est voluntas Dei sanctificatio vestra: vt vnusquisq; seruet vas suum in sanctitate. Et Petrus iubet maritum cohabitare cum vxore sua cum scientia, & mulieri, tanquam infirmiori vasi exhibere honorem. Et Paulus dictus est vas electionis, qui Euangelium Christi per orbem terrarũ circumferret. Quare cum corpora nostra sint vasa spiritus Dei, cauendũ est, ne ea aliqua graui labe contaminemus. Author ille, quisquis est, qui inscribitur nomine Chrysostomi, in opere imperfecto in Matthæum, Si vasa, inquit, sacra ad priuatos vsus transferre periculosum est, in quibus nõ est verum corpus Christi, sed mysterium corporis Christi, quantò grauius est & periculosius corpora nostra, quæ templa sunt Spiritus sancti, ad vsus profanos accommodare? Hæc verba non tantum iuuant hortationem meam, sed etiam confirmant sententiam nostram de Eucharistia. In illis, inquit, vasis non est corpus Christi, sed mysterium, hoc est, sacramentum corporis Christi. At objicies, illum, quicunq; fuit, fuisse Arrianum. At Arriani nunquam accusati sunt de Eucharistia.

Vasa dicuntur fideles.

Et ipse more profani: quantò magis hodie sanctificabitur in vase.) Locus est obscurus & varijs exponitur. Alij sic interpretantur: via, quam ingressus sum, profana est. Non enim eo consilio proficiscebar domo, vt accederem ad tabernaculum: tamen quoniam obiter incidi in hunc locum, iam sanctificabor. Alij sic: panis propositionis in hac mea necessitate prophanus erit: hoc est, erit mihi instar panis communis. Sanctificabitur tamen: quoniam eo ritè & sanctè vtemur. Hieronymus autem, Inanis, inquit, est ista percontatio: nam etiamsi mundus essem, tamen non liceret mihi istos panes comedere. Nunc tamen necessitas cogit vt eos comedamus. Quoniam autem id queris, scire debes nos esse mundos.

An non potuit ab alio habere panem communem.

Dedit ergo ei sacerdos panem sanctificatis.) Dedit illi panes sacros: quod alios ad manum non haberet. Sed dices, An tanta erat penuria panis in illa ciuitate, vt panis communis non posset alicunde inueniri? Ceremoniæ non ita leuiter violandæ sunt. Sed Dauid non potuit expectare, ne crearet sibi periculum. Ideoque dixit, se vrgeri mandato regis. Quod vbi fit, ceremonias oportet cedere, ne occasiones corrumpantur. Habuit autem sacerdos istos panes, quod iam tum alios calidos apposuisset. Hic attingitur historia. In sabbato enim oportuit tolli veteres panes, & apponi nouos. Erant autem calidi, non quòd inferentur in sabbato. Nam infarcebantur in præfurnio, & relinquebantur in furno vsq; in sabbatum. Sed quoniam supra copiosè diximus de panibus propositionis, nunc addemus plura. Apponebantur, vt diximus, duodecim, seni, & seni ad vtrumque latus mensæ. Addebantur vtrinque duæ phialæ thuris: quod, cùm panes tollerentur, incendebatur. Hæc, vt paucis attingam allegoriam, significabant, vtranque vitam nostram foueri à Deo. Nam quoniam habemus ea quæ ad corporis vitam attinent, à Deo, non quidem loquuntur immediatè, sed per Solem, Lunam & stellas errantes, idcirco propositum est oratorium, in quo ista repræsentarentur. Et quoniam ab illis stellis producuntur fructus, idcirco in mensa ponebantur panes. Et quod ad spiritualem vitam attinet, candelabrum significabat

Panes calidi sabbatho in tabernaculo apponebantur.

Allegoria de panibus propositionis.

scribat

spiritus sancti, ex quo lumine est verbum Dei, verus animi cibus, siue legatur, & in sacramento proponatur. In vtroque, hoc est, & in verbo, & in sacramento patet Deum esse verus cibus, quo alimur ad vitam æternam. Itaque Christus ait, Meus cibus voluntatem patris mei. Duplex ergo ordo panum, significat duplicem vitam, & duplicem significatur vtranque à Deo petendam esse, & de vtraque gratias agendas esse. Duodenarius significat vniuersitatem Ecclesiæ. Nam vt illi habebant duodecim tribus; sic sibi duodecim Apostolos, qui Ecclesiam vniuersam instituerent. Eam Deus alibi ita alit, vt panis semper maneat. Alij enim tolluntur, & apponuntur alij. Habet hunc cibum in vmbra, nos aliquanto clarius. Rem autem perspicuam & explicatam habemus in cœlo. Hæc ista sibi volebant. Tantum autem tribuebant istis panibus, vt auctor Synonymus in Malachiam 1. cap. vt eos oporteret, & seri, & meri, & moli, & coqui, & poni à sacerdotibus. Sed hæc erat mera traditio. Nam Deus iussit, vt sacerdotes acciperent à populo. *Panis sanctitatis.*) Vox Hebraica est קדש quæ significat paratum. Est ergo panis quod destinatum est sacris vsibus. Græca vox est ἄγιος, quæ significat rem ab omni fece purgatam. Dicuntur autem ista sancta, non vt homines appellantur sancti: sunt enim mortales, & nec peccare possunt, nec rectè facere: sed quia parata sunt ad vsum sacrum: vt panis communionem, aqua ad Baptismum. In homine autem ea dicuntur sancta, quæ afflata à spiritu Dei: vt spes, fides, charitas. Res etiam profanæ distinguuntur ijsdem gradibus; quæ externæ aliæ sanctæ sunt, aliæ non sanctæ. Tempus autem erit, cum hæc discrimina tollentur, omnia erunt sancta.

Dies autem erat quidam de seruis Saulis eo die, quo demorabatur coram Iehouáh, & nomen erat Doëg Edomæus, potentissimus pastorum qui erant ipsi Sauli.

Dixitq; Dauid ad Achimelech, Sed est nobis sub manu tua lancea, vel gladius? quoniam gladium meum, neq; arma mea tuli in manum meam, quod verbum Regis vrgebat.

Dixit autem sacerdos, Gladius quidem Goliath Philisthæi quem percussisti in valle Ela ecce est inuolutus panno post Ephód: si istum vis tollere tibi, tolle: quia non est alius præter ipsum hic. Tum dixit Dauid, Non est similis huic, da illum mihi.

mentio interponitur, vt intelligamus quomodo ille potuerit sacerdotes istos deferre solem. Dauid satis prudenter instituerat rationes suas: Tamen non satis tutus esse potuit à fraude. Credibile est eum seorsim egisse cum Abimelecho. Nihil tamen est ita occultum, quod non tandem aliquando prodeat. Hoc est ingenium hypocritarum. Volunt assidui esse in templis, & videri sanctos: cum vera nihil aliud cogitant, quàm perniciem aliorum. Serui autem Dei hoc habent proprium, vt quocunq; se conferant, semper incidant in Doegos. Hæc eos crux semper exercet, & præsertim ministros ecclesiæ. Cum Paulus doceret, ex hominum peccatis illustrari Dei iustitiam & misericordiam Dei, statim pseudoapostoli arripuerunt ansam calumniandi: & obiiciunt sensui, quidem nostris peccatis Dei misericordia illustratur: Quòd si alibi dominatus esset iniquitas, ibi iam abundare gratiam, peccemus, inquiunt illi, vt gratia abundet. Idem populũ reuocaret à circuncisione, quòd diceret, finem iam impositum esse cæremoniarum. Ita calumniabantur, cum detrahere legi, & defeciſſe à Deo. Nunc quoq; cum nos docemus iustificationem ex fide in Iesum Christum, aduersarij nostri papistæ clamant damnari à nobis legem. Doegus Achimelechũ quod Dauidem fugientẽ iuuisset cõmeatu, accusat apud Saulem. Quamuis autem ista ferè sic fiant & conditio ministrorum Dei, non tamen oportet eos desistere à ministerio, & relinquere sacrum cœtum. Nos id curare & facere oportet, quod nobis impositum est. Illa verò, quæ nostri infames, nihil possunt, nisi quantum Deus patietur. *Nomen erat Doeg Idumæus.*) Ambiguum est, fuerit ne Doeg natione Idumæus, an potius ex cognomine. Fuisse natione Idumæum, non est verisimile. Erat enim in summa familiaritate Saulem. Sæpè autem ludæis nomina imponebantur à regionibus, vbi fuerant forte nati. Ita Vriæ dictus est Hethæus: & Obededom Gethæus: non quod essent ex illis nationibus. *Qui demorabatur coram Iehouáh.*) Non erat in intimo adyto, quod dicebatur Sanctum sanctorum: nec in medio, vbi soli sacerdotes versabantur, sed in atrio, vbi populo locus erat. Videtur autem istum Doegum fuisse aniciæ malo, quòd non tantum detulerit sacerdotes ad Sau-

Panis quomodo sanctus dicatur.

Pij semper incidunt in Doegos.

Cur Doeg Idumæus vocetur.

Doeg typus Iudæ proditoris.

idumæum fecisse in se typum Iudæ proditoris. Vt enim ille prodidit Ch[illegible]
strum suum, cuius suauissima consuetudine tam diu vsus fuerat, ita ille pr[illegible]
apud quem fuerat in tabernaculo, quem consuluerat de lege, quemque, vt
rat, vt pro se oraret Deum: Nos hic spectare debemus arcanum consilium Dei
let extinguere familiam Eli, hunc habere voluit, cuius opera id efficeret.

Sed estne hic sub manu tua lancea, vel gladius?) Dauid, cum videret [illegible]
cerdote gladium. At ille nullum habuit: nam in tabernaculo non erant

Pio homini licet gestare gladium.

secabantur victimæ. Sed ex eo, quod Dauid petit gladium à sacerdote, vide[illegible]
gestare gladium. Fortasse sacerdotes ponebant gladios in aditu templi, antequam
sacra. Certè Christus non iussit Petrum abijcere gladium: ita tantum monuit, ne
set, aliquem ferire. Verum quidem est, primam curam esse oportere de interio[illegible]
quam Paulus describit ad Ephesios: postea tamen pertinere quidem contemnenda
opera & instrumenta Dei. Non accepit Dauid gladium à Samuele: quod nondum
fugere. Ionathas autem illi non potuit satis tutò dare arma sua, ne venirent ipsi in

Gladium quidem Goliath Philisthæi quem percussisti in valle Ela esse eh[illegible]

Dauid Goliathi gladium indicat sibi aptissimum.

melech respondet, nullum apud se gladium esse, nisi Goliathi: at Dauid nullo
tunior: habiturus enim erat illum pro sacramento quodammodo: quo & ta
beneficium Dei, & spem suam confirmaret. Tamen propter istum gladium
gium illud sacerdotum, & ciuitas penè tota interiret. Cum q. Dauid verfaretur
si quis fortè gladium illum agnouisset, ille se coniecisset haud dubie in grauissi

Si gladium Deo iam sacer erat cur aufertur.

Ita sancti quoque viri interdum falli possunt, & sibi ipsis æque alijs malè consu
dem ille iam consecratus erat Domino, neque ad vsus prophanos conuerti debu
mus, omnes huiusmodi cæremoniam cedere debere necessitati. Sæpe enim regu
niæ iacturi essent in Iudæam, Reges Iudæorum coacti sunt dare illis eas
menta templi, aurea, argenteaque & ab illis pacem redimere: neque illi ea causa
phetis reprehensi sunt sacrilegij. Nec Dauid hic sumit sibi gladium: sed eum peti
credibile est, eum postea, cum esset Rex, illum restituisse. Longè enim aliter si
sui & scribæ. Nam si quis forte aurum suum consecrasset Deo, & eius postea pa
tem incidisset, vt sine eo auro non posset viuere, illi nefas esse clamabant, id vel
esse semel dictum Deo. Est Corban, inquibant: & illud ipsum proderit patri tuo.
mo Leuitici cauit, nefas fore si quis rem Deo consecratam traduceret ad alios vsus.
per hærendum est [illegible]

10 *Surrexit ergo Dauid, & fugit die illo à facie Saulis: venitq; ad Achis Regem Gath,*

11 *Dixerunt que serui Achis ad eum, Nonne est iste Dauid Rex terræ? nonne huic canebant per choros, dicendo, Percussit Saul mille suos, & Dauid decem milia sua?*

12 *Et reposuit Dauid sermones istos in corde suo, ac timuit valde à facie Achis Regis Gath.*

13 *Et immutauit ipse sermonem suum in oculis eorum, & insanum se simulabat in manibus eorum, & describebat super fores portæ, & demittebat salivam suam in barbam suam.*

14 *Dixit que Achis seruis suis, Ecce videtis hominem furentem, quid introducitis eum ad me?*

15 *Caretne insanis ego, quòd introduxeritis hunc vt insanum agat coram me? num iste ingredietur domum meam?*

Dauid cum iam effugisset Saulem, agnitus est, & captus à Philistinis: ita calam[illegible]
te cumulatur. Et his apparet, quàm recte Dauid horruerit Saulem, qui vt eum fugeret,
ètre inter Ethnicos. Ita hodie multi hominum pij & fratres nostri, potius quàm vexa
sano, malunt verberi inter Turcas. Dauid cum declinat vanam periculum, incidit in
virinon semper optima consilia sequuntur.

Nónne iste est Dauid Rex terræ?) Non est verisimile, illos eos fuisse, qui Dauidem
Regem à Samuele. Alludunt ergo ad illud, quod audissent eum, interfecto Goliatho, regio
plo

cum fuisse à suis, ac si fuisset Rex terræ, & mulieres psaltrias cecinisse; vicit
& Dauid in decem millibus suis. Volebant ergo illum occidere, quòd statue
robur Iudæorum. Ita humana illa laus & prædicatio coniecit Dauidem

fecerunt sensum suum in oculis eorum.) Hic Dauid, cum videret se esse in diserimi- *Duplici de causa fingit insaniam.*
loci esse fortitudini, quod esset & solus, & inermis, fugit ad consilium, & finxit
insani & intente moti misericordia potius digni videntur esse, quam supplicio. Fe-
illi se putarent Dauidem esse, de cuius virtute & prudentia tam multa audissent,
sermonem, habitum, & gustum. Est autè gustus Hebraicè, quo homines dant *Quid hic sit gustus.*
sui, vt possit intelligi quales sint: quemadmodum ex sapore & gustu discerne-
Et describebat super fores.) Fortasse stulta aliqua & ridicula. *Et demittebat sa-*
liua sua in barbam suam.) Vt solent Epileptici: vt planè furere videretur. Stultitiam simula-
ille, prudentia summa est. Brutus gessit se pro fatuo, cum animo interim cogita-
patriæ. Vlysses etiam videri voluit insanus, ne cogeretur ire militatum. Itaque
seminauit. Verùm eius simulationem, posito ante aratrum infante filio, Pala-
Sed Dauid typum gerebat Christi. Nam de illo in 10. cap. Iohannis ita loquuntur
hunc auditis, hominem insanum, & Dæmoniacum? Iam tandem puto pœnituisse
sui. Simulatio autem huiusmodi laudarine, an reprehendi debeat, non potest *An peccarit Dauid simulando.*
deri. Quod si Dauid hoc fecerit ex nimio timore & diffidentia, non potest non
si cum simulatione sua coniunxerit fidem & inuocationem nominis Dei, non vi-
debent laudari. Habuisse autem eum certam fiduciam in Deum, apparet ex Psalmo
inquit, pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum. Non enim voluit ignominia *Cur peccatum sit simulare stultitiam.*
hoc potius spectare, quòd ille salutem suam, non suæ simulationi acceptam tulerit,
Dei. Nam si Deus suum auxilium subduxisset, fortasse Dauid pœnas dedisset si-
Quid si Achis periculum facere voluisset, an esset insanus? Quis illi hoc consilium *Dei potentia resplendet in hac liberatione Dauidis.*
verò ita secum cogitat. Serui isti mei longè falluntur. Iste enim non Dauid est, sed in
de trivio. Sic Deus tractat & flexit regum corda. Tanta enim est eius potentia,
sæpe per sapientiam, per insaniam, per robur, per infirmitatem, per morbos, per
Faber secare nō potest quauis dolabra: nec pictor quouis penicillo pingere: Dei autem
pendet ab instrumentis. Si velit filium procreari, potest id non minus ex vetula of-
ex puella: nec minus ex virgine, quàm ex vxore. Et quod ad typū attinet, quod con- *Idem nobis quod Dauidi vsu venit.*
nobis quoque vsu venit: nec mirum: accidit enim capiti & seruatori nostro Christo.
quoque dictus est stultus. Et nos hodie papistis & atheis stulti videmur. Cur, inquiunt,
relinquitis? Cur patriam fugitis? Cur vos in periculum coniicitis? Cur religionem
Insani & stulti estis. Ita Paulus, Nos, inquit, prædicamus Christum crucifixum: Iu-
secundum: gentibus verò stultitiam. Stultum enim esse putant; fiduciam locare
crucifixo. Sed quod stultum est Dei, sapientius est hominibus. Dauid, cum se iam pu- *Non licet simulare stultitiam coram inquisitoribus.*
incidit in grauius periculum. Ita sanctis hominibus nihil firmi aut securi est in hoc
Nostris verò fratribus in papatu non conueniret hodie simulatio. Sunt enim inquisito-
inquirunt in fidem. Hic non licet simulare quicquam aut dissimulare. Corde enim
ad iustitiam: & ore confessio fit ad salutem. Alia Dauidis causa erat, alia nostra.

DE VERITATE ET MENDACIO.

Quòd Dauid hic apertè mentitus est, & ea res sæpè occurrit in sacris literis, operæpretium
est aliquid breuiter dicere de mendacio. Sed quoniam oppositis ex oppositis clarius
& priuatiua ex naturis extantibus melius intelliguntur, antè dicendum censui de ve-
rum est, vt Augustinus ait de Vera religione, vera vocis significatio. Cicero de inuen- *Quid sit veritas.*
inquit, est, per quam ea, quæ sunt, fuerunt, futura sunt, immutata dicuntur. Ex
veritatem in primis spectari in verbis. Etsi enim animi nostri sensa solemus interdum
quibus, tamen inter omnes modos significandi primum locum verba obtinent. Veri-
vt Cicero ait, consumitur in omnia tempora. Quod autem Cicero addit, Immutata, id ni-
quàm certa, & constantis. Nam qui vult verè loqui, eum oportet nihil mutare, nec
liberem, aut minorem facere, quàm est, vel potius, quàm ipse eam esse arbitratur. Nam
inductus aliquid falsò narrat, non propriè dicitur mentiri. Veritas est virtus: nam, *Veritatis genus.*
qui volunt vera dicere, fiunt amantes veritatis. Genus eius est æqualitas: consistit enim

veritas in æqualitate: nimirum vt voces respondeant sensibus. Verba enim signa sunt sensuum, qui delitescunt in animo. Videtur veritas maximè cognata naturæ humanæ. Fecit enim nos Deus ad imaginem Dei, vt illam vita, verbis, moribus exprimamus. Tum enim demum verè dici possumus homines, cum respondemus imagini nostræ. Verùm propter peccatum Originis nonnisi ab vero. Est enim omnis homo mendax. Augustinus ait, rationem boni petendam esse ab ordine: bona enim instituta esse ad commodum & vtilitatem nostram. Verba ergo ordineri oportet ad animi sensa exprimenda. Nam ad eum vsum data à Deo & instituta sunt. Quòd autem eximium bonum sit veritas, vel ex hoc intelligi potest. Alia enim bona partim ad animi partem aliquam spectant, partim ad corpus. Veritas autem ad intelligentiam. Nam qui vera loquitur, instituit & ornat alterius intelligentiam, hoc est partem animi nobilissimam. Est ergo veritas bonum præstantissimum. Quoniam autem diximus, veritatem virtutem esse, virtus autem medium locum obtinet inter duo extrema, Excessum (vt appellant) & Defectum. Excessus veritatis est iactantia: qualis est illorum, qui Thrasonica insolentia, omnia loquuntur per talenta. Defectus verò est imminutio, qua minus dicitur quàm est, atque ita discedit à vero. Nam veritas in medio istorum extremorum posita, rem ita narrat vt est. Vtque olera tum demum aptissimi sunt, cum nec minores, nec maiores sunt quàm pes: ita voces verissimæ sunt, quæ maximè conueniunt rebus. Neque verò in vocibus tantum peccatur excessu, aut defectu, sed etiam in alijs signis. Quare qui sacramenta non tantum sacramenta esse volunt, sed etiam rem ipsam, quæ significatur: quales illi sunt, qui transubstantiationem, & impanationem inuexerunt, excedunt modum: Quique in sacramentis ex opere operato statuunt conferri gratiam, rem maiorem multò faciunt quàm est. Contra alij, qui contendunt sacramenta profana tantum quædam esse signa, vt sunt statuæ & imagines in pariete, in alterum partem peccant. Quare medium tenendum est, signa quidem ea esse, sed institura à Domino, & ad excuscitandos animos nostros à spiritu sancto vsurpata. Hic mihi monendus est Lector, vt attentè, & magno cum iudicio expendat dicta sanctorum patrum. Illi enim cum amplè de sacramentis & magnificè loqui vellent, causam dederunt multis erroribus. Sed in vero dicendo considerandæ sunt diligenter *circumstantiæ*, apud quos, cur, quo loco, quo tempore. Veritas enim nec vbique, nec apud omnes prodenda est. Nunquam quidem illa neganda est, non tamen omnibus communicanda. Nam res à se pulchrè gestas, etsi quis verè narrare possit, tamen si vbique crepare velit, ineptus sit. Et si quis flagitium aliquod suum velit vbique prodere, videbitur peccatum suum prædicare vt Sodoma. Christus rogatus à Pilato, quid esset veritas, tacuit, quod videret id illi loco & tempori non conuenire. Quod idem fecit cum sisteretur coram Herode. Imò etiam monuit discipulos suos, ne margaritas obijcerent porcis, neue sanctum canibus. Et Paulus ad Corinthios: Non potui (inquit) vobis loqui tanquam spiritualibus, sed tanquam carnalibus: nondum enim poteratis. Veritas semper coniuncta est cum simplicitate, vt mendacium cum duplicitate. Hinc est, quod quidam dicuntur habere duplicem linguam. Et Dauid: In corde, inquit, & corde loquuti sunt. Veritati aduersantur mendacia, impostores, hypocritæ.

Sed quum quatuor sint virtutes, quæ spectant ad mores, prudentia, iustitia, fortitudo, temperantia, veritas maximè referenda est ad iustitiam: idque tribus de causis. Primùm enim, quemadmodum iustitia spectat alterum, ita veritas aut rem ipsam spectat, aut animi sensa, aut illos, quibus cum agitur. Deinde æqualitatem retinet, vt iustitia, postremò suum cuique reddit, quod etiam est iustitiæ. Id autem debemus proximo nostro, vt natura ipsa præscripsit, vt illum de rebus omnibus verè doceamus: nunquam illum falsa dicendo circumueniamus. Nemo enim est, qui ita velit imponi sibi. Vtque sine iustitia commercia inter homines pessum eunt: ita sublata veritate, omnis humana societas dissipatur. Cicero ait, se mirari, cum illi, qui iudicem pecunia corrupissent, legibus punirentur, cur illi, qui eos fefellissent eloquentia, efferrentur laudibus. Hoc enim multò videri grauius quàm illud. Bonum enim iudicem facilè sibi cauere posse à pecunia: quantumuis autem prudentem & bonum circumueniri posse ab Oratore. Et quamuis veritas, vti diximus, consistat in medio, tamen ad defectum magis inclinat, quàm ad excessum: præsertim verò si quis de seipso loquatur. Idq; cum eo conuenit, quod Solomon ait: Laudet te alienus, & non os tuum. Quanquam illorum verborum quidam putant hunc esse sensum: Tu cura, vt te agas, nihil solicitus de laude tua. Id enim alij vltrò facient. Vt enim vmbra corpus, ita laus sequitur rectè facta. Quamuis alter sensus mihi videatur probabilior. Et Paulus: Si gloriari, inquit, volo, non ero insipiens: parco autem vobis, ne quis de me existimet supra id, quod videt in me. Sed dices, qui vult ita modestè de se loqui, & deflectit à veritate, videtur mentiri. Nihil minùs. Illi enim

Veritas est humanæ naturæ cognata.

Quàm eximium bonum sit veritas.

Extrema veritati opposita.

Circumstantiæ considerandæ in vero dicendo.

Veritas ad iustitiam referenda est.

Veritas magis inclinat ad defectum quàm excessum.

...rum, vt semper minus comprehendatur à maiore. Nam qui dicit se ... habere quinquaginta, non mentitur. At si diceret, tantum triginta. ... regare debemus dona Dei. Modicè quidem loqui debemus de re, non debemus. *An mentiatur qui modestè de se loquitur.*

... describeret vniuersam illam ... & apparatum hominis pij, veritatem ap... Christianorum. Succincti, inquit, veritate. Ista veritas non inuenitur inter ... enim omnis homo mendax. Quare ea in solo Deo quærenda est. Sed quoniam ad ... possumus, cum habiter lucem inaccessam, ea nobis data est expresse & const... literis. In alijs etiam literis est aliqua veritas, sed multis mendacijs contaminata. *Veritas vbi inueniatur.*

... dendus est Origenes in quæro τῷ Ἀρχῇ, cui veritas cura sit, cum solicitum esse ... de literis, & verbis, & vocibus. Ille enim omnia reuocare volnit ad allegorias: id ... sibi tribuit. Ego verò omnes etiam leuissimas voculas in sacris literis scrutan... derandas arbitror. Ex illis enim Christus ait, ne apiculum quidem minimum esse ... Rabinici veritatem dixerunt temporis filiam, & matrem omnium virtutum. Quod ... est de tempore, multi transtulerunt ad Saturnum, modica inflexione inter χ, & τ, ... litatem & candorem illorum temporum. Democritus falsò abditam eam esse ait ... puteum. Deus enim eam communicauit nobis nō solùm in scripturis, sed etiam ... naturam. Nobis autem in primis cauendum est, & ab ignauia, & à studio conten... Hæc enim duo maximè impediunt cognitionem veritatis. Maximè verò precibus con... est, vt Deus eam nobis patefaciat. Citarem locum illum ex 4. Esdræ, Supra omnia ... nisi scirem, illa esse Apocrypha. Pythagoras ait, proximè secundum Deum colen... veritatem: quòd ea homines efficiat similimos Deo. Curare autem homines Christia... id, quod dici solet, Veritas odium parit: id enim ea habet hominum vitio non suo. ... Baptista truncatus est capite, & hodie tot martyres passim occiduntur: quòd ... odium. Chrysostomus in illa verba epistolæ ad Romanos, Quantum in vobis est, ... pacem habentes, nunquam, inquit, præponenda est concordia veritati. Aurea pla... Deserenda est enim potius omnis societas & communitas vitæ, quàm vt prodatur ... Ita Aristoteles, Amicus, inquit, Socrates, Amicus Plato: sed magis amica veritas. Sed ... non enim institui encomium veritatis. Id tantum mihi proposui, vt ex contrario vi... quid sciendum esset de mendacio. *Veritas vbi inuenitur.* *Veritas temporis filia.* *Veritas non est abdita.* *Veritas odium parit.*

... ad Consentium, Mendacium, inquit, est falsa vocis significatio, cum voluntate ... Ciceronis definitione veritatis dicemus, Mendacium esse, quò ea quæ sunt, fuerunt, ... sunt, pronuntiantur mutata, quoque plus minúsue dicitur, quàm est. In veritate virtus ... mendacio vitium. Vtque propter virtutem delectamur veritate, ita propter vitium delecta... mendacijs. Vt veritas pertinet ad æqualitatem, ita mendacium ad inæqualitatem: & semper ... vel ad dextram, vel ad sinistram. Veritas simplex est: duplex mendacium, aut etiam mul... Aliud loquitur mendax, aliud sentit: Veritas suum cuique reddit: contra mendacium. Ve... contractus & societates: eas mendacium disipat. Augustinus ad Consentium ait, eum ... qui dicit falsum, cum voluntate dicendi falsum. Et mentiri ait esse, contra mentem ire. ... ad mendacium. Primum est, vt falsum dicatur. Proximum, vt accedat voluntas ... falsum. Tertium, vt sit etiam cupiditas fallendi. Primum videtur non esse ita neces... Nec enim esse sine eo, vt aliquis mentiatur, vt si quis dicat verum, cum se putet fal... Illud ergo ad materiam mendacij pertinet: altera duo ad formam. Ita dividitur men... aliud sit perniciosum, aliud officiosum, aliud iocosum. Hæc membra referuntur ad ... effecta mendacij. Nam in causis eadem sunt effecta, & fines. Pernicioſi mendacij fines ... noscuntur: iocosi, vt aliquis oblectetur: officiosi, vt iuuetur. Aristoteles quoniam ve... considerauit tantùm vt virtutem, eam non aliter distinxit, quàm per defectum, & ex... Eadem ergo, quod esse dicimus in mendacio, in eo est, vt pariatur falsus sensus in ani... Illud autem turpe est: itaque Aristoteles ait esse fugiendum. Scripturæ pas... ad dicendam veritatem, & retrahunt à mendacio. In Decalogo Deus edicit, ne quis ... testimonium. Id autem fit non tantùm in iudicio, sed etiam in omni vsu vitæ. Deus ... eum vnus debemus imitari. Nec tantùm Deus verax est, sed etiam diligit veritatem. ... dixisti, inquit Dauid: propterea in intimis meis manifestasti mihi sapientiam. Quo... sunt veritatem, & dat nobis scripturas, & spiritu suo afflat corda nostra. Non enim pa... Magistratus ita commendatur, vt sit amans veritatis, & fugiens auaritiæ. Et Za... loquatur, inquit, vnusquisque veritatem cum proximo suo. Quam sententiam *Quid sit mendacium.* *Tria pertinent ad mendacium.* *Mendacij diuisio.* *Cur non mentiendum.* *Scripturæ hortantur ad veritatem dicendam.*

Paulus tres habet in epistolam ad Ephesios, & ad Colossenses. Scribens Ephesijs [illegible] Christum Magister, scimus, quod non es acceptator personarum, sed vias Dei [illegible] Contra de mendacio. Per des omnes, qui loquuntur mendacium. Salomon [illegible] rer illa sex, quæ Deus odit. Et alio loco. Deus inquit, odit labia mendacia. Deinde [illegible] fuũ, est pater mendacij, & cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur: [illegible] contumelias causa & veteri Poeta appellauit semper mendaces.

Scripturæ deborrantur à mendacio.

Mendacium esse peccatum

Peccatum autem esse mendacium his rationibus probari potest. Primùm, quod [illegible] cum, quæ haud dubiè datæ sunt ad cogitationes nostras expiemendas. Deinde, quia [illegible] ritatem à nobis expectantem, & nobis fidentem fallimus, nec illi quod habemus in [illegible] municamus. Ita autem facti à Deo & instituti sumus, vt nostrum inter nos [illegible] municaremus. Quare, qui mentitur, desciscit ab instituto Dei. Tertiò, quia [illegible] quos ita deducimus in errorem, fallimus. Postremò, quia hoc pacto authoritatem [illegible] befactamus, vt postea nemo velit nobis credere, etiam quidem cum vera dicimus. [illegible] enim erit, putabimur mentiri, vt antea solebamus. Quare in hac re summa est deformitas [illegible]

Mendacium aliud altero grauius.

gustinus tamen ad Consentium, sit magni referre ? quibus de rebus, & quo animo [illegible] Nam qui in religionis parte aliqua mentitur, grauissimè peccat. Non enim ibi de pecuniis prædijs agitur, sed de vita æterna & summo bono. Quare si grauiter peccat, qui errantem [illegible] re viam non ostendit, aut ita ostendit, vt ille longius aberret: multo inquit magis peccat ille, qui mentitur in dogmatis, & fratrem suum abduxit à fide. Si ergo conferantur inter se tria [illegible] ta mendaciorum, quæ supra diximus, longè grauissimum erit illud, quod appellauimus [illegible] sum. In eo enim non tantum illa mala sunt, quæ diximus, sed etiam damnum, quod affert proximo. Altera autem duo, si quam habent culpam, leuem habent: quod ea nõ alio referantur, quam ad charitatem. In iocoso verò mendacio tenuissimum aut esse rationem mendacij. Audientes statim rem omnem intelligunt, vt nullus in illorum animis ex ea re gigni possit falsa [illegible]

Perniciosum mendacium grauissimum.

Officiosum mẽdacium non est peccatum.

De officioso mendacio ambigitur. Quidam enim putant, licere homini pio, & [illegible] ita mentiri. Aiunt enim, Legem iubere, vt pro viribus dicta factaq; [illegible] hic videri posse abusũ signorũ, ea enim hoc pacto dirigi, ex [illegible] proximi. Societatẽ aũt humani generis nõ ledi hac ratione, sed potius [illegible] sine authoritate loqui, addunt. Platõnẽ in Repub. etsi alios omnes removet à mendacio, [illegible]

Officiosum mẽdacium esse peccatum.

mittere magistratibus, vt in legibus ferendis aliquo huiusmodi foco fallant multitudinẽ. Alij [illegible] contendunt, esse hic abusũ vocũ. Est enim, vt Aristo. docet, [illegible], esse notiones [illegible] tationũ. Ad quas qui voces suas nõ accõmodet, cũ nõ possenõ videri abuti signis. Deinde [illegible] tur proximus, id quidẽ factũ aiunt se laudare: sed eũ iustis vijs & rationibus, & [illegible] uandũ esse. Et citant ex Paulo, non esse faciendũ malũ, vt ex eo sequatur bonũ. Alioqui licebit [illegible] rari, quod possis largiri pauperibus: & præsertim si quid eripias diuiti auaro, qui videatur [illegible]

Controuersia inter Hieronymum & Augustinum.

di opibus nimis abũdare. Addunt etiã lædi maximè cõmunẽ hominũ societatẽ. Sublata enim [illegible] nihil esse firmũ in Rep. Eum aũt qui ita mentiatur, dicunt authoritatẽ suã prorsus abijcere [illegible] steã, etiã tum, cum velit verũ dicere, nemo illi sit crediturus. Nam si quem fortè velit eorum [illegible] le ita secũ cogitabit: iste nunc mentitur, vt anteà: in meum quidẽ bonum fortasse: at ego [illegible] di bona nihil moror. Hinc orta est inter August. & Hieron. grauis illa controuersia de [illegible] Petri. Nam Hieron. ait, Petrum non nescisse quidem id, cuius à Paulo admonebatur, sed [illegible] ris causa de industria cum eo colludere voluisse. Atqui Paulus ipse ad Galatas ait, Petrum [illegible] recto pede ambulasse ad Euangelium, & fuisse reprehensibilem. Et August. ait, si semel fatebimur [illegible] limus aliquod mendacium in sacris literis, statim collapsurã omnem authoritatẽ scripturarũ. Platonis autem authoritatem aiunt se non tanti facere: illum enim alibi flagitiosè errare: permittere enim cum magistratibus, vt fabulas excogitent, quibus inducant populum ad honestum aliquã [illegible] opinionem de dijs. Legem enim Dei non minus tenere magistratum, quàm subditos. Habere [illegible] dem illos gladium, quẽ subditi non habeant, sed id propriè pertinere ad illorũ munus & [illegible] nem: alijs autẽ in rebus omnia populo communia esse cum magistratibus. Sed hyperbolæ [illegible]

Hyperbolæ & tropi in scripturis non sint mendacia.

in scripturis, videntur esse mendacia: dicunt enim aũt plus aut minus, quàm res est. Etsi [illegible] enim æqualitas rei non teneatur, tamẽ tenetur æqualitas rationis. Consilium enim [illegible] erat, non vt falleret, sed vt homines in admirationẽ adduceret. Id cum simplici oratione [illegible] fieri, adhibentur tropi. Nec euangelistæ mentiuntur, quamuis non omnia semper narrent [illegible]

Rahab & obstetrices Ægyptiæ.

modo. Res enim omninò eadẽ & vna est recte & sanè intelligentibus. Eadem quæ esse vera [illegible] semper est necesse. Deinde spiritus sanctus ita Euangelia prodi voluit, vt quod deest in vno [illegible] pleri possit ex alio. Alij aiunt Rahabam meretricem, obstetrices Pharaonis mendacium [illegible]

...itaque mentiri bonū esse peccatum. Imò obstetrices illæ non propter ...scriptura, sed propter timorē, & misericordiam, & pietatē erga Deum, ...confessæ sunt veritatem, nec tribuebant gloriam Deo. Misericordia tamen du... alterū laus. Propria etiam laus Rahabæ fuit, quod conseruauit exploratō... endos est Gregorius, obstetricibus propter mendaciū, æternū præmium con... temporarium. Nam si illæ fide apprehenderint promissiones, Deus eis illam infir... uauit. Adhuc obijciunt Abrahamū, quem aiunt apertè mentitum esse, cum di... *Abrahami exemplum.*
...um suam esse, quæ esset vxor. Augustinus illum mentitū negat: aliud enim esse ...tē nō dicere. Dixit, inquit, quod erat, Sara enim aliquo modo soror erat Abra... dixit, non erat falsum. Quod autē tacuit, pro loco & tempore tacere potuit. Sed ...s, vxorem adulterio. Respondeo, duo illi proposita fuisse præcipitia: alterū ne ipse ...terum ne vxor abduceretur ad stuprum. Alterum euitare potuit, si diceret, Saram ...alterum autem, ne illa stupraretur, non potuit. Prudenter ergo Abrahamus id ...videbat esse in potestate sua: alterum reliquit Deo. Vtrum autem illum infirmi ...hoc loco non disputo. Sed cum ascenderet, inquiunt, in montem, mentitus ...cum Isaac rediturum: quē tamen in animo habebat sacrificare. Et Iacobum, *Exempla Abrahami, Iacobi & Pauli.*
...ueri suo, se esse eius filium Esau. Et Paulū nescisse se summū pontificē: quem ...uerat. August. in Matth. Ser. 23. De puero centurionis, Paulus inquit, versatus ...us ad pedes Gamalielis, videbat pontificem præsidentem, & ius dicentem. ...go eum potuit nescire? Respondet August. Sanctos viros quædam interdū dixisse, ...t dicebantur, intelligenda essent, sed prout afflabantur à spiritu sancto. Itaq; illo ...dictiones fuisse & prophetias. Ita spiritū significasse in Abrahamo Isaacū esse li... Iacobo, hæreditatem illi deberi, quæ deberi videbatur Esau: Et in Paulo, sacerdo... eum abolendū. Alij putant, Paulum loquutū ironicè: ac si diceret, etsi noui Pontifi... nihil video pontificiū. Nā cū debeat tueri leges, iubet me publicè feriri contrà le... quod nobis obijciunt, fatēri possumus peccasse. Neq; enim opus est, vt eos vbiq; de... *Iebu.*
...occidit prophetas Baalis. Id quidē rectè, ac piè. Sed simulauit se quoq; velle Baa... eum non oportuit. Nec mirum videri debet, si ille in hac re peccarit. Nam postea ...est, & coluit vitulos, quos excitauit Hieroboā. Omninò homines sancti in scri... tur ad mentiendū vel diuino spiritu, vel humano. Si humano, nō possunt excusa... ligere debemus, Deum esse arbitrum & dominum legis suæ. Vetat, ne quis fure... eum Iudæi eius iussu conuasarent bona Ægyptiorum, non peccabant.
...grauior est quæstio, licetne mentiri pro salute proximi, idq; vel corporis, vel animi. Vt si *An liceat pro salute proximi mentiri.*
...periculose ægrotet, vt parua accessione ægritudinis aut molestię possit emori, & percon... filius, quomodo habeat, cū ille iam sit mortuus, debeāsne illi mentiri, an verū dicere? ...dicas filiū esse mortuū, morietur etiā pater. Imò si taceas, aut dissimules, nihilo minus ...intelliget enim ex tua taciturnitate, filiū esse mortuū. Et omnes clamabunt te authorē ...moreretur. Grauis, inquit August. est, & perplexa quæstio. Et ego fortasse, si essem ...adducerer ad perfectū, quod existimo esse faciendū. Respondeam tamē, pro salute cor... omninò nō esse mentiendū. Vt si mulier libidinosa minatur, se velle sibi adfer... potiri queat, non debes ea causa turpe aliquid in te admittere. Quod si castitatis ...licet, certè ne veritatis quidem causa licet. Non enim, inquit, Augustinus veri... mor. Addit Augustinus, si tu statues pro vita cuiuspiam mentiendum esse, ma... narū fenestrā ad mendacia. Alias enim putabit se eodē iure pro agris, pro prædijs, ...pecuniarum cuiuspiā posse mentiri: atq; ita nullus erit finis mēdaciorū. Imò, inquit, ne ...de salute mentiri licet. Iohannes enim ait, Omne mendaciū nō esse ex Deo. At nos *Non licet pro anime salute mentiri.*
...ertes, quæ sint ex Deo. Verum ea verba Iohannis non ita multum facere arbitror ad ...Iohannes enim loquitur de mendacio contra fidem & pietatē. Ideoq; sermo videtur ...rem esse reuocandus. Nec probat August. compensationes delictorū, qua de re di... Sed facito, sicarium quærere aliquem, quem velit occidere. Tu, si scias, vbi ille latet, ...t Augustinus, si forti, inquit, es animo, respondeo, ego non prodā: tu in me statue, quic... At si tacere velis, & nihil dicere, ex ipsa taciturnitate tua suspicabitur, vbi sit. Respondet ...Tibi satis esse, euitare mendacium: nam alterum non esse in potestate tua: quare id re... esse Deo. Aut, si possit fieri, consilium ait capiendum in arena, & ambiguè respon... autem si rectè atque ordine interrogeris à magistratu, omnino negat esse dissi... Atque hæc quidem est sententia Augustini.

Alij in officioso mendacio statuunt non esse peccatum. Ego, vt videar, [illegible] dem libenter assentior Augustino: non ita tamen, vt alios velim condemnare [illegible] os inijcere hominum conscientijs: & id videri peccatum, quod peccatum [illegible] Augustinum, quod videam, hoc pacto hominem prouocari ad dicendum [illegible] ne se assuescant mendacijs: deinde quod videam, potestatem mentiendi [illegible] literis. Eos autem, quos constat esse mentitos, quod fratres suos liberarint laud[illegible] non prorsus libero. Adhæc ex omnibus patribus vix vllum puto extare, qui [illegible] peccatum, aut qui dicat esse mendacium. Postremo etiam Aristo. solo [illegible] dacium prosum esse, & fugiendum. Hoc tamen præseruandum non [illegible] qui dicant falsum, cum se putent verũ dicere: cosq; qui mutata conditione rei, [illegible] sis. Vt si quis gladiũ apud te deponat sobrius, & eum repetat insanus, non [illegible] te redditurum. Mutata est enim iam conditio rei. Hic satis esse putat, si cum promittere [illegible] ris animum præstandi. Iurisperiti aiunt, mutatis casibus quærenda esse noua consilia. Paulus licitus est, se iturum in Hispaniam: at non iuit: in animo tamen habuit, vt ait Ambr. Beatus, ita scribitur, Diuina dispositio soluit omnia vincula.

Augustini sententia cur sequenda.

Non semper mentitur qui falsum dicit.

De Dauidis mendacio.

Quod ad Dauidẽ attinet, dubitari nõ potest, illũ mentitũ esse Achimelecho. Quæ [illegible] velimus quorundã hominũ doctorũ sententiã dicemus, cũ officij tantum causa [illegible] abeo peccatũ esse. Sibi enim tantum prospicere voluit, nõ alij lædere. Ex Aug[illegible] impulsu diuino mentitus sit, nihil peccauit: sin instinctu humano, & ex diffidentia, [illegible] potest. Quod cibum & commeatum petiit a sacerdote, non peccauit: hæc enim omnibus [illegible] suppeditanda sunt. Mentitum tamen non oportuit. Ipse quoq; videtur aliquo modo culpã agnoscere. Postea enim accepto nuntio de cæde sacerdotũ, confessus est, se authorem fuisse illorum exitij.

De Dauidis simulatione stultitiæ.

Postea simulauit stultitiam, & omnibus modis se gessit pro fatuo. Sed scire debemus, aliud esse mentiri, aliud simulare: Actiones enim & gestus corporis non significant animi sensa, [illegible] propriè est vocis. Interdum tamen actiones docent. Quale illud est, quòd Zeno compressa [illegible] plicata manu, alteram dixit esse dialecticen, alteram rhetoricen. Tragici etiam poetæ [illegible] ctarum personarũ simulachris aliquid docent. Sed illud, quicquid est, facile intelligitur. Christus simulauit, se velle ire longius, vt duos illos discipulos institueret de resurrectione sua: aut, vt Aug[illegible] ait, vt se ostenderet longè abesse ab illorum animis & cordibus, vt significaret, se ita [illegible] in cœlum. Interdum simulatio tegit consilia, ne ea nobis intercurrentibus [illegible] catum. Ita Christus non statim aperuit se mundo, ne mysterium [illegible] mortis & crucis [illegible] tur. Nam si eum cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. Est autem [illegible] & vitiosa simulatio, qualis est hypocritarum, qui se sanctos fingunt, vt aspirare possint ad honores. Reprehendi etiam debent, qui se simulant amicos, cum animos gerant hostiles. Dauid verò simulauit, quòd videret extrium sibi parari ab Achi. Quidam putant, Dominũ eum in tantam trepidationem coniecisse, vt planè iam & verè desperet: atq; eum hoc pacto liberasse. Alij putant in hoc facto fuisse prophetiam de vero Dauide nostro Iesu Christo: illum aliquando habitum in [illegible] dibrio, & omne genus contumeliarum perpessurum. Id quod omnes in se pij perpetuò experiuntur: seruantur tamen, & ad æternam felicitatem perducuntur.

CAPVT XXII.

1 *Profectus ergò inde Dauid, fugit in speluncam Adullam: quod cum audissent fratres eius, & vniuersa domus patris eius, descenderunt ad eum illuc.*

2 *Congregati sunt ad eum quicunq; erat in angustijs constitutus, & cuicunq; erat creditor, quicunque item erat amarus animo: fuitq; ei in principem: fuerunt autem cum eo fere quadringenti viri.*

3 *Abijt verò Dauid inde in Mispah Moab, dixitq; ad Regem Moab, Egrediatur quæso pater meus & mater mea vobiscum, donec agnoscam quid faciat mihi Deus.*

4 *Adduxit ergo eos ante Regem Moab, & habitauerunt cum eo omnibus diebus quibus fuit Dauid in arce illa.*

5 *Dixit autem Gad propheta Dauidi, Ne maneas posthac in arce ista: egredere & proficiscere in terram Iehudah. Abijt ergo Dauid, & venit in saltum Hareth.*

[illegible]

capitis etiã multa continentur, tamen omnia ad tria possunt præcipua reuo- *Partitio capitis.*
Primò describitur, quibus locis Dauid sese continuerit. Nam cum fuisset apud
Aiud, redijt in tribum Iuda iussu Prophetæ, atque eò aduocauit parentes suos.
Secundo loco proponitur querela Saulis, & accusatio Achimelechi. Postremò sacerdo
Nobensis occiduntur.

Primum attinet, Dauid cum fugisset ab Achis, venit in speluncam Odullam. Est ille *Spelunca Odullam.*
Iuda, vt apparet ex 15. Iosue. Dicitur ibi Schefala locus depressus & humilis in-
terstinctus antris & saxis præruptis. Et quamuis locus esset desertus, tamen non
solitudo fuit. Ibi enim habitauit Iram, amicus Iudæ, vt scribitur 38. cap. Gen. Visus est
Dauidi maximè opportunus, quod tribules suos speraret à se non fore alienos. Venerũt
ad Dauidem alijq; multi. Si credimus Iosepho, summisit nuntium ad parentes & fratres, *Pietas Dauidis erga parentes.*
vbi ipse esset. Tantum erat in Dauide studium erga legem Dei, vt, quamuis esset in
angustijs, tamen curam parentum ex animo non dimitteret. Ita Christus moriens in cruce
matrem commendauit Ioanni. Ethnici laudant Æneam suum, quod patrem Anchisen in hu-
meris extulerit ex incendio. Veniunt parentes alijque ad Dauidem, quod eos Saul persequé
retur pro hostibus. Tyranni enim non eos tantum accusant maiestatis, qui apertè defe-
runt illos etiam, qui eos aliqua cognatione aut affinitate attingant. Ita pharisæi non tantum
ipsum persequebantur, sed etiam omnes quicunq; se ad illũ adiungerent, fecerunt ex-
communicatos. Christus prædixit euenturum omnibus pijs. Si esseris inquit, de hoc mundo, mun-
dus suum est diligeret. Quoniam autem elegi vos de mundo, idcirco mundus vos odio ha-
bet. Lege quidem cautum erat, ne quis alterius causa plectatur. Sed tyrannus legem istam aliàs
omnes contempsit. Et parentes quidem amiciq; Dauidis, quid sibi esset expectandum, po-
terant Ionatha filio Regis intelligere. Is enim cum verbum vnum aut alterum fecisset pro Da-
uide, parum abfuit, quin à patre occideretur. Regnum ergo iam distractum est quodammodo in *Regnum Saulis scissum est.*
partes, vt alij Saulis auspicia sequantur, alij Dauidis: vt olim in dissensione ciuili alij se ad-
iungebant ad Cæsarem, alij ad Pompeium. Sed potentissimus quisque ibat ad Saulem: ad Dauidem
veniebant tantum homines afflicti, obærati, egentes, miseri. Ita hodie Papam sequũtur
Reges, Principes, Episcopi, qui tantum pro honoribus suis pugnant. Isti tamen miseri comi-
tes Dauidis postea creuerunt in magnũ robur, vt apparet ex 11. & 12. cap. Paral. Venerunt aũt ad
Dauidem, non vt seditionem concitarent, sed vt se tuerentur à tyrannide, non vt aliorũ fortunas
inuaderent, sed vt eas ab iniuria defenderent: vt satis apparet de Nabale: non vt cõspirarent cum
Dauide regni Iudaici, nam illis magna damna intulerunt. Sed defecerunt inquies, à domino suo.
Saule, sed à tyranno, & iniqua imperante. Persequebatur enim Dauidem, patrem quodammodo Io
nathæ. Et si quis eius furorem non iuuisset, eũ habebat pro proditore. Potest etiam fieri, vt popu *Dauidis consolatio, et rursus cura ex horũ accessu.*
lus quid iam subodoratus sit, Dauidem vnctũ fuisse & renuntiatũ Regem à Samuele. Dauid ex
hac multitudine nõ potuit nõ magnam voluptatem capere: videbat enim causam suam nõ ita ma
lam haberi apud populum, & se iam habiturum socios calamitatis. Alia tamen accessit cura. Cum
enim miseri accedunt ad miseros, videtur conduplicari miseria. Imò qui scire potuit, neminem
horum sese esse proditurum? Certè in primo Paralip. 12. cap. sic eos affatur: Si veniitis, vt iuuetis
me, erit meũ erit cum corde vestro: sin vt prodatis, Deus videbit & iudicabit. Quamuis ergo po-
pulus undiq; affluxerit ad Dauidem, ille tamen non potuit securus esse. Adhæc mala omnia hoc
etiam accedit, quod videri posset bonam causam malam facere. Nam si causæ suæ confidit, cur
recepit ad se homines obæratos & perditos? Hoc enim videtur esse asylum aperire latronibus &
parricidis, quod olim Romulus fecit ad amplificandam dignitatem suam. Quidam putant, Da-
uidem hoc loco scripsisse duos Psalmos, 57. & 142. Ego verò vniuersa sententia illorum Psalmo-
rum diligenter expensa, sentio potius cum Rabbinis, scriptos illos fuisse, cum Dauid in spelunca
Odullã lateret exercitu Saulis, & esset in maximo periculo, ne caperetur. Verus autem Dauid
est Christus seruator noster, ad illũ venerũt homines obærati & miseri: ille cibũ sumpsit cum pu
blicanis & peccatoribus: ille Matthæũ publicanũ recepit ad se: ille latronem in cruce complexus
est, mulierẽ meretricẽ non abiecit: ille illis omnibus dedit asylum tutissimũ, quò se reciperẽt.
Videte inquit, Paulus, fratres, vocationem vestram: non multi sapientes, non multi potentes: non
multi nobiles: stulta mundi elegit Deus, vt confundat sapientiam: infirma mundi elegit Deus, vt
confundat fortia. Talis erat cœtus eorum qui se contulerant ad Christum: qui eò etiam afflictio- *Dauid nõ est culpandus, si aliqui malo animo ad eum venerunt.*
nes videbantur, quod graui pondere peccatorum premerentur. Videbant se suis viribus, aut
potius factis non posse seruari: omnino sibi opus esse Christo. Si qui fortè ex hoc omni numero
postremo fugerint ad Dauidem, vt per eum diuerterent, aut vltionem sumerent de Saule, id Dau

di vitio verti non debet. Ille enim animos eorũ non potuit habere exploratos. Et quem quidem cœtum hominũ inuenire possumus sine vitio? Nam Christus in societate sua habuit Iudam. Noe in arca sua habuit Cham. Non possumus iudicium facere de causa ex animo illorum, à quibus susc ipitur. Paulus queritur, Omnes sua quærere, non quæ sunt Iesu Christi: & multos esse, quorum Deus sit venter: & esse alios, qui Christum doceant non sincere, tantùm vt afflictionem addant eius vinculis. Gaudeo tamen, inquit, & gaudebo, quocunq; tandem modo Christus prædicetur. Multi profecti sunt ex Ægypto, qui postea murmurati sunt contra Mosen. Hodie quoque multi recipiunt Euangelium: sed an omnes bono animo, & studio pietatis? Vtinam quidem videremus enim meliores fructus Euangelij. Tamen quicquid est, illorum vitia causam non faciant desertorem. Illi quidem magno scandalo sunt Euangelio: sed portabunt onus suũ. Potest fieri vt fugitiui Dauidis propter iniquitatem Regis non potuerint ab aduersarijs ius suum obtinere, aut ipsi facti sint obærati. Verũm dices: An debuit eos Dauid recipere in fraudem creditorum? Respondeo, Si habebant fundos, aut agros, eos oportuit cedere creditoribus: si nihil habebant, tenuissima ipsa satis eos excusabat. Dauid cum haberet istos quadringentos milites, non potuit accusari, quòd seditionem concitaret contra Saulem. Credibile enim est, illum pro sua prudentia & pietate monuisse eos diligenter de officio suo, ne aut Deum, aut proximum læderent. Nam in Psalmo 34. quem eodem tempore scripsit, cum fugeret Achim Regem Palæstinorum, ita cecinit, Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos: prohibe linguam tuam à malo: discede à malo, & fac bonitatem: & alia multa in eandem sententiã. Quare verisimile est eum cõtinuisse suos, quantum potuit in officio, ne per vim & iniuriam aliorum bona prædarentur. Longè aliter sese gessit Abimelechus, vt apparet ex 9. cap. Iudicum. Is enim pecunia illa, quam surripuerat è fano Berith, conduxit viros sicarios & pessimos ad cædem fratrum suorum: & contra verbum Domini, Rempublicam, quæ antea Aristocratia regebatur, conatus est mutare in regnum. Non ita fecerit Dauid: is enim à Deo vocatus fuerat ad regiam dignitatem. Neq; milites ad se seditiosè euocauit: sed vltrò accedentes & fugientes tyrannidem Saulis ad se recepit. Nec vicinis regionibus iniurias vllas intulit: sed potius ab illis hostiles iniurias propulsauit. Erat iam à Deo designatus Rex. Quare si habere voluit satellites, qui se defenderent, id illi non erat vitio vertendũ. Deus noluit consilium suum longius tegere: nec expectare mortem Saulis, cum ille iam dignus esset, qui primo quoq; tempore abijceretur. Excitauit itaq; Dauidem, vt viuus adhuc agnoscere æmulum suum, & maiori dolore afficeretur. Hîc videmus, quàm vana sint humana consilia. Cum enim deiecti sumus, statim putamus prorsus omnia esse conclamata, at iste sæpè proximus est gradus ad summum dignitatem. Ita Romulus, Cyrus, Moses à leuibus initijs euaserunt ad imperia. Iulius Cæsar proscriptus erat à senatu, & declaratus hostis Reipublicæ: at ille eum sibi gradum fecit ad summam potentiam.

Nullus cœtus hominum sine vitio.

An debuerit Dauid obæratos recipere.

Non excitat seditionem, sed bene instituit suos milites.

Abimelechi cõtrarium exemplum.

Dauid potuit habere milites

Hominum consilia vana.

Egrediatur quæso pater meus, & mater mea vobiscum.) Dauid prospiciendum putauit parentibus suis, senibus iam & infirmis. Infirmum ergo erat argumentum illorum, qui ex eo, quod Dauid supra se sinxit reuocatum à fratribus, colligebant, patrem eius tum fuisse mortuum. Nescit miser Dauid, quò se vertat: metuit sibi à Palæstinis: consistere non potest in Iudæa, fugit ergo ad Regem Moab. Idq; primum propter cognationem, quam habebat cum illa gente. Eius enim proauia Ruth, vxor Booz, ex quo natus est Obed pater Isai, auus Dauidis, fuerat Moabitica. Deinde quidam putant, istum fuisse acerrimum hostem Saulis, quòd primo illo Iabensi bello ab eo fuisset profligatus. Ideoq; Dauid arbitratus est, se apud illum satis posse in tuto viuere. Atqui id non euenit. Ille enim Nahas, qui cum Saule conflixit ad Iabes, fuit Rex Ammonitarum, nisi fortè idem tum Rex fuerit vtriusq; regni. Certè in 2. Samuelis cap. 10. Dauid agnoscit beneficium Regis Ammonitarum, mittitq;, qui consolentur Amnonem de obitu patris. R. Shelomo putat, Regem istum Moab, cum videret Dauidem fugisse in Iudæam, eius parentes, aliosq; amicos, qui apud illum remanserant, occidisse: multos tamen ex illis fugisse ad Nahas Regem Ammonitarum, sed hoc videtur commentum tantum esse Iudæorum. Quid beneficij Dauid ab isto Rege acceperit, non apparet. Certum tamẽ est, illum ab eo in hac calamitate humaniter fuisse tractatum. Collocatus est ab eo in arce aliqua cum præsidio militum, vbi se suosque defenderet. *Donec agnoscam quid faciat mihi Deus.*) Hic operæpretium est videre modestiam Dauidis. Non ait, Quid ego meis viribus aut cõsilijs facturus sim: sed quid facturus sit Dominus. Et certè, quod tam cupidè expectauit, accepit. Dominus enim misit ad illum Gaddum prophetam. Habet ergo iam Dauid, non tantum militem, sed etiam prophetam: illud erat magnum indicium fauoris diuini. Quæ enim in rebus afflictis esse potest maior consolatio, quàm notitiam habere diuinæ voluntatis?

Cur cõfugerit ad Moabitas.

Dixit autem Gad propheta Dauidi, Ne maneas posthac in arce ista.) Gaddus iubet Dauidem

in Iudæam. Erat hoc mirabile consilium Dei. Ex eo enim duo grauissima sequuta Quæ secuta sint ex reditu Dauidis.
sunt, vt Saul vehementius irritaretur: alterum, vt sacerdotes Nobenses occiderentur. Et
quidem attinet, Deus voluit eius malitiam educere in lucem, vt omnes viderent
esse, qui à Deo abijceretur. Vult enim Deus consilia sua etiam in hominum oculis
Non fecit quidem malitiam illam Deus, sed eduxit. Sacerdotes quoq; digni erant, qui
Deus illos iam diu pertulerat. Minatus autem fuerat olim Eli hoc aliquando e-
credibile est, istos à sceleribus maiorū suorum non defecisse. Ita viri pij sæpe, quam
tamen interim instrumenta sunt iræ Dei. Non ergo debemus nec factum Da-
nec consilium Dei. Quidam putant, Deum voluisse Dauidem redire in Iudæam, Cause cur Dauid reuocetur.
inter idololatras corrumperentur. Mihi tamē probabilius videtur, Deum hac via
suum, & Dauidi authoritatem conciliare. Id autem in Iudæa facilius
quàm si ille hæsisset apud exteros. Deinde hæc res bono fuit Israelitis: isti enim milites
repulerunt à finibus. Gad mittitur ad Dauidem sine genealogia. Satis est, eum Quis fuerit Gad.
prophetam. Eo Dauid peculiariter vsus est in consulendo Domino: & ea causa dictus
Dauidis. Hic ille est, qui reprehendit Dauidem de censu populi: illiq; trium malorum
proposuit. Et verisimile est, eum scripsisse partem aliquam rerum gestarum à Dauide.
paruos admodum copias habeat, tamen habet verbum Dei. Contra legimus, Saulem Dauid habuit verbum Dei.
habuisse exercitum, & potentes atq; instructos satellites. Nihil tamen auditur de
Dei. Imò Samuel iam abierat, nec amplius in eius conspectū venire voluit. Quid ergo boni
sperari potest, postquam illi ereptum est verbum Dei, quod eius pedibus pro lucerna esse
Ex hoc intelligimus, sacras literas nobis esse oportere loco prophetarū, ex quibus perpe
petenda sit voluntas Dei, ne queri possimus, nos non habere Prophetas. Illis quidem neces-
Prophetæ, quia respublica ea conseruanda erat vsq; ad Messiam. Quod sine diuinis Prophetæ magis necessarij Hebræis quàm nobis.
& oraculis prophetarum fieri non potuisset. Nunc autem patefacto Euangelio, non ha-
promissionem de vna aliqua certa republica. Ecclesia quidem semper habebit aliquod ho
si non in hoc regno, tamen in alio. Deinde populus Israeliticus & imperitus erat rei mili
undiq; cinctus hostibus. Itaq; opus erat præsenti consilio Dei. Adhęc Iudæi natura cu-
erant rerum futurarum. Quare nisi habuissent prophetas, contulissent se ad sriolos. Pręc
illis erat miraculis, vt in illa sancta societate eōtinerentur & coalescerent: neq; tum scri
late patuerunt. Habebant quidem illi legem, sed postea accesserunt Prophetæ, Euange-
Satis ergo nunc est oraculorum, vt nihil opus sit prophetis. In rebus autem aduersis
nos bono esse animo: & ita cum animis nostris cogitare, Deum velle nos vel ex illis malis
vel per ea quasi media ad æternam gloriam perducere.

6 *Audiuit autem Saul quòd notus esset Dauid & viri qui erant cum eo: Saul ve-*
rò manebat in Gibeáh sub arbore in Ramáh, habens lanceam suam in manu sua, omnesq;
serui eius astabant illi.

7 *Dixit itaque Saul seruis suis qui astabant illi, Audite quæso filij Iemini, om-*
nibus ne vobis dabit filius Isai agros & vineas vt omnes vos constituat tribunos & cen
turiones?

8 *Quod coniurastis omnes vos aduersum me, nec est qui reuelet auream meam?*
quòd fœdus inierit filius meus cum filio Isai, non tamen ex vobis qui doleat super me, &
qui reuelet aurem meam, quòd suscitauit filius meus seruum meum aduersum me insidias,
vt hodie.

Iam fama de Dauide vbique increbuisset, Saul conuocauit concilium. Tyranni enim sem Concilium Saulis.
in metu. Quicquid audiunt, putant instare periculum: & præsertim si qui sunt sibi ipsis
conscij. Suspicatur Saul, coniurationem aliquam iniri domi: nam alioqui Dauidē cum tam
non fuisse venturum. Instituit ergo concilium, quo Dauid perdatur. Ita hodie Papæ
fatis, nihil aliud quærunt, quàm vt Dauides occidantur, & Euangelium extinguatur.
Saul apud suos orationem querulam, cum graui accusatione & Dauidis, & seruorum suo-
rum. Accusat autem seruos suos primùm negligentiæ, deinde ingratitudinis, postremò perfidiæ. Accusatio Dauidis & seruorum suorum.
quod erat boni Rhetoris, vt Dauidem adducat in inuidiam.

Audite quæso filij Iemini.) Ac si ita diceret, Vos cognati & affines mei, quorum in primis erat
Dauidem defendere, tamen tacetis & conspiratis in me cum filio Isai. Homines, vbi vident
irasci solent: maximè verò, si putent se contemni ab illis, apud quos debebant in ho-

Ostendit se iniste irasci.

nore esse ac magni fieri *Omnibus ne vobis filius Isai dabit agros & vineas?*) Ego ista vobis dedi, & dare possum: ille autem est exul, vagus, inops, egens. Et filium appellat Isai per contemptum, quòd eum indicaret indignum, qui à se appellaretur proprio nomine. Sententia horum verborum est: Egentium hominum est & miserorum quærere nouas tabulas, & perturbationem Reipublicæ, non diuitum, nobilium, potentium. Stulti estis an ille vos facilius ditare potest, quàm ego? Si sine interrogatione legatur, erit ironia. Nam Dauid iste, quem tanti facitis, est seruus meus: quodque indignissimum est, contra me etiam arma mouet. Vtque populum adducat ad misericordiam, addit, filium suum vnà cum illo conspirasse. Tamen, cum videatis ista contra me comparari, nemo tamen vestrum fuit, qui vellet hæc mihi indicare. Quare aut hosti meo fauetis, aut dignitatem meam contemnitis. Certè subditorum est, Regum salutem non minus tueri quàm suam, ruere enim ille non potest, quin illi vnà corruant. Hæc oratio est eiusmodi, vt quius eam facilè subodorari possit profectam ab hypocrita. Accusat suos negligentiæ: & certè nimium erant negligentes: verùm non erga Saulem, sed erga Dauidem: quòd illum non defenderent, quodque Saulem ab iniuria facienda non prohiberent. Nec inuidere debebant, regnum abiturum in tribum Iuda, cum ipsi essent ex tribu Biniamin: erat enim voluntas Dei diu ante patefacta per Iacobum. Quod ad largitiones attinet, dederat quidem Saul multa, vt solent tyranni donatiuis & congiarijs militum animos delinire, sed de alieno dedit, & de publico, non de suo. Cæsar profligato Pompeio, cum rem suam constituisset, tantum effudit in milites, vt cum opes aliæ non sufficerent, coactus fuerit exhaurire publicum ærarium. Hoc Samuel futurum multò ante prædixerat, vt reges hominum priuatorum vineas & bona eriperent, eaque suis militibus atque emissarijs condonarent, illisque sæpe nequissimis, qui omnia loquerentur ad gratiam, nec spectarent quid verum esset, sed quid maximè placeret Regi. Contemnit Saul Dauidem, nec eum appellat suo nomine: quamuis ab eo maximis affectus fuisset beneficijs. Ille enim, eum, cum faceret, musica sua ad sanitatem reuocauerat: ille interfecto Goliatho maximo periculo populum liberauerat: ille ducenta Palæstinorum præputia reportauerat, & alias expeditiones sæpè multas felicissimè susceperat. Coniurastis, inquit, cum filio Isai. Dicit quidem hoc Saul, sed non probat. Appellat Dauid seruum suum: quasi aut eum pater dedisset, aut ipse se illi pretio emancipasset. At pater non dederat: nec ipse se Dauid emancipauerat. Imò Saul eum in aulam vlero vocauerat. Obijcit Dauidi insidias, cum ipse potius illi insidias faceret. Nam Saul liberè ac latè imperabat. Dauid autem ne angulum quidem habuit vllum, quò se reciperet: idque euentus etiam docuit. Postea enim bis dimisit Saulem, cum illum iam haberet in manibus. Non magis erat Dauid insidiator, quàm Christus seductor & impostor: qui tamen ita vocatus est ab impijs. Non adest Ionathas in hoc Concilio. Nec mirum: illum enim pater diuerat conspirasse cum Dauide.

Egentium est res nouas quærere.

Cur dicit filiũ in se conspirasse.

Oratio hæc est hominis hypocritæ.

Largitiones Saulis.

Filius Isai.

Appellat Dauidem seruum suum.

Insidias obijcit Dauidi.

Saul ista quamuis acri & incensa oratione, nihil tamen persuadet suis. Nemo enim illorum fuit, qui Dauidem indicaret: tàm bona erat causa Dauidis. Illi tamen nec erga Dauidem fideles erant, cum eum non defenderent: nec erga Saulem, cum eum à scelere non reuocarent: nec erga Rempublicam, cum eius conseruatorem non iuuarent. Saul videtur expressa quodammodo imago Antichristi. Quid enim ille aliud crepat, quàm se habere opes, episcopatus, monasteria, præfecturas, dignitates, quas largiatur suis? Ab istis autem, inquit, Euangelicis quid tandem pacis expectare? Moriemini fame, si vos ad illos contuleritis. Queritur etiam, insidias sibi fieri à filijs, & à seruis suis: à nobilissima prouincia Germania, quam semper habuerit pro filiola: à monachis quibusdam, & presbyteris, & doctoribus, quibus semper vsus sit pro seruis. Et monet Reges, ac principes, quantum debeant Romanæ sedi: oratque vt accurrant & extinguant commune incendium. Et fortasse hic quoque habet seruos quosdam suos, qui cum intelligant veritatem, tamen non ausint Dauidem defendere. Sed quemadmodum serui Saulis dederunt pœnas, interfecti vnà cum domino à Palæstinis: ita periculum est: ne isti quoque Nicodemi vnà cum Antichristo, quem colunt, abijciantur in ignem sempiternum.

Saul imago antichristi.

9 *Respondit autem Doëg Edumæus qui constitutus erat super seruos Saulis, & dixit: Vidi filium Isai venientem in Nob ad Achimelech filium Ahitub.*

10 *Qui consuluit pro eo Iehouam, atque viaticum dedit ei gladium quoque Goliath Philisthæi dedit ei.*

11 *Proinde misit Rex ad vocandum Achimelech filium Ahitub sacerdotem, & omnem familiam patris eius, sacerdotes qui erant in Nob: qui venerunt omnes ad Regem.*

Tunc dixit Saul, Audi nunc fili Abitub. Et dixit, En ego dómine mi.

Tum ait ad eum Saul, Vt quid coniurastis aduersum me tu & filius Isai, quum dederim panem, & gladium, & consuluisti pro eo Deum, vt insurgeret contra me in insidijs vt hodie?

Respondit Achimelech regi, & ait, Et quis ex omnibus seruis tuis sicut Dauid fidelis gener regis, & qui pergit ad obedientiam tuam, clarusq; est in domo tua?

Hodiéne cœpi consulere pro eo Deum? Absit à me: ne imputet rex seruo suo quidquam & omni familiæ patris mei: non enim agnoscit seruus tuus de omnibus his rem parvam vel magnam:

Videmus in Saule fructus mali spiritus. Nec quiescit ipse, nec alios patitur quiescere. Inter omnes seruos eius vnus Doegus inuentus est, qui Dauidem Sauli indicaret. Erat autem ille Idumæa apud Saulem: quod etiam ipsum ad régis infamiam pertinebat, quòd aures suas haberet delatoribus. Iusti quidem accusatores probandi sunt in Republica. Obstringunt enim se probandum, quicquid dicunt. Delatores aũt susurris & leuissimis suspicionibus sæpè omnia turbant. (*Vidi filium Isai venientem in Nob ad Achimelech filium Abitub.*) Viderat quidem ista Doegus, sed conspirationem non vidit. Nihil enim horum est, quòd non potuerit benè fieri: Natura est adulatorum, vt si principem calentem videant, velint eum incendere, & ex stulto furiosum facere. Doegus, quicquid viderat, deprauat. Mala enim mens, & malus animus omnia rapit in deteriorem partem. In istum scriptus est à Dauide nominatim Psalmus 52. *Dauid scripsit Psalmum in Doegum.* Nequitiæ, inquit, iniquitatem magis quàm bonitatem: & mendacium loqui magis quàm iustitiam. Dissimulauit eius exitium: Euellet, inquit, te de tabernáculo: eradicabit te de terra viuentium. Doegum hodiè referunt falsi fratres: qui perpetuò traducunt & accusant veros ministros Euangelij, idq; non sine magna specie obedientiæ erga principem. Sed hîc obseruare debemus admirabilem Dei prouidentiam, cùm vellet euertere familiam Eli, paratum habuit Doegum in promptuario. Non tamen idcirco Doegus excusari debet: ille enim factum suum corrupit dolo & perfidia. (*Vidi filium Isai.*) Ne ille quidem vult Dauidem appellare suo nomine, quò magis videatur imitari principem: fortasse vt aliquid prædæ ab illo extorqueat. Ideoq; Dauid in eo Psalmo, quem dixi, ita in eum scribit, Qui non posuit Deum robur suum, sed confidit in multitudine diuitiarum suarum. Qui ita sunt comparati, illis nihil magis studio est, quàm assentiri principi. Afferet Doegus non solida argumenta, sed tantum signa quædam, eaq; leuissima. Ea tamen stulto tyranno, & sua sponte furenti, facilè persuadent.

(*Proinde misit rex ad vocandum Achimelech filium Abitub sacerdotem.*) Vocantur contestim sacerdotes. Saul contra ius & fas, ipse & accusator esse vult, & iudex. Non oportuit quidem ita fieri: importunitas & impotentia non audit leges. Status accusationis est, Achimelechum esse proditorem. Signa quæ ad probandum adferuntur à Saule, ἐνύπνια tantum sunt, non πράγματα. Conspirauit, inquit, Achimelechus negat. Quæstio est, in qua hæret omnis controuersia, An conspirauerit. Sed dices, Si erat innocens, quomodo succubuit? Respondeo, alias fuisse causas, cur Deus illum damnatum veller. Sæpè enim impij plectuntur ob alia scelera, quàm de quibus accusantur. Multa sunt, quæ latent oculos hominum, fallere non possunt Deum. Saul tanto odio incendebatur erga Dauidem, vt illi ne Deum quidem vellet esse propitium. Propositis signis addit causam de suo: Conspirauit, inquit, hæc feci, nisi vt ille insurgeret contra me? *Accusatio Achimelechi.* *Impij sæpe plectuntur ob alia quàm ob quæ accusantur.*

(*Respondit Achimelech regi, & ait: Et quis ex omnibus seruis tuis sicut Dauid fidelis?*) Achimelech ad defensionem suam arripit statum legitimum definitiuum. Coniuratio enim est consensus hominum contra Rempublicam. At ego non consensi cum quoquam contra Rempublicam. Ob hoc depellit per statum assumptiuum. Feci quidem hoc, inquit: sed iure feci. Quis enim iuuare debuit hominem optimè meritum de Republica? Hic vtitur circumstantijs personæ. Est gener, inquit, tuus: eduxit exercitum feliciter, & reduxit: & in tuis ædibus versatus est fideliter. Consului pro Dominum pro seruo tuo, cuius tu fidem & obseruantiam semper probaueras. Id autem sacerdotem facere debuit ex officio: Nam in vltimo cap. Num. Eleazar iubetur consulere Dominum pro principe Reipublicæ. Dedi panem: id perinde erat, cum esset gener tuus, ac si dedissem tibi. Dedi gladium: sed homini prompto ac bellicoso, quiq; ad res gerendas sæpè à te mittebatur, quòd mihi affeci honore, in eo ipsum sum imitatus: tu enim illi omnia tribueras. *Achimelechi defensio.*

(*Hodie primum cœpi consulere pro eo Deum?*) Quasi dicat, Sæpè feci id antea, cum ille iret missus. Si hodie primùm consuluissem pro eo Dominum, possem non iniuria venire in suspicionem. Chimhi tamen legit sine interrogatione, ac si sacerdos dicat, se nunquã aliàs eius causa con-

Achimelechus hic peccat.

saluisse Dominum. Sed quoniam rem sibi videbat esse cum tyranno, ad extremum confert se ad preces. Quæso inquit, ne adscribas mihi hoc crimen: absit hoc à me. Hic prætexit errorem, si nesciuisse, Dauidem fuisse proscriptum à Saule. Sed hic quoq; grauiter peccat. Quid enim, si inuisset, an idcirco non erat Dauid innocens iuuandus? Non erat pro eo consulendus Dominus? Sed dices: Cum Achimelechus consuluerit oraculum, quomodo nescire potuit, Dauidem fuisse proscriptum? Credibile est Dauidem generatim tantum proposuisse Achimelecho, vt interrogaret Dominum de illa via sua, & Deum generatim etiam respondisse: nec Achimelechum opus intellexisse. Deus enim non semper omnia vatibus suis patefacit, imò sæpe ne expedit quidem. Sed cur non commemorat mendacia Dauidis? eum dixisse, se missum à Rege, habere mandata arcana magni ponderis? summa celeritate opus esse? Fortasse non omnia hic narrantur, quæ ille tum commemorauit. Et fortasse ea voluit dicere, quod speraret se victurum, & suspicaretur Dauidem aliquando cum Saule in gratiam rediturum. Putabat ergo se aliquando Dauidi daturum pœnas, si eius famam tali nota attigisset. Quod ad Achimelechum attinet, fortasse significauit mendacium Dauidis, in eo ipso quod dixit, eum solitum semper proficisci ad mandatum Regis. Quicquid id est, hic videmus licere Regi & magistratui sacerdotem in ius vocare, & de eo sententiam pronuntiare, siue causa ad officium Ecclesiasticum, siue ad negotium aliquod ciuile pertineat. Ita Solomon istum postea Abiatharum deiecit, & in eius locum suffecit Sadocum. Quin & sacerdotes mutuo sese accusabant per libellos Constantino in Synodo Nicæna. Et Iustinianus deposuit Syluerium & Vigilium Episcopos Romanos. Quam iustè, nihil ad hunc locum. Hoc tantū dico, licuisse. Hodie verò Papa clamat id in Ecclesia nefas esse fieri, vt sacerdos vnctus & rasus sistatur ciuili magistratui. Itaq; Episcopi & Cardinales semper excipiunt de foro cōpetenti. Et Nicolaus Papa in Decret. ait, Romanam sedem à nemine posse iudicari. Bestia videri vult Deus aliquis terrestris, & licere sibi quicquid velit. Itaq; Glossa in Decret. ait: nemo audebit illi dicere, Domine, cur hoc facis? Atq; ita totam Ecclesiā trahit secū ad exitiū. Paulus ait: Omnis anima potestatibus subdita sit. Iste sacerdos cum se vellet defendere, Saulem inflammauit vehementius. Laudes enim istæ Dauidis erant illi grauissimi stimuli. Quare videri potest, non satis prudenter instituisse orationem. Debebat potius Dauidem configere maledictis, & operam atq; studiū suum polliceri ad illum persequendum, causam suam conferre in errorem, Regi omnia fausta precari, & postremò admiscere preces. Hæc fortasse potuissent animum Saulis nonnihil inflectere: sed Deus voluit, illam Elianam familiam prorsus interire. Sed Saul quicquid audit dici cum laude aliqua Dauidis, id putat esse conspirationem: vt hodie nos quoq;, quia docemus Euangelium appellant conspiratores & turbatores Rerumpublicarum. Christus quoq; ipse dicebatur seducere populum, & commouere Iudæam à Galilæa vsq; Hierusalem, affectare regnum, velle euertere templum, & negare fas esse censum dare Cæsari. Hæc illi accumulabant in Christum: cùm tamen mouerentur tantùm eius religione.

Pontifices subijciuntur magistratibus.

An ignorarit negotium Dauidis.

Cur Dauidis mendacia tacet.

16 *Et ait rex, Moriendo morieris Achimelech, tu & tota familia patris tui.*

17 *Dixit itaq; rex cursoribus astantibus, Conuertimini, & irruite in sacerdotes Iehouæ: quia etiam manus eorum est cum Dauide, & quia cum cognoscerent quod fugeret, non reuelarunt aurem meam. At renuerunt serui regis extendere manum suam vt irruerent in sacerdotes Iehouæ.*

18 *Tunc dixit rex ad Doëg, Conuertere tu & interfice sacerdotes: Conuersus itaq; Doëg Edomæus, irruit in sacerdotes: interfecitq; die illa octoginta & quinq; viros ferentes Ephód lineum.*

19 *Ipsam quoq; Nob ciuitatem sacerdotum percussit acie gladij, à viro vsq; ad mulierem, à parula vsq; ad lactantem, boues & asinos, & pecudes acie gladij.*

Occiditur sacerdos cum vniuersa illa familia sacerdotum. Ita hodie Papistæ non satis habent persequi & omnibus modis neci dedere Christianos, nisi etiam in fautores illorum eandem exercent crudelitatem. Nec prætereundum est, hunc pontificem non videri functum officio suo. Monere enim debuit Saulem, ne persequeretur hominem innocentem, illiq; proponere legum & vindictam Dei. Sed hic videmus, quò ille animo fuerit in Dauidem. Saul idem & accusator esse vult, & iudex: pronuntiat sententiam, & statim vrget executionem. Irruite, inquit, in sacerdotes Domini. Sed in primis cauere debet magistratus bonus, ne præcipitetur executio. Nam si iniuria posito spatio ira semel deferuescat, causa potest melius considerari. Itaq; cùm Theodosius clarus iracundia Thessalonicenses occidisset, Ambrosius Episcopus Mediolanensis exorsit abire, vt

Executio non debet statim sequi sententiam.

in sententia supplicio capitali, inter sententiam pronunciatam & executionem, in ... dies. Ea Lex hodie quoque est in vsu, & habetur in Codice. Quoniam ... sententia oportet ascribi causam, idcirco Saul addit: Quoniam manus il- ... Quid, & cum scirent eum fugere, noluerunt indicare mihi. Hoc dicitur tantum, ... Doeg insania quædam adfert signa: nullum firmum argumentum. Et vbi iam est lex ... codat sub vnius hominis testimonio? Irruite inquit, non in quæsuis, sed in sa- ... in quæsuis sacerdotes, sed in sacerdotes Iehouæ. Hoc additur ad atrocitatem crimi- ... erat furore Saul, vt non videret quid faceret. Hæc tamen eius sententia quam- ... sequuta est iustissimam sententiam Dei. Itaque Saul de suo scelere punitur: Dei ... illa enim iam re ipsa & euentu comprobantur, quæ antea prædicta fuerãt ... Dei de familia Eli. Saul etsi idem faciat quod Deus voluit, malo tamen id animo ... quàm cogitat de voluntate Dei. Ita Isaias, Assur inquit, virga furoris mei: ego fa- ... spolia: tamen ille non ita cogitabat. Rex enim Assyriæ non quærebat quid place- ... sed quemadmodũ posset sibi quam plurimas nationes subijcere, & explere insatiabilem ... dominandi. Hic Deus persequitur iniquitatem patrum in filios in tertiam & quar- ... tionem. Id autem tum maximè facit, cum filij imitantur patrum scelera. Neque istos ... credibile est fuisse innocentes: diu eos Deus sustinuerat in tertiam vsq; & quartam ge- ... nunc demum eos ferit.

Filij hic pœ- tant iniquita- tem patrum.

... non parent imperio Saulis. Rabbini putant illorũ præfectos fuisse Abner & Amasa, ... Illi cum viderent, quàm grane illud scelus esset, noluerunt esse ministri furoris Re- ... Non tamen accusari possunt aut seditionis, aut conspirationis, aut officij deserti erga Regem. ... quidem parere magistratui, sed ita, ne flagitium suscipiamus contra Deum. Princi- es ... eum vicarij Dei. Itaque Deo potius quàm illis parendum est. Mandatarius enim si quid ... extra mandatum, id iubetur esse irritum. Quod si magistratus aliquid imperare velit ... Deum, non debemus illi obedire. Nemo enim vlla in re obstringi potest, vt aliquid faciat ... conscientiam. At quid si iudex certò sciat reum esse innocentem, & tamen quod attinet ... acta & probata, eum non possit absoluere? An eum condemnabit contra conscientiam? ... Iudex, non potest pro illo dicere testimonium. Hic prudentiores Iurisperiti ita distin- ... Si summus inquiunt, est Iudex vel inferior. Si summus sit, non cogitur reum condemna- ... inferior, potest vti deuolutionis ad Iudicem superiorem: atque ita sibi munus iudicandi ... Ibi verò potest vel testimonium pro reo dicere, vel eius patrocinium suscipere. Nemo ... Iudex, nec satelles cogitur aliquid suscipere contra conscientiam. Hic ipsis etiam satel- ... suis apparet, Saulem iam indignum esse, qui amplius regnet. Ipsi enim multò rectius & ve- ... dicunt quàm ille. Id Deus retectum voluit: antea enim non apparuerat. Isti satellites etsi ... non erant plenè pij, aliquem tamen gradum habebant ad pietatem. R. Schelomo putat ... habuisse tum in animo sententiam istam ex libro Iosue cap. 1. Obediemus tibi, modò Deus ... sit, quemadmodum fuit cum Mose: hoc est, si nihil feceris, aut iusseris contra præscriptum ... excusari non possunt, qui hodie miserè torquent & comburunt homines Christianos ... Euangelium: idq; respondent se facere iussu principum. Videndum enim est, non quid ... imperent, sed quàm rectè & piè imperent.

Indici non licet reum contra conscientiam damnare.

Conuersus ipse Doeg Edomæus, irruit in sacerdotes.) Nec mirum: nam qui minus aliquod sce- ... fecit, audebit etiam maiora, si detur facultas. Iste Doeg sacerdotẽ priùs lingua confecerat: nũc ... gladio. Hæc perpetua est nota inter pios & impios. Pij mites & mansueti sunt, & si quid ac- ... iniuria, facilè reconciliantur: impij verò nunquã verè & candidè redeunt in gratiam: sem- ... cruorem & sanguinem petunt. *Interfecitq; die illa octoginta & quinq; viros ferentes Ephod lineũ.*) ... ipso tempore re ipsa versantes in ministerio. Lineum dixit, ad discrimen Ephod pon- ... Occidit ex genere sacerdotali alios præterea multos, sed isti erant insignes. Occidit ergo ... primũ inermes, deinde consecratos Deo: postremò illos, quibus etiam in bello ab hosti- ... solet. Iosephus ait, Saulem prorsus spoliare voluisse tabernaculũ: itaq; eũ non tantũ oc- ... sacerdotes, sed etiam ciuitatem ipsam Noban, in qua collegium erat & schola, perdidisse. ... erat seminarium Ecclesiæ prorsus tollere. Hoc scelus, quo maius videretur, scripturæ ... grauius proposuerunt. Ita enim legitur: pueros, senes, mulieres, lactentes, boues, asinos, ar- ... greges. In Nobensi ciuitate erat Ephod & tabernaculum. At Saul ne illi quidem loco par- ... Dicta delegerat ad cultum nominis sui. Hic ille videlicet sanctus vir, qui antea contra ... Dei pepercit Agago & gregibus, nunc nec armentis, nec pueris, nec senibus, nec mu- ... nec lactentibus potest parcere. Nunc ergo se satis prodit, quo animo fuerit antea. Sed

Piorum & im- piorum notæ.

Quare sic sæuit Saul.

quo consilio ita sæuit Saul? Videtur velle edere specimen aliquod adijs suis seruis, Dauidem vt intelligerent, quid sibi quoq; expectandum esset, si pergerent. Sed nō prospexerunt pertinaces homines pij, quò impius Dauidi studerent. Sic hodie, cum quærimus, aut lacessimus aduersarios nostri in Christianos, eosq; lento igne, atq; omni genere cruciatuum consectamur, respondent nobis terrefiant alijs, sed nihil agunt. Prouocant enim ita sublato exurgunt mille. Et cùm vellem facere, ne loquerentur, Saulem huius sceleris non pœnituit postea. At Theodosius Imperator cum esset ab Ambrosio de cæde Thessalonicensi, egit publicè pœnitentiam. Saul verò ita reliquit Deo, vt nemo ad illum Prophetæ venerit, ne Samuel quidem, qui ad illud vsq; tempus erat ei viuis. Causa cur Nobe euersa fuerit, non dubitandum est fuisse iustissimam? sed illius rei occasionem in thesauris Dei. Cur autem familia Eli extincta fuerit, diximus antea. Sed de illis cæsis Saul nihil cogitauit. Facit hic Saul apertè contra munus suum: reges enim tueri debent populum non perdere. Sed quid dicemus de infantibus pueris, qui vnà occisi sunt? Nullam illi quæ ætate infantes habeat peccatum originis: quod etsi pueris propter Christum non imputetur, tamen necessario cit morti. Quo autem tempore Deus illos mori velit, id situm est in ipsius arbitrio. Et si illi vita morte nostra ad gloriam suam, non potest videri nobis facere iniuriam. Quòd si electi fuerint moriantur, non possunt frustrari æterna vita. Sed Deus in huiusmodi supplicijs sequitur suam gloriam suam, & salutem aliorum. Alioqui quid atrocius aut crudelius videri potest, quàm Christum Filium Dei subigi in crucem, & tot martyres quotidie interfici? tamen id ad gloriam Dei fit, & ad salutem humani generis.

Saulem non pœnituit.

Infantes quare occidantur in Nobe.

20 *Euasit autem filius vnicus ipsi Achimelech filio Ahitub, cui nomen erat Ebiathar, & fugit post Dauidem.*

21 *Nunciauitq; Ebiathar Dauidi quòd occidisset Saul sacerdotes Iehoua.*

22 *Et dixit Dauid ad Ebiathar, sciebam ea die, qua ibi erat Doeg Edomæus, quòd renunciando renunciaret Sauli: ego causam præbui in omnem animam domus patris tui.*

23 *Mane apud me, ne timeas: quoniam qui quæsierit animam meam, quærit animam tuam: quia custoditus eris penes me.*

Non licent tyrannis quæ volunt.

Saul non potest genus pontificium tollere, quamuis id maximè cuperet. Abiathar enim euasit ad Dauidem. Ita cum Athalia extinguere vellet stirpē regiam, euasit Ioas. Hodie quoq; quemadmodum insaniant Papistæ, tamen pios omnes non tollent. Semper enim durabit ista seges vsq; ad aduentum Domini. Iste est Abiathar, qui post conspirauit contra Salomonem cum Adonia: cum Salomon deiecit, & reliquit infamem atq; ignobilem, vt vitam protraheret quorum ad miseriam.

Ego causam præbui in omnem animam domus patris tui.) Dauid se agnouit causam fuisse cædis: non quidem quòd id voluisset, sed quod occasionem aliquam dedisset, quòd ea postea esset consequuta. Vel quòd non indicasset Achimelecho, se fugere Saulem, & tum ab eo esse proscriptum. Ex his videmus, ne sanctissimos quidem homines habere eam prærogatiuam, vt quicquid suscipiant aut agant, id semper sit alijs salutare. Dauid petijt ab Achimelecho panem, & gladium: quæ actiones erant sua natura non malæ, tamen inde sequutum est exitium sacerdotum. Quare non debemus exempla & facta sanctorum patrum ita nobis proponere ad imitandum, quasi ex illis certa salus sperari possit. Vnius Dei opera semper sunt in omnem partem salutaria. Doluit hoc Dauidi: partim quod occasionem dedisset exitio sacerdotum: partim quòd amaret sacerdotale ministerium. Nam cum amaret Deum, non potuit non eius ministerium magni facere. Dum enim exul & proscriptus per montes & solitudines vagaretur, semper respexit ad tabernaculum, & animum habuit occupatum in cultu Dei. Itaq; sublatis & interfectis sacerdotibus, magnam concepit animo tristitiam. Quanto grauius hodie peccant, qui traducunt sacrum ministerium, & seruum Dei, quantum possunt, rapiunt in odium? *Sciebam ea die, qua ibi erat Doeg.*) Non latebat Dauidem malitia Doegi. Non tamen erat ea certa scientia, sed tantum vehemés coniectura & suspicio. Potuit enim & accidere, & non accidere. Nam alioqui Dauid non debuisset sacerdotes obijcere periculo. Non enim tanti nobis esse debet nostra salus, vt propter eam velimus alios periclitari. Potest etiam fieri, vt Dauid, cum acciperet ab Abimelecho panem & gladium, nihil de Doegi perfidia cogitarit: postea autem expenderit secum, quid posset accidere.

Piorum opera non semper salutaria.

An si scisset hæc euentura debuerit petere panem ab Achimelecho.

CAPVT XXIII.

REnunciauerunt autem Dauidi, his verbis, Ecce Philisthæi pugnant cum Ceila, & diripiunt areas.

...rogauit Dauid Iehouam, dicendo, Vadámne & percutiam Philisthæos
...Dominum Iehouah Dauidi, Vade, & percutes Philisthæos, liberabísque

...erunt viri Dauidis ad eum: Ecce nos hic in Iehudáh timemus, quanto ma-
...cebimus in Ceilah ad aciem Philisthim?
...rogauit Dauid interrogauit Iehouam: cui respondit Iehouah, & dixit, Sur-
...in Ceilah, quia do Philisthæos in manum tuam.
...abiit ergo Dauid & viri eius in Ceilah, & pugnauit cum Philisthæis, & abduxit
...percussit eos plaga magna, & seruauit Dauid habitatores Ceilah.
...autem cum fugeret Ebiathar filius Achimelech ad Dauidem in Ceilah, E-
...descendit in manum eius.

...hoc capite primùm proponitur liberatio vrbis Ceilæ: deinde, quemadmodum Da- *Partitio capitis.*
...uid euaserit proditionem Ceilensium. Postea, occursus Ionathæ, ad Dauidem in Zi-
...phæo monte. Postremò, quemadmodum Saul persequutus sit Dauidem in montem
...Maon: cumq; iam Dauidem haberet penè in manibus, subitò reuocatus sit ad liberan-
...dam à Palæstinis.

...ceperat in tribu Iuda ad fines Palæstinorum, vt apparet ex cap. 15. libri Iosue. Ea
...ab eis oppugnabatur cupientibus propagare fines suos. Quis ista Dauidi nuntiarit, *Quis ista nuntiarit Dauidi.*
...non habet historia. Fortasse Ceilenses ipsi Dauidem vltrò ad se euocarunt: quòd eum
...ex Saule primptum & bellicosum: & Saulem viderent longè abesse, nec posse præsidio
...ferre. Non dixit Dauid, Quid ego ista bella inauspicata, & mihi semper inuidiosa su- *Rationes quæ Dauidem mouere potuerunt.*
...scipiam? ego defendam regnum hostis mei: præsertim cum isti me non defendant. Si hacte-
...nus me noluerunt iuuantem & defendentem, at nunc saltem agnoscant destituentem
...& fugientem. Nihil horum Dauid: imò hoc potius cogitat se iam esse Regem designatum: curam
...ad se pertinere: illos autem esse cognatos, & tribules suos. Adhæc videbat se proscriptum
...esse, & plebem semper facere cum regibus, nec expendere causam innocentium. Vidit e-
...tiam ciuitates maiorum à se alienatas esse propter cladem ciuitatis Nobe: ideoq; animos ho-
...minum insigni facinore esse redimendos, vt se amantem suorum & patriæ studiosum esse
...intelligerent: quicquid autem acciderit Nobensibus, id non ipsius culpa, sed Saulis tyrannide ac-
...cidisse. Sunt istæ probabiles rationes, quæ homini pio facilè possunt persuadere. Dauid tamen *Et si rationes graues habet, tamen etiam consulit Dominum.*
...videbat ista posse fallere, retulit se ad verbum Dei: ea enim vnica est & certissima regu-
...la. Consulit autem Dominum, quod videret rem nouam sibi suscipiendam esse. Et-
...si adhuc nondum tamen erat publicè inauguratus: interea semper sese gessit pro priua-
...to. Liberi voluit consilium Domini, ne non tàm bellum, quàm latrocinium suscipere
...videretur. Hoc primum bellum est, quod Dauid gesserit auspicijs suis: nam antea semper pugnauerit
...ex nutu Saulis. Et de bellis quidem gerendis scripturæ monent semper consulendum
...esse. Quod Deus ipse in Numeris expressè iubet fieri. Et in libro Iudicum cum populus
...ascendere, quis ascenderet contra Chananæos, Dominus respondit; tribus Iuda. Postea etiam
...consulit Dominum in Maspa de bello gerendo contra Biniamitas. Dauid ergo sequitur
...morem maiorum, & verbum Dei. Ad Saul, cum sacerdotes occidisset, facere non potuit. Da-
...uid habuerat secum Abiatharum sacerdotem ex familia Eli, de stirpe Aaronis: non tamen ab Elea- *Abiatharis genus.*
...zaro, sed ab Ithamaro. Sacerdotium enim iam in alteram familiam transierat. Iam Dauid certus
...erat de regno, cùm haberet & manum militum, & vtrunq; ministerium, & ordinarium &
...extraordinarium. Hinc colligere debemus, cõtemnenda non esse Sacramenta, quoties est illorum *Vtendum sacro ministerio quando eius est copia.*
...copia. Si Dauid hoc tempore oraculum Dei neglexisset, haud dubiè fuisset accusandus. At si
...habens sacerdotem, sequutus fuisset internum instinctum Dei: vt antea, cum fugeret Sau-
...lem non iaculo transuerberatus: cumq; à Michole demissus fuisset de fenestra: cum-
...que simularet regem fingeret insaniam. Nunc autem, cum habeat sacerdotem, oportet eo vti.
...Voluntas Dei non est alligata Sacramentis, ea tamen cum offeruntur, non debent negligi.
...Consulendi Dominum per Ephod à multis descriptus est, & nostris & Rabbinis, & etiam
...ipse erat in Ephodo rationale, & in eo duodecim lapides, in quibus scripta erant nomina
...duodecim filiorum Israel. Illi lapides dicebantur Vrim & Thumim: Vrim à splendore, quòd es- *Vrim & Thumim.*
...sent lucidi: Thumim à perfectione, quòd vires habetent absolutas, & integras. Hoc ornatu
...sacerdos consulebat Dominum. Ad autem oraculum redditum fuerit per Angelum,

an per futurum aliquem inſtinctum animi, an per ſplendorem [illegible] lit Dominum per Ephod, cum tamen non adeſſet area fœderis: ſed [illegible] quem locum à Deo deſignatum: itaq; vbicunq; eſſet ſacerdos, [illegible] & perantea Peliſthæum interfecerit Ceilah.) Præclarum eſt hoc [illegible] diuinæ voluntatis erga Dauidem. Hinc accipimus magnam animi [illegible] omnia gerenda alacriores. Et quamuis hoc ſemper optandum ſit, vt [illegible] tate Dei, non tamen id iniuſtis modis tentandum eſt: quemadmodum [illegible] libro Iudicum. Saul cum non haberet oraculum Dei, fugit ad Pythonem [illegible] ſcitari à Deo, ruunt præcipites in exitium. Dauid autem habuit oraculum [illegible] habuit enim Deum ſecum in exilio. Deus enim exilium [illegible] captiuitatibus quodammodo exulare cum populo ſuo.

Voluntas Dei non eſt iniuſtis modis quærenda.

Ecce nos hic in Iehudah timemus, quanto magis quum perrexerimus in Ceilah [illegible] culo Dei ſatis confirmatur: ſed milites illi terrorem incutiunt. Nos hic, inquiunt, [illegible] aliquo terrore. Si aggredimur Palæſtinos, habebimus hoſtem & à fronte, & à tergo. [illegible] nim eſt, Saulem ſtatim inſequuturum: aut ſi reiecerimus Paleſtinos, tamen po[illegible] Saulino milite pugna erit de integro inſtauranda. Dauid cum ſciret humanam [illegible] quam ipſe haud dubiè adhibere potuiſſet, non multum apud milites valituram, [illegible] Dominum. Et Deus in gratiam hominum infirmorum multa ſemper fecit. Ita Chriſtus ſcitando Lazaro, non dubitabat patrem omnia velle ſua cauſa, tamen ita [illegible] mnes intelligerent ſe patrem habere propitium. Ita Deus Gedeoni ſemel atq; ſecundo [illegible] gnum non negauit. Non tamen ſemper infirmis cedendum eſt. Nam ſi illi abutantur [illegible] ſtra, aut ſi fides infirmetur, aut dogmata lædantur, fortiter agendum eſt, vt Paulum [illegible] cum Petro. Iſtæ interrogationes erant profeſsiones diuinæ prouidentiæ, ideoq; [illegible] Ita enim homines declarabant ſe non eſſe [illegible] aut Epicureos: ſed ſcire, Deum videre [illegible] re orbem terrarum, & ſe illi eſſe curæ.

Cur æternum Deum conſuluerit.

Infirmis non ſemper eſt cedendum.

Abijt ergo Dauid, & viri eius in Ceilah, & pugnauit cum Peliſthæis.) Pugnam inſtituit Dauid non contra Saulem, aut contra populi ſuum: ſed vt defendat tribules ſuos à Palæſtinis, [illegible] hoſtibus Dei. Hac occaſione Deus abuti voluit ad illuſtrandum Dauidem. Nam Paleſtini [illegible] rant tantùm vt prædas agerent, & promouerent fines ſuos. Deus autem ex eo publicè [illegible] luit, quanta Dauid populi cura tangeretur. Hic etiam conſtat aliquis fructus [illegible] Prophetæ: is enim monuerat Dauidem vt diſcederet ex regno Moab, & rediret in tribum [illegible] Id Deus fieri voluit, vt Dauid adeſſet & perſequeretur Paleſtinos. Ita exilia ſanctorum [illegible] fructuoſa ſunt. Nam populus Iudaicus nunquam verſatus eſt in exilio ſine magno fructu: vt appa[illegible] ret ex Nabucadnezare, Cyro, Dario, & alijs multis. Daniel enim, & alij Prophetæ inſtituerunt eos, [illegible] apud quos verſabantur, eosq; aliqua Dei cognitione imbuerunt. Paleſtini, qui autem Dauidi [illegible] tenderant inſidias, nunc præmium habent ſuæ ingratitudinis. Quòd ſi Dauidem hoſpitio [illegible] amicè recepiſſent, fortaſſe nunc non fuiſſent percuſſi tanta plaga.

Cur Paleſtini irruperint.

Exilia ſanctorum fructuoſa.

7 *Renunciatum autem fuit Sauli quòd veniſſet Dauid in Ceilah, dixitq; Saul: Concluſit eum Deus in manum meam: quia concluſus eſt ingrediendo vrbem portarum & vectis.*

8 *Congregauit itaq; Saul omnem populum in prælium, vt deſcenderet in Ceilah, & obſideret Dauidem & viros eius.*

9 *Animaduertens verò Dauid quòd contra ſe Saul tacitè cogitaret malum, dixit ad Ebiathar ſacerdotem, Applica Ephod.*

10 *Dixitq; Dauid, Iehouah Deus Iſrael, audiendo audiuit ſeruus tuus quòd quærat Saul venire in Ceilah, vt disperdat ciuitatem propter me.*

11 *An tradent me viri Ceilah in manum eius? an deſcendet Saul, quemadmodum audiuit ſeruus tuus, Iehouah Deus Iſrael? indica quæſo ſeruo tuo. Reſpondit Iehouah, Deſcendet.*

12 *Dixit præterea Dauid, An tradent me viri Ceilah, & viros meos in manum [illegible] lis? Reſpondit Iehouah, Tradent.*

13 *Surrexit ergo Dauid, & viri eius ferme ſexcenti viri, egreſſi ſunt è Ceilah, & [illegible] pergebant quò pergebant. Saul autem renunciatum fuit quòd euaſiſſet Dauid è Ceilah, [illegible] & deſtitiſſet exire.*

victoria Dauidis trahit secum crucem. Sequitur enim liuor & inuidia Saulis. Atqui is esset erga Dauidem animatus, lætari potius debuisset; & populum esse liberatum, & contigisse generum. Ille verò vtrunq; dolet: & Dauidem vt hostem persequitur. Ex alia parte gaudet, quòd eum speret se iam iamq; habiturum in potestate: esse enim eum quasi ciuitate munita, nec posse fugere. Tam autem erat cæcus, vt non cogitaret, Deum, qui illi victoriam, posse etiam illum liberare. Non enim est sapientia contra Dominum. Oblitus orationem, cum esset conclusus in ciuitate, vnà cum ipsa porta & postibus euasisse. Sed infidi exempla non considerant. *Conclusit eum Deus in manum meam.*) Hypocritæ semper dicare solent, Deum à se stare, & sibi esse propitium. Ita enim hodie Papa cum bellum alicui infert, clamare solet, Adiutorium nostrum in nomine Domini: se Dei causam tueri: illum autem Deum. At quis ille Deus est: Ille scilicet quem ipse sibi finxit: quem sui putat esse similem. Dauid in Psalmo, Si videbas furem, inquit, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & coram filio matris tuæ ponebas scandalum. Quoniam autem ego dissimulabam, putabas me similem esse tui. Quamuis ergo hypocritæ dicant Domine Domine, tamen audituri sunt, Nescio vos.

Congregauit itaq; Saul omnem populum in prælium.) Conuocat Saul populum. Fortasse non sine inuidia vulgus velle se obsidere Dauidem. Meruerat ille coronam, & quidem ciuicam: tamen nunc exercitus comparatur. Et Saul, qui antea noluit succurrere Ceilæ, tamen arma contra Dauidem: vt videri possit factus non ad seruandum populum, sed ad perdendum. Hoc etiam nostris temporibus videmus à principibus passim fieri. Illi enim omisso Turca & veris hostibus Christiani nominis, seipsos mutuò conficiunt: in primis verò in homines pios & studiosos omnem vim suam atque arma contertunt. Sunt etiam quidam, qui iactant, nec tantùm sed etiam scribunt, & publicè testantur, si Cæsar pugnaret in Turcam & iam certam haberet victoriam in manibus, tamen se velle illum reuocare, vt potius contra Euangelicos, quos appellant hæreticos, bellum gerat. Nec ita pridem erant, qui omitterent communem causam contra Papistas, vt fratres suos, quos tamen habent hostium loco, condemnarent. Hoc ingenium est humanæ carnis. Contrahit Saul exercitum in Dauidem, quasi contra publicum hostem, cùm ille vnus esset publica salus. De eius tamen innocentia populus nihil cogitat. Ita hodie vbi semel inuenit tyrannum, accurrunt milites ad signa, nihil interim cogitantes, qua causa sint pugnaturi. Nec consulit oraculum, sed regitur furore atque impetu animi sui, vel potius impulsu satanæ. Videt Dauidem à Deo designatum esse Regem, illum vbique vincere, & quicquid aggrediatur, Deum habere propitium: tamen exercitum in illum comparat. Quid hoc aliud erat, quàm ἀντιθεάζειν, & cum ipso Deo velle bella gerere? An prouocamus Deum? inquit Paulus: an fortiores illo sumus? Amens & furiosus est, qui putat se aliquid posse impetrare inuito Deo. Tamen hoc quoq; multi sunt, qui propter honores & dignitates, scientes & prudentes oppugnant veritatem. Quidam putant, Saulem, quò facilius alliceret militem, dissimulasse se iturum in Dauidem. Sed quicquid sit, ea leuis tantùm coniectura est. Saul nihil promouet. Non enim est consilium, non est sapientia, non est prudentia contra Dominum. Quidam putant, Ionathanem ista Dauidi nuntiasse. Quòd si ille non fecerit, tamen Deo non deerant alij, per quos ista indicaret: habet enim pegasos si sit opus.

Multi omissis veris hostibus pugnant contra fratres.

Saul cum Deo bellum gerit.

Dixitq; Dauid, Iehouah Deus Israel, audiendo audiuit seruus tuus.) Non fidit Dauid Ceilanis: consulit Dominum. Rabbini aiunt, Deo vno tempore vnam tantùm proponendam esse quæstionem. Quòd cùm Dauid non fecisset, & duas haberet quæstiones, necesse fuisse, vt Deum iterando consuleret. Id quam verum sit, ipsi viderint: certè nusquam præcipitur in sacris literis. Hoc autem nobis vtile est considerare, Dauidem & auspicatum fuisse à precibus, & in preces concidisse. Indica, inquit, Domine, seruo tuo. Ita nobis ineunda sunt consilia, vt consulamus Deum sacris literis: nunquam tamen sine precibus. Ita Deus pulsantibus & quærentibus non deerit. Suspicabatur Dauid, Saulem sibi aliquid magni mali machinari. Audit eum habere exercitum: & suspicatur in se venturum. Ceilanos ciues suspectos habet: sed quoniam id certò non sciebat, accedit ad Dominum: eum enim non dubitabat esse ἀψευδογνώστην. Solicitus autem est non tantùm de se, sed etiam de militibus, quos habebat secum. Hoc veri erat Regis, moueri cura populi sui. Ita Christus paulò antequam moreretur, Quandiu fui cum eis, ego seruaui eos: nunc tu pater serua & sanctifica eos.

Quid obseruandum in Deo consulendo.

Audient me optimates Ceilah in manum eius.) Quærit de principibus, quòd eos magis habeat suspectos, quàm populum: nam plebs sæpè non ita aliena est à vero. Christus honorificè suscepit à plebe: cùm interim Scribæ & Pharisæi de eius morte & exitio cogitarent. Suspicabatur

De principibus tantùm quærit.

ergo Dauid aliquid sibi mali euenturũ, eoq; magis, quòd ex victorijs videret semper excitari sibi nouas cruces. Non tamen ea causa deterretur, quò minus succurrat patriæ. Ita Christus, etsi sciebat, se agendum esse in crucẽ, tamen non destitit vnquam à docendo, à curando & benefaciendo. Hoc exemplum nobis quoq; ob oculos semper ponendum est, vt cogitemus, non quid ingrati homines, aut impij de nobis sentiant, sed quid Deus pater noster à nobis requirat: quid autem futurum sit, successum vt illi relinquamus. Principes autem isti Ceilani idcirco conspirauerant in Dauidem, quòd audirent magnos apparatus bellicos à Saule fieri: cogitabant de clade & euersione Nobensium. Verebantur ne se suosq; & ciuitatem suam in similem calamitatem conijcerent. Sapientes enim homines & politici nolunt periclitari, quicquid sit futurum: nulla est causa tam bona, quam illi suscipere velint cum periculo. Ita secum cogitabant, Si hunc vnum defendimus, nos omnes moriemur: imò potius ille vnus pereat, vt nos omnes cum nostris possimus esse salui. Ita Scribæ & Pharisæi, Venient Romani, & tollent locum nostrum & gentem: sed expedit, vt vnus moriatur pro populo, ac non tota gens pereat. Hæc illi. Sed fit sæpè, vt qui parua pati nolint pro Christo, multo grauiora patiantur pro diabolo. Cùm Dauid abijsset, Saul Ceilenses non euertit: quamuis illi hostem suum & hominem publicè proscriptum recepissent. Videbat enim eos non fauere ex animo Dauidi, sed potius voluisse illum prodere. Sed dices, An non debebant Ceilani prospicere ciuitati suæ? Certè debebant, sed alia ratione. Debuissent orare Dauidem, vt discederet ad tempus, & cederet tempestati: aut eum apertè defendere, & confidere Deo. Illis autem hominem benè de se meritum ita admonere, turpe videbatur: defendere verò, periculosum: itaq; in scelus nefandum consentiunt, vt illum prodant.

Cur Dauidem prodere voluerint.

Quod fuisset officium Ceilensium.

Deus respondit Dauidi interroganti: *Descendet, & Tradent te.*) Tamen neutrum accidit. Neque enim aut Saul descendit, aut Ceilani Dauidem tradiderunt. Quid ergo, an mentitus est Deus? Absit. Omnis quidem homo mendax: Deus autem non tantum verus est, sed etiam ipsa veritas. Nihil mentitus est Deus: sed ostendere voluit, quid illi haberent in animo. Et certè Saul decreuerat descendere, & Ceilenses Dauidem prodere. Non autem loquitur de prouidentia, aut prædestinatione sua. Ita enim nec Saul descensurus erat, nec Ceilani prodituri. Lyra non malè, vt mihi quidem videtur, ait, Deum respondisse ex hypothesi, ad hunc modum, Si manseris, Saul descendet, & illi te prodent. Et quoniam hypothesis mutari potuit, illud quoq; mutari potuit, quod erat sequuturum. Ita Deus respondit Ezechiæ: Dispone domum tuam: nam morieris. Id autem respondit ex ratione morbi, & ex secundis causis: quæ eiusmodi erant, vt Ezechias omnino esset moriturus. Prædixerat etiam, Niniuen esse euertendam: sed cum hac exceptione, Nisi agerent pœnitentiam. Si aliquis prædestinatus ita mecum agat, an damnabor, si perrexero peccando? Respondebo, Maximè, neq; ideireo mentiar: etsi prædestinatus damnari non possit: eum enim Deus non patitur labi, aut lapsum restituit. Ego autem respondebo tantum de secundis causis: nam de prædestinatione non possum. Hoc etiam animaduertendum est, Dauidem, cum audiret de apparatu Saulis, & suspectos haberet Ceilanos, non conuocasse concilium furorum militum, aut expostulasse cum magistratu, sed statim se contulisse ad Deum. Nam pij semper Deum libenter habent à consilijs: ea enim est via tutissima. Deus Dauidi responsum dat, non ambiguè, aut obscurè, vt Apollo solebat, is qui propter vafriciem ἀοχίας dicebatur, sed clarè ac directè. Ait enim diserè, Descendet, & Tradent. Nec differt oraculum suum, sed statim respondet: voluit enim stare promissis suis: & Dauid eius oraculo habuit fidem. Deus cum ita monet & instituit Dauidem, promouet consilia sua: nam alioqui Dauid mansisset in pristina sua conditione, nec à grege suo, atque à pascuis discessisset. Cum autem Deus eum ad alias functiones euocasset, par erat, vt eum periclitantem defenderet.

An Deus sit mentitus.

Similia exempla.

Surrexit ergo Dauid, & viri eius fermè sexcenti viri, egressiq; sunt è Ceilah, & pergebant quò pergebant.) Abijt, haud dubiè tristis, & valdè afflictus, cum sese videret proscriptum esse, & exulem. Aliquod perfugium inuenerat in tribu sua: non tamen sine periculo. Itaq; propter ciuium perfidiam coactus est fugere. Atqui videri potuisset iam in tuto collocatus. Habuit enim vrbem munitam: conciliarat multorũ mortalium voluntates: potitus erat victoria: habuit præsidiũ militum: erat in tribu sua: tamen ista omnia nihil prosunt. Deus enim voluit fiduciam eius prorsus ab omni humana ope abducere. Omnia enim humana præsidia caduca & incerta sunt, Dei autẽ salus constans & æterna est. Potuisset quidem Deus adesse Dauidi contra Saulem, non minus quàm antea contra Palæstinos. Sed videbat, id sine intestina cæde non posse fieri. Eum autem cum decreuisset fore regem, voluit seruare suos, non perdere. Deinde noluit eum cum illa nota peruenire ad regnum, vt videri posset contra regem vnctum, aut contra socerum suum gessisse bellum. Abit ideo tacitus, nihil accusans populum ingratitudinis, aut de quoquam illorum sumens supplicium.

Cur Deus non adfuerit Dauid contra Saulem.

Alij au-

loco sic potius cogitassent: Volunt prodere me Sauli. At mea cura erit, ne possint quos habeo suspectos, trucabo capite. Nihil horum aut loquitur, aut facit. Augetur illi numerus militum. Ducentis militibus, qui ingressus fuerat tantum cum quadringentis. Ita in rebus aduersis, tamen numerus militum, & vires crescunt. Quare si audimus hodie multos à quaeri, vexari, comburi propter Christum & Euangelium, ne despondeamus animum. Augetur in vrbe crescit numerus piorum, quod ex omnibus sacris historijs facilè possu

Quum nuntiatum fuit Dauidem euasisse è Ceilah, & destitit exire.) Saul cum audisset Dauidem euasisse, desinit ab armis quidem, non tamen ab insidijs, dolis, explorationibus. Ita Papistae cum nihil posse promouere, dissimulant odium suum, & quodammodo desistunt persequi: interim tamen in animo dolos, fraudes, ignes, sanguinem meditantur. Sed Dominus quosdam spacia, & pacem interdum aliquam Ecclesiae suae, vt & suos docere possit ad crucem tolerandam confirmare. De hac fuga Dauidis, & perfidia Ceilanorum est Psalmus 55. vbi Dauid optat sibi dari alas columbinas, vt posit fugere. Orat, vt dissipentur linguae. Intra vrbem ait nihil aliud esse, nisi vim apertam, & insidias. Si inimici fuissent, potuissem eos cauere. At isti, quos ego habebam pro amicissimis, tamen conati sunt me prodere. Psalmum hac de re scriptus.

14 *Mansit autem in deserto in munitionibus, mansit inquam in monte in deserto Ziph: quaesiuit porrò eum Saul omnibus diebus, nec tradidit eum Deus in manum eius;*

15 *Quum intellexisset ergo Dauid quod egressus esset Saul ad quaerendum animam eius, cum in deserto Ziph in sylua.*

16 *Surrexit autem Iehonathan filius Saul, & profectus est ad Dauidem in sylua, & confortauit manum eius in Deo.*

17 *Dixitq; ei, Ne timeas, quia non inueniet te manus Saulis patris mei: sed tu regnabis super Israelem, & ego ero tibi secundus: & etiam Saul pater meus scit ita.*

18 *Pepigeruntq; ambo foedus coram Iehouah: & remansit Dauid in sylua, Iehonathan autem abijt in domum suam.*

Munitiones in tribu Iudae: ibi Dauid latere voluit, & quòd esset ex illa tribu, & quòd ibi speraret inuenturum amicos, & quòd illa loca haberet cognita. *Quaesiuit porrò eum Saul omnibus diebus.*) Ista de studio & de voluntate intelligenda sunt, vt suprà monuimus: nam arma posuerat. *Non tradidit eum Deus in manum eius.*) Ita falsus erat opinione sua Saul. Nam antea tradidit, inquit mihi Deus eum in manum meam, Spiritus autem sanctus ait, Non tradidit. Nemo autem venit in potestatem hostis sui, nisi eum Deus tradat. Non haberes potestatem, inquit Christus Pilato in me vllam, nisi tibi datum esset desuper. Et pilus, inquit, non cadet de capite vestro sine voluntate patris mei. Et in Exodo, Si fecuris exciderit, & alium proximè astantem occiderit, ego, inquit Deus, tradidi eum in manum occisoris. Hæc enim non fiunt, nisi consilio & prouidentia Dei. Casu agi videantur fortuitò. Conabatur Saul omnibus modis comprehendere Dauidem: sed nihil proficit, quia Deus illum non tradidit. Dauid tamen exul & vagus cogitur errare per solitudines. Ita qui volunt piè viuere in Christo Iesu, persequutionem patiuntur. Ita Christus ipse per crucem inductus est in gloriam, & populus Iudaicus per desertum & mare, inductus est in terram promissionis. Nemini ergo nostrum exilium molestum videri debet, cum habeamus tot piorum hominum exempla ante oculos. Vagabantur in montibus inter feras bestias, inquit Epistola ad Hebraeos: quibus tamen indignus erat mundus. Sub Iuliano Imperatore Christiani ita miserè vexabantur, vt cum non possent domi consistere, coacti fuerint versari per solitudines. *Surrexit autem Iehonathan filius Saul, & profectus est ad Dauidem in sylua.*) Ionathas venit ad Dauidem, ne videri posset mutasse voluntatem. Non erat ea leuis aut puerilis amicitia, sed constans & certa. Itaq; in rebus aduersis non vacillat. Amat Ionathas Dauidē, vel potius ordinationem Dei, vel Deum potius ipsum. Non dubiū est, Dauidem magnam cepisse consolationem ex aduentu & conspectu Ionathae. Sequitur Dauidem Saul, sequitur Ionathas, impari consilio: ille, vt perdat: hic vt iuuet, & consoletur. Sed quomodo scire potuit Ionathas vbi esset Dauid? Verisimile est, id eum rescisse ex internuntijs. Dauid enim non timebat à Ionatha, ne ab illo proderetur. Quemadmodum ergo Christo oranti, & præ mœrore sanguinem sudanti astabat angelus, qui sudorem abstergeret, ita Ionathas hoc tempore missus est ad Dauidem, tanquam angelus Dei, qui eum consolaretur. Ita Deus in rebus miseris & calamitosis

Nemo venit in potestatem hostium nisi Deus tradat eum.

Pij persequutionem patiuntur.

Cur Ionatas venerit ad Dauidem.

Vnde scivit Ionathas vbi esset Dauid.

excitat sæpè amicos & consolatores, quos non potuisses expectare. Charitas enim gaudet cum gaudentibus, & flet cum flentibus. Venit Ionathas ad Dauidem non sine summo periculo: expectatus enim antea fuerat iram patris. Nam cum paucis verbis agere cœpisset pro Dauide, parum abfuit, quin ab eo hasta configeretur. Quid ille nunc fecisset, si eum audisset consilia cũ Dauide profugo & exule communicasse? Habebat in oculis Nobenses, & eædem sacerdotum. Hęc sibi omnia cogitare potuisset euentura? Sed charitas extrudit timorem. Nam qui vetè atq; ex animo amat, nihil facit pericula. Nulla autem esse potest maior charitas, quàm vt animam suam aliquis ponat pro amico suo, vt Christus ait. Quod certè Ionathas, vt apparet, pro Dauide facere paratus erat. Solicitus enim est de Dauide, Regnum, quod sibi hæreditario iure deberi videbat, non mor-

Verus amor non curat pericula.

tis. Ita Moses quoq; reliquit regias opes Pharaonis, & maluit potius esse cũ fratribus suis in cœno & luto. Sed hac ratione Ionathas consuluit posteritati suæ. *Et confortauit manum eius in Deo.*) Id est, addidit animum. Nam qui deiecto sunt animo, solent esse remissis manibus. Non tamen humanis pollicitationibus illum confirmauit, sed in Domino, hoc est oraculis diuinis. Venit ergo Ionathas ad Dauidem opportunè, cũ alioqui existimare potuisset, Deũ iam mutasse sententiam. Nã ita amici illi consolati sunt Iobum: non enim illi commemorarunt promissiones Dei, sed cum potius dixerunt meritò puniri, & dignum fuisse, qui ita afflingeretur. Itaq; Deo ingrata erat eiusmodi consolatio. Hic Ionathas parum morigerus est patri. Sed incidunt sæpè tempora, cum necessariò discedendum sit à voluntate patris, si ille aut iniusta præcipiat, aut pugnantia cum lege Dei. Christus respondit parentibus suis, in his quæ patris mei sunt, oportet me esse. Ita nos quoque oportet in simili causa respondere parentibus nostris.

Quando non obediendum parentibus.

Ne timeas, quia non inueniet te manus Saulis patris mei.) Etsi pater meus sit potens, tamen Deus est longè potentior. Nec tantum euades, sed etiam regnabis. Verisimile est, Ionathanem eadem habuisse oracula Samuelis: idque eum ex Dauide audiuisse: *Tu regnabis super Israel, et ego ero tibi secundus.*) Non mirum, si Ionathas ambiat locum in illo regno honorificum. Erat enim regnum Dei. Et quis nolit in populo Dei celebrem locum obtinere? Ita filij Zebedæi ambiuerunt locum ad dexteram, & ad sinistram Christi. Verùm frustratus est expectatione sua Ionathas. Interfectus enim est in Gelboe. Completum tamen est hoc eius dictum in filio Mephibosetho. Deus non semper omnia reuelat hominibus pijs: Itaq; interdum fallũtur, at non in rebus pertinentibus ad salutem. Itaq; Paulus scribit, se euasisse ex ore leõnis, hoc est ex manibus Neronis, & tamen ab eo interfectus est. Et ad Philippenses scribit, se victurum, & futurum cum eis: quorum tamen neutrum euenit. Sed ista non pertinebant ad dogmata. Deus nos perducit ad vitam ea ratione & via, qua ipse maximè velit. Hic maximè spectari potest fides Ionathæ. Non enim tantum non inuidet Dauidi regnum, sed etiam se illi fautorem pollicetur, nõ tamen armis aut milite, sed tantum in Domino. Deus inquit, primùm potest hoc effectum dare, deinde etiam vult: nam id se pollicitus est facturum. *Et etiam Saul pater meus scit ita.*) Primùm arguit patrem suum persequi Dauidem contra conscientiam. Deinde significat, id ita iam peruulgatum fuisse, Dauidem fore Regem, vt ne Saulem quidem latere potuerit. Postremò his verbis addit Dauidi animum. Cum enim audimus hostes nostros esse in metu, incipimus de nostris rebus meliùs sperare. Sed vnde potuit Saul suspicari, Dauidem fore Regem? Ex multis indicijs. Primùm quòd audisset è Samuele, se reiectum esse cum familia sua, & regnũ cessurum alteri ipso meliori, deinde etiam, quòd videret Dauidi omnia feliciter succedere, & populum vniuersum, & filium suum Ionathanem illi studere, & postremò Deum esse cum eo.

Quare dicat Saulem hoc nosse.

Vnde Saul hoc scierit.

Pepigerunt q; ambo fœdus coram Iehoua.) Ionathas renouat fœdus cum Dauide. Ex eo colligere possumus, licere hominibus Christianis inter se iungere fœdera, modò id iustam ob causam fiat, vel ad defendendam religionem & cultum Dei, vel ad conseruandam Rempublicam. Nam si Deus fœdus pepulsit cum hominibus, cur hominum ipsorum inter se fœdera probari non debeant? Ter Ionathas fœdus illud iniit cum Dauide. Primùm interfecto ab illo Goliatho, quo tempore dedit illi gladium & cingulum: iterum cum esset fugiturus è regno, & nunc tertiò. Humana fides natura sua caduca & fluxa est. Itaq; sæpè opus est renouatione fœderum. Et Deus fœdus illud suũ initum per Christum sæpè cum patribus renouauit. Non est ista coniuratio contra Saulem: non enim Ionathas conspirat in patrem suum; nec pollicetur se illum interfecturum. Ita in tota hac historia non legimus, Ionathanem armis cepisse, vt defenderet Dauidem. Dauidi quidem licuit ista facere, vel quòd esset iam à Deo designatus Rex, vel quòd cogeretur se defendere, vel quòd haberet verbum Dei. *Coram Iehoua.*) Id quidam ita interpretantur, quòd coram Abimelecho & Gaddo, tanquam in sacro aliquo cœtu factum esset: alij, quòd testem inuocassent Deum, aut quòd hæc facta essent in nomine Domini. Nec prætereundum illud est, quod plurimum facit ad cum-

Fœdera fanciri licet.

laudans modestiam Ionathanis. Non enim commemorat, quas iniurias & contume-
liosè Dauidis causa: sed tantùm id agit, vt fœdus renouetur. Nec expectat, vt Dauid de ea re
moneat. Sed quamuis esset filius regis, & sciret successionem ad se pertinere, tamen vltrò Da-
uidem commonefacit. Nam qui verè amant, vltrò student se mutuò omnibus officijs præuenire.
Sic prodit Ionathanem Dauidis, quamuis fugitiui & exulis. Imò eius causa grauissima conuitia
perpessus. Quàm autem Dauid Ionathani in amore mutuò responderit, indicio esse potest lugu-
bris cantus, quem habuit, cum audiret Ionathanem esse mortuum. Quis, inquit, mihi det vt
pro te. Vita enim illi ingrata esse videbatur sublato tali amico. Nec mirum. Ecclesiastes e-
tiam amicitiam esse pharmacum humanæ vitæ. Nam cum tota vita nostra exposita sit tot casi-
bus & molestijs, nulla est medicina melior, quàm amicitia. De humanis rebus ista dico, nam alio-
quin nulla amicitia conferri potest cum consolatione diuina. Chrysostomus queritur, veram ami-
citiam euolasse in cœlum: & homines non aliter de illa loqui, quàm de planta aliqua Indica: quam
nec nomen quidem sciant, non experientia.

Amicitia pharmacum humanæ vitæ.

19 *Ascenderunt autem Ziphæi ad Saulem in Gibéah, dicentes: Nonne Dauid la-*
tet nobiscum in munitionibus in syluis in Gibéah Hachilah, quæ est ad dextèram Ie-
simón?

20 *Nunc igitur iuxta omne desiderium animæ tuæ, ô Rex, descendendo descende,*
& nostrum erit tradere eum in manum Regis.

21 *Et dixit Saul, Benedicti vos à Iehouah, qui miseriti estis mei.*

22 *Ite quæso, parate adhuc, & scitote, & videte locum eius in quo sit pes eius, quis*
viderit eum ibi, dixit enim mihi quod callidissimus esset.

23 *Proinde considerate & cognoscite omnia latibula in quibus delitescere soleat, &*
reuertimini ad me cum re certa, & ibo vobiscum: quòd si fuerit in terra, scrutabor eum in
omnibus millibus Iehudáh.

24 *Surrexerunt igitur, & abierunt in Ziph ante Saulem: Dauid verò & viri e-*
ius in deserto Maon in campestribus ad dextèram Iesimón.

Hic fides Ionathanis conferri potest cum perfidia Ziphæorum. Quantò ille erat melior, tan-
tò erant illi deteriores. Ziphæi tribules erant Dauidis: itaque illum in primis debebant tegere. De
hac historia scriptus est Psalmus 54. & 116. & 31. & alij complures. In 45. queritur, se prorsus omni
auxilio destitutum. Ideoq; orat Deum per nomen & virtutem suam, vt se defendat. Ziphæos
enim appellat alienos, non quidem cognatione aut stirpe, sed animo & voluntate, quodq; essent
ex aliena familia, nec pertinerent ad filios Dei. Sed ait, Deum illis repensurum esse quod mere-
antur, & se aliquando liberatum sacrificia facturum, & Dei nomen celebraturum. Ziphæi isti e-
rant ex stirpe Chalebi. Nam inter eius filios numeratur Ziph. 1. Paral. 2. ex quo isti Ziphæi putan-
tur prodi. Eò se Dauid contulit, vt ab illis defenderetur. Sed idem illi accidit, quod Christo: qui
cum in propria venisset, tamen receptus non est à suis. Itaque Dauid in Psalmo 99. calamitatem
suam deflet his verbis: Alienus factus sum fratribus meis, & extraneus filijs matris meæ. Possunt
Ziphæi isti conferri cum Doego, cum falsis fratribus, cum Iuda proditore. Captabant illi gratiam
tyranni. Sed sæpe fit, vt pro gratia inueniant odium. Prudenter enim Augustus respondit, prodi-
tores amo: proditores non amo. Sapiens enim princeps facilè potest cogitare, illos in se quoq;
idem molituros, si tempus postulet. Causa verò quæ mouit Ziphæos, vt Dauidem vellent prode-
re, eadem erat, quæ anteà mouerat Ceilanos, nimirum, ne idem illis accideret, quod Nobensibus.
Ziphæi longè humanius tractant Dauidem, quàm ipsius tribules cum eo sanguine & cognatione
coniuncti. Nec tantum ab Idumeis vincuntur, sed etiá ab alijs Ethnicis. Nam cum medicus Pyrrhi
pollicitus esset Romanis consulibus, se velle dominum suum occidere, illi eum Pyrrho prodide-
runt: & ludimagistrum Phaliscorum, cum ad se per proditionem filios nobilium detulisset, cap-
tum & vinctum remiserunt ad suos. Isti autem non expectant dum accersantur à Saule: sed vltrò
illum veniunt. Et nostrum, inquiunt, est illum tradere. Imò vestrum potius erat defendere ho-
spitem, de vobis, & tota Republica benè meritum.

Ziphæorum perfidia.

Ziphæorum origo.

Christi typus.

Cur voluerunt Ziphæi prodere Dauidem.

Benedicti vos à Iehouah.) Gratulatur Saul illis hanc sympathiam, & benè precatur, & de stu-
dio voluntate agit gratias. Sed ista benedictio re ipsa erat execratio. Nam pro fide laudat per-
fidiam: & pro virtute scelus. Ita autem eos laudat, ac si magnum obsequium exhibuissent Deo,
cum proderent hominem innocentem. Sed cum istis ita benedicit, alios omnes, qui idem non fe-
cerant, execratur. At Dauid Amalechitam illum, qui Saulem interfecerat, iussit occidi: & de latro-

Benedictio Saulis.

nibus illis, qui occiderant Isbosethum, iussit sumi supplicium: tantum aberat, vt illis, quasi rebè gestis, gratularetur.

An Ziphæorum iusta fuerit misericordia.

Quia miserti estis mei.) Vobis miserabilis visus sum, qui ista paterer & à seruo meo Dauide, & à filio meo Ionathane. Misericordia quidem laudanda, si miseria rectis oculis consideretur. Ista autem reuera non miseria erat, sed summa felicitas, habere talem defensorem & propugnatorem regni, & talem generum. Miseria autè erat malis oculis: Nam Saul cùm esset cæcus & amens, bonum malum iudicabat, & malum bonum. Hac oratione incitat eos Saul vt pergant. Saulem hodie Papa imitatur. Reges enim & principes, qui prodùt & persequuntur homines pios, laudat & hortatur vt pergant, & filios appellat sanctæ sedis: quoq; illis magis blanditur, mittit ad illos legatos, & rosam consecratam in quadragesima, & sacrum ensem. Dauid autem in Psalmo longè aliter de illis prædicat. Nam quos Saul appellat benedictos, eos ille improbos vocat & execrabiles, eosq; ait non habere Deum ante oculos suos. Huic spiritui potius credendum est, quàm Sauli.

Papa imitatur Saulem.

Ite quæso & parate adhuc, & scitote & videte locum eius in quo sit pes eius.) Magnam ostendit curam & solicitudinem de capiendo Dauide. At si causam bonam habuisset, omnem eam rem commisisset Deo. Dimittit ad extremum Ziphæos cum mandatis, vt Dauidem omnibus modis exagitent & persequantur, ne ipse cogatur vagari per deserta cum exercitu. Dedit Saul Ziphæis in mandatis, vt re confecta, redirent ad se. Sed cur ita diligenter ait? Quoniam, inquit, quidam mihi dixerunt, Dauidem callidum esse, & astutè agere. Prudentia est donum Spiritus sancti. Ea tamen humanæ carni videtur astutia. Nam animalis homo non percipit ea, quæ sunt Dei. Ita Pharisæi clamabant, Christum eijcere dæmonia in nomine Beelzebub principis dæmoniorum. Ita discipulos appellabant prestigiatores, & excantatores, & magos, & quiduis potius, quàm nuntios Dei. Ita Iudas proditor de Christo, quencunque osculatus fuero, ille est: capite, & abducite cautè. Quasi diceret, tum esset captus, elapsus est è manibus. Videte nunc, ne idem vobis quoq; vsueniat.

Prudentia vera carni videtur astutia.

25 *Saul verò & viri eius profecti sunt ad quærendum: quod nunciauerunt Dauidi, descenditq; ad Petram, & mansit in deserto Maon, audiens hoc Saul, persequutus est Dauidem in desertum Maon.*

26 *Pergebat igitur Saul ex latere montis hinc, Dauid verò & viri eius ex latere montis illinc: festinabatq; Dauid abire à facie Saulis: Saul autem & viri eius circumdabant Dauidem & viros eius, vt apprehenderet eos.*

27 *Nuntius autem venit ad Saulem, dicens, Accelera, & veni: quoniam impetum fecerunt Philisthim super terram,*

28 *Reuersus igitur Saul à persequendo Dauide, iuit in occursum Philisthim: ideò vocauerunt locum illum, Sela-hammahlecoth.*

Venerunt Ziphæi ad Dauidem, redieruntq; ad Saulem, qui cum exercitu sequutus est eos, veneruntq; in montem: sed cum viderent eum vel e fugere, cinxerunt montem vndiq;, ne posset elabi. Hic iam Dauid versatus est in maxima formidine. Vocem Hebraicam צוק Latinus interpres reddit, Desperauit: quod non potest satis conuenire. Timuit quidem Dauid vehementer, & incredibili horrore concussus est: non tamen desperauit. Nam in hoc tanto discrimine inuocauit Dominum, vt apparet ex Psal. 116. & 54. &c. Quomodo autem inuocare potuit eum, in quem non crederet? Imò ipse de se ait: Credidi: propter quod & loquor. Eram equidem pessimè affectus, & dixi in festinatione mea, omnis homo mendax. Id quidam ita exponunt, quasi Dauid in hoc tanto periculo prorsus desperarit de promissis Samuelis, eumq; dicat fuisse mendacem. Sed id non patitur nec fides, quam retinebat erga Deum, nec inuocatio. Verisimilius est, illum accusare mendacij Ceilanos, & Ziphæos proditores, & dicere illos, quotquot sint, proditores & mendaces esse. Quanquam R. Chimhi ista ad Dauidis ipsius personam refert: ac si diceret sibi, Etsi tu dubites & ambigas, tamen Deus verus est: Omnis autem homo, etiam tu ipse, mendax. Non ista dico, quòd non putem viros sanctos interdum vacillare & vehementèr titubare, præsertim cum relinquuntur sibi. Hoc Deus interdum permittit fieri, ne putemus nos constantiam & animi firmitatem ac robur habere de nostro. Dauidem de omni humanò præsidio desperasse, certum est: at de diuina ope non desperauit. Nam si captus fuisset à Saule, tamen sciebat, Deum posse se etiã captiuum in hostium manibus conseruare. Potuit enim & Ionam viuum conseruare in ceto, & pueros in igne. Imò si mortuus etiam fuisset, tamen sciebat, Deum posse se etiam è sepulchro excitare, vt promissa compleret. Alij putant, Dauidem solicitum fuisse non sua causa, sed populi, quod horre-

An Dauid desperauerit in hoc extremo periculo.

Quid Dauid metuerit.

quam videbat vtrinq; necessariò sequuturam, si mortuus cum Saulino milite committeretur, putant, eum reueritum fuisse maiestatem Regiam, & idcirco noluisse pugnare contra [illegible] Domini. Sed quicquid est, certum est Dauidem horruisse mortem, nam de hoc tempore ait scriptor. Circumdederunt me funes mortis.

Quæ scripta sunt de sanctis patribus, vt esset vnde nos capiamus consolationem, si quando similia patiamur. Nam quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam & consolationem scripturarum, spem habeamus. Sinit enim Dominus sæpè rem peruenire ad extremum, & omnia videri desperata. Tum demum succurrit in tempore, & [illegible]. Deducit ad inferos, & reducit. Quid desperatius esse potuit, quàm cum Senacheribus obsideret Hierosolymam? Audit, Æthiopas irrupisse in regnum suum: redit: & interficitur à filijs suis. Ita hic quum Saul haberet Dauidem quodammodo in manibus, audit Palæstinos inuasisse Iudæam: reducit exercitum, & inuitus Dauidem relinquit. Sed ita Saul videri potest functus officio boni principis, quod odio priuato publicum commodum anteponat. Verùm non erat ea bonitas Saulis, sed opus Dei. Et nostro etiam tempore quoties vidimus hoc ipsum accidisse? Quoties vidimus Papam, Cæsarem, alios q; principes ita instructos, & paratos contra Christum, vt videri possent omnes pios iamiam q; perdituri? Semper tamen aut ad alias res ab incepto reuocati sunt, aut ipsi inter se conflixerunt. Ita Deus pro sua bonitate tum demum succurrit, cum pij videntur haud dubiè periturí.

An probitati Saulis adscribendus sit iste discessus.

CAPVT XXIIII.

Ascendit autem Dauid illinc, & mansit in munitionibus Engedi.

2 *Fuit autem quum reuersus esset Saul à Philisthim, nunciauerunt ei his verbis, Ecce Dauid est in deserto Engedi.*

3 *Assumpsit itaq; Saul tria millia virorum electorum ex vniuerso Israel, & abijt vt quæreret Dauidem & viros eius in superficie rupium hircorum syluestrium.*

4 *Et peruenit ad Caulas ouium iuxta viam, vbi erat spelunca: quam ingressus est Saul ad tegendum pedes suos: Dauid autem & viri eius, in lateribus speluncæ sedebant.*

5 *Dixerunt q; viri Dauidis ad eum, Ecce dies de qua dixerat Iehouah tibi, Ecce do inimicum tuum in manum tuam, & facies ei quemadmodum placuerit in oculis tuis. Surrexit itaq; Dauid, & abscidit oram pallij quod erat Sauli, clàm.*

6 *Fuit verò, postea hoc percussit cor Dauidis ipsum quod abscidisset oram quod erat Sauli.*

7 *Dixit q; viris suis, Absit mihi à Iehoua, si faciam hoc Domino meo, Christo Iehoua, vt mittam manum meam in eum: quia Christus Iehouæ est.*

8 *Et confregit Dauid viros suos verbis, nec permisit eos consurgere in Saulem: Saul autem surrexit de spelunca, & abijt per viam.*

Partitio capitis.

IN hoc capite tria præclara describuntur. Primùm, quemadmodum Dauid pepercerit hosti capitali, cum eum haberet in manibus: Deinde quam ille orationem habuerit ad Saulem: postremò, quid illi Saul responderit. Quod ad topographiam attinet, gesta ista fuerunt in Engaddi. Erat autem locus ille desertus non longè à mari mortuo. Inde Hierosolymam ait adferri opobalsamum. Et Solomon in suis canticis celebrat vineas Engaddi.

Engaddi.

Assumpsit itaq; Saul tria millia virorum electorum.) Vehementia & magnitudo odij, quo Saul persequutus est Dauidem, cerni potest ex topographia, & qualitate militum. Habuit enim milites ad tria millia fortissimos & lectissimos. Deinde scrutabatur eum in huiusmodi rupibus, & petris, quæ solis ibicibus essent peruiæ, vt nullus iam locus superesset, vbi Dauid amplius latere posset. At Dauid sequutus consilium spiritus sancti latuit in via publica, in ipso itinere, in spelunca, in quam pastores fortasse propter æstum solebant cogere pecora. Non putabat Saul, Dauidem ibi esse hoc tempore: eum quærit in rupibus: at ibi Dauid esse noluit. Huc se Saul recepit, vt purgaret alvum. Est autem eiusmodi natura antrorum, vt qui sit in intimo recessu, omnia videre possit quæ sint in aditu: at, qui ingrediantur, propter subitam mutationem nihil videant. Saul ante gloriabatur, Deum dedisse sibi Dauidem in manum. Nunc autem ipse imprudens venit in manú & potestatem Dauidis. Ita impij incidunt in foueam, quam ipsi fecerunt. Verisimile est, milites Saulis ob

Magnũ odium Saulis erga Dauidem.

Dauid latet in antro.

Saul traditur in manus Dauidis.

vrrasse ad fores antri interim, dum ille exoneraret aluum. *Ecce dies de quo dixerat Iehouah.*) Hic Dauidi obijcitur occasio occidendi Saulē. Et cum vrgent eos instigant milites, admonentes eum verbo Dei. Hic, inquiunt, est ille dies, de quo Dominus tibi pollicitus est, fore vt hostis venires in manum tuam. Milites isti, cum essent exules & animo cupiebant redire domū. Quo tempore hoc oraculum editum fuerit, non satis liquet. Credibile tamen est, editum, cum Dauid apud Samuelem esset inter prophetas: idq; cum amicis suis iudicasse. Alibi quod hoc nusquam scribitur. Alia etiā multa citantur in scripturis, quorum alibi non habentur: vt quæ commemorantur ex libris Iustorū, ex libris Bellorum Domini, ex libris Enoch, & à Paulo de Iamne & Mambre, aut ex Epimenide, Arato, Menandro. Ea quæcunq; sunt, postquam à spiritu sancto dicta sunt, esse debent instar canonicæ scripturæ. Dauid non dubitauit ex oraculo Domini hostem venturum in potestatem suam. Sed illum hostē nesciebat esse Saulem. At si sciuisset, tamen Deus non mandauerat, vt illum occideret, sed vt faceret quod bonū videretur in oculis ipsius. Bonum autem illi visum est non vt occideret, sed vt tantùm fimbriam pallij præscinderet. *Surrexit ergo Dauid & abscidit oram pallij quod erat Sauli.*) Rabbini putant, eum eo animo iuisse, vt Saulem occideret: ductum autem pœnitentia, satis habuisse præscindere partem aliquam vestis eius. Opus hic fuit incredibili celeritate. Sed Deus fuit, qui hoc factum fortunauit. Nam alioqui Dauidi facilius fuit Saulem occidere, quàm oram chlamydis præscindere. Hoc certissimum erat indicium, quid Dauid facere potuerit. Ita cum milites venirent, vt manum inijcerent in Christum, ceciderunt retrorsum. Id argumento erat, Christum vi sua potuisse eos perdere. Non sensit autem Saul Dauidem, vel propter strepitum & turbam militum, vel quòd pallium sepositisset. Sed quid oportet ista comminisci? Deus hoc voluit ita fieri. *Fuit verò, post hoc percussit cor Dauidis.*) Hoc est, non nihil doluit. Quidam putant, bonarum esse mentium, ibi etiam timere culpam, vbi culpa nulla sit. At ego Christiani hominis esse arbitror, quicquid faciat, certo scire factū suū placere Deo. Iudæi, qui omnia fabulantur, putant Dauidem peccasse, cum scinderet pallium Saulis, eoque senem punitum fuisse pœna talionis, vt vestibus suis non posset calefieri. Sed illi magis frigent, quàm ipse Dauid. Percussit ergo cor suum, quòd factum suum prima fronte appareret iniuriosum & ignominiosum esse erga Regem: postea tamen cum consideraret id tantùm spectare ad indicandum humanitatem suam, & ad placandum Saulem iratum, eumque reuocandum à scelere, non dubitauit, illud probatum iri & coram Deo, & coram hominibus. Deus autem voluit, Dauidem habere testimonium iustitiæ suæ etiam ab hoste: quod, vt Aristoteles ait, est longè omnium firmissimum. Opera verò iudicanda sunt, non ex materia, sed ex circunstantijs, & maximè ex fine. Finis autem Dauidis non erat vt Regem afficeret ignominia. Adhæc erat in hoc facto species aliqua vaticinij. Nam, vt cum Saul scinderet pallium Samuelis, ille statim respondit, ita scissum est regnum in manu tua, ita cum Dauid scindit clamydē Saulis, videtur facto suo vaticinari, regnū illi esse eripiendum.

An timendum vbi nulla culpa

Cur Dauidem cor suum pupugerit.

Argumenta Dauidis ad commilitones.

Dixitq; viris suis, Absit hoc mihi à Iehoua.) Cum Dauid rediisset ad suos infecta re, verisimile est, eos vehementer animo fuisse commotos. Expectabant enim vt secum Saulis caput afferret, & videbant ipsum solum habere in manu frustulum eius pallij. Verum eos Dauid partim authoritate sua, partim oratione compescuit. Ad leniendos autem illorum animos vsus est duobus potissimū argumentis. Primùm, inquit, est herus meus: deinde etiā est Christus Domini. Itaq; manū in illum mittere, nefas esse iudicabam. Primum argumentum ducitur à circunstantijs personarum. Deum nos enim à seruis coli oportet, & in honore haberi, non autē peti insidijs & interfici: qualescunq; tandem sint. Itaq; Petrus monet seruos, vt obtemperent, & morē gerant dominis, etiam difficilibus. Si seruus videat se iniustè, nullo suo merito à Domino suo quæri ad necē, fugere potius debet, & vt gladium in eum stringat. Alterum argumentum, quoniam videbatur habere plus roboris, Dauid bis inculcare voluit. Est Christus, inquit, Domini. Quòd si Dominus velit eum ferre, quid nos oportet illum tollere? Ita in primitiua ecclesia cum tyranni omnibus modis, & exquisitissimis supplicijorum & tormentorum generibus vexarent Christianos, nunquā tamen aut Petrus, aut Paulus, aut quisquam Apostolorum populū in eos instigauit. Imò monuerunt potius, vt preces pro illis haberentur, idq; nominatim pro ipso Nerone, à quo miserrimè occidebantur. Ita Hieremias monet populum, vt orent Dominum pro Nabuchadnezare, à quo abducti fuerant in exilium. August. contra literas Petiliani. Dauid veneratus est Saulem: vtrum propter sanctitatem, inquit, an propter sacramentum? Non certè, inquit, propter sanctitatem: quia persequebatur innocentem. Ergo propter sacramentum. Concludit autē sacramentum ita sacrum esse, vt propter hominis nequitiam non possit violari. His hodie verbis papistici presbyteri & monachi defendunt immunitatem suam, vt, quamuis sint, vt multi ex illis reuera sunt, omnium non tantùm bipedum, sed etiam quadrupedū nequissimi, tamē nolint sisti & causam dicere coram ciuili magistratu: sed liceat, quod

Reges impij quatenus ne-gandi.

Papistici presbyteri quo nodo sint Christi.

si Christi Domini. Illi verò vncti quidem & rasi sunt: Christi aũt nõ sunt. Sed quo in
balsamũ, quod hodie nusquam inuenitur, quo tamen solo aiunt se vngi posse, eo-
re possunt, se esse Christos. Papa verò serio prædicat se esse Christũ. Et est sanè. Ve
potius quàm Domini. Eius enim & vita & religio omni ex parte est Domino contra
è occurrit in sacris literis. Eiũs sacramenti externũ symbolum erat vnctio: res aũt
angest. alicui in Epist. Iohan. erat spiritus sanctus, hoc est, vis quædam à spiritu sancto
in illos, quos Deus ad rem aliquam præclarè gerendam excitasset. Sed donum illud sæpè
sine externa vnctione. Nã Christus ipse dicebatur vnctus præ participibus suis. Et
pij vngebantur spiritu & gratia. Et in Psal. 105. Dauid ita loquitur de Abraha-
& Iacobo. Et increpauit propter eos Reges, dicens: Nolite tangere vnctos meos, cum
esset, illos non fuisse nec Reges, nec vnctos. Sed sæpè in scripturis nomine signi res
conditur. Longè aũt melius est, habere illam internam vnctionem impressam in ani
alteram illam externam sine spiritu & gratia; quemadmodum Menelaus, Iason, Alcy-
Caiaphas habuerunt: tamen prò eo tempore damnandi non erant, qui vtroq; modo
vt Dauid, Solomon, Elizæus & alij. His aũt verbis Dauid tantum spectabat institu-
Deus inquit, sustulit Saulem ad regnum: ergo iniussu Dei non debeo eũ deijcere. Non
Deo rationes & vię, quibus possit tyrannos tollere, si velit. Habet ignes, pestes, fulmina, &
malorum genera. Hac oratione Dauid fregit nonnihil impetum suorũ, quos credibile est,
magis cupiuisse, quàm Saulem interfectum. Hic videmus, Deum conciliasse Dauidi magnam
autoritatem inter suos. Fieri potest, vt illi ita inter se cogitarint: nisi cauemus, incidemus aliquan
Saulis. Quare nos ipsi eum occidemus, si Dauid nolit, vt possimus aliquando redire
Verùm eos Dauid authoritate sua compescuit, quòd videret id sibi crimini datum iri,
ejs.

Symbolum vnctionis quam habeat rem significatam.

Dauidis authoritas.

tant hic quidam, licuerit ne Dauidi Saulem interficere: & respondent licuisse. Primùm,
Dauid iam esset Rex, deinde, quòd Saul indignus esse videretur, qui lõgius regnaret, vt qui
ipsum perderet, & Rempub. & contra omne ius & fas sacerdotes Domini occidisset. Adhæc
ius esset vim vi repellere. Postremò quod Lex Domini esset in Deuter. Latronem armatum
deprehensum licere occidere. Et si quæras, cur eum Dauid non occiderit, si licuerit, re
quoniam non semper videndum est, quid liceat, sed quid expediat. Non expedisse au-
quod Dauid videri postea potuisset irruisse in regnũ, & illud per homicidiũ occupasse. Sed
id dicunt licuisse, si ad scandalũ & euersionem reipub. pertinuerit. Multa quidem sua
sunt dicenda, vbi verò ad electionẽ perueniũ est, necesse est, ea aut bona esse aut mala. Nam
piũ semper persuasum esse oportet, quicquid instituat aut agat, placere Deo. Dauid in-
erat Rex. Esto: at nondum publicè erat inauguratus. Vim vi repellere licet. Fateor. Sed vt
periti loquuntur, cum inculpata tutelæ, hoc est si non possint fugere, nec se aliã ratione defen-
ex permittit, furem nocturnum occidi: quis per tenebras sciri non potest quis sit, nec ap-
potest magistratus. At Dauid hunc videbat esse Saulem, & potuit alia via se tueri. Dauid
potuit vllo iure Saulem occidere: & præsertim cum videret id facturũ ad euersionem
Et cum sciret se esse regnaturũ, cauere debuit, ne malis exemplis omnia perturbaret. Et si
priuatus interfecisset, videbat, idem postea eodẽ iure sibi quoq; posse fieri. Adhæc si Sau-
solũ interfecisset, milites, qui eũ sequebantur, nõ dedissent pœnas: qui postea vnà omnes cæsi
sunt Saule in monte Gelboe. Nec Deus voluit Dauidem per homicidiũ adducere ad regnũ.
Semei, qui postea Dauidem contumeliosè appellauit virum cruentum & sanguinarium, quid
fecisset, si occidisset Regem? Quare Dauid prudenter & piè vltionẽ reliquit Deo. Ita enim De
inquit: Mihi inquiens, vindictam, & ego retribuam. Et si esurierit inimicus tuus, pasce illũ: si
illi habere. Sic enim faciẽs, carbones ignes in caput eius. Noli vinci à malo, inquit Pau
malum. Et certè Dauid hoc tempore vicit seipsum. Non enim truncus erat,
videret se ita liberari posse à multis curis, si Saul esset mortuus. Nec tantũ seipsum vicit, sed
Docebatur hoc exemplo, manũ mittendã non esse in magistratũ: est enim minister Dei,
animam oportet esse subditã, modò ne id imperet, quod salua pietate nõ possit fieri.

An licuerit Dauidi Saulẽ interficere.

Allegoria bilin loci inepta.

Plerunq; hic locus traducitur ad mirabilem allegoriam. Saul inquit ille, qui-
opinor esse Gregorium, in antro exonerat aluum. Dauid accedit, & amputat oram pal-
reprehenditur à sua cõscientia. Reges inquit, sunt episcopi: si illi in occulto malitiam
in actum, non possunt ipsa conscientia à quoquam reprehendi. Ita isti non qui
sed in aperta luce, & in oculis orbis terrarum peccare volunt, vt horrendum scelus
si forte à quoquam arguantur. At Christus ait: Si peccauerit in te frater tuus, vade

Refutatio huius allegoriæ.

ne eum inter te & ipsum solum, post adhibe vnum aut alterum, postremò dic Ecclesiæ. Illi si non putant ad se pertinere, ne sint fratres nostri, nèue Deum appellent patrem: nec omnino dicant, Pater noster. Nobis certè pluris esse debent verba Christi, quàm omnia decretalia.

9 *Surrexit & Dauid postea, egressusq; est de spelunca, & clamauit post Saulem, dicens, Domine mi Rex. Respexit autem Saul post se, cum inclinasset se Dauid in faciem in terram, & adorasset.*

10 *Ait; Dauid ad Saulem, Vtquid audis verba hominum dicentium, Ecce Dauid quærit in malum tuum?*

11 *Ecce hodie viderunt oculi tui quod tradiderit te Iehouáh hodie in manū meam in spelunca, & dixi vt occiderem te, at peperci tibi, & dixi non extendam manum meam in Dominum meum, quia Christus Iehouæ est.*

12 *Itaq; pater mi vide, etiam vide oram pallij tui in manu mea: quia dum abscindo rem oram pallij tui, non interfeci te: scito & vide quod non est in manu mea malum, neq; præuaricatio: neq; peccaui in te: tu autem venaris animam meam, vt auferas eam.*

13 *Iudicet Iehouáh inter me & te, & vlciscatur me Iehouáh de te, at manus mea non erit in te.*

14 *Quemadmodum dicit proverbium antiquum, Ab impijs egredietur impietas: & manus mea non erit in te.*

15 *Post quem egressus est Rex Israel? quem persequeris? canem mortuum, pulicem vnum.*

16 *Sit ergo Iehouáh in iudicem, & iudicet inter me & te, videatq; ac disceptet causam meam, & iudices me de manu tua.*

Non oportuit latere hoc factum. Dauid egressus ex antro habet orationem ad Saulem. Nolùit eum ferire gladio. Ab admonitione tamen non abstinuit: ne ille in peccatis suis computresceret. Subditi enim & possunt, & si tempus & vsus postulet, debent etiam monere principes suos.

Genus huius orationis.

Hanc orationem alij volunt esse Apologeticam: alij Expostulatoriam, quod Dauid queratur iniuriam sibi fieri à Saule. Potest etiam esse Suasoria. Hortatur enim Saulem vt deponat hostilem animum, & inanes illas suspiciones, quas collegerat, abijciat. Sed ante clamat eminus ad Saulem.

Adoratio ciuilis.

Cumq; ille respiceret, pronus se abiecit ad terram. Nam hoc signo subditi quodammodo pollicentur principibus suis perpetuum obsequium. Ita Dauid obsequutus est Sauli summa cum fide & obseruentia, & cum illi furenti pulsaret citharam: & cum eius iussu iret in Palæstinos cum exercitu. & hoc tempore maximè, cum illum ex manibus dimitteret incolumē. Adoratio ista tantùm est politica. Eam oportet vacare hypocrisi. Nam alioqui vitiosa est.

Analysis orationis Dauidis

Sed cum premimur criminationibus aduersariorū, Rhetores monent, eam esse dicendi primam curā, vt grauissimis illorū argumentis respondeamus. Vult Dauid Saulē abijcere ex animo suspiciones. Sed interim accusatur, quasi qui affectet regnum, & insidias faciat vitæ Saulis. Dauid hoc pacto inficiatur. Si quid vehementer cupimus, id vbi primū oblata est facultas, effectū damus. Id esse verum, in omnium animis impressum est. Ita vbi aliquid factū non sit, dicere solemus, aut voluntatem, aut facultatē defuisse. Minor propositio est: Deus te concluſit in manus meas, & ego tamen nō occidi. Ergo nō facio tibi insidias. Minorē probat hoc pacto. Vide inquit, oram pallij tui in manu mea. Quod pallio tuo feci, id tibi multō facilius potuissem facere. Tu autē contra omnibus rationibus & vijs quæris vitā meam. Sed Deus tibi non dat facultatē. Tantum interest inter te, & me. Tu enim, relictis Philistinis, me vnū persequeris. Hęc erat apologia Dauidis. Ex qua appareat, licere iustis hominibus se defendere si accusentur, & sępē tueri innocentiā. Ita Christus ipse fecit in Ioā. Ita Paulus apud Fest. & Agrip. & apud plebem Iudæorū. Noluit Dauid Saulē ferire gladio: orationem tamē non dubitauit eius vulnerare conscientiam. Ista arma nostra sunt, quoad priuati sumus. Est enim nefas sit gladium stringere in magistratum, licet tamen eum admonere, & forte, modeste reprehendere.

Vtquid audis verba hominum dicentium, ecce Dauid quærit malum tuum?) Hactenus diximus de hac vniuersa oratione generatim. Nunc partes singulas excutiemus. Quòd Saulē habuisset in manu sua, id Dauid non tribuit aut viribus suis, aut prudentiæ militari, aut vt multi solent, casui, sed prouidētię Dei. Is, inquit, te cōclusit in manu mea. Cumq; tu eō loco esses, nō deuram impulsore

qui

...ad homicidium mihi authores essent, vt te occiderem. Ego verò memor officij erga te, illorū cō... audini. Tantū interest inter tua facta, & mea. Ego meos satellites ad tuam pernicie sequi... non tu & suasu delatorū, qui me falsò apud te calumniantur, meam vitam & sanguinem quaeris. Est autem præclarum illud, quod ait se in tantis angustijs, cū esset vndiq; obsessus à Saule, tamen noluisse in eum extendere manū suam. Ego inquit, habeo te pro domino, & patre meo. Tu verò ille innocentem tanquā feram aliquam, & immanem bestiam per saltus atq; inuia persequeris. Causam autem Dauid confert in delatores & emissarios, quasi Saul illorum cōsilio, non sua ... faceret. Ita solent pij patres agere cum liberis. Non es talis, inquiunt, natura tua: non à ... didicisti. Fuge illa atq; illa consortia. Illa enim te corrumpunt. Ita Paulus ad Gal. Qui ... ferebat, feret onus suum, quisquis ille fuerit. Nam de vobis confido. Ego inquit, Dauid, nō ... verba, factum ipsum, quod mentiri non potest, faciet fidem. Quibus oculis videbit Deus ... istam tuam? Nimium indulges odio, nec videris posse exaturari.

Transfert crimen in delatores.

Mi pater mi vide, etiam vide oram pallij.) Hæc Dauid. Sed quoniam Saul verbis non erat habiturus fidem, & si satellites Dauidis hoc affirmassent, iudicaturus erat, eos loqui ad gratiam; Dauid vt voluit alio testimonio, quod non tantum probabile aut signum esset, sed etiam πανάρχον. Mutum quidem illud testimonium videri potuit, re aūt vera vocalissimum fuit. Non inflatur Dauid aduersus Saulem, vt multi solent, si quem beneficio affecerint, qui eos, quos aliquo modo iuuerunt, habere volunt pro mancipijs. Dauid verò hostem acerrimum non dubitauit facere causæ suæ disceptatorem & iudicem. Vide, inquit, mi pater, hęc est pars vestis tuæ. Noluit alia cōmemorare, quę antea pro Saule gesserat. Neq; enim voluit Sauli exprobrare beneficia: satis habuit id dicere, quod illa ipsa hora erga illū fecerat. Reuerentię aūt causa Saulē appellat patrē. Ita cū Naaman Syrus discederet ab Elizęo, famuli eū his verbis admonuerunt, pater mi. Quanquam Dauid ... esse ea quoq; causa eū vocauit patrem, quod esset eius socer. *Iudicet Iehoua inter me et te.*) Si ... inquit, mihi ius nō dicatur, appello ad tribunal Dei. Ille est superior iudex, & de te quoq; iudicabit. Hęc oratio mouere potuit Saulē, ne vellet incurrere in manus Dei. Hoc exēplo monemur, ... desperemus in rebus afflictis, cū opprimimur iniurijs, sed recurramus ad Deū. Ille enim est & ... ter, & hostiū nostrorū cōmunis iudex, & nō tantum potest, sed etiā vult disceptare causam no...

Prouocat ad iudicium Dei.

Dauid vt id maiori cū fiducia faceret, habuit peculiares promissiones Dei, vt apparet ex ... 89. Inueni, inquit Deus, Dauidē seruū meum: oleo sancto vnxi eū. Manus enim mea firma ... eum eo, & brachium meum roborabit eum. Non opprimet eum inimicus, & filius iniquitatis ... affliget eum. Et concidam à facie eius inimicos eius, & odientes eum perdam. Et veritas mea ... misericordia cum ipso erit, & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Nos aūt habemus promissiones generales. Deus enim promisit, se iustos non deserturum. Quod si fortè in hac vita videatur nos derelinquere, at in altera haud dubiè complectetur.

Ab impijs egredietur impietas.) Confirmauit Dauid antea innocentiam suam à facultate nocēdi, eadem nunc confirmat à veteri prouerbio: Non debes tibi metuere à me inquit: quia manus ... non erit contra te, id probat ex prouerbio: quia ex impio erumpet impietas in actum. Quòd ... essem impius, non potuisset tamdiu latere impietas mea, præsertim cū te haberem in pote... Simile est illud Christi in Euangelio: Arbor mala non potest fructus bonos ędere. Probabile ... hoc prouerbium fuisse in vtranq; partē, & dici etiam vulgò solitū: A pijs egredietur pietas. ... autem alteram tantum partem arripit. Sed dices: Nonne hypocritæ celant interdum nequitiam suam? Certè! sed tantum ad tempus. Oblata autē occasione, erumpit statim. Multos enim ... nouimus & nouimus, qui, vt ad aliquam dignitatē aspirarēt, simularint summam sanctimoniam: ... autem fuerint deterrimi. Quod nonnullis exemplis ostendi posset. Ego, inquit Dauid, non ... impius. Non efficimur mali patiendo iniurias, sed certè efficimur, referendo iniurias. *Ex ... egressa est impietas.*) Nihil inquit, opus erat, vt ego te occiderem, impietas tua te perdet.

Argumentū à prouerbio.

Post quē egressus est Rex Israelis.) Ego, inquit, nihil aliud sum, quàm canis aut pulex, si cum tua ... conferar. Quid tu tanto cum exercitu & apparatu me persequeris? Saltem ratione alicuius habe dignitatis tuę. Vel appellat se canem & pulicē, quòd Saul Dauidē haberet pro cane & ... Concludit postremò dulcissimè cū precibus ad Deum. *Sit ergo Iehoua in iudicē, & iudicet ... & videat, ac disceptet causam meam.*) Quoduis pectus, quantumuis ferreū hæc oratio ... & emollire potuisset. Ita nos quoq; respondere debemus, cū ab hostibus nostris accusamur. Clamant, nos seditiones excitare, & turbare orbem terrarum. Deum immortalem, quas nos ... seditiones aut turbas dedimus? Certè nostri magistratus, cum illorū duces & principes ... in manibus, dimiserunt incolumes. Illi quoties bellum necessarium contra Turcas re... vt nos innocentes persequerentur? Ex hac historia multa pulcherrima possunt colligi,

Argumentū à sua dejectione

Accusationis but hostiū quid respondendum.

Nam vt pictor, si pulcherrimam sibi tabulam aliquam proponat, quam sequatur, etsi multa ad vnum exprimat, multa tamen videt supereſſe, de quibus antea non cogitauerat: Ita nos, etsi ex hac historia multa vtiliſsima ad exemplum vitæ transferamus, tamen alia multa non minus vtilia, si oculos ad eam, tanquam ad tabulam referamus, videbimus in ea supereſſe.

17 *Fuit autem quum compleuiſſet Dauid loqui verba hæc ad Saulem, dixit Saul, Eſt ne vox tua hæc, fili mi Dauid? Et ſublata voce ſua Saul fleuit.*

18 *Dixitq; Dauidi, Iuſtior es me: tu enim retribuiſti mihi bonum, ego autem reddidi tibi malum.*

19 *Tu quidem indicaſti hodie quantum feceris mecum bonum: quoniam quum concluſiſſet me Iehouah in manum tuam, non tamen occideris me.*

20 *Nunquid inueniet quiſpiam inimicum ſuum, & dimittet eum per viam bonam? propinde Iehouah retribuat tibi bonum pro eo, quod hodie feciſti mihi.*

21 *Nunc ergo (noui enim quod regnando regnabis, & ſtabit in manu tua regnum Iſraelis.)*

22 *Nunc inquam iura mihi per Iehouam, quod non abſcindes ſemen meum poſt me, neq; diſperdes nomen meum de domo patris mei.*

23 *Iurauit itaq; Dauid Sauli, & abijt Saul in domum ſuam: Dauid verò & viri eius aſcenderunt in præſidium.*

Saul Dauidem pro filio agnoſcit.

Potens eſt veritas. Non poteſt illi Saul amplius reſiſtere. Verba iſta Spiritus ſancti, ita prorſus flexerunt eius cor, vt nunc eum agnoſcat pro filio, quem antea ne nomine quidem ſuo voluit appellare. Et certè erat pietate atq; animo filius. Quid enim amplius potuiſſet filius facere erga patrem, quàm quod Dauid iam fecit erga Saulem? Itaq; iam ex perſequutore habet laudatorem: ex hoſte teſtem innocentiæ. Expreſsit hęc oratio Sauli lachrymas: hoc eſt, vt ille, inquit, ſanguinem animæ. Mirabilis erat Moſes, qui aquam elicuit ex lapide: multo autem mirabilior eſt Dauid, qui confeſsionem & lachrymas exprimit à Saule, & duritiem eius cordis infringit.

Oratio Saulis.

Iuſtior es me.) Pulcherrimum teſtimonium præſertim ab hoſte. Si Dauid aſperius fuiſſet ausus, fortaſſe Saul ſe defendiſſet. Nunc remittit odiũ, & accuſat ſeipſum. *Propinde Iehoua retribuat tibi bonum.)* Ac ſi diceret: Ego non ſum par perſoluendo. Etſi darem tibi ciuitates, opes, & regnũ meum, tamen non poſſem tanto tuo beneficio reſpondere: imò ne ſi vitam quidem tua cauſa profunderẽ. Darem enim vitam homini grato, & de me optimè merito. Tu autẽ vitam mihi dediſti, homini longè omnium ingratiſsimo. *Noui enim quod regnando regnabis.)* Supra Ionathas dixit Dauidem haud dubiè regnaturũ: & id patrem ſuum certò ſcire. Sed dicẽret aliquis Sauli: Qui ſcis iſtum eſſe regnaturum, cum tu habeas diadema, præſidia, exercitum: Ille autem ſit exul, nudus, vagus, inops? Reſponderet Saul, Ex moribus eius hoc ſcio: dignus eſt, qui regnet. Neq; verò inops, aut nudus eſt. Deum enim habet adiutorem & comitẽ. Nam veriſimile eſt Saul ſuſpicatum eſſe Dauidem regnaturum, vel quod videret Dauidem ſemper elabi ſibi è manibus: vel quod eum audiſſet vnctũ eſſe à Samuele: vel quod illi omnia feliciter ſuccederent: vel poſtremo quod ſentiret ſe incolumem è manibus dimiſiſſet. Nam propter tantam virtutem & iuſtitiam dignum eum iudicabat eſſe, qui regnaret. Itaq; orat Dauidem, ſaltem vt propitius ſit filijs ſuis. Quanta eſt illa ratio? Rex ſupplex eſt exuli & hoſti ſuo, & cũ eo paciſcitur de regno. Sed interponi vult iuſiurandũ. Homines enim malè ſibi cõfidũt vix credũt ſibi impunè fore. Itaq; requirit iuſiurandũ: & Dauidem relinquit tutorẽ liberorũ ſuorum: omnemq; ſpem poſteritatis ſuę conſtituit in eius arbitrio.

Vnde ſcierit Dauidem regnaturum.

Palinodia Saulis.

Hæc oratio Saulis videri poteſt palinodia eorum omnium, quæ antea aut dixerat aut fecerat contra Dauidem. Eum antea habuerat pro ſeruo viliſsimo: illi detraxerat, quantum potuit: dixerat q; Ionathæ, non poſſe eum ſaluum eſſe, ſi Dauid viueret. Nunc autem eum vltro vocat filium: & fatetur iuſtiorem eſſe ſe: & dignũ eſſe, qui imperaret. Poſtremò eius tutelæ, & fidei commendat liberos, & poſteritatem ſuam. Quod aliud teſtimonium exprimere Dauid ab eo vnquã potuiſſet, ſi vinctum habuiſſet, & tormentis voluiſſet experiri? Sed dubitari poteſt, vtrum Saul iſta ſimpliciter & candidè dicat, an potius fraudulẽter & callidè. Quidam putant hanc ſententiam eſſe hypocriſin. Æthiopẽ enim nõ poſſe mutare pellem ſuam. Nam cum iſta publicè gererentur, & omnes vidiſſent modeſtiam & ſummiſſionem Dauidis, Saulem, niſi aliquod ſignum dediſſet mutatæ voluntatis, ne hominem quidem videri potuiſſe. Itaq; eum ſeruire voluiſſe tempori, & fingere ex codili lachrymas, vt Dauidẽ retraheret in aulam, atq; ita ſine tumultu pro ſua libidine interficeret. Sed nihil neceſſe eſt iſta dicere. Nam impij homines, quamuis deſtituti ſint vera fide, tamen ſæ-

An Saul iſta ex hypocriſi dixerit.

Impij conſcientia tanguntur.

terdum

...ro motu conscientiæ. Sed quoniá sunt ...., facilè redeunt ad ingenium. ... pectus rerũ naturalũ allucere potest homines ad aliquã notitiam Dei, ... nitum aliquo modo velint colere, etsi illi postea multa tãte & cæcitate in- ... superstitionem & idololatriam, quanto æquius hanc vim tribuemus ver- ... tanta est vis veritatis, vt nullũ sit pectus tam durũ, quod illa non aliquo mo- ... tetur ergo impij sæpè lumine ipso naturæ, etsi motus tantũ sit tempo- rarius. Ne ... ita cæcus sit, vt bonũ malumq; non possit discernere. Oratio Saulis videtur es- ... Nam cũ accusati non possumus negare factum, proximum est, vt deprecemur cri ... Dauidẽ vere dicere. Est enim magna vis conscientiæ etiam in impijs. Habent enim ... nes accusantes sese mutuo & defendentes. Cain enim agnouit peccatũ su- ... Peccaui tradens sanguinem iusti. Et Pharao, quoties dixit Mosi & Aaroni, ... orate pro me Dominũ. Et cur non potuerunt ista eadem accidere in Saule? ... quidẽ magnam in eo fuisse hypocrisin. Nemo enim nõ regeneratus vacare potest eo ... ipsum vitio, & animo fraterno potuit, se iniustè oppugnasse Dauidẽ. Sed ista hy- ... diatura. Ex hoc exemplo videmus, lumine naturæ patefactam esse nobis vim ... inclinãt in eo, vt hominibus beneficiamus, maximè verò inimicis. Nã ego ... bene feci reddidi tibi male. Quis enim, si inuenisset hostẽ suũ, dimittat eũ in via ... ut, quæ ego à te lœdor, superẽ. Hæc iustitia ea est, quã Cic. in Cælare tantopere ... dicere, nihil solere oblectasse nisi iniurias. August. in Epist. ad Marcel. Hæc ... laudantur, aut canus adulator. Si laudator, dixit ea, quæ reuera erant in Cæsare: ... quæ esse in eo debuerunt. Hoc videt Saul in Dauide, & agnoscit esse vere ho- ... nõ regenerati, pro illo sensu, quẽ habent à natura, putant beneficiendũ esse ami ... omnibus modis esse sterendos. Ita Christus ait Pharisæos & scribas legisse: Dili ... eo habebis inimicum tuũ. Nam hæc posterior clausula non legitur in Lege, ... Hypocrisin. Id Christus reprehendit, & addit, Nisi abundauerit iustitia vestra ... Pharisæorum, non potestis intrare in regnũ cœlorũ. Nemo esse potest tàm ... sus, non præstet ipse, tamen eo laudare velit in alijs. Hæc cõfessio si ornata fuisset ... poterat iusta pœnitentia. Nunc autem est destituta, inutilis & inanis est.

iusiurandum per Iehouam. Ait Saul iusiurandum, videlicet, quod Dauidem me- ... Sic enim secum cogitauit: Ego volui competitorem meum tollere, fortasse idem ... quando in mentẽ veniet. Nam ebrios neminẽ putant esse sobriũ, scortatores, ne ... neminẽ liberalẽ. Principes id maximè solent quærere, vt possint secure regna. ... non posse fieri, nisi sublatis competitoribus. Quod hodie in regno Turcarũ vide ... si forè sint plures fratres, tam diu inter se bellum gerunt, quoad summa rerum re- ... Sed regnum Dauidis altioribus radicibus nitebatur, nimirum promissione Dei. ... beneficiorum, vt ferè primum quodq; trahat aliud. Saul cum vitam accepisset à ... est ea humanitate, vt aliud etiam peteret. Erat solicitus de liberis. Concedit er- ... go, & orat, vt posteritati suæ velit cõsulere, ac si hoc sibi aliquo modo debeatur. ... Dauid Sauli.) Sed dices, præposteram istam fuisse Dauidis misericordiam. Scie- ... bat illum abiectum esse à Deo. Sciebat quidem: nihil tamen audierat de tollenda eius ... quod ei notum erat à voluntate Dei reuelata, vt ea maneret incolumis. Commune ... ebat, Diligendum esse proximum. Dauid iureiurando repromittit. Id in- ... pro eo quantum Deus vellet, vt si Deus postea declarasset, se secus velle, Dauid ... astringeretur. Omnia enim pacta, promissa, vota, iureiuranda ad hoc caput referen- ... Deus velit. Id dico, quia postea pœnitet Saulis, vno excepto Mephiboseth, Dei iussu ... Satis autem Dauidi erat, eo tempore, cum iurabat, habuisse voluntatem ... Dauid, ne quid postea Sauli ad excusationem relinqueretur. Nam si Da- ... Saul postea cum fuisset persequutus, populus dicere potuisset, Dauidem ... & importunum: nec mirum esse, si Saul redierit ad ingenium. Nunc autem ... excusat: quin quicquid postea moliatur in Dauidẽ, id omne videatur facere con- ... Hæc eadem Dauid antea iurauerat Ionathani, se eum habiturum secundo lo- ... eius filium, quando vixit. Sed damnandi sunt isti milites & parasiti Saulis: ... audierint, tamen Dauidem non inuenerint, nec eius causam susceperint. ... vires suas ostenderunt in præsidijs.) Nolait redire in aulam: scilicet, quòd sciret, ... esse fidem amicis reconciliatis. Id enim antea satis expertus fuerat. Et Io- ... loquit, credebant in eum: at is non credebat se illis. Videbat enim, quid es-

Iustitia vis lumine naturæ quomodo cernatur.

Cur iusiurandum petat.

Beneficium priũ aliud trahit.

An Dauidis misericordia sit præposterа.

Cur iuret Dauid.

set in homine. Omnis autem homo mendax. Deus quidem in veracium ordine, & ... non item hominibus. Vita est donum Dei: itaq; ea non temerè prodenda est, sed omnibus rationibus defendenda. Videant ergo illi, quos Deus liberauit à cruentis manibus Pauli, ne illis se temerè denuò committant.

CAPVT XXV.

Mortuo autem Samuel, congregati sunt omnes Israelitæ, & planxerunt eum, & sepelierunt eum in domo sua in Rama. Surrexit Dauid, & descendit in desertum Paran.

Pauli locus explicatus.

IN hoc capite primùm describitur mors & sepultura Samuelis. Deinde legatio Dauidis ad Nabalem, & repulsa. Tertio loco furor intempestiuus Dauidis, & eius cohibitio per Abigaelem. Postremò mors Nabalis, & Dauidis nuptiæ. Quòd ad primum attinet, Samuel obijt diem suum, non interfectus à Saule. Neque enim legimus Saulem eum fuisse persecutum. Erat enim eius maxima authoritas apud populum, vel quòd propheta esset, vel quòd id magistratu iustè imperasset. Imò etiam major eius erat authoritas, quàm sacerdotis Abimelechi pontificis, aut Dauidis adhuc iuuenis. Deinde erat tantum principem virum in numero inter prophetas: & eum ob id censum à Saule contemnebatur. Sed istæ tantùm sunt secundæ causæ. Prima autem & maxima causa erat voluntas Dei.

Cur Saul Samuelem non occiderit.

Congregati sunt omnes Israelitæ, & sepelierunt eum.) Vt saltem hunc honorem exhiberent mortuo. Est enim honor testimonium virtutis. Fuit autem mos ille antiquissimus colendi sanctorum hominum sepulturas. Nam Abraham emit sepulchrum Saræ vxori suæ. Iacobum & Ioseph ... iusserunt ossa sua exportari ex Ægypto. Fuit ista cura non contemnenda. Erat enim preclarum testimonium resurrectionis. Deinde corpora nostra sunt templa Dei & organa Spiritus sancti. Itaq; non sunt temerè abijcienda sine honore. Volunt etiam pij vnà sepeliri cum alijs fidelibus, vt vel mortui testificentur vnitatem & consensum in religione & cultu Dei. Hunc ... dum Ethnici excesserunt. Voluerunt enim loca illa fuisse religiosa: vt apparet ex codice, & multis alijs: Postea tamen ea superstitio transijt etiam ad Christianos. Nam primis temporibus, vt ait Eusebius, populus solebat confluere ad memorias martyrum, vt eorum exemplo redderentur fortiores ad omnia ferenda pro Christo. Postea etiam accessit religio, vt eos inuocarent, vt illis extruerent sepulchra, templa, statuas: vt eorum reliquias effoderent & adorarent, vt illorum ... ad eas: vt qui esset præteritus, videretur affectus iniuria. Si qui erant, qui non haberentur pro sanctis, illis decernebantur exequiæ, anniuersaria, trigesimæ, septimæ, tertiæ, & quid non? Principes Monachi efferebantur in habitu suo. Addebatur aqua lustralis, & thymiama: vt ait Dionysius Areopagita. Quisquis est, cadauera perungebantur chrismate: postremò etiam mortuis dabatur Eucharistia. Quòd ad rationem funerum attinet, nobis videndum est, vt media via incedamus: vt neq; aliquamus cadauera, tanquam reliquias ferarum, vt Ethnici faciebant, qui nec æternitatem animorum credebant, nec resurrectionem corporum: quo in genere multa ridiculè, & facetè dicta commemorantur de Diogene: nec vt ex altera parte ad superstitionem & immodicum illorum cultum declinemus. Caueri etiam debet luxus & inanis sumptus: quo in re omnibus seculis scimus magnopere peccatum esse. Multi enim non contenti simplici humo, marmore, alabastro, argento, auro volunt putrescere, extruunt insanas moles, obeliscos, & pyramides. Nostra ætate incredibile est, quantum consumatur in cereos, in funalia, in pompam & apparatum funebrem: quod multò rectius & sanctius conferri posset in alios vsus. Non autem negligendam esse rationem sepulturæ, habemus ex sacris literis. Ita ... le enim qualisunque honor pertinet ad promissiones Dei: Dominus enim in xx. capite Hieremiæ minatur Ioachimo, illum asini sepultura esse sepeliendum: videlicet vt proijceretur in sepulchrum, & dilaceraretur à canibus, vt solent cadauera asinorum. Et in primo libro Malachim capite propheta ille qui non paruerat mandato domini, sed cibum sumpserat in Samaria, mortuo propheta: Cadauer tuum non inferetur in sepulchrum patrum tuorum. In decimoquarto capite eiusdem libri Hieroboam audit ex Ahia propheta, omnes posteros suos abijciendos esse insepultos, & prædam fore volucribus: quoniam tamen aliquid boni fecerat, ... ius filijs sepeliendum esse in sepulchro maiorum. Et secundo Malachim vigesimo secundo, Olda respondet Iosiæ de populo quidem actum esse: tamen, quoniam eius ... illum collecturum ad patres suos, & affecturum regali sepultura. Sed obijcies, si ita est, cur tot

Sepulturæ honorum est conseruanda.

Superstitio euitanda.

Mediocritas in funeribus.

Lectum sepulchri pertinet ad minas.

prophetæ

& Apostoli tanto honore caruerunt? Partim enim combusti sunt: partim suspensi ad : partim per syluas & solitudines disiecti. Chrysostomus enim in Epistola ad Hebræos ait, Præter Petri, Pauli, & Thomæ, aliorum Apostolorum sepulchra ignorari. Respon- pulcrum ita esse bonam, vt tamen contemnenda sit propter Christum. Nam & opes, & a- & vita ipsa, & omnia nostra postponenda sunt studio pietatis, & amori erga Deum. Luxe- Samuelem, amicti scilicet veste lugubri. Luctus autem eiusmodi protrahebatur interdum in interdum in mensem, interdum in viginti, interdum in septem dies, interdum in plures, in pauciores: prout videbatur. Hac in re nobis modus statuendus est, ne lugeamus vt quæ spem non habent. Non enim ita debemus cogitare de mortuis, quasi prorsus interie- tempus enim erepti sunt, aliquando in integrum restituendi. Hic etiam cauenda est hypo Multi enim simulant se lugere eos, quos etiam si possent, tamen nollent reuiuiscere. Gratio habent mortuos, quàm viuos.

Cur patitur Deus sanctos hoc honore priuari.

Vitia luctus de functorum.

Saul huic funeri adfuerit, non apparet ex historia. Potest tamè fieri, vt adfuerit. Voluit iniere apud populum specie aliqua pietatis. Et hypocritę non molestè faciunt ea, quę non magno sumptu. Nec apparet Saulè luxisse mortem Samuelis, vt antea Samuel eius lucrat. Dauidem autem haud dubium est, multis lachrymis prosequutum esse eius Samuel enim illum vnxerat, & exulem & profugũ consolatus fuerat, & eum semper consi- Et toto hoc tẽpore verisimile est, Dauidẽ ab eo accepisse literas & internũtios. Ita res- eorum eodẽ tempore orbatur duobus luminibus: altero in morte Samuelis: altero in exi Dauida. Iosephus ait Samuelem obijsse 18. anno Saulis. Atq; ita vixerat in honore triginta an- dicauerat solus duodecim, postea priuatus vixit octodecim. Fuit aũt vltimus Iudicũ. Nam tempore, vti diximus, mutatus est status Reipub. In hoc capite proponũtur duo mortui, lon se dissimiles, Samuelem mortuũ luxit vniuersus populus. De Nabalis funere nihil legi- Sanctissimè aũt, & maximè opportunè hoc loco cõmemoratur mors Samuelis. Iã enim Saul voce affirmauerat, regnum deberi Dauidi. Hic nihil legimus de templis & altaribus extru Samueli, de eius reliquijs effossis & adoratis, de peregrinationibus ad eum factis. Tamẽ Hie- contra Vigilantium, quo in opere, quod tanti viri pace dictum velim, nimiũ ipse nimiumq; mirauit, ait Arcadiũ Imperatorem ossa Samuelis transtulisse è Palæstina Chalcedonem: vide- rea historia probet, adorandas esse reliquias. De facto Arcadij nos hoc loco nihil dicemus. Scripturæ nihil tale referunt, nec de anniuersarijs nec de purgatorio. Sed quidam cum entius vrgentur, solent dicere, purgatorium eo tempore non fuisse. Sed, vt sunt inepti, dicunt, non vident se contra seipsos dicere. Ista tamẽ comminiscuntur, vt explicent se à simo argumento. Nam cum nos obijcimus, in veteri Lege fuisse sacrificia pro principe, pro lete, pro zelotypia, pro muliere à partu, pro lepra, deniq; pro morborum, aut contaminatio quouis genere, & absurdum esse, nullum institutum fuisse sacrificium pro miseris purgato- ibus, respondent ad extremum, nondum fuisse purgatorium. Esto Sed cur ergo citant nobis illum de facto Iudæ Machabæi? Nam ille certè vixit sub lege. Neq; Christus credendus est dicentu hanc nouam carnificinam aduexisse. Sed in nouo testamento quid tandem habent purgatorio? Describitur mors Stephani, Tychichi, Iacobi, Iohannis Baptistæ, & aliorum com- Vbique tamen magnum est silentium de purgatorio. Hæc ergo omnia non aliud sunt, vanissima hominum otiosorum somnia. Sed dices, Cum Samuel iam obierit, quomodo ea, esse quoniam, censeri possunt eius nomine? Respondeo, quia consuetudo est scripturarum, vt sæpènomen habeat à principio. Nam ita nomen impositum est libro Geneseos: non quod ille liber nihil aliud contineat, quàm creationẽ mundi. Ea autem, quæ sequuntur, aut à Gad propheta, aut ab alio quopiam scripta sunt.

Reliquiæ.

Purgatorium.

Quæ sequuntur in hoc libro quomodo Samuelis titulo inscribantur.

2 *Et vir in Maon, cuius opes erant in Charmel, eratq; vir ille magnus valdè, qui habebat enim tria millia, & mille capras: fuit autem vt tonderet oues suas in Charmel.*

3 *Porrò nomen viri Nabal: nomen verò vxoris eius Abigail, eratq; mulier illa prudens & pulchræ formæ: vir autem ille erat durus, & malis moribus, atq; Chalibbita.*

4 *Audiuit itaq; Dauid in deserto quod tonderet Nabal oues suas.*

5 *Misit ergo Dauid decem pueros, dixitq; Dauid pueris, Ascendite in Charmel, & ad Nabal, ipsumq; salutate nomine meo pacificè.*

6 *Et dicite, Sic viuenti, & tu saluus et domus tua salua, et omne quod est tibi saluũ.*

7 *Nunc autem audiui quod tondentes tibi: iam pastores qui sunt tibi fuerunt no-*

biscum, non effecimus eos ignominia, nec defuit eis quicquam omnibus diebus, quibus fuerunt in Charmel.

8 *Interroga pueros tuos, & renuntiabunt tibi. Inueniant ergo pueri gratiam in oculis tuis: in die enim bono venimus. Da obsecro quod inuenerit manus tua seruis tuis & filio tuo Dauidi,*

Historia ista de Dauide & Nabale multa habet animaduersione dignissima. Pingitur Nabalis à nomine, à diuitijs, à genere, ab vxore, ab animo. Vox Hebraica נבל significat defectum naturali humido: significat enim desipere, & stultum esse. In Deuteronomio vbi scribitur: ita gens stulta irritabo vos, vox ista vsurpatur. Quam vocem Paulus in Epistola ad Rom. reddidit Hoc nomen Nabali rectè conuenisse, postea testis est eius vxor. Habuit oues, & capras, verisimile etiã est, eũ habuisse pascua, oliueta, vineta. Fuit enim ex posteris illius Chalebi, quem legimus fortissimè expugnasse terrã Chanaan, & cõstantissimè restitisse exploratoribus. Itaq; virtutis ergò cepit à Deo locũ peculiarem in Chebron. Illis agris & pascuis nunc iste Nabal fruitur. Nã ex viris bonis nõ semper progenerantur boni. Parentes possunt quidem opes relinquere filijs suis sapientiam aũt & pietatem non possunt: hæc enim pendent ab alio principio. Eaq; de causa Deus illa non dat omnib⁹, ne videri possint ad posteros deriuari per traducẽ, nõ aũt esse ex dono Dei. Nã si semper boni nascẽtur ex bonis, bona videri possent naturalia. Habet iste Nabal vxorẽ singularẽ, prudentia & forma, & sapientia. Nec dubiũ id illi fuisse fuisse grauissimũ tormentũ, quod in talẽ maritũ incidisset. Durus erat Nabal, quod audire nollet rectè monentẽ: erat etiã durus, quod se ita difficilem præberet Dauidi: primũ optimè merito, & de ipso priuatim, & de tota repub. deinde cognito, postremò inopi, & exuli. Erat etiã ebriosus. Atq; hoc illud est, quod in textu dicitur fuisse malis moribus. Ex his colligere possumus, diuitias nõ reddere homines meliores, sed improbos potius inflare, & insolẽtes reddere. Magna aũt est bonitas Dei, qui eas nõ tantũ bonis, sed etiã malis elargitur. Quare ex diuitijs, aut paupertate nõ possumus statuere de beneuolentia, aut odio Dei erga quenquã. Ista enim promiscuè cõtingũt & bonis, & malis. Impij aũt, quãuis maximè abũdent opibus, tamen, vt Solomon ait, non possunt emere sibi sapientiam. Nec vxor prudens & pium ornamento est marito, malo, & impio. Imò ex ea comparatione stultitia & impietas eius magis elucescit. Et impij diuitijs, vxoribus, alijsq; omnibus bonis abuti solent ad exitium suum.

Ambrosius in Epistola ad Irenæum, locum hunc exponere voluit allegoricè. Abigaelem enim ait significare Ecclesiam, quæ, antequam coniungeretur matrimonio cum Christo, virum habuit delirũ & stultum, nimirum philosophos, quorũ, quamuis in oculis hominũ erat illustris & splendida sapientia, tamen ea coram Deo mera fuit stultitia. Est quidem ista non contemnenda allegoria. In qua tamen hoc cauendũ est, ne putemus Ecclesiam cũ Abigaele ex omni parte posse conferri. Nam Abigail antequam nuberet Dauidi, prudens mulier erat, & formosa. Deus autem despondit sibi Ecclesiam, vt Ezechiel ait, cum ea iaceret fœdam in medium abiecta in sanguinibus, non præciso umbilico, non sale condita, non oleo fota, & prorsus in suis sordibus computruisset.

Dauid laborat inopia rerum: tamen maluit mendicando, quàm latrocinio victum quærere. Vidit Nabalem esse diuitem, & cognatum suum: non tamen ex eius pascuis prædas agit, sed procariò aliquid ab illo petit. Etsi non haberet stipendia, quibus aleret milites, tamen nõ patitur eos concutere quenquam, aut cuiusquam Iudæi fortunis manus adferre. At nostri hodie milites non ita modestè se gerunt. Oportet, inquiunt, hoc dare. Et si quis, quamuis verecundè neget, putant iniuriam sibi ingentem fieri. Apud veteres Romanos castrensis disciplina seuerissimè colebatur. Postremõ tamen eò ventum est insolentiæ, vt Cicero scribat, milites Romanos socijs ciuitatibus multò graiores esse, quàm hostes. Ita hodie passim imponuntur ciuitatibus huiusmodi præsidia, vt ciuibus multò potius sit ab hostibus oppugnari, quàm ab illis defendi. Sed huiusmodi milites, cum ita se gerant, satis docent, se non Deo militare, sed diabolo. Cauit Dauid, quantum potuit à rapina, ne suo exemplo latrones & sicarios ad nequitiam faceret audaciores. Hic tanquam in speculo contemplari possumus statum hominum piorum. Nabal impius & stultus, abundat opibus: Dauid vir pius & prudens, esurit & eget. Tamen Paulus ait omnia esse nostra. Et sanè sunt: non tamen vt in ea insolemus, aut illis iniustis rationibus abutamur, sed quod instrumenta quædam & adiumenta sint salutis nostræ. Sed obijcies: Vnde alere potuit Dauid tot milites, si non prædabatur? Imò prædabatur, sed non ex populo Dei, verùm ex Palæstinis & Syris, quos sciebat iamdudum hostes fuisse declaratos à Deo. Sed cum illa præda, vt fit, non esset satis, misit in Carmelum ad Nabalem. Nam Nabal, etsi esset Ziphæus: Maon enim ciuitas est in Ziph, tamen possessiones & greges habebat in Carmelo. Habet autem vox ista, Carmelus tria significata. Primum enim

...in genere significat omnem locum cultum frumento, vineis & pascuis. Deinde est locus eo nomine in tribu Issachar, vbi Elias occidit prophetas Baal. Tertius autem locus est, de quo nunc loquimur, in tribu Iuda.

Dauid cum non tantum armis valeret, verùm etiam eloquentia, dictauit nuntijs suis lucu- *Dauidis ora-*
lentam orationem, qua vterentur apud Nabalem. Primum salutatio, qua vtitur pro proœmio, *tio.*
valde est acuta & operosa. Nam cum Nabal esset diues, precatus est, vt ea illi felicitas esset perpe- *Salutatio.*
tua nec tantum illi, sed etiam familiæ: nec familiæ tantùm, sed etiam armentis, & gregibus. *Sic vi-*
uat. Chimbi hac voce significari putat diuitem: diuites enim & beati, soli videntur viuere. Aut
Dauid illi his verbis bene precatur: ac si diceret: quandiu ego victurus sum, videam eum diuitem
feliciter agentem. Deinde commemorat beneficia, quibus illum affecisset. Cum greges eius *Cõmemoratio*
essent in vicinia, tamen militem suum nihil ex illis rapuisse. Magna solet esse licentia militaris, vel *beneficiorum.*
quod viribus valeant, vel quod facilè latere possint, vel, si capiantur, quòd excusare possint ino-
piam & famem. Dauid tamen suos milites continuit in officio. Ex quo apparet, quanta eius in-
illos fuerit authoritas. Dicit se eis gregibus fuisse pro muro & propugnaculo. Nam fures &
latrones, cum viderent Dauidem ibi esse cum exercitu, non audebant accedere. Eramus ergo, inqui
custodes potius tui, quàm milites. Id autẽ non tantùm dicunt, sed etiam probant à testibus.
Quos verò citat, non quosuis, sed Nabalis ipsius seruos. Ea est modestia Dauidis, vt milites suos
vocet seruos Nabalis, & seipsum eius filium, vel quod essent ex eadem cognatione, vel quod es-
set ætate minor. Sunt serui tui: debes ergo eos aliqua mercede munerari. Vtitur argumento à tem *Testimonia.*
pore. Quoniam in die, inquiunt, bono, hoc est, festo & solenni, venimus ad te. Habes instructum *Sunt serui tui.*
conuiuiũ tonsoribus tuis: ex eo potes nobis partem aliquam decidere. Diuites enim cum tonde-
rent oues, solebant agitare magna conuiuia: vt apparet ex historia de Absolone. Is enim, cum to- *Ratio à tem-*
disset oues, inuitauit ad se fratres suos. Nihil autem præscribunt quantũ debeat dare, sed quan *pore.*
tum, inquiunt, inuenerit manus tua: hoc est, quantum tibi videbitur. Est omninò artificiosa ora- *Oratio Dauí-*
tio. Nihil enim in ea prætermittitur, quod ad petendum adhibendum esse præcipiunt rhetores, *dis fuit artifi-*
primum enim misericordiæ erat: quia Dauid egebat: deinde honestum, quia Dauid illum affece- *ciosa.*
rat beneficijs. Erat etiam facile, quia tempus erat festum, & Nabal iam ornauerat conuiuium: &
quia illi non multum petebant, sed quantum ipse vellet: deniq; etiam erat illi vtile. Nam Dauid
pollicetur, se eius gregem defensurum esse in posterum.

9 *Venerunt ergo pueri Dauidis, & allocuti sunt Nabal iuxta omnia verba hæc, nomine Dauidis: & quieuerunt.*

10 *Respondit autem Nabal seruis Dauidis, & dixit, Quis est Dauid, & quis filius Isai? hodie multi sunt serui qui separant se singuli à facie dominorum suorum.*

11 *Et tollam panem meum, & aquam meam, & victimam meam quam occidi tonsoribus meis, vt dem viris quos non noui vndenam sint?*

12 *Itaq; conuerterunt se pueri Dauidis in viam suam, & reuersi sunt. Quum venissent autem, annuntiauerunt ei secundum omnia verba hæc.*

13 *Et ait Dauid viris suis, Accingat sese quisq; gladio suo. Et accinxerunt se singuli gladio suo: ascenderuntq; post Dauidem fermè quadringenti viri: ducenti autem remanserunt apud suppellectilem.*

Quamuis æquissima fuisset postulatio Dauidis, tamen nihil planè impetrat, quia illi res fuit cum homine stulto & temerario, qui pro beneficijs reponit contumelias. Diuitiæ enim inflant sæpè homines, & feroces atque insolentes reddunt. Quis est iste Dauid? inquit. Quasi eum con- *Quis est Dauid.*
temneret, vt hominem ignotum & obscurum. Quis, inquis? Hebræus est: tribulis tuus est: gener
Regis est: de Republica, & de te ipso bene meritus est: in muliercularum etiam choræis notus est.
Non potuit Dauid obscurus esse, Nam Abigail eum postea salutauit Regem: & Ionathas, & Saul
ipse palam audiente populo dixerat, eum esse regnaturum: & iam in vulgus notum erat, eum vn-
ctum esse à Samuele. Non tantùm in Dauidem contumelioſus est Nabal, sed etiam in eius com-
militones. Eos enim accusat perfidiæ, æquè ac Dauidem, cum ille semper fidelissimus extitisset,
& Saulis ipsi, & Reipublicæ. Auctus inquit hodie numerus est seruorum, qui à suis dominis defi-
ciunt. Sed hæc semper fuit conditio sanctorum hominum. Apostoli dicebantur seditiosi & per- *Dauid cum suis*
turbatores Reipublicæ. Et quid veteres conquirimus? Hodie qui Euangelium ex densissima caligi *accusatur per-*
ne superiorum temporũ restituerunt, appellantur Schismatici, Hæretici, Apostatæ: nimirũ, quia *fidiæ.*
defecerunt à sede Romana. At ostendere non possunt, nos defeciſſe à Christo, à vera Ecclesia, & à

verbo Dei. Quare ista nos conuitia æquo animo & patienter cũ Prophetis & Apostolis ferre conuenit. Tollámne ego cibos tonsoribus meis, & dabo istis? Non iusta petunt. Arguit enã Dauidem iniustitiæ: & eum postponit tonsoribus: ac si quis messorem pluris faciat, quàm eum, qui coluerit & ararit terram. Isti enim tondent tantùm greges: Dauid autẽ seruauerat eos in tuto. Eripiámne cibos meos tonsoribus meis? Atqui dies erat, & habuit quod vtrisq; posset esse satis: Et postea Abigail cum commeatum deferret ad Dauidem, tamen satis reliquit tonsoribus.

Accusatur iniustitiæ, & tonsoribus postponitur.

Grauitas contumeliæ qua affectus est.

Quanta ista contumelia fuerit, ex eo apparet, quod Dauid ea audita statim exarsit. Saulem vitæ suæ insidiantem, & Semei grauissima conuitia iacientem ferre potuit: istum solum non potuit. Qui animo excelso & generoso sunt, acerbius multo conuitia accipiunt, quàm verbera. Eius rei Chrysost. hanc rationem adfert: quod pulsatio, quæ adfertur corpori, distribuitur quodammodo inter corpus & animam. Conuitium autem animũ solum vulnerat. Et Iobus grauius tulit amicorum contumelias, quàm aut fortunarum direptiones, aut filiorum mortem. Et nisi magnum esset patienter audire conuitia. Christus ea ferenti non tanta præmia proposuisset. Dicent inquit, omne malum contra vos: gaudete tamen & exultate: quoniam nomina vestra scripta sunt in cælo. Hic paulum consideremus circumstantias. Quis ista maledicta iacit? Nabal homo vilissimus, si cũ Dauide conferatur. In quem? In Dauidem, hominẽ de ipso optimè meritum. Quando? Cum minimè oporteret: cum Dauid iam miser & afflictus esset. At qualia tandẽ sunt ista maledicta? Maxima, & grauissima. Nabal ergo meritus est magnum malũ. Christus enim ait, eum, qui fratrẽ suum appellat fatuũ dignũ esse gehenna. At Nabal Dauidem appellat perfidũ: quo nihil potest esse acerbius.

Dauid nimis præceps est ad vindictam.

Exarsit Dauid, & se accinxit. Non potest se tenere, quin de Nabale vltionẽ capiat. Ita sancti interdũ turpiter labuntur. Non enim semper reguntur à spiritu Dei. Nimis erat præceps Dauid ad vindictã. Oportuit rẽ consideratius expẽdere: quid enim si nuntij illi mẽtiti essent? aut quid si verba Nabalis supra veritate exaggerassent? Hic videmus, homines renatos tamẽ multũ habere carnis. Ea enim tantũ cohibetur, quantũ frenatur à spiritu Dei. Scriptura sacra cãdida & simplex est: & ista vitia nõ tacet. Nihil enim mẽtitur: sed in medio ponit & virtutes, & vitia. Et certè exempla huiusmodi errorum & lapsuum, non minus iuuant nos interdum, quàm virtutum. Hic enim quisque videre potest, qualis sit natura sua: & si quid rectè & cum virtute faciat, se id non ex se habere, sed ex gratia & spiritu Dei. Dauid ita commotus, non tantùm inflammatur ad cædem, sed etiam excitat & incendit alios: quos tamen antea ab omni insolentia satis represserat. Nos vero cum exagitamur conuitijs, cogitare debemus, quid Christus olim tulerit, quidq; adhuc quotidie in concionatoribus, qui cum æqua tantùm petant, tamen à populo contemnuntur, quid in pauperibus, quid in martyribus patiatur. Christus ea fert: nos ergo ea debemus ferre. Sed dices: Ita nomẽ Dei perpetuò afficietur contumelia. Certè, nisi nos ei malo medeamur. Mederi autem oportet ea moderatione, qua vsus est Christus. Ego, inquit, dæmonium non habeo, Ego multa bona feci. Propter quod illorum vultis me lapidare? Paulus proscindebatur à Iudæis & pseudoapostolis. Ille modestissimè purgauit se & doctrinã suam epistolis, quas ad ecclesias dedit. Postremò hic videre possumus, quantũ situm sit in oratione. Blanda enim & comis responsio emolliuit Saulẽ quantumuis durum: aspera autẽ & cõtumeliosa oratio Nabalis incendit Dauidẽ, quo nihil alioqui erat lenius.

Vitia sanctorũ cur proponantur.

Quid considerandũ dum conuitijs patimur.

14 *Abigail autem vxori Nabal retulit puer vnus è pueris, dicendo, Ecce misit Dauid nuntios è deserto ad salutandum Dominum nostrum: qui inuectus est in eos.*

15 *Et viri boni fuerunt erga nos mirum in modum, neq; fuimus ignominia affecti, nec defuit nobis quicquam cunctis diebus, quibus ambulauimus cum eis, dum essemus in agro.*

16 *Murus fuerunt nobis cum noctu, cum interdiu, cunctis diebus quibus cum eis pauimus pecora.*

17 *Nunc igitur scito, & vide quid sis facturus: nam completum est malum contra dominum nostrum, & contra vniuersam domum eius: quam ipse sit improbior, quam vt possit quisquam eum alloqui.*

18 *Festinauit itaq; Abigail, & tulit ducentos panes & duos vtres vini, & quinq; oues paratas, & quinq; sata polentæ, & centum ligaturas vuarum siccarum, & ducentas massas caricarum: & imposuit asinis.*

19 *Dixitq; pueris suis, Transite ante me, ecce ego post vos venio. At viro suo Nabal non indicauit.*

20 *Fuit verò, illa equitante super asinum, & descendente per abditum mon-*

tis,

Quos Dauid & viri eius descendebant in occursum eius, & occurrit eis.

21 *Porrò Dauid dixerat, Certè frustra seruaui omnia quæ iste habet in deserto, vt nihil deperirit ex omnibus quæ habet: & reddidit mihi malum pro bono.*

22 *Sic faciat Deus inimicis Dauidis, & sic addat, si reliquero ex omnibus quæ habet vsq; mane, mingentem ad parietem.*

Hoc loco tria consideranda sunt. Primùm, indicium serui, qui hæc omnia indicauit Abigaili de prudentis mulieris consilium. Postremò Dauidis præceps & temerarium iusiurandum. Quod ad seruum attinet, apparet eum fuisse prudentem. Nam etsi in homine seruo nihil requiri soleat, nisi fides & diligentia, sunt tamen sæpè multi, qui valeant ingenio & cõsilio. Videtur quidem ita esse natura comparatum, vt qui corporis robore & firmitate valeant, & facti quodammodo sint ad seruitutem, animi viribus & prudentia minus possint. Sæpè tamen aut propter bellum, aut propter inopiam rei familiaris, etiam illi, qui satis instructi sunt consilio, cogunt se seruire seruitutem. Sed illa demum est ingrata seruitus, si seruus prudens incidit in stultum dominum, vt possit conqueri cum seruo illo Aristophanico οὐ δραπέτην πρᾶγμα, δ' ζῶν ἡδὺ, καὶ σοφὸν ἐπιστήμονα δοῦλον. Orationis autem eius hæc summa est, vt laudet Dauidem: reprehendat dominum suum: proponat heræ periculum quod instabat, moneat, vt caueat in tempore, miretur postremò, cur ista non indicarit Domino suo. Videtur iste seruus rem prudenter ad animum fecisse. Nam cum videret nihil spei esse ab hero suo, accessit ad dominam. Ita nos quoq; si quid aut boni impetrare possumus à summo magistratu, accedere debemus ad inferiorem: qui si non facit officio, qui cũ repulsam tulerit ab illo, nõ experiatur apud istũ. Cura quidẽ rei familiaris maximè pertinet ad patrẽfamiliàs: at si ille desit officio suo, proximũ est, vt vxor prospiciat familiæ, postquã in instauranda religione reijcimur inaudita causa à papis & episcopis, qui se in locum patresfamiliàs, nec audiri possumus in concilijs, quid supereſt, nisi vt causam nostrã deferamus ad magistratus, eosq; sui officij moneamus? Quod si illi, vt fit, rẽ eam ad se nõ putabũt pertinere, nos tamen priuatim apud nos officiũ nostrũ nõ debemus negligere. Finis huius orationis est, vt seruas. Bonũ est, quo ad omnia appetunt. Appetimus aũt non tantũ ea, quibus perficiamur, sed etiam illa, quibus liberemur à malo. Adfert iste seruus ad dominã suam, nõ leues rumuscułos, aut aliquam famam, sed veras & certas coniecturas. Prudenter enim suspicatur ex causis, quid futurũ. Dauid inquit, greges, & armenta nostra seruauit in tuto: eius famuli cũ à domino nostro quotidiè cõmeatus muneris loco postulassent, nõ tantum nihil acceperunt, sed etiam onerati sunt donis. Hic tantus contẽptus non dubito, quin Dauidi grauissimã accenderit iracundiã: ea verò semel inflammata haud dubiè erumpet in grauẽ vltionẽ. Ita ille argumentatur à causis. Vtq; herã suã de periculo moneat: non differetur, inquit, periculũ lã iam paratũ est malũ. Iamdudũ enim eius comitem esse malitia. In prochui est, vt veniat cum exercitu, & nos omnes ad vnũ perdat. Hoc etiã antehac factum est, vnũ tantũ seruum ad Abigaelem ista detulisse: neq; enim scriptura dicit venisse plures. Vtq; amplificet Dauidis beneficiũ. Non tantũ inquit, non rapuit quicquam de rebus nostris, sed etiam seruauit, fuitq; nobis instar muri, nec tantũ ipse, sed etiam omnes eius satellites: dq; non semel tantũ, aut iterum sed etiam semper, inter diu noctuq;. Contemptus aũt, cum quemuis mouere possit, multo certè illum grauius accendet, qui attulerit beneficiũ. Fieri potest, vt iste seruus commotus fuerit periculo suo. Facilè enim videre potuit, familiam illã non posse perire, nisi ad se quoq; pari eius periculi peruenirent. Sed siue ille fide, siue metu inductus ista fecerit, nos cogitare debemus fuisse eam voluntatem Dei, primũ ne Abigail, alijq; qui in ea famila extra culpam erant, interirent: deinde ne Dauid se tam graui scelere contaminaret. Deus enim vt antea eum repressit furorem Saulis, ita nunc quoq; retinet, ne manus adferat Nabali. Graue est, si paterfamiliàs nec sapiat ipse per se, nec audire velit rectè consulentem. Potuit iste seruus exemplum capere ex satellitibus Dauidis. Nam si Nabal ita sæuijt in famulos alienos, quid erat facturus in seruum suum? *Festinauit itaq; Abigael.*) Mulier cum videret, quid periculi impenderet & familiæ, & sibi, censuit opem esse præparato. Idq; ad eius laudem plurimũ pertinet. Sæpè enim fit, vt dilationibus occasiones corrumpantur. Itaq; dicere solebant occasionem à fronte tantum capillatam esse, occipitio verò caluam. Nabal Dauidem duplici affecerat iniuria: primũ quod petenti nihil de suis, deinde quòd eũ prosequutus fuisset cõtumelijs. Ad primum Abigail occurrit muneribus, contra aũt mariti placat blanda & molli oratione. Munera videntur facere ad honorem illorũ, quibus dantur. Nõ enim solemus donare nisi dignos. Faciũt etiam ad leuandũ inopiam: qua tum Dauid maximè laborabat. Adfert autem ea Abigail, quæ facere possint ad curandum corpus,

Seruum prudẽs

Summa orationis huius serui

Argumenta, quibus hic seruus vtitur.

Arg. à causis.

Beneficiorũ Dauidis amplificatio.

An hæc seruus dixerit metu an fide motus.

Abigaelis festinatio laudanda est.

panem, vinũ, carnes, & polentam, & ad secundas mensas vuuas, & caricas. Hæc enim hominibus sa melicis sciebat gratiora fore, quam argentũ aut aurũ. Non communicauit ista cum viro suo, quod sciret, eum non passurum, vel fortasse quod videret eũ esse in conuiuio inter pocula, vbi nihil loci est consilio. Sed dices, an licet vxori dare eleemosynas inconsulto viro? Respondeo, si quæ habeat bona priuata, quæ ipsi cum marito non sint cõmunia, ea dare potest, modò id honestè faciat. Communia autem bona largiri iniussu viri, esset matrimonij iura violare. Dandæ quidem sunt eleemosynæ, sed de substantia tua. Iste autem casus alienus est, & extraordinarius. Nam si vir fatuus sit & delirus, vt opus illi sit curatore, vxor prospicere debet rebus communibus. Adhæc vxor redimere debet salutem viri, quibuscunq; potest honestis rationibus. Viri quidem est inferre, mulieris autem conseruare. Sed vt sapiens ait, est tempus seruandi, & est tempus dandi.

An liceat vxori dare inconsulto viro.

Cur ipsa eat.

Non facit ista Abigail per seruos aut literas. Nouerat enim, quæ soleat esse fides & diligentia nuntiorum. Ipsa potius ire voluit. Et in eo sequuta est exemplum Iacobi patriarchæ. Is enim cum rediret in terram suam, & sciret, se Esau fratrem vehementer habere offensum, præmisit ad illum seruos cum armentis & gregibus. Descendit per occultam partem montis, vel vt per cõpendium facilius Dauidi occurreret. Viæ enim publicæ solent sæpè esse longiores, vel ne cui occurreret, à quo posset impediri. Ipsa interea meditabatur secum, apud Dauidem quam orationem esset habi tura. Abigail cum peruenisset iam ad vallem, vidit Dauidem ex aduerso cliuo descendentem. Aliæ fortasse mulieres in tanto periculo aut discessissent à viris, aut fugissent, aut à cognatis & affinibus auxilium atq; opem petijssent. Abigail verò, vt mulier animosa & intrepida, non dubitauit se furenti leoni obijcere.

Cur occultiori via eat.

Hic apparet Dauidis in iurando temeritas & impotentia. Huc eũt eũ induxit cõtemptus, & ingratitudo Nabalis. Hæc enim duo animũ eius prorsus inflammarũt ad vindictã. Verba ista Dauidis hic cõmemorantur, non quod ea Abigail audierit, sed vt intelligatur, quàm opportunè ea occurrerit. Res enim ea cunctationem non ferebat: nec paruũ erat periculũ, quod videbatur impendere. *Certè frustra seruaui.*) In Hebraico est, in mendacium, hoc est, vt ipse me deciperem. Ac si diceret: Ego eum beneficio meo prouocaui ad mentiendum. Debuit ille quidem humanitatem meam aliquo officio compensare. Nunc autem immemor omnis iustitiæ afficit me intolerabili contumelia. Atq; hoc illud est, quod Græcus reddidit ὁ δεῖνα. *Sic faciat Deus inimicis Dauidis.*) Quoniam homines non solent libenter imprecari sibi, malè precatur hostibus suis, vt ait Chimhi. Potest etiam esse iusiurandũ cum formula precandi: ac si Dauid ita diceret: ita Deus mihi subijciat hostes meos, vt ego funditus perdam Nabalem eiusq; totam familiã. *Mingentem ad parietem.* Intelligit vel canem, vel sexum omnem virilem, qui solet vrinam reddere ad parietem. Et quia postea Abigaeli inquit, Deus prohibuit me, ne perderem te: apparet hoc non posse exponi tantum de virili sexu. Nam ita nihil periculi fuisset Abigaeli.

Cõditiones recti iuramenti. Factũ Dauidis expenditur.

Aristoteles in 2. Rhetor. ait conuitia pertinere ad ὀλιγωρίαν: eam autem prouocare vindictam. Ea indignitate cõmotus Dauid iurauit. Hoc iusiurandum temerarium & iniustum est. Hie. in 4. cap. Iurabunt, inquit, in nomine Domini, in veritate, in iustitia, & in iudicio. Legitimũ enim iusiurandum ornari oportet his tribus comitibus, vt & verum sit, & iustum, & cum iudicio susceptum. In primis spectanda est veritas, vt verum sit quod iuramus: deinde iustitia, vt rectum sit, & bonum: postremò adhibendum est iudiciũ, ne temerè, aut passim, aut apud quosuis, aut quacunq; de causa iuremus. Verum quidem erat, quod iurauit Dauid. Omnino enim decreuerat iurata perficere. Iustitia autem & iudicium aberant. Itaq; Deus eum impediuit, & animum eius auertit per Abigaelem, ne cogitata præstaret. Nam quæ erat ista iustitia, ob vnius peccatum velle euertere totam domum, & in ea ne canẽ quidem relinquere, qui reddere posit vrinam ad parietem? nec discernere iustum ab iniusto? Quid enim mulieres, quid seruuli, quid infantes peccauerant? Non ista iusti hominis verba sunt, sed furentis. Sed ita Dauid prorsus oblitus sui rapitur transuersus. Nec meminit legis eius, quam Deus tulerat in 24. cap. Deut. Non punietur pater pro filio, nec filius pro patre. Vnusquisq; portabit peccatum suum. Laudatur Rex Amasias in 2. lib. Melac. cap. 14. quòd sceleratos, à quibus pater ipsius fuerat occisus, interfecisset: filijs autem illorum pepercisset. Atq; eo in loco citatur Lex illa Deut. Acham quidem in lib. Iudicum, cum pallium & lingulam auream ex anathemate sustulisset, iussus est interfici cũ filijs, seruis, gregibus, & vniuersa suppellectile. Et Dathan, atq; Abirom viui absorpti sunt cum totis ipsorum tabernaculis. Sed ista erant exempla exempla iræ & vindictæ Dei: neq; trahenda sunt in exemplum. Deus potest pro suo arbitratu quidvis facere. Nobis autem proposita est Lex communis & ordinaria, quam sequamur. Quidam factum Dauidis sic excusant, quod ista fecerit impulsu Dei. Spiritum enim sanctum, qui eum antea retraxerat à cæde Saulis, nunc eum impulisse ad expetendũ vindictam de Nabale. Sed quid opus est ista

Vult ob vnius peccatum omnes puniri.

Instantia de Acham.

laisset, præsertim cum videamus Dauidem ea de re ab Abigaele iuste reprehen... ma
cum videamus, Dauidem ipsum Deo gratias agere, quod se à nefario incepto reuocas-
oportet Dauidē excusare plusquam ipse velit? Prætextus iste Dauidis, quod ait, Naba- Quid respon-
didisse mala pro bonis, nihili est. Quid enim, an ea causa tu mala reddes pro malis? Ita dendū ratioci-
nationi Dauidis.
in infinitum. Ille tibi malum regereret, & tu vicissim illi, nec vllus vnquam esset
finis. Si Nabal suum officium non fecit, an idcirco tu non facies tuum? Aut si ille iniu-
ea causa tu non eris iustus? Conseruaui, inquies, illi greges incolumes. Quid an te præ-
tactū? Non rapui. An ergo si ista futura præuidisses, rapuisses? Cohibui milites. An ergo
militibus vti prædonibus? Non debes dicere, te ista frustra fecisse. In Dei enim gratiam
non in Nabalis. Et si ille tibi deest, at Deus tamen non deerit. Deus enim sæpè compen-
ea, quæ etsi speciem habeant aliquam virtutum, tamen quoniam fiunt ab impijs, quod
attinet, peccata sunt. Romani veteres colebant iustitiam, viuebant frugaliter, ius dice-
bant æquabiliter. Hæc, etsi videantur pulchra, tamen quoniam nec ex fide fiebant, nec propter
illis peccata erant. Quoniam tamen gerebant præ se speciem aliquam virtutum, & facie-
bant ad conseruationem Reipublicæ, idcirco Deus dedit illis imperium: non quod illi Deo grati
sed vt ordo aliquis in rebus humanis seruaretur. Quare si nē illi quidem, qui alieni sunt à
frustra rectè faciunt, quanto minus putare debuit Dauid, se illa fecisse frustra? Hoc nos exem
moderi debemus, ne leuiter, aut temerè præcipitemus iusiurandum.

25 *Quum autem vidisset Abigail Dauidem, festinauit & descendit de asino, & cor-*
uit coram Dauide super faciem suam, & incuruauit se in terram.

26 *Corruit inquam ad pedes eius, & dixit, In me, (ego dominè mi) iniquitas: propte*
loquatur obsecro ancilla tua in auribus eius, & audi verba ancillæ tuæ.

25 *Ne quæso apponat Dominus meus cor suum super virum impium hunc, super*
Nabal: quia secundum nomen suum sic est. Nabal nomen eius, & stultitia cum eo: ego
ancilla tua non videram pueros domini mei quos miseras.

26 *Nunc autem domine mi, viuit Iehouah, & viuit anima tua, qui prohibuit te Ie-*
houah ne venires in sanguines, & seruaret manus tua te: nunc autem sint sicut Nabal ini-
mici tui, & qui quærunt domino meo malum.

27 *Nunc igitur benedictio hæc quam attulit ancilla tua domino meo, detur pueris*
qui ambulant ad pedes domini mei.

28 *Parce obsecro præuaricationi ancillæ tuæ, quia certò facturus est Iehouah do-*
mino meo domum stabilem, quia prælia Iehouæ dominus meus præliatus est, & malitia
non inuenta fuit in te à diebus tuis.

29 *Et surrexit homo ad persequendum te, & ad quærendum animam tuam: sed erit*
anima domini mei ligata in fasciculo vitæ cum Iehouah Deo tuo: at animam inimicorum
eorum funda iaculabitur in medio sedis funde.

30 *Quum autem fecerit Iehouah domino meo bonum iuxta omnia quæ locutus est*
de te, & præceperit tibi vt sis dux super Israelem.

31 *Tunc non erit hoc tibi domino meo in offendiculum & offensionem cordis, &*
quod effuderit sanguinem sine causa, aut quod fecerit salutem dominus meus sibi: & bene-
fecerit Iehouah domino meo, recordaberis ancillæ tuæ.

Hæc oratio speciem habet actionis iudicialis. Versatur autem maximè in deprecatione. Non Oratio hæc ha-
bet deprecā-
tionem.
enim negat, aut defendit factum sed tantum deprecatur culpam. Vtitur etiam translatione in
Nabalis, & ignorantiam suam, quod ipsa de legatione Dauidis non audisset. Admiscet Deinde trans-
latione.
aliquid suasionis, ne Dauid suam iniuriam vlcisci velit. Quod ad procemiū attinet, Abigail, Postremò sua-
sionem
postquam vidisset in conspectum Dauidis, descendit de asino. Nam alioqui videri potuisset, eius digni- Cur ex asino
descendat.
tatem contemnere. Itaq; Fabius consul cum incederet per publicū, & patrem suū Q. Fabium Ma- Procemium
orationis.
ximum videret sedere in equo, misit statim lictorem, qui eum moneret, vt descenderet. Id senex
molestè tulit, vt gratularetur sibi, quòd haberet filium, qui posset gerere magistratum. Pro
ista Abigail ad pedes Dauidis. Hoc erat captare beneuolentiam. Se appellat eius ancillam: il-
lum autem dominum suum. Hęc videntur antithesin habere ad conuitia Nabalis. Nam ille, Quis,
est Dauid? ac si ignobilis, & obscurus esset: Hæc autem illum salutat dominum suum. Et

quoniam in mala causa petenda est attentio, orat eum, vt se attentè audiat. Crimen totum in ipsam transfert: quod plurimum facit ad placandum animum iratum. Quid enim expectare magis potest, quàm vt reus vltrò se subijciat & offerat ad supplicium? Opponit se pro viro suo, nocentem pro sonte. Mutatio enim huiusmodi personarum præcipitur à Rhetoribus, & multum prodest. Multa enim alijs facilè dantur, quæ iure ac meritò negantur alijs. Ita Christus se pro nobis interponit apud patrem: & peccata nostra perfert in suo corpore.

A stultis contemni non est graue.

Ne quæso apponat dominus meus cor suum super virum impium hunc.) Deprecatur culpam stultitia Nabalis. Non debes, inquit, hominem fatuum tanti facere. Stulti enim, si quem contemnant, non faciunt id cum iudicio, nec eius, quem contemnunt, æstimationem possunt lædere. Nec prudentes tanti faciunt, si aut à mulierculis, aut à pueris, aut à motionibus cõtemnantur. Videntur se nihilo minoris futuros apud sapientes. At si à prudentibus contemnantur, id indignè ferunt. Leo, cum sit animal generosum, non captat nisi robustas bestias: infirma aperè animadversa contẽnit. Tertullianus in Apologetico. Obijcitis, inquit, Reges nobis aduersari. At quos Reges? quos vos ipsi detestamini, Nerones, Caligulas, Domitianos. Ab istis odio haberi honorificum est.

An peccet virum suum appellando stultum.

Sed non videtur Abigail functa officio probæ vxoris, cum virum suum appellat stultum. Atqui fateri debemus, eius stultitiam decantatam iam fuisse, & in vulgus notam. Itaq; Rabbini quidam aiunt hoc illi cognomen impositum fuisse à stultitia. Deinde ista dicit, vt virum seruet. Chirurgus enim partem aliquam carnis interdum amputat, vt totum corpus sit incolume: quod erat alioqui periturum. Hæc forma excusandi vsitata est in sacris literis. Ita enim Christus in cruce excusat illos, à quibus occidebatur, Ignosce illis: quoniam nesciunt, quid faciant. Ita excusat illorum stultitiam, & ignorantiam: non quòd prorsus excusandi essent eo nomine: sed quòd ita possent aliquo modo commendari. Et cum discipuli ægrè ferrent, quòd viderent Pharisæos offensos, Christus respondit, sinite illos: cæci sunt, duces cæcorum: indigni quorum ratio habeatur. Sed quoniam obijci poterat, si vir tuus fatuus erat, te tamen, cùm valeres ingenio, oportuit ista curare: respondet Abigail, se de illa legatione Dauidis nihil audiuisse. Atque ita obscurè perstringit illos, quòd nihil sibi indicassent.

Vsitata excusatio per ignorantiam.

De fatuitate.

Quoniam autem incidimus in fatuitatem Nabalis, intelligere debemus, aliam esse quæ cum hominibus vnà nascatur, & dici posset naturalis: qua qui laborent, digni videantur misericordia: aliam autem, quæ ab impietate & malitia ingeneratur. Hoc genere stultitiæ certum est laborasse Nabalem. Dicitur enim filius Belial. Ea est autem vis impietatis, vt homines stultos & amentes reddat. Itaq; scribitur, Excæcauit eos malitia ipsorum. Et Paulus in Epistola ad Romanos cum dixisset sapientes & philosophos inuisibilia Dei ex ipsa creatione mundi, & æternam potentiam, & diuinitatem Dei intellexisse, subiecit, [illegible]. Cum enim nouissent Deum, tamen illi gratias non egerunt. Sed pro suo insano sensu finxerunt, illum non curare res humanas, nec videre, quid inter homines gereretur: ita bonum, vt male peccantes non afficeret: postremò, qui signis quibusdam & imaginibus coli vellet. Ita insaniunt [illegible]. Hieremias ita inducit Deum querentem, Populus meus stultus non cognouit me. Quo loco Hieronymus, Ea vera est, inquit, stultitia, non cognouisse Dominum: præsertim verò, cùm bos & asinus cognoscant herum suum. Et Dauid in Psalmo, Dixit, inquit, insipiens, in corde suo, Non est Deus. Quo in loco vsus est hac ipsa voce, Nabal.

Suadet vt remittat vindictam.

Abigail cùm deprecata esset pœnam, multis rationibus suasit Dauidi, vt remitteret vindictam. Primùm sumitur ab authoritate Dei. Non debes, inquit putare, me miseram mulierculam tibi ista dicere, Deus ipse me excitauit, vt te à scelere retraherem. Illi fidem habere debes, non mihi. Quò autem illum magis moueat, interponit iusiurandum. Non temerè, aut leuiter ita iurat: sed vt seipsum & maritum liberaret à periculo, & Dauidem reuocaret à cæde.

An certa fuerit de eo quod iurat.

Quoniam autem iurare non oportet nisi de re certa, videbat illa se moueri non tantum interno impulsu spiritus, sed etiam æterno verbo Dei. Quisq; enim debet fratrem suum à peccato, quantum potest prohibere. Nam si iubemur bouem, aut asinum educere, si fortè hæserit alicubi in fossa, quantò id magis præstare debemus fratri nostro? Facit autem id Deus modò per scripturas, modò per concionatores, modò per amicos nostros: quos putare debemus, haud dubiè missos esse à Deo, vt succurrant infirmitati nostræ. *Viuit Iehouah.* Hieronymus putat hoc iusirandum habere antithesin ad idola. Illi enim dij, quales erant, Saturnus, Iupiter, Mars, erant reuera mortui: Solus autem Deus verè viuit.) *Viuit anima tua.*) Videtur iurare per creaturam. Atq; hinc Papistæ colligunt, fas esse iurare per sanctos. Nos autem vt intelligamus, quanta illi cum ratione dicant, statuere primùm debemus, quid sit iusiurandum.

An liceat iurare per sanctos.

Est ergo iusiurandum attestatio diuini nominis ad confirmationem eorum, quæ aut diximus, aut promisimus. Cùm Deus aduocatur testis, defertur illi cultus, isq; summus & singularis. Ita enim testamur, Deum præsentem esse vbiq;. & omnia videre, & vindicare velle, si quis delinquat. Itaq;

non con-

Deum. Nam Angelinec vola fuit,nec vident omnia. Cultum
oportet à nde. Tam vero,quoniam de angelorum præsentia nihil ex
,necesse est,nullam esse. Quid ergo illos aduocamus testes,à quibus
Deus tibi punire nō possunt,quos volunt. Quare ista pertinent ad solum
Deum tibi obtemperare,&c. Diuges Dominum Deum tuum,& illum solum
ea eius,hic iusiurandum adiungitur ad cultum Dei. Itaut ergo & illa
ret per tantum & tuleret. Et Manichæi,cum iurarent per lumen. Hie
Christi apud Matth. Non iurabitis neq; per cælum,neq; per terram. Non
,sed non iuremus per creaturas. Et in Concilio Carthaginē. 4. Cap. 100.
Clericus,vetitum est,ne quis iuret per creaturas. Et addetur,Si Cleri-
ex communicetur,& deponatur. Sed annotare debemus,Deum aduocari te- *Bifariam Deus vocatur testis.*
non simpliciter,sed vel cum votis & precibus,vel cū diris & exercrationibus. Cum
dicimus:Ita viuam;ita me Deus adiuuet. Sic Ioseph iurauit,viuat Pharao,ac si di
,vt hoc verū est,quod dico. Et consueuerāt olim iurare per genium Cæsa-
. Sed ea formula sublata est in Codice. Diræ aūt sunt huiusmodi:mē
Ita Dauid in Psal:Si feci,inquit,istud,& est iniquitas in manibus meis,au
& cōculcet ad terrā vitā meā. In istis duabus formulis nihil obstat, quo mi- *Quomodo res soluuntur iuramenta illa.*
alicuius creaturæ,cui aut bene velimus,aut male, Nomen aūt illud
interponitur. Neq; enim sic dire,cū aut plenū iusiurandū. Ita enim resol-
ipse est,ita Deus det mihi vitam,aut ita disperea,hoc est,ita me perdat Deus:
primitur:cum reuera vniuersa vis & attestatio iurisiurandi ad illam solum re
,cum dicimus:Hæc mihi faciat Deus,& hæc addat,exprimitur nomen Dei
Hæc ergo Papistas nihil iuuant,vt hinc efficiant,licere Diuos mortuos
. *Nunc autem sint fœtæ Nabal manicæ tuæ.*) Ratio argumenti hæc est: Pru- *Secunda ratio.*
rare res superuacaneas & inutiles. Inutile autem est,velle expetere vindi-
Deus enim vleiscetur iram suam in illam,etiam sine tua opera. Quare debes
Quidam putant,Abigaelem his verbis prophetice prædicere,quid ma-
Potest autem etiam non incommodè hic exponi:Conuitiatos quidem est
vt te posset lædere. Vtinam omnes hostes tui feddantur ita imbecilles &
Dauidis auerat prorsus à cogitatione vindictæ, offert illi munera:eaq; *Munus dicitur benedictio.*
quemadmodum Paulus pōq; sanctorum munera appellauit . Nam
Laudamus autem vel verbis,vt rebus ipsis. Qui munere aliquem afficiat,
laudare. Ita & Iacob locutus est ad Elau:Distribuat sedulis suis. Est in his ver
dicerent. Ista tua quidem virtute non sunt digna: Distribue tamen illa
nunt,illam antea ignarum fuisse,quid ageretur. Nam cum nunc victrō ita prō
dōn negasset petita. *Quia certe fidelem edificat Iehouah Dominus mihi domum fi-* *Tertia ratio.*
quod domum,id est,certam,stabilem,constantem, vt regnum perpetuō sit in
ait ad regnum Saulis. Nam in eius domo possessio regni infirma erat & ca-
quæ,nobis domum nostram,etiam Deus tibi seruabit tuam. Deus tuus be-
benefactorem imitari. Quod si tu deos illinc feceris, fortasse euertes res tuas.
Deus dedit tibi robur,vt prælieris prælia Domini. Ea tu non debes tanta tui
Sed addiscens latrocinia tuis tantis victorijs. Deus enim te ad pugnan-
ad latrocinandum. Ita prudens mulier admonet Dauidem muneris neq; officij
Abigaelem dixisse prophetice, quod Deus illi iucus in animo indicasset,
regem. Verisimilius autem est necamt iam in vulgus fuisse inaugurationem. Qui-
Addit enim postea. Quod loquutus est Dominus de te. Comendat eum etiam
inquit,non est inuenta iniquitas in manibus tuis,
ad persequendum te.) Addit etiam aliam promissionem. Homo quidam,inquit, *Quarta ratio.*
eum coegit in angustias. Si tu nobis pepercerit, nunquam ille auferet vitam
quemadmodum lapis excutitur è funda. Futurum vt,quod ait,vita tua erit colligata *Quinta ratio.*
magnis curis) tolentes diligenter colligare,ne nobis eripiatur. Contra autem
illi,velut abrumpentur à manu Domini. His verbis Abigail prædicit futu-
verbis,fœmina tua colligabitur apud Dominum,quidam ad seruum
legem obedientiæ voluntatem spiritu

genter & secundò seruatis. Deus impios autem, quòd non seruent, [illegible]

Colligatio illa ad quam vitam pertinet.

hanc vitam: quasi Abigail dicat. Homini iusto [illegible] hic vivit, [illegible]
ligatus cum Deo alij ad aliorum vitam: quòd quemuis pij in hac vita [illegible]
mon in altera, ac sempiterna societate colendi sint cum Deo. [illegible]
Hic enim interdum ille colligatio ibi perficietur. Verum [illegible]
multa pati & sanguine ac morte sua tueri voluerunt. [illegible]
ste, & ab illis auertit malum. De hoc vinculo Paulus [illegible]
stro Christo. Nam tribulatio, num angustia, [illegible]
culum, num gladius? Sicut scriptum est, propter te mortificamur [illegible]
ues destinatæ occisioni. Sed in his omnibus [illegible]
autem sum, quòd neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principatus, [illegible]
tia, neq; futura, neq; altitudo, neq; profunditas, neq; alia creatura vlla poterit [illegible]
ritate quæ nos Deus prosequitur in Christo Iesu Domino nostro. Et Christus [illegible]
tione sit apud Ioannem: Oues meæ vocem meam audiunt, & sequuntur me. Et [illegible]
capere de manu mea. Quem autem fecerit Iehoua Deus noster saluum.)

Sexta ratio.

Conscientia.

Postquam Deus tibi benefeceris, & ut potius feceris rerum, non erit tibi hoc [illegible]
dis tui. Pollicetur, quasi præmij loco, ingens bonum, tranquillam conscientiam. Cum [illegible]
horribilis est conscientia perturbata. Itaq; Cicero sit non esse eas furias, quæ [illegible]
sed eas, quæ perpetuò verberant & cruciant animos scelerib⁹ alicuius male sibi [illegible]
di homines, cum in suis conscientijs nihil videre possint nisi sordes & flagitia, [illegible]
templentur, auertunt oculos suos ad aliorum facta, atq; ita sunt [illegible]
& commodum est considerare res à se præclarè & cum virtute gestas, ita contra scelera & [illegible]
interni grapisemus est animi cruciatus. Quamuis enim præterire videatur flagitium, [illegible]
mittitur, tamen perpetuò cubat in foribus, nec patitur authorem tranquille esse [illegible]
cient ista ad munus & vocationē Dauidis. Principem enim oportet sæpè versari in [illegible]
si libera sit conscientia, non dubitabit quocunq; tempore aut loco occumbere. At si [illegible]
ius recordatio semper versetur in oculis, semper putabit impendere vitionem. Postremò
plurimum ad modestiā subditorū. Illi enim, si quod videant insigne vitium in principe, [illegible]
imitari. Putant enim illos, quæ ipsi faciant, velle etiam [illegible]
tas causas cognoscere, & dicere sententiā, quomodo potest [illegible]
se quoq; contaminatum esse eodem scelere. Qui iudicas alium, inquit Paulus, [illegible]
Statim enim reclamat conscientia: tu ipse idē hoc flagitiū designasti: tu quoq; idē [illegible]

Cur ita claudat orationem

colligere possumus generalē sententiam: Homines flagitiosos semper secum [illegible]
rictam conscientiam. Postremò ita claudit orationem, Recordaberis ancillæ tuæ.) [illegible]
eam prophetico spiritu prædicere, se fore vxorē Dauidis. Potest tamen non [illegible]
neraliter. Nā si quid salutis alicui prædicimus, solemus addere: in tanta tua [illegible]
mei. Ita Iosephus, cum prædixisset pocillatorem Pharaonis rediturum ad [illegible]
cij, vbi hæc euenerint. Memor esto mei. Potest etiam hic esse sensus, Abigaelem [illegible]
balem esse moriturum, & se fore viduam prudenter considerasse, cum [illegible]
no præsidio. Hæc illa oratione & Dauidem reuocauit à scelere, & seipsam [illegible]
mit à periculo.

32 *Et ait Dauid ad Abigail, Benedictus Iehouah Deus Israelis, qui misit [illegible]*
te occurrere mihi.

33 *Et benedictus eloquium tuum, & benedicta tu quæ prohibuisti me hodierno [illegible]*
uire in sanguine, & seruare manui meæ me.

34 *Et certè viuit Iehouah Deus Israelis, qui prohibuit me ne malefacerem tibi,*
quod nisi festinasses, & venisses in occursum mihi, non remansisset Nabali [illegible]
tem masculum, mingens ad parietem.

35 *Accepit ergo Dauid è manu eius quæ illa attulerat ei, & dixit illi, Ascende*
pace in domum tuam, vide, audiui vocem tuam, & suscepi faciem tuam.

Modestia Dauidis.

Dauid accepit illa ex diuina agnitione præcauens & temeritatem fœminæ, & Deo [illegible]
qui sibi subuenisset in tempore. Tanta fuit modestia Dauidis, non [illegible]
quidem admonentem. Pudeat quoq; cum reprehendere aut à Nathane, [illegible]
ri. Sanctissimus vterq; erat, & agnoscunt errorem suum, [illegible]
reprehenderetur à Paulo, quòd [illegible]

priorem

...ſe in illo munere, aut melius ſcire, quid eſſet agendum, quàm illum, ſed ſtatim de-... eſt ſe erraſſe. Hoc nos quoq; ſequi debemus in Dauide, vt ſi quando reprehen... fortaſſe modeſtè patiamur. Papæ autem & Epiſcopi, cùm manifeſta ſua ſcelera, ... ſiones, & idololatrias reprehendi nolunt, & concionatores pios, libroſq; à ... ſcent comburunt, quo ſpiritu præditi ſint, ſatis docent. Dauid vt erat infir... mus. Sed hoc inter illum & iſtos interfuit, quòd ille reprehenſores audire vo...

...Deus Iſraelis.) Erat quidem Deus totius mundi. Peculiariter tamen dici... quòd eum Rempub. vero ſui cultu maximè ornauerat, quodq; in ea maximè agno... gratias de gaudio & prudentia Abigaelis. Ea enim vſa fuerat huiuſmodi argumentis, ... quibus Dauid vehementer commouebatur. Itaque ea laudat, tanquam profecta à ... eſt ea vis externi verbi, vt per ſe mouere poſsit. Niſi accederit Spiritus Dei, qui in ... ſuorum cor, nihil agitur. Agnoſcit ergo Dauid, eſſe iſta inſtrumenta Dei. Itaq; ipſi ... orationi aut prudentiæ Abigaelis, aut aſſenſui & voluntati ſuæ. Deus enim vnicus ... boni. Neq; cum illo certandum eſt de finibus, vt dicamus hoc noſtrum eſt, hoc ... quid eſt, tribuendum eſt Deo. Nam alioqui non auferretur gloriatio. At Pau... lus, quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis? ... lentis, neq; currentis, ſed miſerentis Dei. Nos enim non ſumus idonei qui vel co... tanquam ex nobis. Deus eſt, qui operatur in nobis & velle & perficere pro ſua bo... Quia noſtrum eſt, inquit Auguſtinus ad Simplicianum, qui neſciat, bonam voluntatem Dei? Quare non ſatis eſt nobis proponi verba. Oportet etiam vt Deus intus nos ... manemus rebelles, & repugnamus verbo Dei. Neq; Deus ita omnes afficit: Mul... in præcipitium: idque maximè ſuo merito. Sunt enim ſua natura mali: & alunt in... malum: tantum abeſt, vt illi reſiſtant. Theodoſius Imperator lapſus eſt grauiter: ... catus eſt ante patratam cædem. Poſtea reprehenſus eſt per Ambroſium. Nabal autem ... cabatur, quin conuitia faceret in Dauidem. Habent quidem omnes ſuos quoſdam im... ... bonum, & ſuas quaſdam reuocationes à malo. Impelluntur quidem, & reprimun... ... erat ſatis. Auguſtinus ad Simplicianum: Voluntas, inquit, fertur in bonum: ... cuiuſq;, vt illud, quod offertur, illi bonum videatur. Non omnes mouen... impelli poſsint. Omnes quidem vident bona & mala: ſed id non eſt ſatis, niſi ... conſequatur. Non ſatis eſt iaciſſe telum, niſi arte & viribus torqueatur. Quid er... ... ſtipites? Minimè: trunci enim & ſtipites nec vident, nec volunt. Nos vtrun... ... iſte trahatur, ille non trahatur, inquit Auguſt. noli iudicare, ſi non vis errare. ... omnes trahimur, id non Dei vitio fit, ſed noſtro. Verùm humana ratio hic qui... ... omnes trahi eodem modo. Quod tamen Deus non vult. In hac re duo nobis cre... ... Deum miſereri cuius velit: deinde quod non miſereatur omniũ, id nullo fie... ... & agnouit Dauid. Itaq; egit Deo gratias, & quod hæc indicaſſet Abigae... ... dimiſſet, & quod ipſe in animo commotus eſſet.

...Dauid omnem retulit in Deũ, cõmunicatur etiam cum Abigaele. Bona enim ... tribuitur inſtrumentis. Ita Paulus ait, ſe genuiſſe Corinthios & Galatas: & ... eiusque potentia Dei: re tamen vera opus vniuerſum à ſolo Deo proficiſcitur. Nam ... in ſe ſperetur, & cederet ad orationem Abigaelis, id non à ſeipſo habuit, ſed à ... beneficium eſt, & quod facimus benè, & quod deſiſtimus à malo. Duplex enim ... & vtraq; pendet à ſolo Deo. Sed dices: Dauid iam lapſus erat. Animo enim deſti... ... hoc ſatis eſt coram Deo. Nam qui videt mulierem ad concupiſcendum eam, ... in corde ſuo. Quomodo ergo agit Deo gratias, qui ſe repreſſerit à peccato? ... recepta in corde pertinere ad idem genus, ad quod reipſa & opere perpetra... ... grauia. Si quis mulierem concupiſcat, peccatum quidem eius pertinet ad ... tamen quòd grauiter peccauit, atq; ſi adulterium reipſa commiſiſſet. Peccatum ... animo reconditur, minus vehemens & potens eſt, quàm cum erumpit ad faci... ... eſſent impedimenta legum. Flumina enim vaſta & tumentia perrum... ... latè vagantur per campos: parui autem riuuli facilè ripis ſuis continentur. Hic vi... ... modis homines reprimere. Primùm, vt ne in animo quidẽ peccatum ... ſe cogitaſſe quidem vnquam de cæde Saulis: deinde, vt, quamuis pecca... ... ſentiat, tamen reprimamus à facto: poſtremò, vt, ſi peccatum reipſa patra... ... pœnitentiam, & redeamus in viam. Ita Dauid cum cõmiſiſſet adulterium,

Qgemodo à Deo trahamur.

Qgibus de causis Dauid gratias Domino egit.

Actiones tribuuntur inſtrumentis.

An Dauid ſit repreſſus cum animo peccarit.

Tribus modis Deus à peccando reprimit.

reuocatus est per Nathanem. Primum quidem horum in primis optandum est, quod si non contigerit, at constituendum est in secundo: tertio verò nisi hæremus, actum est.

Munere accipere est animi placati indicium.

Accepit ergo è manu eius quod illa attulerat ei.) Accepit Dauid Abigaelis munera. Id enim erat animi placati. Quem enim oderunt homines, eum solent reijcere cum muneribus. Vt ergo sacrificuli Papistarum, quid faciant, qui sese iactant quotidie offerre sibi Deum. Nam duplici bis peccant. Primùm, quòd dicant se offerre Christum patri suo, quem offerre non possunt: deinde etiam, quòd putent, quamuis ipsi sint nequissimi, tamen mundus illud sanum gratum fore. Munera enim placere non possunt, nisi ille qui dedit, prius placeat. Vt enim alter amore mouetur, vt det, ita alter amore mouetur, vt accipiat. *Ascende in pace in domum tuam.*) Absolutus & remissis. Do tibi, quæ petis. Ita Christus mulieri peccatrici. Remissa, inquit, sunt tibi peccata tua. Vade in pace. Pax autem animi nulla esse potest sine fide. Hic videmus Abigaelem impetrasse salutem & sibi, & viro, & familiæ. Impius quidem erat Nabal, tamen propter vxorem culpa illi condonatur. Id certum est perpetuò fieri in rebus humanis. Quòd enim nefarij homines permanent, id euenire, ac non statim perdantur, id debent iustis. Ita enim Deus pollicitus est, si velle parcere ob Sodomæ, tantum si inuenirentur in ea decem iusti. Dauid prudenter & pièabiurat iusiurandum.

Iuramenta quæ tenus seruanda.

Iureiurando enim & voto (nam de vtroque idem sentiendum est) non sunt vincula iniquitatis, sed tantùm stimuli quidem ad rectè agendum. Quare si ex temerè concepta & nuncupata sunt, prudenter & consideratè renocanda sunt. Neq; enim imitari debemus Iephthe, qui mactare filiam suam, quàm votum temerarium rescindere. Nullum hic aliud periculum est, nisi ne videamur contemnere Deum. At si quis non ex contemptu sed ex reuerentia erga verbum Dei reuocat iusiurandum, aut votum, quòd videat se id non posse præstare sine peccato, non peccat. Illi illi potius grauiter peccant, qui quod stultè promiserant, volunt etiam impiè perfolere. Peccant tamen etiam illi, qui aliquid imprudenter iurant, aut vouent. Videndum enim erat, ne quid temerè committerent, quod post esset reuocandum.

36 *Venit itaq; Abigail ad Nabal, & en erat ei convivium in domo sua quasi convivium regium, & cor Nabal iucundum in eo, ipse q; erat ebrius valdè: ipsa autem non indicauit ei quicquam nec parvum nec magnum, vsq; ad lucem matutinam.*

37 *Postera autem die quum digessisset vinum Nabal, indicauit ei vxor sua verba ista, & emortuum est cor eius in medio eius, & fuit in lapidem.*

38 *Quum aut transissent fere decem dies, percussit Iehouah Nabal, & mortuus est.*

39 *Audiens autem Dauid quod mortuus esset Nabal, dixit: Benedictus Iehouah qui iudicauit iudicium opprobrij mei de manu Nabal, & seruum suum prohibuit à malo, & malum Nabal reuerti fecit Iehouah in caput eius.*

Impiorum securitas.

Abigail reuersa domum inuenit Nabalem securum in conuiuio. Impij enim tum maxime securi sunt, cùm impendeant summa pericula. Nam cum dicunt pax & securitas, repentinus eis imminet interitus: vt dolor inexpectatus opprimere solet parturientes. Ita Babylon capta est, cùm Rex Balthazar produxisset vasa sacra in contemptum Dei, & versaretur inter scorta & pocula. Arius, cum iussu Imperatoris reuocandus esset Ecclesiæ, & iam animo secure esse, mortuus est itinere. Ita Iulianus Apostata cum certus esset de victoria contra Persas, & animum gestaret delendi nem Christiani nominis, interfectus est è vestigio. Ita Iulius Cæsar cum pridie vehementer concionatus curè disputasset de optimo genere mortis, postridie interfectus est in senatu. Ita Christus dixit, nocte repetent à te animam tuam: Ista autem, cuius erunt? Ita Bernardus prædicauit olim. Tu ipse, qui ea parasti, cuius eris? Ita securitas hominibus carnalibus ex eo nascitur, quod contemnunt Deum, & sibi persuadent, eum nunquam sumpturum pœnas de peccatis illorum.

Vndeluis securitas nascatur.

Spiritualis securitas, quæ nascitur ex vera fide & certa persuasione de misericordia Dei.

Luxus Nabalis.

Erat ei conuiuium in domo sua quasi conuiuium regium.) Notatur hic luxus Nabalis. Primùm enim homines interdum conuiuantur se si essent principes. Christus autem nouissimos vult esse. Deinde mus, ne corda nostra grauentur crapula. *Ipse q; erat valde ebrius.*) Hoc stulti & bruti faciunt, ipsos obruant vino, & omnem prorsus rationem extinguant. Plenus est hodie totus terrarum orbis iusmodi Nabalibus. Duri sunt, si quid petas, prauis moribus, contumeliosi, luxu illitterati, lapides, postremò & truncí. Nullum est peccatum ebrietate sordidius. Vincit enim omnes vitiorum pestes, non vnam tantum horam, sed maiorem partem vitæ. *Ipsa autem non indicauit ei quicquam.*) Abigael cum virum videret ita affectum, tacuit. Occasiones enim captandæ sunt, si quid monere velis: vt medici solent, si quid volunt ægroto propinare. Non tum, cum

Ebrietatis fœditas.

Occasiones ob seruanda in monendo.

non vult.

ebrium. Expectat potius vt animum colligat,& ad se redeat. Alioqui videbat,se a-
cum absente,& verba facturam mortuo. Ebrij enim nihil rectè vident,sed omnia peruer-
tunt. Quemadmodum enim externi illorum oculi ita offuscantur, vt simplicia illis dupla
& recta, incurua: ita animus excæcatur, vt bonum malum esse arbitretur,& malum

Factum autem die quum digessisset vinum Nabal,indicauit ei verba ista.) Postridie,cum illum vi-
dissem edormisse,rem illi omnem indicauit. Nihil tamen hic audimus acerbæ reprehensio
nis potuisse esse,vt rem illi simpliciter proponeret. Eo audito ita emortuum est cor Nabalis,
vt non facere officium suum,& corpus calefacere. Grauiter enim commouentur spiritus ve-
hementibus & repentinis affectibus. Insperata enim opinio de ingenti alquo bono,aut malo,ita *Affectuum rea pentinorum vis.*
mouet & affligit cor,vt legamus quosdam timore,dolore,gaudio fuisse mortuos. Cogitauit se-
cum Nabal,quàm parum abfuisset ab externo exitio: deinde videbat,si Dauid vellet vim facere,se
nullo modo posse euadere. Atque ita diriguit in lapidem: & qualem omnem vitam egerat,tali
mortuus est morte. Vt truncus vixerat,ita nunc mutatur in truncum. Miraberis fortasse quan-
tam fuerit vis orationis Abigaelis,quæ Dauidem furentem placare potuerit,& Nabalem mœ-
rore extinguere. Sed scire debes,Deum fuisse,qui eius verbis vim addiderit. Etsi enim hominum *Vnde tantam vim habuerint verba Abigaelis.*
verba infirma sint & frigida, tamen cum vibrantur à spiritu Dei,& magna vi torquentur in ani-
mos auditorum,ibi demum incipiunt esse potentia,vel ad salutem,vel ad perniciem. Idem con-
tigit verbis Petri ad Ananiam & Sapphiram. Impij in eiusmodi angustijs nihil habent,quò se reci-
piant. Neq; enim fidunt Deo,nec eum inuocant. Cum vident impendere præsentem mortem,ni-
hil restat,nisi vt desperent. At contra Ezechias cum audisset grauia illa verba,Dispone domum
tuam,morieris,non desperauit: sed grauiter animo commotus conuertit se ad parietem,

Cumque illi transissent ferè decẽ dies.) Tam diu decubuit Nabal ad hunc modum,vt omnes videre
iudicia Dei. Deus enim ea obscura esse,& homines latere noluit. Decẽ dies cõtinuos con-
fecit,ne videri posset aut fatali,aut naturali morte obijsse. Potuisset quidẽ pro cõditione corpo-
ris diutius viuere: sed hoc illud est,quod Dauid ait in Psal. Impij non dimidiabunt dies suos. Qui *Quare tot dies decubuerit.*
putant Nabali spacium decem dierum datũ ad pœnitentiam: quanquam eum egisse pœniten-
tiam non apparet. Imò contra scribitur,diriguisse illi cor instar lapidis. Rabbini quidam putant,il-
lum diu dedisse pœnas propter decẽ illos seruos,quos Dauid ad ipsum miserat. Sunt qui dicãt
illum ita animo concidisse,quòd vxorẽ in Dauidem vidisset tam fuisse liberalem: probabilior
tamen causa est,quod sibi timeret à Dauide. *Percussit Iehoua Nabal.)* Hoc additur,ne quis suspi-
cetur aut veneficio,aut suasu Dauidis,aut à familia iussu Abigaelis fuisse sublatum. Nihil *Quare Deus illum dicitur percussisse.*
erat veneno,aut gladio opus est,si quem ferire velit. Veniet aliquando,& certè veniet,& spi-
ritus sui interficiet Nabalẽ nostrũ Romanum. Is enim omnibus numeris & partibus Nabalem
refert,vel potius longè superat: nã durus est,potens est,diues est,ebrius est,contumelioſus est,&
impius in Christum eius. Mora quidem ista lenta est,sed iusta tamen. Nos interim discamus vin-
dictam relinquere Deo. Dixerat Nabal apud se,non est Deus: non est,qui de me vindictam su-
mat: nunc sentit. Idem apud se hodie dicit Antichristus: & idem aliquando sentiet. Funus
illius non celebratur luctu,vt Samuelis. Nec mirum: perijt enim & animo,& corpore. Pij qui-
dem morientes,relinquunt sui desiderium: impij verò nihil melius faciunt,quàm cum discedunt
e mundo. Mors aũt sanctorum pretiosa est in conspectu Domini.

Audiens autem Dauid quòd mortuus esset Nabal.) Dauid lætatus est: non ob mortem Nabalis,
quam ab eius charitate alienum esset: lætatur ergo de iustitia Dei. Ita enim ipse in Psalmo scri-
bitur iustus,cùm videbit vltionem peccatorũ,& lauabit pedes suos in sanguine illorum. *Causa lætitiæ Dauidis.*
Quum patefiunt iudicia Dei,pij hominis est illis applaudere. Alia causa eius lætitiæ fuit,quòd
ipsum à vindicta repressum,ne author esset eius vindictæ: nam obiectum lætitiæ bonum est. Id Dauid
sibi eo tempore duplex esse: alterum de iustitia Dei: alterum,quod se videret retractum à
malo. Impij verò si prohibeantur à peccato,æstuant animo,& impatienter ferunt: at pij ex eo
maiores voluptatis capiunt,quàm si opes infinitæ obtigissent.

40. Misit insuper Dauid,& locutus est ad Abigail,vt acciperet eam sibi vxorem.

*41. Venerunt itaq; serui Dauidis ad Abigail in Charmel,locutiq; sunt cum ea dicen-
tes: Dauid misit nos ad te,vt accipiat te sibi in vxorem.*

*42. Quæ surgens incuruauit se in faciem in terram,& dixit,Ecce ancilla tua in ser-
uum ad lauandum pedes seruorum domini mei.*

43 *Festinans ergo surrexit Abigail, & insedit asino, & quinq; puellæ eius, quæ ambulabant ad pedes eius, atq; abijt post nuntios Dauidis, & fuit ei vxor.*

44 *Sed & Abinoam accepit Dauid de Iezrel, fueruntq; etiam ambæ vxores.*

45 *Saul autem dedit Michol filiam suam vxorem Dauidis, ipsi Palthiel Laisi qui erat de Gallim.*

Quod superest ex hoc capite distribui potest in tres partes. Quarum prima habet petitionem Dauidis: altera consensum Abigaelis ad coeundum matrimonium: tertia crudelitatem Saulis, qui filiam Micholem eripuit Dauidi, atq; alteri collocauit. Quod ad primum attinet, Dauid in concursu tantarum occupationum tamen cogitauit à rebus suis nō alienum fore, si viduam illam vxorem duceret. Itaq; misit ad illum legatos: ipse autem ire noluit. Vidit enim ad matrimonium rectè contrahendum nihil tam requiri, quàm consensum liberum. Multa autem legatis sæpe negantur, quæ si princeps ipse coràm peteret, negari non possent. Fortasse etiam ea causa ire noluit, ne si repulsam tulisset pudore suffunderetur. Quo tempore contractum fuerit hoc matrimonium, non apparet ex textu. Credibile tamen est interpositum fuisse aliquod spatium à morte Nabalis: & Dauidem consulere voluisse & suo pudori, & mulieris. Non quod scripturæ præscribant certum aliquod spacium ad nubendum, quum legitimæ sint nuptiæ, quocunque tempore ineantur. Nec Paulus aliam legem de viduis vllam tulit, quod ad hanc rem attinet, nisi vt nubant in Domino. Romanæ tamen leges in Codice de secundis nuptijs decernunt, si qua vidua nubat intra spacium vnius anni à morte prioris viri, infamem fore: quę tamen seueritas postea sublata est per Canones, Extra de Diuortijs, lege vltima & penultima. Vidit Dauid expedire sibi hoc matrimonium, quod & honestum esset & vtile, & iucundum. Honestum futurum erat, quod Abigail esset mulier & prudens & pia: vtile, quòd ea esset satis locuples, Dauid autem summa inopia laboraret. Postremò iucundum, quòd ea esset præstanti corporis specie & venustate. Deinde non legimus, eam habuisse liberos ex Nabale. Huc accedit etiam, quòd ea esset tribulis Dauidis. Nam Nabal, vt monuimus, fuit ex tribu Iuda. Et credibile est, eum delegisse sibi vxorem de tribu sua. Pertulerat Abigail diutur-nam crucem sub Nabale viro & stulto & duro, & importuno: cui tamen illa nunquam negauerat officium vxoris probæ. Contulerat etiam insigne beneficium in Dauidem christum Dominiideoque Deus noluit eam discedere non remuneratam. Pulchrum sanè par: vterq; in cruce vixerat: imò Dauid etiam tum versabatur in cruce: vterq; in vocatione sua sese piè & rectè gesserat. Ideo Deus vtriq; prospicit de commodo matrimonio. Primum enim quærendum est regnum Dei: post alia omnia cumulatè adijcientur.

Cur Dauid per seipsum non petat matrimonium.

Quo tempore hæc facta sint.

Matrimonij huius commoda.

Abigaelis modestia.

Ecce ancilla tua in ancillam ad lauandum pedes seruorum domini mei.) Abigail non considerat tempus aut conditionem Dauidis, aut potentiam & furorē Saulis: sed tantum promissionē Dei, à quo non dubitabat, Dauidem non esse deserendum. Nec sese pollicetur illi vxorem fore, sed offert potius se ad infima omnia officia, videlicet ad lauandos pedes famulorum Dauidis. Chimhi putat eam his verbis significare nuptias cum aliquo ex famulis Dauidis, quòd vxores solerent illis temporibus maritis suis lauare pedes. Mihi tamen prior expositio videtur simplicior. Ex hoc exemplo discere debent nostræ mulieres animi summissionem & erga maritos obseruantiam: vt contra ex historia Vasthi reginæ fugere superbiam & insolentiam. Dauid non desperauit de misericordia & bonitate Dei. Ducit vxorem in rebus aduersissimis: quo tempore alij vxores potius suas repudiassent. Hoc non faciunt, qui, cum videant opus sibi esse vxore, nolunt tamen ducere, quòd non habeant vnde eas & liberos possint alere. Ita diffidunt de Deo, & se putant illi non esse curæ. Congregauerat Nabal multa: sed stultus nesciuit, quis illis esset fruiturus. Ea nunc omnia veniunt in potestatem Dauidis.

Sed & Abinoam accepit Dauid.) Ducit Abigaelem, cum tamen iam antea haberet Achinoam. Dices, Cur ita apertè violat legem Dei, præsertim cum sciat se fore regem? Deus enim mouet in Deuteronomio capite decimoseptimo, Ne rex multiplicet sibi vxores. Hic respondent quidam, Deum vetuisse, ne rex haberet magnum numerum vxorum: non autem, ne liceret habere duas, aut tres, aut omnino vllas. Nam in eadem lege edicit, ne multiplicet equos, & aurum, atque argentum. Non tamen vetari, quin rex & equos complures possidere possit, & summam aliquam auri & argenti, sed in his rebus tenendum esse modum. Et addunt verisimile esse, legem eam intelligi debere de vxoribus alienigenis. Additur etiam in textu, Quæ auertant animum eius à cultu Dei. Scimus enim huiusmodi matrimonia Simsoni & Salomoni malè cessisse. Augustinus tamen ait, locum illum intelligi posse de vxoribus Israeliticis: quod non conueniat principi, vt semper vrgetur in Venere.

An violet Dauid legem regiam ob multas vxores.

Saul

, vt erat Dauidi intimus & amiciſsimus, non cogitat periculum, ſed vltrò ſeſe offert. Ne- Dauid eum cogit ire ſecum: ſed tantùm quærit, an ire velit. Ille ſtatim reſpondet, velle. ris erat apud eum authoritas Dauidis. Alius dixiſſet, vide, quid agas: Sunt tria mil- orum militum: noli tanto periculo te offerre ſine cauſa. Horum Abiſai nihil dicit. re nolùit: ex quo magis apparet, quantum illud diſcrimen fuerit. Tamen Ioſephus il- deſcendiſſe cum Dauide. Potuiſſet quidem Dauid videri ſolus: ſed cum Deum ha-

Dauid Deum ſecum habuit.

erat egregiè comitatus. Itaq; pluris erat illa paucitas, quàm Saulis decem myriades. in medio vmbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecũ es. Nec Deus ma- Moſſu, cùm eum mitteret ad Pharaonem, quàm cùm diceret, Ego tecum ero. rabant, cum proficiſcerentur ad bellum, conſulere ſolebant os Domini: vt certò ſecum præſentem habituros. Ethnici quoq; magni quippiam aggreſſuri conſule- conſilia quidem illorum non erant mala: etſi media eſſent peſſima. Saul quam- ſi ſtipatus vndique firmiſsimo ſatellitio, tamen traditur in Dauidis poteſtatem. ſunt inſtrumenta Dei: quæ ſine Deo nihil poſſunt. Deus autẽ etiam ſine Vtendum ergo illis eſt, ſi ſuppetant, non fidendum.

Abiſai ad Dauidem, Concluſit Deus inimicum tuum in manum tuam: nunc ergo per-

pertã Dauide facultate occidendi Saulem. Sciebat enim Dauidem, cum eſſet & genere Saulis, nolle eum ſuis manu conficere. Sed quid illud petit Abiſai? Sci vt eò, quòd antea in alio ſciderat, Dauid id nunquam eſſe permiſſurum. Sed cogitauit. Dauid cum videat animum Saulis nullis beneficijs prouocari poſſe

Diuerſus Spiritus Saulis & Dauidis.

, quoad ille vixerit, victurum in periculo, mutauit animum, & illum Dauid autẽ nihil huiuſmodi habuit in animo. Venit quidem ille ad Saulem, & Saul conſilio. Erant enim inquit diuerſo ſpiritu. Saul venit, vt Dauidẽ occide- ſpiritus prodidit, qui ab initio fuit homicida. Dauid autem venit vt animum ſuum

erga Regem, submissum & benevolum ostenderet. Itaq; coerceat Abisai, & addit iusurandum, nō impunè fore, si quis occidisset Christum Domini. Etsi Dauid fuerit vbiq; natura clemens, usquā tamen eius clementia magis elucet quàm ex hoc loco, & ex illo superiori in 24. cap. Hic apparet vera & Christiana charitas. Etsi enim Dauid incendatur ab Abisai, tamen non patitur extorqueri sibi illam animi virtutem, sed singulari modestia pro tyranno, & pro hoste, supponit personam Regis, & Christi Domini. Ita nos, cum afficimur ab aliquo iniuria, cogitare debemus, illum esse proximum nostrum, & fratrem, & redemptum sanguine Christi. Non erat ita stupidus Dauid, vt non intelligeret se beneficia sua perdere. Hoc tamen cogitauit, se saltem ea bene posituru esse apud Deum. Non enim æstimat Saulem ex perfidia, sed ex illa dignitate, qua Deus illum ornauerat.

Dauidis clemētia & vera charitas.

Aut dies eius veniet, & morietur.) Hic Rabbini annotarunt tria esse mortis genera. Vnum ante tempus ordinarium, vt in Nabale. Is enim ea fuit corporis conditione, vt potuisset diutius viuere: alterum ordinarium, aut naturale: tertium ab externo casu, vt si quis occumbat in bello. Tria illa mortis genera Dauid intelligit esse in manu Dei: & Deum illis vti pro suo arbitrio. Manu autem inquit, nec mea, nec consensu cadet. Hic reluceat non tantum charitas incredibilis erga Saulem, sed etiam Imperatoria quædam virtus, qua posset imperare suis. Nam Brutus in Epistola quadam ad Ciceronem: Cæsari inquit, non potest imperari, nec ille potest imperare exercitui suo. Quorum vtrumq; pessimum est. Dauid dimittit hostem ex manibus, & vltionem relinquit Deo. Hoc erat carbones ignitos congerere in caput inimici sui: hoc est, vt ille, cum vsu deraret illius beneficia & suam ingratitudinem, confunderetur & cruciaretur animo, ac si quidli prunes ardentes in caput congessisset: aut vt hostis tot affectus beneficijs, nisi resipisceret, grauius peccaret, & peccando ignem sibi æternū accelleraret. Verùm non ea causa benefaciendum est inimicis, sed vt illi ita prouocentur ad redamandum. Cogitauit Dauid, se adhuc priuatum esse, quæ abstinet à cæde Saulis, etsi eum non dubitet tyrannum esse. Vidit enim id sibi non licere: & certè paucissimis tyrannoctonia benè cessit. At si quis certus sit se ad occidendū tyrannum impelli spiritu Dei, de eo nihil dico: priuato autem consilio certè non licet. Nullus enim id nec prophetarum, nec apostolorum licere docuit. At si tyrannus perpetuò grassetur contra Deum, pernitiosus est, vt illi in scelere non obtemperes, proximum, vt qua authoritate fiunt Reges, eadem tollantur. Fiunt autem aut per electionem, aut per parliamentū, aut per consensum populi. Pessimè autem illi faciunt, qui de summouendis regibus referunt ad papam, quod Pipinus fecit cōtra Lotharium: quasi verò ille solus pro sua libidine posset Reges & deijcere & creare, quos velit. Dauid verò videt nec electores adesse, nec consensum populi. Itaq; nihil in Saulem moliri voluit. Bonus ille Dauidis erga Saulem, eius, & omniū illorum aulicorum, & satellitum feritatem coarguit. Ex hoc exemplo discere possumus, & obedientiam erga magistratum exhibendam esse, & clementiam erga hostem. Dauid nullis iniurijs adduci potest, vt discedat ab ingenio suo. Idem omnino animus est, qui antea in spelunca fuerat. Arma Dauidis hoc loco nulla legimus: preces tantū & vota legimus. Hoc enim tempore quidam putant eum scripsisse Psalmum 54. in quo nihil fiducię in rebus humanis collocans, se prorsus commendat Deo. Contra autem arma, milites, castra Saulis commemorantur, preces autem eius nullæ audiuntur. Hoc discrimen est inter pios & impios, illi enim quocunq; modo res cesserint, fiduot vni Deo. Isti autem præsidijs humanis.

Carbones ignitos congerere in caput inimici.

Arma Dauidis

Sed nunc tolle obsecro lanceā, quæ est ad caput Saulis.) Iubet Dauid Abisai tollere hasta Saulis & cyathū: non vt iactet, vt quidam insolenter solent, insignia victoriæ: sed vt sectis his rebus habeat argumenta charitatis suæ erga Saulem. Rabbini putāt, Dauidē ipsum ista sustulisse, quod veritus, ne si Abisai propius ad Saulem accessisset, non posset se continere, quin eum confoderet. Sed nihil necesse est ista confingere: certum enim est, Abisai commotū fuisse authoritate Dauidis, qui voluit, vt Abisai ea primùm sustulerit, deinde tradiderit Dauidi. Abierunt ex castris illis. Deus enim iniecerat in omnes milites Saulis תרדמה, id est grauissimum soporem. Huiusmodi somno oppressus erat Adam, cum Deus ex eius latere Euam excitaret: & Abrahamus, cui Deus illi per quietem ostenderet, quid de eius posteris futurum esset. Vtroq; enim loco in Hebræo legitur תרדמה. Deus, vt est [illegible] eadem opera & Dauidem liberat, & castra Saulis efficit, grauissima. Ignauorum enim militum est, ita dormire, vt hostem venientem, & omnia conturbantem non possint sentire. Nec Regium est, velle stertere totum nostri: quemadmodum Homerus de Agamemnone: [illegible]

Quare abstulerit hastam & scyphum.

An Dauid in hoc facto Deū tentauerit.

Sed videtur parum fuisse prudentis viri, vnā tantum comite in hostis castra [illegible] certum cum ibi esse sciret tria millia lectorū militum. Hoc erat, inquies, tentare Deum, se ipsum in certum periculum se committere. Putant quidam, datam illi fuisse hanc à Deo prærogatiuam

prauq

rationem. Nam ita Gedeon quoque iussus est ire ad castra Madianitarum, & ex somnijs captare auguria. Et Ionathas cum vno tantùm armigero accessit ad castra Philistæorum. Ita Dauidem aiunt impulsum spiritu Dei explorasse castra Saulis. Et rationem ad hoc Dominus immisisset illis tàm profundum somnum. Caput autem consilij Dei fuisse charitas Dauidis erga Saulem hoc facto patefieret. Nunquam enim Dauid illustrius quantum Regiæ maiestati tribueret, quàm cum Saulem captum quodammodo & vinctum dimittit è manibus. Nam Saulini milites sparserant rumores, Dauidem affectare regnum, & ea de causa moliri insidias. Hanc calumniam Deus hac ratione à Dauide depulit. Sed in ista præfactione est tamen aliquid, quod nos debeamus imitari. Etsi enim non licet temerè & sine comitatu venire intra hostium præsidia, tamen si opprimamur multitudine ex insperato, scire debemus eundem, qui adfuit Dauidi, nobis quoque adfuturum: vt aut victoriam reportemus, aut piè ac fortiter moriamur. Ita quidem expediunt hunc locum, vt mihi videtur, non malè. Verùm possumus respondere, caput esse charitatis, vt vitam pro fratribus nostris profunda. Maiorem enim charitatem nemo habet, quàm vt aliquis vitam suam ponat pro amico suo Christus apud Iohannem. Et Iohannes in epistola 1. ca. 3. In hoc, inquit, cognouimus charitatem, quòd ille vitam suam pro nobis dederit. Et nos debemus pro nobis inuicem vitam ponere. Hoc autem & exemplar perfectæ & summæ charitatis spectare possumus in solo Christo. Et tandem charitatē æquè in hac infirmitate nō possumus: quantū tamē possumus, eā debemus. Si inopia cibi laboret frater tuus, & tu videas, te illi posse prodesse, & nolis, non est in te ista charitas Dei. Quantò magis iuuare debemus fratrē, si eū videamus obrui peccato, & de salute periclitari? Nam Aug. pulchrè scribit de Doctrina Christiana, antiquiorem apud nos oportere esse salutē fratris, quā vitā corporis nostri. Saul aūt versabatur in summo discrimine vitæ. Dauid ergo eū vel cū capitis sui periculo seruare debuit. Deinde experientia iā anteā docuerat animū Saulis quantumuis obstinatū, beneficijs tamē inflecti posse. Ipse etiā in se experiebatur, cum ad eum veniisset Abigail cum commeatu, quantū beneficia possint ad leniendā iram. Imò, inquies, Dauid cum ista faceret, offerebat Saulī occasionem, vt grauius peccaret, & damnaretur. Quidam respondent, hoc peccatum in Saule non fuisse nouum. Non alia enim causa fuisse, quam vt Dauidem occideret. Atqui hoc nihil est. Longè enim aliud est, peccatum aliquod figurare, aliud id effectum dare. Pertinet quidē vtrunq; ad idē genus: non tamen est eiusdē speciei. Sic ergo possumus respondere: Dauidē certum fuisse, sese euasurum, & fore regē: & Saulem in suam potestatē venturum, quam se venturū in potestatē Saulis. Sed scire, inquies, se nihil profuturum. Imò sciebat hoc potius, neminē tàm esse profligatum & perditū, quin aliquando reuocari in viam. Cur ergo, inquies, superiore facta illa prima reconciliatione non se contulit ad Saulem, vt eum reuocaret à peccato? Quia tum putabat se fecisse satis, vt Saul desisteret persequendo. Nunc autem putat ad se pertinere, vt illum admoneat erroris sui. Breuiter sic possumus respondere, priuato consilio sese offerre periculò, temerarium esse. Longè autem aliud est impulsu spiritus sancti impium adducere ad pœnitentiam. Hoc enim est caput charitatis. Et exemplum expressum habemus in Christo, & Apostolis. Sed qui fugiunt à tyrannide Antichristi non prædicant, non docent, non faciunt quantum debent, nec quantum est opus. De hac re alio loco, cum ad fugam Dauidis ad Palæstinos peruentum erit.

Fuit extraordinarium.

Quid imitandum in hoc facto.

Facit hoc ex officio charitatis

An Saulī obtulerit occasionē peccandi.

Et transiuit Dauid in latus oppositum, & stetit in vertice montis à longè: multus locus erat inter eos.

Tum clamauit Dauid ad populum & ad Abnér filium Nér, dicendo, Responde mihi Abnér? Et respondit Abnér, & dixit: Quis es tu qui clamas ad Regem?

Dixit autem Dauid ad Abnér. Nónne tu vir es? & quis sicut tu in Israele? sed quare non custodisti dominum tuum Regem? venit enim vnus è populo vt perderet Regem dominum tuum.

Non est bonum hoc quod fecisti: viuit Iehouáh quia filij mortis estis, qui non custodistis dominum vestrum christum Iehouæ: nunc autem vide vbi sit lancea regia, & scyphus qui erat ad caput eius.

Agnouit autem Saul vocem Dauidis, & dixit: Num vox tua ista, fili mi Dauid? Et dixit Dauid, vox mea est, domine mi Rex.

Dixit præterea, vt quid Dominus meus persequitur seruum suum? quid enim feci? quod in manu mea malum?

Nunc ergo audiat quæso dominus meus Rex verba serui sui: si Iehouáh inci-

tamit te contra me, adoretur sacrificium. Si verò filij hominum, maledicti sint coram Iehouah, qui expellunt me hodie, ne adhæream hæreditati Iehouæ, dicendo: Vade, serue dijs alienis.

20 *Nunc autem ne cadat sanguis meus in terram à conspectu Iehouæ, quia egressus est Rex Israelis ad quærendum pulicem vnum, quem admodum persequatur perdicem in montibus.*

Clamat Dauid de superiori loco, vt & in tuto esset, & melius audiretur. Ita omnibus locis ostendit se amor Dauidis erga Saulē. Non potuit esse satis, vt Abisgū à cæde retraheret, nisi ipse etiam Saulem suis verbis de salute sua admoneret. Quare animo eius pessimè affecto medicinam facit, hortaturque, vt desistat à scelere. Clamat ad vulgus militum. Sed nemo erat qui audiret. Clamat ad Abnerum. At ille indignatur esse aliquem, qui Regem dormientem perturbet. Ita videbatur licitus erat de somno principis sui, cum eius salutem negligeret.

Quare Dauid ad Saulem clamarit.

Nonne tu vir es, & quis sicut tu?) Appellat Abnerum principem splendido titulo, vt eius animum magis esset conspicuum. Quid mihi inquit, facietis, cum vos principem vestrū prodideritis?

Cur Abnerum compellauerit

His etiam verbis perstringit Saulem, qui, cum tales habeat custodes corporis, tamen quæ de illius salute tàm sit solicitus, persequatur. Nominatim verò compellauit Abnerum, quod non audiberet, Saulem, cum non procul abesset, ista auditurum. Sed ne Abner se putaret deridere, quæ inquit, hastam & cyathum, quæ erant ad caput domini sui. Filii mortis estis, quia prodidistis caput Regis vestri. Nam stipatores adiguntur iureiurando, se curaturos, principem fore salvum. Sed dices: Deus illis immiserat hunc soporem. Cur ergo à Dauide accusantur? Imò contemplati sunt Dauidis pernicitatem: & eo causa non legimus, eos disposuisse vigiles: sed prorsus omnes fuisse consopitos. Sed scire debemus, non semper satis instam esse excusationem necessitatis. Videndum enim est, an ipsi nobis eam necessitatem attulerimus. Nam primi illi animi motus, quamuis in potestate nostra non sint, tamen peccata sunt. Iubemur enim amare Deum ex toto corde, ex toto animo, ex omnibus viribus: quod certè quisquis non facit, peccat. Illa sūt peccata, quæ appellant actualia, non sunt, nisi cum electione: aut nisi id sit ex electione, ad quod sequuntur. Iam verò videamus, quid isti fecerint. Sequebantur Regem impiū: persequebantur hominem innocentem. Saulem furentem non retrahebant à scelere. Itaq; Deus illos oppressit somno. Iure ergo accusantur, quasi qui illam sibi necessitatem conciliarint.

Nunc vox tua ista fili mi Dauid?) Inquit Saul. Ista est extrema actio Dauidis cum Saule. Quare hic attentius cōsiderare debemus, quo pacto ille sese Sauli purget. Dauid verecundia quadam inductus erga Regiam maiestatem noluit Saulem appellare nominatim. Itaq; primùm appellauit Abnerum, quod sciret postea sibi facultatem fore agendi cum Rege. Neq; Abnerum id quod dixit esse filium mortis, quod vellet de eo, aut de quoquam alio sumi capitale supplicium: sed vt ille attolleret animum, & consideraret, somnum illum tam profundum non fuisse naturalem, sed immissum à Deo. Obstupuit Saul ad orationem Dauidis, & subitò factus est mitior. Ita nam, inquit, ista vox, fili mi Dauid? Oratio Dauidis cum Abnero fuit tantum quasi lenis exordium prima excussio. Nunc autem in Saulem vtrunque argumentorum suorum cornu commouet. Cum illo enim firmis & solidis rationibus dimicandum erat. Exorditur autem magna cum reuerentia & animi summissione. Saulem enim appellat Dominum, & Regem suum. Genus orationis est suasorium. Hortatur enim Saulem, vt discedat ab armis, & se innocentem ne amplius persequatur. Rationes ducuntur ab iniusto, ab inhonesto, à damnis & detrimentis, ab indignitate rei, & vt loqui solent, ab impossibili. Sunt autem rationes numero sex. Prima sumitur ab iniusto. Iniustum enim videtur, vt innocens opprimatur. Altera ratio duplex est. Si Deus te incitauit contra me, odoretur sacrificium. At si homines te in me commouent, sunt execrabiles. Quarta eò, quod exclusus à Iudæa necessariò iturus sit ad idololatras. Quinta ab eo, quod fieri non possit, vt ipse à Saule occidatur. Vltima, quod indignum sit, tam potentem principem hominem priuatum & profugum, quasi pulicem, aut perdicem persequi. Sed quoniam istæ rationes plurimum habent momenti & ponderis, eas excutiemus singulas.

Oratio Dauidis suasoria.

Rationes sex, quibus Dauid vtitur.

Prima ratio ab iniusto.

Quid enim feci, & quod in manu mea malum?) Quid commisi inquit, in te ô Rex. Aut quæ est iniquitas in manu mea? Ita Dauid modestè & prudenter accedit ad causam. Si quid à me peccatum est, id mihi proponi & ostendi cupio. Causa enim cognita, multi absolui possunt, ea tamen non cognita, nemo iustè damnari potest: vt ait Cicero actione 3. in Verr. Vis orationis est hæc. Innocentes iniquum est per vim opprimere. Ego autem sum innocens. Ergo non possum à te iniustè opprimi. Minor propositio liquet ex eo, quod à Saule nominatim Dauidi nihil obijciatur: quodq; Dauid Sauli salutem toties attulisse.

Secunda ratio. Varie explicationes huius loci.

...adoretur sacrificium.) Quod ad secundam rationem attinet: ...stus esset, crimina non probari, obijci potuisset, ea satis cognita esse Regi: & eum ...non tamen iustè persequi. Hic Dauid colligit dilemma ex duabus personis. Aut ...inquit, aut homines. Si Deus propter aliquod meum occultum scelus, volue- ...adoretur sacrificium. Nam ego quidem non sum is, qui non possim peccare. ...Deus mihi aliquo sacrificio, si quidem id illi gratum erit: si non erit, fiat voluntas e- ...sequitur Lyranus, & omnes ferè Latini interpretes. Sed hoc videtur esse ob- ...enim dilemma ferire vtrbq; cornu. At si Dauid ita dicat, hoc alterum istud cornu ...Quare Hebræi sacrificium prudentius referunt ad Danidem: ac si ille dicat, si pecca- ...eum notum sit Deo, non sum animo pertracto, aut impœnitenti: offeram illi sacri- ...mihi iratum reconciliem, si quidem ille te incitauit. Nam expiando peccato mul- ...constituta in Leuitico. Et R. Schelomo ita reddit, Deus accipiet orationem ...retrà me furorem tuum. Quare si quod ego in me peccatum admiserim, quod à te ...possis sacrificijs potius, quàm armis agendum est. Postquam enim nos auertimur à ...minas suas, & flagella remittit. Dicuntur ista quidem non malè. Alij tamen acutio- ...Dauidem hic Saulem obliquè & grauiter reprehendere. Vtq; hoc intelligamus, scire ...Deum recta via nunquam quenquam prouocare ad peccandum: quod tamen inter- ...facit, & vt loquuntur, per accidens. Ita lex data est, quæ hominem retraheret à pec- ...tamen aliquando hominem ad peccandum irritare. Ita Pharao cum iam antea alie- ...Deo, cum audiret sibi proponi Dei mandatum, vt populum dimitteret, vehementius ...sed nos magis magisq; persequitur. Sic Dauid, si tu, inquit, ex eo incitatus es, quod ...Samuele, te abiectum esse à Deo, & alium regnaturum esse te meliorem, non rectè fa- ...eas causa persequaris ad necem. Redi potius ad Dominum: adoretur ille sacrificium ...dies multi, cum audiunt vitia sua à concionatoribus reprehendi, cupiunt eos esse per- ...insistunt rectam viam, deberent potius emendare seipsos & à Deo implorare ve- ...expositio est ista: Dauid cum accusaretur à Saule, & videret illum non habere iudi- ...superiorem, prouocauit ad Deum, vt ille signum aliquod daret de cœlo, & innocen- ...ostenderetur, quod Abeli contra Cainum, & Elias contra sacerdotes Baal antea fecerat. ...sententia mihi valdè cocta videtur esse & contorta. Secunda & tertia magis mihi pla- ...primis tertia.

An veterum sacrificia condonarint peccata.

...occurrit aliqua difficultas, quam non oportet dissimulare. Nam Dauid, cum ait, Odo ...simus sacrificium, videtur illis veteribus sacrificijs tribuere vim remittendi peccata & ...Deum. Neq; id hoc solum loco significatur, sed etiam sæpè in Leuitico appellantur sa- ...pro peccato. At in Epistola ad Hebræos perspicuè legitur, sanguinem hircorum non posse expiare peccata. Sed scire debemus, res quasdam natura disiunctas, ...Dei instituto inter se coniungi, vt & vocabula & proprietates inter se communicent. ...distantius esse potest, quàm natura diuina & humana. Tamè nos verè dicimus, Deum ...fixum, mortuum: quæ certè Deo non conueniunt, sed homini: & vicissim Christus ...natura dixit, Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, Filius hominis, qui ...Christi natura eo tempore non in cœlo erat, sed in terris. Tamen propter ...idiomatum Christus eam verè dixit eo ipso tempore esse in cœlo. Ita in Sacra ...Dei huiusmodi coniunctio est inter symbolum, & rem significatam. Con- ...coniunctio non natura, qualis est inter Lunam & Mare, sed vt diximus, ex instituto ...ea tanta cognatio, vt, quæ propriè rebus conueniunt, ea tribuantur symbolis: quæ ...conueniunt, ea tribuantur vicissim rebus. Exempli causa. Christus in veterum Sa- ...erabatur: per eum illi habebant remissionem peccatorum. Atq; ita sacrificia illa di- ...tere peccata, quòd ea per Christum remitterentur, qui in illis sacrificijs exprime- ...dixit. Pascha nostrum immolatus est Christus. Pesah significat transitum: eius ...agnus. Illa agnus referebat Christum. Id ergo Paulus tribuit rei, quod erat signi. In ...id signo tribuitur, quod conuenit tantum rei. Vt cum dicitur: Erit fœdus meum in ...non enim illi fœdus, sed circumcisionem, hoc est, signum fœderis gerebant in carne. ...prædicat multa loca, & in scripturis & in patribus.

An Deus excitet aliquem ad peccandum.

...Ac autem Deus excitet aliquem ...si, propriè loqui volumus, alienum est: Si autem intelligamus, Deum excitare prin- ...peccata, id non potest videri malum. Rectè etiam possumus dicere, Deum exci- ...ad peccandum, sed obliquè, vt diximus, & per accidens. Lex enim cum sit spiritua- ...mulem videtur necessariò irretire peccato. Deus tamen quamuis videat non pos-

se Legem à nostra infirmitate obseruari, eatenus habuit voluit ad declarandam [illegible] strum, & illustrandam gloriam suam.

Tertia ratio.

Si verò filij hominum maledicti sunt coram Iehoua.) Alterum eorum dilemmatis vide. Si malevoli homines & inuidi mei te irritant contra me, scias eos esse detestabiles. Itaq; debebis eorum tus à te repellere, aut saltem assensum sustinere. Inuidi autem illi erant Doeges & alij, quos uid describit in Psalmis: quos ait nihil aliud loqui solitos quàm gladios, ignes & lanceas. Est ces: Nonne licet incitare principem contra peccatum accusando fontes? Licet, imò & malevolo id facit. Quisque enim iuuare debet magistratum, quantum potest, vt malos rat de medio populi. Et ita videri possunt incitari iusti accusatores à Deo. Illi autem, qui bantur inuidia & malevolentia, erant execrabiles. Idque non tantum humano iudicio, corum Deo. Ita enim scribitur in Deuteronomio 17. cap. Maledictus, qui impellit alium ad pec catum: qui fundit sanguinem innocentem, quicquid prouocat alium ad idololatriam.

Licet incitare principem vt puniat peccata.

Quarta ratio.

Expellunt me hodie ne adhæream hæreditati Iehouæ, dicendo, Vade, serui dijs alienis.) Quo eo adiges, inquit, me eò, vt fugiendum mihi sit ad idololatras. Idq; acerbius expressit quasi ac si Saul diceret, Abi, & serui dijs alienis. Hæc ratio communis est & Sauli, & eius Saul enim mouebatur cupiditate regni, alij ferebantur odio Dauidis & inuidia. Sed quamquam Dauid ita erat animo forti, vt nollet vnquam idola colere. Tamen quid ille polliceri potuit de mobus? Et sæpè fit, vt qui videantur fortissimi, tamen vbi ad rem ventum est, succumbant. quamuis omnes illi fuerint fortissimi, tamen eam virtutem non à Saule habebant, sed à Deo. quidem, quantum in ipso erat, dabat occasionem, vt colerent Deos alienos. Nam, vt ait R. Salomo, qui discedit è Iudæa, videtur velle colere idola. Si enim velit pacatè viuere, non posset latriam & illorum hominum insaniam reprehendere. Deinde verum Deum non potest re vt velit. Hic notantur illi, qui nolunt se adiungere ad sacrum cœtum, cum possint: illi, propter aliquam opportunitatem malunt inter Papistas viuere, & quotidie horrendam triam & facere & pati, quàm eò venire, vbi possint Deum verè & piè colere. Dauid molestè fert, quod videat se spoliatum iri hæreditate Dei. Extrudi quidem è terra Chanaan non se tanti. Sed ea terra habuit adiunctam promissionem: & erat quodammodo symbolum ctionis hominum cum Deo. Id Dauidi graue & molestum videbatur: & præsertim, quod videbat postea versandum esse inter idololatras. Iudæi enim in illam hæreditatem non ab bus missi fuerant sed à Deo. Et ea causa Naboth noluit ne Regi quidem Achabo patrimonium suum vendere: & Abrahamus, cum semel promissionem accepisset, noluit filium suum reuocare in Mesopotamiam. Cumque populus iam occupasset Palæstinam, Deus omnibus modis prohibuit, ne redirent in Ægyptum. Imò cum Godolias esset interfectus, & populus vereretur, ne Nabucadnezar vellet eam cædem vindicare, & iam cogitaret de fuga in Ægyptum, Hieremias quamtum potuit reclamauit. Et cùm populus abductus fuisset captiuus in Babylonem, & longo post tempore Cyrus illis permisisset reditum, multi autem essent, qui aut propter ignauiam, aut propter cupiditatem, aut propter diffidentiam de Deo redire nollent, grauissimè reprehendit Prophetis. Periculosissimum est habitare cum idololatris: sed paucissimi sunt, qui ea de re tent. Antequam principes cœpissent esse Christiani, fideles habitabant permisti cum Itaque factum est vt multi abducerentur ad idola, & carnes immolatitias comederent, & tim flagitio assuefierent, atq; ita postremò abducerentur à Deo. Itaq; grauissimè peccant, qui homines pios è suis ditionibus extrudunt. Quid enim aliud faciunt, quàm vt illi miser tur sub Turca viuere? At, inquient, Deus ipse extrusit populum suum in Babylonem. Fateor. illi ius fuit statuere in suos, quicquid vellet. Non debent tyranni hos exemplo defendere, nare nequitiam suam. Debent quidem imitari Deum, sed in illis rebus, quæ sint nis legibus. Multa enim licent Deo, quæ nobis non licent. Ille cum vult vlciscens autem imperat, ne vlciscamur. Nihil solicitus est Dauid de ereptis agris, villis, & eum tantum molestè habet, quòd cogatur recipere se ad idololatras. Id enim quit eum iussisset ire, & Deos alienos colere. Antiquior etiam apud illum fuit cum populo sancto ad colendum Deum, quàm aliæ omnes opes humanæ. Nam id in Psalmis. Concupiscit & etiam deficit anima mea ad tabernaculum Domini. Et, quemadmodum ceruus expetit fontes aquarum, ita anima mea te, ô Deus.

Cur molestum illi fuit extrudi terra Chanaan

Deum non licet in omnibus imitari.

Quinta ratio ab impossibili.

Nunc autem ne exidat sanguis meus in terram à conspectu Iehouæ.) Quinta ratio dicitur, dicam, ab impossibili. Non effundetur, inquit, sanguis meus in terram in conspectu Dei, si diceret: Ludes operam, Deus non fallet fidem suam: promisit & promissa præstabit. Non sanguinem meum fundere. *In conspectu Iehouæ.*) Hoc addit, quòd non dubitaret, [illegible] nulla

...ratione viuere. Alij hoc additum putant, quòd Dauid decreuisset fugere. Vt sensus ...des sanguinem meum, aut mihi vitam eripies: quia ego fugiam eò, quò tu me non pos... Sed prior sententia mihi videtur melior. Potest etiam hoc referri ad diuinum sup... impendebat Sauli: vt Dauid ita dicat: Non fundetur sanguis meus frustrà, vt aqua ...ditur, quasi res nihili, quæ à nemine curatur. Nam profusus clamabit in cœlum con... tantum scelus impunè feres. Hoc erat Saulem à cæde reuocare. Alij putant ista dicta ...dis sub forma precum: & hunc esse sensum: Ego, cum possem, sanguinem Saulis, non ...re, obsecro, Domine mi, ne patiare effundi sanguinem meum. Et certè est prouerbium ...gos, Mensuram pro mensura: hoc est, vt, quo iudicio quisque statuerit de alio, eodem ...dicetur.

...gressus est rex Israelis ad quærendum pulicem vnum.) Vltima ratio ducitur ab indecoro. ...inquit, est, ô Rex, ab honore tuo, vt hominem miserum & inopem tanto studio & appa... ...quiris. Nam ego nec melior res nouas, nec ea gratia, aut potentia sum, vt tibi, etiamsi ma... ...nocere possim. Etiamsi me capias & occidas, tamen id tibi tanto principi non potest ...ficium. Ego enim, si ad tuas vires conferar, sum instar perdicis aut pulicis. Dauid cum ...mirificè commendat bonitatem Dei: quæ tanta est, vt etiam infimos quosq; & abiectissi... ...mos. Accepa sæpè totum diem sese cruciat, vt vnum perdicem capiat. Illa interim multis ...& artibus saluti suæ consulit. Quòd si postremò capiatur, fructus non potest videri tan... ...tione Dauid studium & furorem Saulis vtcunq; mitigauit. Vtinam ista hodie audiant ...cogitent tyranni isti Antichristiani. Primùm intelligerent, se persequi homines innocen... ...nullo de graui scelere possint condemnare. Quòd si ab illis audiant flagitia sua reprehen... ...ipsi potius vitam suam nō emendant? Si incitantur à Monachis & ab Episcopis, sciant, illos ...omnes nefarios & execrabiles. Cur ita miserè opprimunt & vexant suos, vt illi malint sub ...eam sub illis viuere? Certè multi hodie sunt, qui sub Turca viuere putant longè æquius ...ferabilius. Deinde sciant se frustra sudare. Consilium hoc est ex Deo: nec potest tolli. Nec ...fierent istam tyrannidem. Nulla est guttula sanguinis tam parua, quam Deus ab illis non ...exigat. Et quot tandem persequuntur? Homines abiectos, inopes, innoxios. Possent in a... ...ris rebus nobilitatem quærere.

Sexta ratio ab indecoro.

Dixitque Saul, Peccaui: reuertere fili mi Dauid: non enim malefaciam tibi am... quòd pretiosa fuerit anima mea in oculis tuis die hac: ecce stultè egi, & erraui mul... valdè.

Et respondens Dauid, dixit, Ecce lancea Regis, transeat vnus è pueris, & tol...

Iehouah autem reddat viro iustitiam suam, & fidem suam: tradidit enim te Ie... in manum, sed noluit mittere manum meam in christum Iehoua.

Et ecce vt magnificata est anima tua die hac in oculis meis, sic magnificetur ...mea in oculis Iehoua, & eruat me ex omni angustia.

Dixit autem Saul ad Danidem, Benedictus tu fili mi Dauid: & faciendo fa... faciendo valebis. Post hæc Dauid abijt in viam suam, & Saul reuersus est in ...suum.

...huius orationis fructus. Saul videt se teneri medium, nec quicquam esse, quod re... Videt indignum esse, eripere illi vitam, à quo ipse bis vitam accepisset. Peccaui, inquit, ...meum peccati confert, non in infirmitatem aut malitiam suam, sed in errorem: sed vnde ...fit, dissimulat. Ex eo autem errabat, quòd flagraret odio perdendi Dauidem, & im... ...peditate cōsulendi suis, quibus regnū volebat tradere. Non erat error eiusmodi, qui ...excuset. Nam Iacob cum concumberet cū Lea, eam putauit Rachelem esse, & erro... ...batur. Nec quis hominem aliquem latentem in dumeto confixat iaculo, putans interim es... ...ferum. At si quis sciat aliquid iniustum esse, & tamen id errore quoquo modo indu... ...catus quidē eius facto aliquo modo potest: sed non in totum excusari. Nam ignoran... ...tia nunquā excusat. Itaqi Plato ait, neminem peccare, nisi ex ignorantia. Occupatur enim ...animus aliis curis, vt id, quod prę manibus est, non possit cogitare. Fatetur ergo Saul ...se eius causam non resecare ad viuum. *Non malefaciam tibi amplius.*) Hæc breuis ora... ...tio continetur: non eripiam agros, non villas, non honores, non vitam. Et audit causam: ...*quia pretiosa fuit anima tua in oculis tuis.*) Tibi enim hoc ipsum debeo, quòd viuo. Tu me, si

Saul errabat & non excusabatur.

voluisses, interficere potuisses. Expressit hanc Saulis confessionem non lictor, aut tortor, sed Dauidis innocentia. Ea enim ita erat illustris & perspicua, vt ne à Saule quidem negari posset.

Ecce lancea Regis, transeat vnus è pueris, & tollat eam.) Hæc indicis sunt animi mollis & effœminati. Non enim retinere voluit ista apud se, quasi insignia & trophæa victoriæ, vt posset postea, cum vellet, de Saule triumphare. Cum satis iam testatum esset, quo animo esset erga Saulem, id putauit esse satis. Hoc non facilè faciunt homines cupidi gloriæ. Parthi nō remiserunt signa Romana, capta cū Crasso. Sylla semper habebat in annulo imaginem Iugurthæ captiui, quasi in ea re sita fuisset salus reipublicæ. *Iehoua aũt reddat viro iustitiã suã & fidem suam.*) Cum Saul nullum haberet supra se tribunal, neq; conuenire posset coram iudice ordinario, Dauid prouocauit ad Deum. Illum enim ait redditurum vnicuiq; iustitiam suam & fidem. Potest hæc oratio vel pronuntiantis esse, vel optantis. Nec multum refert, vtro modo efferatur. Quod autem ad rem ipsam attinet, sententia est pulcherrima. Nam & in Psalmis sæpè repetitur, & à Christo ipso, & à Paulo vsurpatur.

Sed dices, an ergo in nostris factis statuemus meritum æternæ felicitatis? Minimè. Voluit quidem Deus nomen mercedis extare in scripturis, vt nos probemus agonothetæ nostro, nō autem ab humana aliqua cōmendatione pendeamus. Nam opera nostra, quæcunq; sint, non possunt esse causæ præmij eius quod expectamus. Semper enim causa effectum dignitate superat. Nam de materia hoc tempore non loquor. At si id vellemus constituere, causa effecto suo esset inferior. Sed aduersarij nostri semper in ore habent meritū: quod si nobis vellent definire, facilius de toto re posset constitui. Meritū ergo est respectus inter opus nostrum & præmium, quod est iustitiæ commutantis, aut rependentis: cuius vi nascitur obligatio, vt tantum reddatur quantum accipitur, idque ex dignitate operis. His positis, quæ certè negari non possunt, videbimus omnem rationem meritorum ruere. Nemo enim facit quantum debet. Quid ergo mereri potest? Satis est, si non puniatur. Deinde nostris viribus non facimus si quid facimus. Deus vnicus architectus est, is in nobis operatur, & velle & perficere. Ille dat nobis & vires & facultates & impulsum. Illius ergo sunt omnia nostra. Quare Christus optimè monuit, vt cū fecerimus omnia, dicamus, nos inutiles esse seruos. Nihil enim nos fecisse, nisi quod facere debuimus. Neque iuuatur Deus nostris bonis factis. Bonis enim nostris non indiget. Et Iobus ait, Si beneferis, quid dabis ei? Postremò non obligatur nobis Deus vllo debito. Nostra enim opera non sunt eiusmodi, vt illum possint obligare. Quod autem scripturæ æternam vitam appellant mercedem, id non ita proprè accipiendum est, ac si omnis, quæ de mercede possunt dici, possent æternæ vitæ conuenire. Non enim sunt condignæ passiones huius vitæ ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Et Paulus ait, felicitatem æternam gratis dari, non ex nobis: Et stipendium peccati esse mortem: vitam autem æternam esse gratiam. Gratuitum tamen donum appellatur merces, quod opera nostra consequatur, quodq; à nobis exoptetur, & desideretur. Obligatio autem, qua Deus nobis obstringatur, nulla est, nisi tantum ex pacto & misericordia, non autem ex dignitate operum.

Definitio meriti.

Cur vita æterna merces appelletur.

Meritum congrui eicondigni.

Scholastici Theologi inuenerunt distinctionem, vt ipsi putant, valdè acutam, re autem vera ineptam & ridiculam, de humanis operibus. Nam si ea inquiunt, cogitamus, quatenus proficiscuntur à libero arbitrio, est in eis meritum, quod appellatur congrui. Præmium enim redditur, non ex iusto aut debito, sed ex congruo, aut æquo. Huiusmodi enim opera bona merendo non æquant dignitate. At si ea consideremus, quatenus fluunt ex gratia & spiritu Dei, meretur etiam ex condigno: quod dignitas huius causæ conferri possit cum æterna vita. Dicunt autem valere meritum ex condigno, quod præmium reddatur ex iustitia, & ex dignitate operis. Et in hanc sententiam citant verba illa Pauli ad Timotheum: Reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus iustus iudex. Est iustus iudex. Ergo reddet præmium, inquiunt, ex condigno. Cæterum diuinæ literæ multò simplicius agunt: & istam distinctionem non agnoscunt. Nam Paulus cap. 8. ad Romanos, [illegible] inquit, [illegible] Et delegit [illegible] ra præclarissima, ea videlicet, quæ sancti aut faciunt, aut patiuntur propter Euangelium. Et alio loco ait, Stipendium peccati esse mortem, vitam autem æternam esse gratiam. Non dixit, vita æterna est stipendium iustitiæ: ne quis putaret esse aliquam æqualitatem inter opera nostra & præmium. At Augustinus de gratia & libero arbitrio, Paulus inquit, potuisset dicere: Stipendium iustitiæ esse vitam æternam, si voluisset. Noluit tamen ita dicere, vt intelligeremus, nobis datam iustitiam pro gratia. Ipsa enim opera nostra sunt gratia. Itaq; cum illis redditur æterna vita, non datur merces pro merito reponitur, sed gratia pro gratia. Sed cū Paulus potuisset ita dicere, cur noluit? Quoniam, inquit August. Si opera nostra sunt gratia, vita æterna, cum illis redditur, redditur gratia. Voluit autem Paulus apertè loqui, vt sciremus felicitatem nostram pendere ex fide & misericordia Dei, non ex dignitate nostra. Sed Deus est iustus iudex. Fateor. Verum ea [illegible]

pendet, non ex nostro merito. Similitudo quædam conditionis est inter opera nostra et præmium: nos autem dignitas, aut æqualitas: vt, qui benè fecerit, assequatur bona: non quod quisquam promeritus sit, vt illa bona iustè, & vt dicunt, ex condigno sibi redderentur: quod dicunt, opera ex nostra voluntate profecta habere meritum ex congruo vanum est: quia potius peccata sunt: & satis pulchrè nobiscum agitur, si Deus ea nō puniat. Et quod virtutes à Spiritu sancto & gratia excitatas, illæ quoq; amittunt illam, de qua loquimur, non quidem suo vitio, sed propter infirmitatem nostrarum virium.

Quomodo s. opera habent ad vitam æternam.

Sed dices, si opera non sunt causæ vitæ æternæ, quomodo se habent ad eam? Dicam. Sunt operationis & gratiæ, & exercitia quædam fidei nostræ. Neque enim stertere debemus atque efficere aliquid: idque ex principijs regenerationis nostræ. Itaque opera bona possunt vocari possunt inchoationes quædam vitæ æternæ. In hac enim mortali vita viui- possumus vitam Dei, & Deum in omnibus nostris actionibus imitamur. Hoc ple- etiam in patria. Sunt ergo non causa, sed media quædam ad vitam æternam. Si quis velit in sublime, eundum est per gradus. Non tamen illi gradus causæ sunt ascensionis, sed suppeditant ad ascendendum. Nam si cadauer, aut lapidem in illis colloces, nunquam etiamsi sint in gradibus. Per illos tamen ascenditur. Ita nos per opera bona contendi- æternam vitam. Ita in stadio currendum est per spacium illud, quod est inter carceres, & spacium tamen illud neq; vires adhibet ad cursum, neq; causa est, cur ad metam perue- Sed inquies, opera, sunt causæ, sine qua nō. Minimè. Illa enim dicitur causa, sine qua non, quidem ex se nihil efficit: sine qua tamen nihil efficitur. Vt, si curare velis vulnus, necesse est, vt remoueas pus. Quod nisi fit, vulnus non potest curari. Si velis tutò ire per hostium fines est tibi dari fidem publicam. Sed neq; abstersio puris vera causa est, cur vulnus cu- fides publica cur tu per fines hostium iter facias. Opera ergo non sunt causa, sine qua enim etiam sine illis seruari possunt: vt infantes. Sunt etiam quidam, qui cum nulla e- fecerint opera externa, in extremo vitæ articulo comprehensi fuerint à Domino. Quare, opera nostra sunt, non causæ vitæ æternæ, sed inchoationes & effecta regenerationis, fidei. Mala verò opera sunt merita & causæ damnationis. Neq; tenet argumentum à

An sint causæ sine quâ non.

Opera mala sunt causæ damnationis.

: possumus mereri damnationem: ergo etiam mereri possumus vitam æternam. Neque quitur, si quis possit seipsum occidere, posse eum seipsum ad vitam reuocare. Valet argu- à contrarijs, si sit inter ea certa aliqua analogia, & omnia vtrinque paria. Hic autem longè et. Opera enim bona habemus à Spiritu sancto: mala autem à nobis ipsis. Deinde, vt sæ- dictum est, nulla est æqualitas inter bona opera, & vitam æternam. Est autem inter mala o- condemnationem.

Quomodo Deus reddat cuiq; iustitiam suam.

reddet cuique iustitiam suam. Quomodo? Æqualem, & parem? Non, sed ex aliqua & similitudine: vt illis benè sit, qui benè vixerint: & qui in hac vita imitati sunt Deum, vita fruantur Deo. Sed quid illis fiet, qui iustitiam nullam habent? Afficientur æterna od eam non habeant. Aut supplebimus à contrario: reddet iustitiam & fidem: ita è diuer- iustitiam & perfidiam. Sed spectemus singillatim, de quo genere iustitiæ hic agatur.

Iustitia duplex.

iustitia sita est in condonatione, aut, vt ita dicam, in non imputatione peccatorum. Ea imputata. De ea Dauid ita canit, Beatus vir, cui non imputauit Dominus pecca- multa pulcherrimè in 3. & 4. cap. ad Roman. Alia est iustitia, quæ post regeneratio operibus declaratur. Hæc appellatur iustitia factorum, & compensatur mercede sua. commendat in Euangelio his verbis: Esurini, & pauistis me, in carcere fui, & visi- Paulus in Epistola ad Romanos, cum multa tradidisset de iustitia imputata per fi- in duodecimo capite multa subiecit de altera. Dauid hoc loco de posteriori genere

Dauid de quâ iustitia loquatur.

itur. Ego, inquit, vitam Sauli, cum eripere potuissem, conseruaui. Hanc iustitiam red- minus. Est autem ista iustitia constans voluntas reddendi cuique quod suum est. Pri- voluntatem esse, ne videatur proficisci ex hypocrisi: deinde constantem etiam o- actionem secum coniunctam habeat. Fides etiam est duplex: vna, quæ firmi- assentitur promissionibus Dei remissione peccatorum, incitata & accensa à Spi- Atque hæc illa est, quæ iustificat. Altera est, qua stamus constanter pactis, & pro- De ista posteriori Dauid loquitur. Ea sequitur iustitiam: est enim eius fundamen- Cicero ait, Fides est fundamentum iustitiæ, hoc est, dictorum, factorumq; constan-

De quâ fide hîc agatur.

sum, & fides sua.) Illud pronomen & ad Dei iustitiam referri potest, & ad no- quia ab illo proficiscitur, vt alia etiam omnia bona. Est etiam nostra, quia per nos

Iustitia & fides nostra dicuntur et Dei.

exercetur. Nos quidem credimus, sentimus, facimus, volumus. Tamen, vt illa faciamus, mouemur, & iuuamur à Deo. Ita tota iustitia Dei est, tota etiam vicissim nostra. Neque enim mortales de finibus fas nobis est litigare cum Deo. Neq; probare possumus, quod quidem ex nostris partibus eunt, nos aliquid adferre de nostro. Chrysostomus ad Romanos ait, nos quidem adferre aliquid, quod tamen ita sit parum, vt nihil sit, si cum eo, quod Deus adfert, conferatur. Atqui ita exponi locum illum Pauli, Non est volentis, neq; currentis. Contra autem Paulus prorsus negat, salutem nostram vllo pacto esse ex operibus: Sublata est, inquit, gloriatio. Non ex vobis, sed gratia seruati estis, ne quis glorietur. Et, Deus est, qui operatur in nobis & velle & perficere. Et, Ne cogitare quidem possumus ex nobis, tanquam ex nobis. Et, Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. Et Christus ait, Sine me nihil potestis facere. Totum ergo nostrum est: & totum vicissim Dei, eo modo, quo iam diximus. Tollenda ergo est omnis ratio meritorum: opera, vt dicimus, sunt effecta regenerationis nostræ, & inchoationes vitæ æternæ, & exercitia fidei. Sunt etiam testimonia, quibus confirmamus nosmetipsos de promissionibus Dei. Ita enim Dauid ex eo quod bene se gessisset erga Saulem, sperat Deum id sibi repensurum. Nam Rex meus erat, inquit, colui eum, dilexi: fecit me tribunum, seruaui fidem: erat socer meus: obseruaui, vt pater meus: Deus tradidit in manum meam: eum seruaui incolumem, non secus ac meipsum. Iam videamus, quid contra Saul respondeat.

Benedictus tu fili mi Dauid.) Precatur Dauidi fausta & felicia: Nam benedicere, est precari alicui omnia genera bonorum. *Faciendo facies, & valendo valebis.*) Quod sit, Promalebis, potest ad futuri esse temporis, vel modi optantis. Nunc Saul Dauidi regnum quodammodo in manum tradit: quod antea ad antrum fecerat. Ita ipse ductus pœnitudine rescindit factum suum. Ante Dauidem omnibus modis cupiebat perditum, nunc illi bene precatur. His transactis discedens Saul in regnum suum, Dauid autem in latibula, vnde venerat. Noluit autem sequi Saulem, & eius fidei se committere, quòd sciret aulam eius esse perditam sceleribus, & omnium esse fraudum & scelerum officinam: & inter aulicos magnam esse licentiam gladiorum, & postremò Saulem ipsum interdum agitari solere malo spiritu, & furere. Et certè Saul vel ex hypocrisi ista dicit, vel ex vi ipsa perspicuæ veritatis. Si ex fide, erat ea tantum fluxa & temporaria, non certa & stabilis, quæ nimirum Saulis posset prorsus immutare.

Cur non sequitur Saulem.

CAPVT XXVII.

DIcebat verò Dauid in corde suo, Tandem absumar die vna per manum Saulis, non est mihi bonum: si celeriùs eruam me in terram Philisthim, cum desperabit de me Saul, vt non quærat me vltra in omni termino Israelis, atque eruam me de manu eius.

2 Surgens itaq; Dauid, transijt ipse, & sexcenti viri qui erant cum eo, ad Achis filium Maoch regem Gath.

3 Et habitauit Dauid cum Achis in Gath, ipse & viri eius singuli cum familijs suis, Dauid & duæ vxores eius Achinoan Izreelitis, & Abigail vxor Nabal Charmelitæ.

4 Nunciatum est autem Sauli quod fugisset Dauid in Gath, nec addidit vltra quærere eum.

Partitio capitis.

HOC caput ita diuiditur, vt primo loco agatur de habitu Dauidis in Palæstina: deinde de eius habitatione: postremò de eius viuendi ratione.

Dauid non consulit Dominum.

Cæpit iam Dauid velle consulere rebus suis, Iosephus ait, cum deliberasset cum familijs, quas habebat secum: Vtrunque potest consistere. Sed interim non consulit Dominum: non aduocat Abiatharum: non iubet applicari Ephod. Sed dicet, factum id quidem non à Dauide: sed esse præteritum in historia. Imò scripturæ solent ista diligenter annotare, si causa esset, cur id hoc loco non debuerit præteriri. Deus enim ipse antea sæpe impetrauerat à Gadda, Gaddum iusserat reuocari in Iudæam. Consilium capi solet, non de fine, sed de mediis, quæ ad finem. Nec de rebus necessarijs deliberatur, aut de illis, quæ non sunt in potestate nostra: enim deliberat de serenitate, aut de pluuia. Consuluit rebus suis: sed humanis rationibus. Non habet preces, non vota, non sacrificia. Atqui bonum consilium est donum Dei: itaq; precibus petendum. At Lyranus suscipit partes Dauidis: & eius factum defendit. Ait enim eum fecisse non ne occideretur, sed ne cogeretur congredi cum Rege. Atqui hoc, & habet aliquid

Falsa causa boni consilij.

pro-

...textu. Dauid enim ipse ait, Et occidet me. Alius quidem respondet paulò subti... habuisse promissiones, sed timuisse, ne illis annexa esset conditio, atq; ita illis posset ... Saulem quoq; cum promissiones amplissimas accepisset, quod conditionibus non ... Sed hoc quoq; infirmum est. Nam si propter aliquod peccatum Deus voluisset ... tutus esse potuisset inter Palæstinos? An erat Dauid ita hebes, vt non cogita... esse? Quid ergo illum mouit? Illud scilicet, quod sanctos homines interdum mo... enim sint sancti, tamen possunt aliquando timere. Vixerat Dauid diu iam in cru- *Vera causa consilij.*
...aliquando tutius & liberius agere. Hoc ille videlicet spectabat, Non enim ita planè ... aduersus, vt non posset dolori cedere. Videbat quidem sæuitiem Saulis nonni... esse: sed hoc etiam videbat, posse eam denuò recrudescere: & se vix sexcentos ... agentes, & malè acceptos: Saulem autem trahere iustum exercitum: itaq; se ... viribus dimicare.

... Dauid transijt ipse, & sexcenti viri qui erant cum eo ad Achim.) Mirabilis est ... prouidentiæ. Hactenus enim Dauid semper se fortem præbuit, nunc tanquam ... succumbit: cum Saul paulò post esset moriturus. Sed cur se nunc confert ad A... quid illum fuerit in periculo? Coactus enim est stultitiam simulare, vt saluti suæ ... Adhuc aut ea de re se contulit priuatus tantum victurus inter Palæstinos: nunc Reipu... *Cur abit ad Achis apud quē in periculo fuerit.*
... parari sciam. Antea vtcunq; propter illam dissimulationem latere potuit: nunc non ... enim sciebant, eum esse generum Regis: Sed audierat Achis esse capitale odium in ... & Saulem: & ea causa illum libentius recepit in clientelam. Rabbini putant, quod e... probabile, Dauidem ad Achim præmisisse nuntios, qui sibi eius gratiam conciliarent. ...) Est ea ciuitas nobilitata in sacris literis: habuit postea ciuem Ionam Prophetam, ... facie Domini, vt nunc Dauid. Hic videmus, quanta sit impotentia tyrannorum. Tu ... hostibus & infidelibus viuitur, quàm sub illis. Hodie multi libentius parent Turcæ, ... ibus Christianis. Nam Athei minus crudeliter oderunt & insectantur pios, quàm hy... falsi fratres. Daniel & eius socij multò tolerabilius tractabatur in Babylone, quàm Hie... solymis. Quidam putant, istum Achim non esse illum, sub quo Dauid coactus fuerat ... stultitiam. Sed quicquid est, id non magni refert. Erat hostis infestissimus Iudæorum: & *Quis fuerit Achis.*
... recipit Dauidem, quod eum putaret iam exulem & extorrem magnum aliquod damnum ... esse populo suo. Ita Volsci recepérunt Coriolanum: & Xerxes Themistoclem: & Lace... Alcibiadem: & eundem postea Ariobarzanes. Eo quoq; nomine hodie principes, homi... & exules ad se recipiunt.

AN DAVID RECTE FECERIT QVOD METV SAVLIS *confugit ad Palæstinos. Et quid nobis faciendum sit si in similes angustias incidamus.*

... ergo, inquies, peccauit Dauid, cum fugeret ad Achim? Sunt quidam, qui eum defen- *Argumentā quod non peccarit fugiendo ad Palæstinos. 1. 2. 3.*
...derant, cum id salua religione & fide facere potuisse. Cur enim hic reprehenditur, inqui... reprehensus non est, cum fugeret in terram Moabitarum? An enim illi minus erant ... Palæstini? Deinde habuit eo tempore hostem potentissimum, & tribules in... dos. An semper versandum erat in periculo? Adhæc, non tantum sibi prospicere ... suum fuit. Habuit autem sexcentos milites, cum illorum vxoribus & liberis, qui vi... trahebant in syluis & saltibus. Vnde eos alere potuisset in Iudæa? An vim fe... paternis? & illis inuitis cibos eripuisset? Quid autem vltrò daturi fuerint, satis ap... Nabalis. Multi etiam erant apud Saulem probi viri, qui Dauidi fauerent & bene ... causa sæpe vocabantur in periculum, quod videbatur finem prorsus habiturum, si ... fines Hebræorum ageret. Quare saltem illorum causa erat discedendum. Est e... omnia potius ferre, quàm vt sua causa alios coniiciat in periculum. Adhæc pru... vti occasione, quam Deus obtulerat. Quod nisi fecisset, videri potuisset tenta... quod habuit, inquies, promissiones. Fateor. At illæ non reddunt homines ignauos. 4
Quid? quod Christus ipse iuit ad Samaritanos, & in fines Tyri, & Sidonis? Po... finem aliquē imponi peccato Saulis, vt desineret persequi hominē innocentem: ... parte factum istud Dauidis reprehendi etiam potest multis rationibus. Primùm ... fuisse videtur, vt Dauid tantus vir supplex iret ad Palæstinos, hominēs iam an... Iudæis, sed etiam ab ipsa profligatos. Contemnere enim videtur beneficium 5 6 7 8 9 *Argumentā cōtraria quod peccarit fugiendo ad Palæstinos.*

Dei, qui, impetrata victoria, illi ipsi supplicare velit quam vicerit. Itaque repulsus est Pompeius, qui tot rebus gestis, postea supplex ire voluit ad Ptolemæum. Catonis autem virtus & animi magnitudo prædicatur, quòd vetuerit Vticenses sua causa ambire gratiam Cæsaris. Deinde Deus edixerat grauissimis verbis, ne Iudæi fœdus ferirent cum proscriptis gentibus vt Palæstini erant, neue auxilium peterent ab impijs. Adhæc Dauid, quem Deus Imperatorem & principem populi designauerat, nunc agit transfugam. Quæ autem illa quantaque infamia sit, lumine ipso naturæ docemur, & legibus ciuilibus. Nam in ff. de captiuis, & postliminio, lege postliminium, parag. filius, & parag. transfugæ: Qui transfugit ad hostem, priuatur iure ciuitatis suæ. Hoc ergo facto Dauid priuat se iure communi populi Dei. Vt autem eodem loco declaratur, is est transfuga qui tempore, aut belli, aut inducarum transfugit, vel ad hostes, vel ad eos qui hostes sint, nec amici, accepta ab illis fide. Is autem amisit ius postliminij, qui priuatur iure recuperandi res suas, & patriam. Et de capite minutis, ijdem declarantur hostes Reipublicæ. Qui opera aut societate iuuat hostem, incurrit in crimen læsæ Maiestatis, & est reus perduellionis. Nec factum tantum spectatur in hoc crimine, sed etiam voluntas, modò de ea satis liquidò constiterit. Si quis hodie dux militaris Christianus transfugeret cum militibus suis ad Turcam, non tantum haberetur pro transfuga, sed etiam inureretur grauiori nota. Et credibile est pœnitentiam aliquam intercessisse, vt Dauid arma gereret contra Saulem, & eius vitam peteret, cui tam bis pepercerat. Deinde quis dubitet, Saulem hanc fugam Dauidis insolenter tulisse, & eius amicis insultasse? Hunc illum esse, cui tantum tribuerent, perfugam, perfidum, desertorem & proditorem & religionis suæ. Illos autem verisimile est, cum hæc audirent, vix tenuisse lachrymas. Et quamuis Saul antea iniustè agere visus fuerit, cùm Dauidem extraderet, nunc tamen videri potest iustam habere causam proscriptionis. Adhæc cum esset Iudæus & liber, tamen appellauit se clientem, & seruum Achis. Consilia etiam Dei, quantum quidem in ipso erat, euertit. Deus enim eum elegerat Regem, qui populum defenderet. At ille deficit ad hostem, & contra populum suum bellum gerit. Hoc latronem potius erat, quàm Regem agere. Eò autem se demittit, vbi esset æternum seruitutem seruiturus: idque quod grauius est, Regi impio & Barbaro. Id enim futurum, Achis ipse prædicauit. Erit, inquit, seruus meus in æternum. Cogitur etiam colligere gratiam tyranni non bonis artibus. Mentitur enim, & orationem suam ad eius voluntatem accommodat: se modò in tribules suos Iudæos inuasisse, modò in Cinæos, modò in Ierahmeelenses. Sunt tamen qui dicant Dauidem nihil mentitum esse, cum diceret, se impetum fecisse in meridiem Iudæ. Illa enim loca pertinuisse ad sortem Iudæ, vt apparet ex descriptione Iosue: & si illi nondum totam illam hæreditatem adijssent. Sed hoc, quicquid est, valeat quantum potest. Certè ista à Dauide dicta sunt ad gratiam tyranni, idque, quod fieri non potest, animo fallendi. Sed videamus, quæ mala hanc fugam deinceps consecuta sint. Vrbs illa, quam Dauid dono acceperat à Rege, diripitur ab Amalechitis: vt ille miserè coactus fuerit deflere sortem suorum ciuium. Taceo quod imperatoriam illam vim & virtutem coactus sit mutare in latrocinium. Occidit enim omnes: nulli pepercit ætati aut sexui: ne Rex olfaceret, quid egisset. Prædam deinde diuisit cum [illegible] neque id semel tantum, aut iterum, sed quoad ibi fuit. Cogebatur interim ferre indignitatem conueniendi Achim, & se apertè patriæ suæ hostem profiteri. Adhæc parum videtur [illegible] fuisse viri, committere se amico reconciliato. Vti quidem solent homines illorum ópera, [illegible] bus cum in gratiam redierint, sed tantisper tantum dum est opus. Nam quid putamus Achim interim de Dauide cogitasse: nisi eum hominem esse ferum, & barbarum, qui posset in gentem [illegible] arma capere? Augustus dicere solebat, proditionem amo: proditorem autem non [illegible] autem animos Palæstini habuerint erga Dauidem, apparet satis ex historia. Nam cum consulerent essent, quid isti hic, inquiunt, Hebræi faciunt? Quo alio modo placare sibi possunt Regem suum, nisi nostro sanguine? Hic Dauid apertè se profitetur hostem patriæ: & Achis eum sibi [illegible] stodem corporis. Et Dauid, rum iam propter importunitatem Palæstinorum remittere [illegible] mum molestè tulit. Quid ego, inquit, commisi? Quidó quod toto hoc tempore non [illegible] ces? non soribuntur Psalmi? Nec mirum. Humano enim consilio hæc gesta sunt, iniuſu Dei. [illegible] inquies, non erat necesse consulere Dominum. Imò verò Deus 27. cap. Num. diserte iubet [illegible] iusmodi rebus sese consolari. Iosue, inquit, filius Nun stabit coram Eleazaro: & ab illo accipiet [illegible] culum, ad quod & ingrediatur, & egrediatur. Dauid autem erat dux populi: & antea quidem [illegible] soluit Dominum: & ad idem tabernaculum postea quoq; rediit. Nunc autem nihil talé video [illegible] illo fieri. Videtur etiam vox cum loco mutasse ingenium. Nam antea nihil gesserat, nisi [illegible] candidè: nunc nihil nisi insidiosè & fraudulenter. Et Saulem Regem suum, quem antea [illegible] rat, nunc videtur armis velle oppugnare. Ab his verò, quod eum crederet, quorum [illegible]

Grave crimen esse transfugam.

Mala quæ hãc fugam consecuta sunt.

Debuit Deum consulere.

facta quoq; imitaturum, non ita diligenter in eius facta inquirebat. Vtque rem ipsam consideremus, hæc defectio Dauidis magnum Iudæis attulit detrimentum. Nam, vt appa. cap. primi Paralip. confluxerat ad eum magnus numerus militum ex omnibus partibus vt iam haberet copias numerosissimas, tanquam exercitum Dei. Ità factum est, vt Achis esset tantum cum aliqua parte, non cum vniuersis copijs Iudæorum. Illi enim, quos oportuit Saulem, cōfluxerant ad Dauidem. Quod si mansisset in finibus, potuisset excursiones in agros Palæstinorum, & ita aut liberare aut certè iuuare patriam suam. Adhæc modestiæ est satis Dauidis temeritatem condemnare. Nam ille cum Dauidem haberet propè in latere reliquit eum, vt Palæstinos repelleret, quos audierat eo ipso tempore inuasisse in fines suos. Ita priuatis inimicitijs communne bonum prætulit Dauid autem, cum patriam suam vt periculo, adiungit sese ad infestissimum hostem, vt publico exitio priuatas inimicitias vl... Se sese ad eam pugnam non posse ascribi, queritur. Sed fingebat, inquies: Potest fieri. Ne contendo. Interim tamen non iuuat patriam. At Deus, inquies, voluit hoc pacto punire me. Fateor. Sed nos oportet non spectare occultam voluntatem Dei, sed expressam in lege. Nam omnia facta nostra sunt dirigenda. Præterea cauere debemus, ne nostro vitio veniat infamiam. Et, cum Dauid violaret finitimos illos Palæstinorum, videtur violasse ius hospitij. Fieri potest, vt illi fuerint aut tributarij, aut vectigales Achis. Sed, quoniam incertum est, an illi fuerint, de ea re non multa dico. Omninò ita voluisse se vlcisci de Saule, non video quomodo defendi possit. Nam si dicas in animo mitiora de Saule cogitasse, nihil effeceris. Nam si magnus quispiam ex nostris professoribus, quod Deus auertat, conferret se ad Papistas, dicat se nolle nec disputare, nec scribere contra Euangelium, tamen quo eum loco haberemus horrere quidem interdum soleo, cum audio voces quorundam, Malle se Papistas esse quàm Christianos. Certè nos de illis nunquam ita diceremus. Dauid verò dejcit se non modò infra Israelitas, sed etiam infra Saulinos milites. Illi enim defendunt: hic oppugnat patriam. In Græcorum historia Iason & Alcymus, & alij similes vel vltionis, vel ambitionis causa contulerunt se ad Macedonas. Idem nunc facit Dauid. Erat fulmen belli, & quocunq; inclinasset, magnum secum momentum adferebat ad victoriam. Tamen abesse voluit, cum potuisset plurimum nocere. Sed esto: noluerit pugnare in suos. Idem haud dubiè exitus eum sequuturus erat, qui Themistoclem, Coriolanus cum detrectaret pugnam contra Romanos, occisus a Volscis. Themistocles, cum nollet oppugnare patriā suam, hausit venenum. Alcibiades quoque de causa occisus est. Ita ferè est exitus transfugarum, nisi fortè Deus illorum miserea... Quod autem multò grauius est, cum Dauid certò sciret se fore regem, potuit etiam scire sibi certò bellum fore cum Palæstinis. Quomodo ergo patitur se nunc illorum deuinciri beneficijs, vt postea in eos pugnare non possit sine magna nota ingratitudinis? Possem alia adferre argumenta: sed hæc mihi in præsentia visa sunt satis. Quarè concludo, factum istud Dauidis, mihi prorsus non probari. Nec tantum ratione ducor, vt ita sentiam, sed etiam exemplo. Nam si nostri hortatores militares sese conferrent militatum ad Turcam, quàm esset id ex vsu orbis Christiani? Sed frustra quæro. Nimium id iam pridem experti sumus in Hungaria. Atq; vtinam hic sit finis. Dices fortasse, Deum occulto suasu monuisse Dauidem, vt iret ad Achim. Respondeo primùm id me nescire: deinde parum esse probabile. Deus enim eum antea monuerat, vt rediret in Iudæam. Sed quicquid est, hoc dico, hoc exemplum non esse nobis propositum ad imitandum. Peccauit in ea re Dauid: etsi non ad mortem. Languebat vtcunq;, non autem prorsus exulabat eius fides.

Nunc mihi dissoluenda ea sunt, quæ obiecimus in alteram partem. Cur magis, inquiunt, nunc reprehenditur quàm antea, cum se reciperet ad Moabitas? Respondeo: Alia fuit ratio temporis, & gentis. Primùm enim non ita multos tum secum trahebat milites: deinde non eodem animo, vt militaret Moabitis, sed vt apud eos parentes senes deponeret. Nec adhuc accepto verbum Domini vt rediret. Ibi enim primùm admonitus est à Gaddo, vt sese reciperet in Iudæam. Nec ita alieni erant Moabitæ à Iudæis vt Palæstini. Erant enim ex posteris Lothi. Et Deuteronomij secundo nominatim edixerat Iudæis, ne attingerent illorum agros. Non similis ratio. Sed an rectè Dauid iuerit ad Moabitas hîc nihil disputo. Certè profectio... non vsque adeò placuisse Deo, ex eo apparet, quod eum postea iusserit per Gaddum re... Sed vrgebatur & persequutione Saulis, & proditione suorum tribulium, vt necessariò ... fugiendum fuerit, aut fugiendum ad Palæstinos. Imò hac fuga non euitauit periculum, sed ... mis. Nam in maiores angustias se coniecit inter Palæstinos, quàm si mansisset in Iudæa. ... tem prudentis aut pij viri, ea propter timorem & animi imbecillitatem suscipere aut

Iudeis nullum nocuit.

Voluntas Dei arcana non excusat Dauidē.

Non excusatur si animo mitiora cogitauit.

Transfugarum exitus.

Responsio ad argumenta quibus Dauidis factum defenditur.

facere, quæ ipsius persona sint indigna. Saul persequitur: Ziphæi produnt. At Deus tibi illorum insidias indicauit, vt tibi nocere non possent. Saul semel atq; iterum venit in manus tuas. Sed grauis est perpetuò ita viuere. Esto. Sed Deus huiusmodi ictibus cudit in te futurum Regem. Infirma facis ista vel diffidentia de Deo, vel odio crucis. Si diffidentiæ, reter te ad promissiones Dei, & considera, quid tua causa antehac fecerit. Si odio crucis, lamentare potius infirmitatem ipsam nostram, quæ ita hæret in natura nostra, vt ne à sanctissimis quidem hominibus depelli possit. Dilemma autem illud aut fugiendum est, aut moriendum, infirmum & mancum est. Adde cornua: nimirum, vt ibi maneas, vbi te Deus collocauit: & speres eum non minus tuum

3 adfuturum quàm antea. Prospicere eum oportuit, inquies, non solum sibi, sed etiam sexcentis militibus, quos habuit secum. Iudæi vltrò nihil daturi erant: vi extorquere non licebat: ac mens ad Deum tollenda erat. Ille promiserat, se opem allaturum, & staturus erat pactis. Omnino non decedendum erat à statione, in qua te Deus posuerat. Deinde nihil opus erat, vt aut vim adhiberes, aut expectares liberalitatem tuorum. Erant finitimi Palæstini hostes nomine Iudaici, & iam proscripti à Deo. Ab illis licebat prædas agere. Ita enim antea feceras: & Deus conatus tuos fortunauit.

4 Ratio habenda erat amicorum, qui quod Dauidi exuli fauere viderentur, malè accipiebantur à Saule. Certè non temerè contemnendi sunt amici. Sed videndum est, ne dum eos velis liberare, grauiori etiam nota afficias. Nam longè grauius erat Dauidem fugisse ad Palæstinos,

5 quàm proscribi à Saule. Sed moriendum potius est, quàm vt alij tua causa veniant in periculum? At non semper spectandum est, quid sit magnificum, & gloriosum: sed quid placeat Deo. non erat contemnenda oblata occasio. Respondeo: Ea facit, vt casus aduersos facilius feramus. Deinde sperandum erat, Deum non passurum, vt probi perpetuò affligerentur, aut vt Ecclesia

6 perpetua nocte opprimeretur. Hoc erat prudentis viri cogitare. Fuisset tentare Deum, si secus fecisset. Nihil minus. Imò fidendum erat Deo, & manendum in illo loco, ad quem eum Deus vocauerat. Ille se promiserat adfuturum. Sed promissio Dei non facit homines truncos aut stipites, vt nemini liceat prospicere sibijpsi. Fateor: sed fide expectandum est auxilium Dei, non murmure & diffidentia resiliendum. Si non licebat turò viuere in aula Saulina, multò minus licebat in

8 Palæstina. Christus contulit se ad Sydonios, Tyrios, Samaritanos. Audio: At non vt illorum partes susciperet contra Iudæos: sed vt eos doceret Euangelium, vt adduceret ad Deum, vt sanaret,

9 & in eos beneficia conferret. Finis aliquis aliquando imponendus erat peccatis Saulis. At non ita, vt tu te in grauiora peccata conijcias. Multi fatui & miseri Missas & exequias dici volunt pro amicis mortuis: Sed cum eos liberare volunt è purgatorio, videant ipsi ne se præcipitent in infernum. Paulus monet, non esse faciendum malum, vt eueniat bonum. Quare factum istud nec satis factum erat, nec Dauidis persona dignum. Fateamur ergo, cum, vt alias, ita hac quoque in re peccasse.

Cuius generis fuerit peccatum Dauidis.

Sed Augustinus in Psalmos ait duplex esse peccatum: aliud ex necessitate, aliud ex ipsa eloquitur, ex abundantia & pinguedine. Multi si interrogentur, cur furati sint, respondebunt, quod necessitas coegerit, vt haberent quò vxorem & liberos tuerentur. Est ista quidem aliqua excusatio, sed non absoluta, verùm tantum ex hypothesi; si quis eo animo sit, vt velit omnino quatuor dictione viuere, & se tueri. Alij cum sint diuites, tamen nunquam desinunt expilare pauperes: quod non ex aliqua necessitate, sed ex inexplebili cupiditate. Peccatũ Dauidis ad superius membrum pertinebat. Neq; hoc dico, vt eius peccatum extenuem, sed tantùm, vt intelligi possit, ad quod genus peccatum illius referri debeat.

Quid ad nostram ædificationem hinc colligendum sit.

Cum argumenta obiecta dissolueremus, monuimus, quid nobis faciendum sit, si forte incidamus in similes angustias. Nunc videamus ex hoc Dauidis facto quid possit colligi ad ædificationem nostram. Primùm hic tanquam in speculo contemplari debemus infirmitatem nostram. Sed enim Deus vult à nobis agnosci, nõ vehementius peccemus, sed vt de conditione nostra doleamus, & suspiremus ad cœlum. Deinde videmus quantus sit candor sacrarum literarum. Non enim tantum virtutes sanctorum hominum, sed etiam lapsus & peccata proponunt: ne confidamus in nobisipsis, quasi nostris viribus staturi simus. Augustinus in Sermone 49. de Tempore. Postquam ad alteram vitam perdenerimus, inquit, firmiter consistemus. Videbimus enim summũ bonum, à quo nullis inferioribus & caducis bonis abduci possumus. Hic enim videmus tantum per speculum in ænigmate: itaq; cum alia bona incurrunt in oculos, auferimur sæpè, & labimur. Nobis ergo est in hac vita reluctari, quantum possumus. Sed in primis videndum est, ne transfugiamus ad hostes Euangelij. Qui enim postquam semel gustauit bonum donum Dei, & virtutes [illegible] iterum labitur, illi nõ superest hostia pro peccato, sed terribilis expectatio iudicij Dei. Cum diabolus sit grauissimus hostis Dei, videndum est, ne cum nostris copijs transfugiamus ad eum [illegible]

transferri possunt ad vsum nostrum. Fugere, & hosti militare, nullo modo licet. Fugæ autem fuga dicemus alio loco commodius.

Nuntiatum est autem Saul quòd fugisset Dauid in Geth, nec addidit vltra quærere eum.) Non secutus est, neque enim Saul eum amplius est persequutus. Vel quòd difficile esset eum inuenire, vel quòd iam id haberet, quod quærebat: exitium, videlicet, Dauidis. Sic enim ait, Dauidem, qui & Goliathum, & alios ducentos Palæstinos occidisset, & quorum illorum præputia abstulisset, non posse tutò viuere inter Palæstinos. Apud Achim fuisse satis amplam, quæ præter inquilinos, etiam sexcentos milites reciperet.

Dixit autem Dauid ad Achis: Si quæso inueni gratiam in oculis tuis, dens mihi locum in vnaquaque regione, vt habitem ibi, & vt quid manet seruus tuus in ciuitate regia tecum?

Et dedit ei Achis in die illa Sielag: ideò fuit Sielag regibus Iehudah vsq; ad hunc diem.

Fuit autem numerus dierum quibus mansit Dauid in regione Philisthim dies & quatuor menses.

Ascenderat autem Dauid & viri eius, & impetum faciebant in Gesuritam, & Gerzitam, & Amalecitam: hi enim inhabitabant terram quæ à seculo, ingredienti te Sur vsq; ad terram Aegypti.

Et percussit Dauid terram, nec viuum reliquit virum & mulierem, abstulit que oues, & boues, & asinos, & camelos, ac vestes: postea hæc reuersus est, & venit ad Achis.

Dixitq; Achis, Quò irruistis hodie? Respondit Dauid, contrà Meridiem Iehudæ & contrà Meridiem Ierahmeeli, & contrà Meridiem Ceni.

Virum autem & mulierem non relinquebas viuum Dauid, vt introduceres in Geth, dicendo, Ne forte renuntient contrà nos. Sic fecit Dauid: & sic consuetudo eius omnibus diebus quibus mansit in regione Philisthim.

Et credidit Achis Dauidi, dicens, Abominando abominatus est populum suum Israel: proinde erit mihi seruus in seculum.

Dauid petit pugnam aliquem agrestem. Alij putant eum id modestiæ causa fecisse, quòd non conueniret, vt ipse in eadem ciuitate moraretur cum rege. Alij, potius vt habitaret in finitimis, excursiones facere posset, & prædas agere: alij, quòd odisset luxum: alij, quòd non ferret ciuitatis: maximè, quòd videret, se vix sibi temperare posse à carnibus immolatitijs, præsertim tum sæpè inuitandus esset ad illorũ conuiuia: alij, quod meminisset, sese Goliathum, & Palæstinos interfecisse: & cogitaret, præsentiam suam posse sibi creare periculum: alij, quòd videret aulas abundare impostoribus & fraudibus: & sciret, semper in illis esse aliquos, qui inuidi illis, qui sint in gratia apud regem. Ego verò Dauidem hoc potius petijsse arbitror, ne forte aperte pugnare contra Iudæos. Nam in oculis Palæstinorum positus non latuisset virtutes. Habuit ingenium in procinctu, quicquid erat suscipiendum.

Cur petijt ciuitatem sibidari

Et dedit ei Achis in die illa Sielag.) Quàm feliciter cesserit ista donatio, post videbimus. Sophonias dicit esse donum. Donari ciuitate à principe, nec vile, nec nouum est. Ita enim Theodosius donatus est à rege Persarum. Non tamen puto, eam ciuitatem ita datam Dauidi, vt illi tollere idololatriam, aut quicquam de cultu mutare.

Fuit autem numerus dierum quibus mansit Dauid in regione Philisthim dies & quatuor menses.) Hebræi exponunt annum: cui sententiæ reclamat Chimhi. Ratio autem eius est, quia inter Samuelis & Saulis interfuerunt tantum septem menses. Dauidem autem non est verisimile abfuisse. In eandem sententiam descendit R. Schelomo, nisi quod iste ait, quatuor interpositos fuisse menses inter mortem Samuelis & mortem Saulis. Idq; ait se collegisse ex Olam. Idem ait Paraphrastes Chaldaicus. Iosephus ait fuisse quatuor menses & viginti dies. In hac interpretatione scrupulus nascitur ex illis verbis, quæ postea sequuntur cap. 29. Quicquid est, suo loco expediemus.

Ascenderat enim faciebant in Gesuritam, Girzitam, & Amalecitam.) Ex hoc loco videre possumus, Amalechitas non prorsus deletos fuisse à Saule. Sustulerat quidẽ ille omnes ex illis locis, in quos

Amalechitæ non prorsus à Saule debellati fuerunt.

irruperat, & qui vicini erant, istos autē, qui longius habitabant, non attigerat. Erant illi damnati & proscripti à Deo, & agri illorum debebantur Iudæis. Hactenus tamen & Moses, & Iosue, & alij iudices euaserant. Nunc oppugnantur à Davide. Neq; erat ista crudelitas in Davide, quod homines innoxios, & pacatè viuentes affligeret. Deus enim illos damnauerat, & istos miserijs addixerat. Sed quæri potest, vtrùmne Dauid eos ita oppresserit, vt obsequeretur cupiditati Dei, vt ditaret suos ex præda, & satisfaceret tyranno? Deus quidem voluit eos ita vindicari à populo: sed an ille eo animo ista tum fecerit, potest dubitari. Et si fecit, tamen voluit eos duos parietes dealbare. Nempe vt Deo satisfaceret, & haberet quod Achi regi impenderet. Sæpè Deus sæpe abutitur factis, imò etiam peccatis nostris, ad affligendos eos, quos decreuit affligere. Nebucadnezar impotens erat & crudelis princeps. Eius importunitate & crudelitate Deus abuti voluit ad afflictionem Iudæorum, & ad alias nationes puniendas. Iudæi vindicati, & eadem opera sanctum esse officio boni principis Deum credidere. Idem enim Nabonidum persequutus, Babylonios, quos Deus prorsus iusserat extirpari, dimittit.

Et peremptis Dauid, nec virum reliquit virum & mulierem.) Nec secum ullum superesse, qui ista Achi renuntiaret. Nihil tale cogitantes & securos oppressit. Id Achis si resciisset, non tulisset. Ita principes recipiunt ad se interdum perfugas magno suo malo. Sed quomodo nemo superfuit, qui ista nuntiaret? Oportet, aut valdè paruos & obscuros fuisse illos pagos, aut Achim valdè facilem fuisse ad credendum. Nec mirum. Facilè enim credimus ea, quæ cupimus esse vera. Volebat autē Achis & affligi Iudæos, & ditari illorum spolijs, sed probabilius est, Deum Dauidi adfuisse, & eius consilia promouisse. Nam quamuis ille lapsus esset, & grauiter peccasset, tamen Deus suam erga illum charitatem retinuit. Postea enim etiam cum occidisset Vriam, & Bersabæ commisisset adulterium, tamen Deus illi dedit amplam ciuitatem Rabba, & eum cumulauit summis opibus. Deus enim stat promissis, nec mutatur dignitatem nostram. Non enim diuinæ promissiones Dei habent adiunctam conditionem. Quid enim si quidam illorum non credidissent? inquit Paulus. Num incredulitas illorum frustrabitur fidem Dei?

Qui fiebat vt Achis non resciret.

Contra meritum Iehudæ.) Videtur Dauid notare seipsum graui infamia, qui in se fatetur esse crudelem in suos. Sed Achis, inquies, putabat honestū esse, vt persequeretur iniurias. Verùm Dauidi cogitandum erat, non quid tyrannus Barbarus, sed quid probi viri & humani pij essent de illo facto iudicaturi. Credit Achis, & pollicetur, Dauid sibi fore seruum sempiternum. Sed fallebat. Proditores enim sæpè facilè reuocantur ab instituto. Fraternæ discordiæ maximæ quidem fiunt, sed non perpetuæ. Redeunt enim aliquando in gratiam: nisi quis fortè prorsus abiecerit naturam humanam. Confluxit ad Dauidem tantus numerus hominum, vt in 1 Paral. dictus sit exercitus Dei, id est, maximus. Hac ratione factum est, vt Saul minoribus copijs pugnaret in Achim. Sed hoc erat iudicium Dei. Ita enim Saulem puniri voluit. Vtrum autem Dauid recte in hac re, an secus fecerit, nihil dico. Hoc dico, quod est verissimum, Deum etiam malis nostris abuti ad vindicanda peccata, & proferendam gloriam suam.

CAPVT XXVIII.

EO autem tempore congregauerant Philisthiim castra sua in pugnam, vt pugnarent cum Israele: dixitq; Achis ad Dauidem, Sciendo scito quod mecum venies ad castra tu & viri tui.

2 *Respondit Dauid ad Achis, Profectò scies quæ faciet seruus tuus. Dixit ergò Achis ad Dauidem, Certè custodem capitis mei ponam te omnibus diebus.*

3 *Samuel autem mortuus erat, & planxerunt eum vniuersus Israel, & sepelierunt eum in Ramah, id est, in vrbe sua. Saul autem abstulerat pythones & magos è terra.*

Partitio capitis.

HOC caput diuidi potest in tres partes. In prima ostenditur, quo occasione indictum Saul venerit ad magam: in altera eius consultatio, & responsum à mega redditum: in tertia in quam grauem mœrorem, & in quantam desperationem Saul coniectus fuerit, vt vix corpus suum curare vellet. Quod ad primum attinet, euadere non potest, quin malis dederit bellum indictum à Philistinis: maximè verò, quod iam Samuel esset mortuus, & Deus interroganti nihil responderet. Ideo miser coactus est fugere ad magos. Bella [illegible]

Bella tum infera runtur cum pij affliguntur.

Duo fugienda in consultationibus.

Occasio belli.

Angustiæ Davidis.

Davidambiguè respondet.

An David voluerit pugnare contra Israelitas.

An bellum hoc iustum fuerit.

lem. Nam vt sæpe docuimus, Deus vtens peccatis hominum aliorsum pertrahit consilium suum. In hoc bello Achis sequutus est libidinem suam, non voluntatem Dei: Deus autem sibi hunc delegit, vt amplificaret imperium suum. Deus tamen illius animo non obstitit, quo minus ad puniendum populum suum. Nec fortasse iustum est bellum, quod eundem aliorsum volebat. Assur, inquit Esaias, virga furoris mei: ego iussero vt vastet et spolijs. At ille non ita cogitabat. Imò, quemadmodum tradit Esaias, vana fuit, & ambigeret, vtrum in Iudæos moueret, an in Moabitas, Deus eum stimulis. Nam in eius mente fuit cordis Regum. Sed dices: At Achis facta videbatur fuisse a Deo. Ita enim Rabsaces de se loquitur: Nolite fidere Ezechiæ. Ait enim, Deus dixerit. Si tantus inquit, est vester Deus, vt omnia regat: ego quemadmodum Hæc ex hypothesi dicuntur: non quod sentiret, Deum illud verum esse. Deum pleri omnia. Nam cum numerat tantum eum alijs Dijs, quos vt eum coleret, idola sua. Alij fingunt, bellum istud fuisse iustum, quod Saul violasset conditiones pactionis. Sed esto, violatæ fuerint conditiones: non tamen idcirco licuit Deo pulum suum. Erat enim adhuc Iudæorum hæc solutus erat. Secundum ego quidem me puto bellum illud fuisse iustum: & si fuisset, tamen Dauidi non licuisset

An licuerit Dauidi pugnare, quia Rex erat vt ius suum asseueret.

quum iam designatus Rex. Itaq; licuit armis vindicare ius suum. Respondeo, itum faciendum esse, sed etiam iustè. Acceperat quidem à Samuele, se fore non acceperat, vt armis asseueret regnum suum. Nec illud à populo, cum populus recepisset. Saul ipse, cum seribus esset designatus Rex, & quidem murarent, ac dicerent, Quis est iste, suspendit ius suum in nouum. Postea cum repulisset tus, & Iabenses liberasset, & Deus voluntatem fuam fuisse declarasset, receptus licè ab omnibus. Potuisset quidem Deus ipse per se protinus iure Dauidem Regem sed maluit expectare consensum populi. Ita cum Legem ferret in Sina, iussit populum audire: vt assensu suo Legem approbarent. Et illi, Faciemus inquiunt, quæcunq; rit. Quamuis ergo Dauid renuntiatus esset Rex à Deo, tamen nondum erat receptus populo. Idq; nemo melius testari potest, quam ipse Dauid. Nam cum Ie bus, & cum posset facilè conficere. Absit, inquit, vt ego extendam manum meam in stum Domini. Hæc autem Dauid non ex modestia tantum dixit, sed etiam ex

Christi & Dauidis collatio.

chra collatio inter illum Dauidem, & verum nostrum Dauidem, Christum Iesum. Ille esset filius Dei, & haberet ius regni, tamen cum versaretur in carne, vti noluit ante quam mysterium nostræ salutis perfecisset, sublatus in cuius fines aut terminos imperat. Dauid ius quidem regni habuit, vsum autem adhuc & fructum non habuit. vinit Dominus: nisi venerit dies eius aut percusserit eum Dominus, aut morietur Nunquam enim Dauid se fecit iudicem, aut dominum Saulis. At si Dauid habuisset fructum regni, Saul haud dubiè commisisset crimen lesæ maiestatis: neq; Dauid illi cessé. Tum autem cæpit esse verus Rex, cum consegraretur in Hebron à tribu Hierusalem à toto populo. Quare non potuit iustè pugnare contra populum suum. eum tenera habuisse in animo, vt pugnaret, verisimile non est, sed contrà & pœnas Voluisse enim eum prædare Palæstinos, aut illos aliquo modo afficere poenis fuisse nouum in Dauide. Illum enim alias præstitisse virum, & curasse eum solere vt sed etiam vt utiliter qui eum ea erant, occideret. Dauid autem primo tatem insedisse vt filius Isaachus, nullo edicto de bello suscipiendo

An voluerit armis conterere & in Palæstinos.

uo suo. Ex fortasse quod ad Palæstinos attinet, que concludunt, verisimile esse, eum voluisse arma sua conterere magis enim esse probabile, quod declarauit: Rex suscepit bellum vitam & salutem suam illorum præsidio tueatur. Verùm illi nihil lacessiti à Dauide, vtrò illi bellum primi intulerunt. Nam postquam accepissent, illum bliè declarato Regi, adiunctis viribus regnis illis quæ dixi. Sed quod sentio, etiamsi de voluntate Dauidis nihil constare possit ex historia, arbitror tus tutò dici posse, illum nec contra Palæstinos pugnare voluisse, nec contra suos. pœnas diuinum aliquem accipiendum, vnde ab illis, aut ab illis sibi caueret: & ab illis iam ita libratis verbis, & ambiguè respondisse. Quod autem ius videri voluit ab exercitu remitteretur, id eum ideirco fecisse arbitror, quod si

quid est, non magni refert. Hoc autem multo maioris momenti est, vt cogitemus, quid Dauid se nunc coniecerit, qui id sibi pro summo beneficio dari putet, vt custodiat barbari & impij. Id certè Dauide indignum erat, siue personam ipsius spectemus, siue populum. Dauid enim vir multò excellentior omnibus partibus & numeris erat, & regnum Iudæorum amplius & splendidius quàm Palæstinorum: præsertim cum tantum partem eius regionis obtineret: populus autem iste Dei erat: alter proscri

mortuus erat, et planxerunt eum vniuersus Israel, et sepelierunt eum in Ramath, id est in additum est, quod esset duplex Rama: vel vt Chimhi putat, quod sepultus fuerit in vt foris in agro. Chaldæus interpres ait, eos qui accesserunt ad funus, defleuisse eum Rama, vbi sepeliebatur. Alios autem qui non accesserunt, tamen fleuisse eum in Atq; ita addit, Samuelem defletum fuisse in omnibus ciuitatibus Iudææ, quod to iudicasset. Interea non frustrà commemoratur mors Samuelis. Ex ea narratione cur Saul eum voluerit reuocari. Deinde quanta in calamitate Iudæi tempore, cũ & Dauide & Samuele carerent. *Saul aũt abstulerat Pythones et Magos* tur, vt intelligamus, eum si ariolum habere voluisset, procul oportuisse profi- quærere. Factum quidem illud Saulis bonũ erat & laudabile. Præcipitur enim nõ possum, ad illum fecisse animo bono. Multa enim fecit ad speciẽ, & ad ipulum. Sustulerat enim iam antea Gabaonitas, quod essent alienigenæ: & in ea re ius, religionem violauit. Sed eo pacto inire voluit aliquã gratiã apud populũ: ma alienato Samuele, & profligato Dauide, intelligeret se apud suos nonulla offensio- Itaq; factũ istud Saulis non potuit verè laudari, quod profectũ nõ esset ex animo bo xo maximè apparet, quod cum esset in angustijs, ariolos & magos voluerit reuoca- non fecisset, si eos seriò atq; ex animo exegisset. Videri voluit obseruans legũ & re hoc nihil aliud erat quã abuti nomine Dei. Quod vtinam nulli hodie principes Chri- qui per se ferunt studium religionis & Euangelij. Quidam enim, cum imminutam opum episcoporum, aut inhient bonis Ecclesiasticis, tamen cupiditati suæ prætexunt

An Saul bono animo sustulerit magos.

Saul colloqui interdum voluit cum Samuele, & aliquid conferre ad cultum ta- apparet ex 1. Paralip. 26. vt videretur studiosus pietatis. Sed Deus in cor ipsum & in tiones intuetur: nec huiusmodi simulatione falli potest. Et in rebus afflictis ipũ se sa- uales fuerint. Nam Saul externam quidem magiam sustulerat, interim autem ad- animo. Contemnebat enim & pro nihilo putabat verbum Dei. Nam vt supra au- Samuele, rebellio aduersus Deum est instar magiæ, & nolle parere instar idololatriæ. princeps nostro tempore sua manu Lutetiæ reposuit statuam, vt omnes intelli- faceat religionẽ. Interim tamen Euangelium Dei persequebatur, & membra Chri tormentis & cruciatibus lacerabat. Addunt Rabbini, Saulem ea causa sustulisse ario- dicerent, eius familiam euertendam esse, & regnum transferendum esse ad Da- quid est, hoc non habent è scripturis.

An liceat Regi statuere de religione.

Vtrum ne Regi statuere de religione? Videntur ista remittenda potius fuisse ad Epi- Saulis illa facere, idq; ex officio. Deus enim iusserat ariolos auferri. Qui autem vt appellant, profanos, non oportere ista attingere, pessimè consulunt saluti Ec pastor efficiatur. Iquit, quis eum tollet nisi magistratus? Aut si Episcopi, vt dignitate Ecclesiæ, nec ex verbo Dei, quis eos coercebit? Sed Ozias Rex, in- uisset sacrificare, percussus est lepra, & Oza, cum attigisset Arcam labentem ex mortem. Quare principes inquiunt, non debent istis rebus se admiscere. Quid er gunt in Ecclesia duo esse luminaria, & Papam quidem cum Episcopis esse lumina- autem & Reges, & magistratus esse luminare minus. Illos oportere cura- corpora, se verò animas. Ita volunt principes tantum esse pastores quosdam at gnent corpora. At ne Philosophi quidem ita absurdè sentiunt. Nam Aristoteles magistratus officium esse, vt curet, vt populus bene & ex virtute viuat. Nulla au- quàm religio. Et Deus in Deut. iubet, vt princeps describat sibi Legem, non ipse haberet, sed etiam, vt ad seruandum cogat alios. Lex autẽ continet non tantùm ceremonias, & cultum Dei. Et cum lex distributa sit in duas tabulas, vtraq; com- magistratus. Adhæc Paulus ait, Magistratum obtinere vices & locum Dei: & o- superiori potestati oportere esse subiectam. Quo loco Chrysostomus ait, nec Epi-

Obiectiones duæ.

Cultum religionis ad principes pertinere.

1 Ratio.
2
3

4. scopos, nec Euangelistas, nec Apostolos esse exclusos. Et Augustinus contra Donatistas. Si verò se res haberet, inquit, si magistratus adulteria punire posset, animorum autem [illegible] non posset. Et addit, Reges oportere seruire Deo non tantùm, vt ipsi piè & modestè viuant, 5. 6. etiam vt ad pietatem inducant alios, & defendant cultum Dei. In omnibus artibus, vt sic [illegible] tales, est quædam ratio [illegible]. Exempli causa, ars equestris imperat illi arti, quæ ephippia & frenos conficit: ars etiam nautica illi arti præest, quæ curat remos & carbasa. Quare cum [illegible] & summa ars sit magistratus, imperare debet omnibus reipublicæ partibus. Non exercet ipse eadem eas artes: sed videre tamen debet, ne quis eas corrumpat, aut adulteret. Si medicina non [illegible] ret ad præscriptum Galeni, aut Hypocratis, aut si pharmacopolæ merces suas corrumpant & [illegible] tas vendat, magistratus debet vtrunque coercere. Et si hoc potest in alijs artibus, non [illegible] idem in religione nō possit. Ita Ezechias, Iosias, Dauid, Solomon, Constantinus, & Carolus [illegible] *Responsio ad obiectiones.* iudicabant, religionem ad suam curam pertinere. Ozias percussus est, & merito. Deus [illegible] lum Regem esse voluit, non sacerdotem. Ille tamen contra præscriptum Dei nunquam voluit [illegible] crificare. At si sacerdotem delinquentem coercuisset, aut in ordinem redegisset, nihil illi [illegible] mali contigisset. Oza affectus est morte: nimirum, quod temerè in Arcam manum iniecisset. [illegible] uitas oportuit in humeris gestare Arcam. At illi eam coniecerant in currum. Hic cum [illegible] cilleret, cum iniecisset manum, dedit pœnas.

4 Congregati itaq; Philisthim venerunt, & castrametati sunt in Sunam: congregauit & Saul vniuersum Israelem, & castrametati sunt in Gilboa.

5 Videns verò Saul castra Philisthim, timuit, & expauit cor eius valdè.

6 Consuluit itaq; Saul Iehouam, & non respondit ei Iehouah, nec per somnia, neque per Vrim, neq; per prophetas.

7 Dixit ergo Saul seruis suis, Quærite mihi mulierem habentem pythonem, & vadam ad eam, atque inquiram per eam. Et dixerunt serui eius ad eum, Ecce mulier habens pythonem in En-dor.

Videt Saul ingruere numerosum exercitum Palæstinorum, & corripitur pauore: cum [illegible] *Cur Saul timuerit Palæstinos.* semper fuisset satis animo forti & parato ad pugnam. Iam tandem Deus incipit perficere [illegible] suam. Hoc comminatus est grauissimis verbis in Leuit. cap 26. & in Deuteron. cap 28. Percutiat, inquit, te Deus trepidatione: fugies nemine persequente: exhorrescet ad strepitum folij volantis. Ita accidit, quoties destituimur spiritu Dei. Dei enim spiritus, est spiritus fortitudinis. Non [illegible] iste vulgaris timor Saulis, sed tantus, vt ille totus obstupesceret, & mente quodammodo [illegible] tur. Ita eum concussit superiorum malorum conscientia. Meminerat sententiam dictam à Samuele, regnum transferendum esse ad alium se meliorem: videbat instare hostē, & suo vitio Deum ad eum transfugisse. Ista iam omnia pœnas ab illo repetunt.

Consuluit itaq; Saul Iehouam, & non respondit ei.] Quærit oraculum. Ita enim Deus [illegible] Deuteronomio, quoties aliquid magni momenti suscipereetur. Saul autem hoc facit ex [illegible] si, & ex more magis, quàm ex pietate, cum iam prorsus animo concidisset, & de alijs [illegible] speraret. Deus nihil respondet: qui tamen alioqui in rebus dubijs inuocatus [illegible] *Cur Deus non responderit Sauli.* Videt enim, quo animo ista fiant: prodere vult aliquando eam illam pracipitem, quæ in [illegible] Saulis tam diu delituerat: vt omnes viderent quàm procul ille abesset à pietate. Namque [illegible] rebus suis desperarit, contulit se ad diabolum: quasi dicere vellet illud ex poeta, Flectere si [illegible] superos, Acheronta mouebo. Sed agere debebat pœnitentiā, & committere se Deo, & eum [illegible] expectare. Verum impatiens moræ, recipit se potius ad malas artes & vetitas.

Saul cum ista faceret, nihil aliud, quàm simulabat. Nam religionem prorsus nihil [illegible] Id autem ex eo maximè liquet, quòd per omne tempus regni sui passus sit Arcam Dei [illegible] Ciriathiearim in domo priuata, nec eam in loco aliquo illustriore collocarit: quod [illegible] phetas, & Dauidem extulerit in exilium. Huiusmodi homines, si clament ad Dominum, non [illegible] diuntur, nisi agant serio pœnitentiam, & ex fide inuocent. Sed Saulem non inuocasse Deum [illegible] *Cur in Par. 10 dicatur Saul non consuluisse Deum.* ex fide, scriptura ipsa apertè docet. Nam 10. Paralipomenon dicitur non consuluisse Dominum. Hic tamen dicitur consuluisse. Ista tamen non pugnant. Nam quod verè atque ex animo [illegible] perinde est, acsi non fiat: vel potius re vera non fit. Quare in Paralipomenis dicitur, nō consuluisse Dominum, quod eum consuleret tantùm ex hypocrisi, re autem vera consuleret pythonissam. Hic autem dicitur Dominum consuluisse, quamuis id hypocriticè & simulatè fecerit. *Neque per somnia, neque per Vrim, neq; per prophetas.*] Primum generatim dicitur, Deum non respondisse [illegible]

describitur per partes. Non per prophetas, qui fuerant discipuli Samuelis, & ... solebant spiritu Dei, & futura prædicere: nec per vrim, hoc est, per sacer- ... pectorali gestabat lapides, qui à perfectione & claritate dicebantur vrim, & thu- ... solebat reddere oracula. Itaq; sacerdos ipse interdū dicebatur vrim, & thumim. ... potuit Saul consulere Dominum per sacerdotem, cum Abiathar sacerdos iam fu- ... pridem ad tyrannum missus aliquos ad Abiathar em in Siceleg. Alij putant, illum, cum A- ... fecisse alias vestes sacras, & creasse alium sacerdotem. Mihi non videtur necessa- ... sacerdotem. Neque enim id adscribitur. Satis est, quod dicitur, Deum il- ... audisse per sacerdotem. Idq; videtur probabilius ex eo, quòd postea apud Samuelem ... inferis nullam fecerit mentionem de vrim, & thumim. Consulebatur autem Deus ... rationibus, sed etiam interdum per sortes: interdum per omina. Omen autem ... quam signum sibi aliquod constitueret, quod si accidisset, intelligeret, id euenturum ... animo destinasset. Quale illud est, quod in Genesi legimus de seruo Abrahami: quod ... partibus persequuti sumus de Ionatha & eius armigero: quodque in libro Iudicum le- ... Gedeone, & vellere, modo sicco, modo compluto. Solebat etiam Deus interdum, quid ... facere per angelos. Sed ista minus erant ordinaria. Illa altera magis erant in vsu: itaque ... commemorantur.

Quomodo per sacerdotē consuluerit cum nullū haberet.

Oraculorum genera.

Cur hæc tria tantum commemorantur.

Discesserat à verbo Dei. Quare mirum non est, si nunc à Deo vicissim destituatur. Quis ... dat illi, qui nolit audire, & in eo pertinaciter pergat? Qui autem ita destituuntur, ru- ... bescit, & turbant ac miscent omnia: quemadmodum Saulem hoc loco videmus reli- ... confugere ad magos, & ad diabolos. Ita hodie, qui non agnoscunt Euangelium, con- ... misari & cæci ad Missas, ad Mortuos, ad reliquias, ad sepulchra hominum, & ad caudas ... & quouis potius alio, quàm quò debebant. Sic enim Saul, cum videret nullum sibi ... patere ad Deum, quem ita perpetuò violaret, desperabundus & amens causam suam com- ... uoluit cum diabolo.

mihi mulierem habentem pythonem.) Hebraica vox est אוֹב. Græca Pytho. Apolli- ... nem ita dictum putant à pythone serpente, quem occiderat. Serpentem autem putant ... nem à putredine: vel quod natus esset ex putri materia, vel quod omnia corrum- ... putant Apollinem ita dictum à Pythone latrone, quem interfecerat. אוֹב vox Hebrai- ... rum: quod pythones strictis & compressis dentibus, aut ex ventre, tanquá ex vtre, ... partibus vocem redderent. Sic etiam solebant Pythiæ sacerdotes Apollinis cum ... Et ob eam causam dicebantur ... Videtur autem pytho fuisse spiritus ... se habere potestatē excitandi manes. Vniuersa autem hæc nequitia appellatur Græ- ... qua consuluntur homines mortui. Distinguitur autem in ..., qua excitantur ..., qua ... ipsum reuocatur è tumulo, vt reddat oracula. Quale illud est, quod Lucanus describit in ... de Thessalia, quæ, excitato milite recens mortuo, prædixit Sexto Pompeio ... Pharsalicæ. Harum autem præstigiarum mulieres maximè esse solent magistræ: ... partim, quòd cùm sint debiliores moribus & non possint gloriam adipisci ex re- ... honorem & gloriam venire velint ex malis artibus: partim, quòd sint imbe- ... & facilè falli possint, & ea causa videantur instrumento aptiora diabolo. Ab initio e- ... vocem serpentis: & adhuc diabolus videtur agnoscere instrumentum suum. Nunc ... nec est masculus, neq; fœmina. Saul Deo viuenti sustinuit diabolum vicarium, ... mortuum. Tamen Deus vnquam quenquam remisit ad mortuos? Eoq; magis mi- ... quis, qui cum sciret, scelus quoddam admissum esse in domo sua, & id vtraq; pars con- ... ret, vtrunq; remisit ad reliquias S. Stephani. Certè in Euangelio, cum Epulo oraret, ... permitteretur ire & monere fratres suos, Abraham respondit, Mosen habent, & pro- ... illis nollent credere, ne rediuiuo quidem homini credituros. Et Deus in Lege diser- ... consulat mortuos. Simile exemplum habemus in Iuliano, qui cum se alienasset à ... à puero professus fuerat, statim se retulit ad magos, & ab illis abductus est ad exiti- ... Quomodo suspicari potuit Saul, magam aliquam superesse, cum omnes sustulisset? Erat ... & meminerat, quid agi soleret in Reipub. magnam sæpè esse negligentiam in mi- ... & difficillimum esse omnes idololatriæ reliquias & fibras tollere. Rabbini ... Saulem isti vni mulieri pepercisse, quòd esset mater Abneri.

Pythō.

Nigromantia et species eius.

Cur mulieres potißimum pythonē habeant.

Deus nō remittit ad mortuos.

Quomodo quærebat sagam si omnes sustulerat.

Abiitq; ergo Saul, & induit se vestimentis alijs, abijtq; ipse, et duo viri cum ... venerunt ad mulierem nocte, ac dixit, Diuina quæso mihi per pythonem, & fac ... ... quem dixero tibi.

9 *Et ait mulier ad eum, Ecce tu nosti quid fecerit Saul, qui abscidit Pythones & magos è terra: cur ergo tu offendiculum ponis animæ meæ, vt mori faciat me?*

10 *Iurauit autem ei Saul per Iehouam, dicendo, Viuit Iehouah si accusaberis tu propter hoc.*

11 *Dixit ei mulier, Quem ascendere faciam tibi? Illa dixit, Samuelem fac ascendere mihi.*

12 *Vidensq; mulier Samuelem, exclamauit voce magna: dixitq; mulier ad Saulem in hæc verba, Vt quid decepisti me? tu enim es Saul.*

13 *Et dixit ei Rex, Ne timeas: quid enim vidisti? Respondit mulier Saulo, Deos vidi ascendentes è terra.*

14 *Dixitq; ei, Qualis est forma eius? Illa ait, Vir quidam senex ascendit, et ipse amictus est pallio. Et cognouit Saul quod Samuel esset, & inclinauit se faciem super terram, atque adorauit.*

Pulchre palmarium pectus.

Saul redit nunc ad magos, quos antea fuerat persequutus: & in eo clarissimè prodit eum hypocrisis. Si quod auerti, inquit Paulus, iterum ædifico, prævaricatorem me constituo. Saul cum ista facit, accusat seipsum. Imò mulier illa, cũ commemorat, quid Saul fecerit, & quàm grauiter omnes ariolos & magos fuerit persequutus, quid aliud, quàm eum accusat? Multa quidem erant alia flagitia Saulis, sed hoc vnum videtur fuisse palmarium. Quale enim est Imperatorem in rebus difficillimis, cum propè in conspectu habeat hostem, relinquere exercitum suum, & mutato habitu noctu sese recipere ad fœminam mulierculã? Mutauit vestem, ne agnoscerentur, aut magis pertererefaceret. Atqui Deus illum videt, & quacunq; veste sese tegat, tamen agnoscit esse Saulem. Abierunt cum eo duo viri: hos Rabbini putant fuisse Abner & Amasa. Profecti autem sunt noctu, videlicet ne agnoscerentur. Rabbini tamen putant fuisse diem: & illis in eo mœrore & angore visum fuisse noctem.

Vis externæ disciplinæ.

Ecce tu nosti quid fecerit Saul.) Renuit mulier, & commemorat leges & edicta Saulis. Hinc discimus, externam disciplinam, etsi non flectat animos, id enim non est situm in manu principis, tamen multum efficere ad continendum populum in officio. Mulier ista, etsi mentem prauam retineat, tamen non audet exercere & profiteri artem suam. Itaque Augustinus ipse & magnus doctus, mutauit sententiam de coercendis hæreticis. Vidit enim Imperatorum edicta, & multos ex illis redijsse ad sanitatem.

Iuramentum iniustum.

Iurauit autem ei Saul per Iehouam.) Iurat Saul, se nolle magam afficere supplicio. Iurauit mulier, se nolle obtemperare legi Dei. Nam Deus iusserat, vt magi & arioli tollerentur. Iurat per Deum: quo significat, eum omnia videre, & omnia posse. Ita & ornat nomen Dei, & illud turpissimè dehonestat. Eò enim venerat, vt aut, si seruare vellet iusiurandum, peccaret in Legem Dei, aut si nollet, esset periurus.

An Saul putarit ipsum Samuelem posse reuocari.

Samuelem fac ascendere mihi.) Vult excitari sibi Samuelem. Quanta est ista mutatio? Qui ex præcepto Dei audire noluerat viuentem, eum nunc contra voluntatem & præceptum Dei vult audire mortuum. Sed an putauit, verum ad se Samuelẽ rediturum esse? An potius putauit fore quod spectrum? Nihil hic certi est, quod possit responderi. Tamen probabile rationem adducor, vt existimem, illum credidisse, ipsum ad se Samuelem posse reuocari. Nam alioqui eum ita reuertenter venientem excepisset. Non enim ita stupidus erat, vt vellet adorare spectrum. Cum autem dico eo Samuelem intelligo animum tantum Samuelis. Animus enim gerit eius nomen, quem viuens in corpore habitarit. Ita in transfiguratione obtulerunt se Christo Moses & Elias. Et Lazarus positus in sinu Abrahæ, Epulo in inferno: cum ista de animis tantum illorum hominum possim intelligi. Sed de hac re post plura dicam ad finem capitis.

Elohim.

Deos vidi ascendentes è terra.) Est Elohim nomẽ est Dei, & pene ubique maxima est in Deo. Sed refertur etiam ad fictitios deos, ad angelos, & ad principes, qui quodammodo obtinent locum Dei. Sed cum significat homines potentes, non deos fictitios, tum verbum adiunctum est in numero singularitatis: cum autem verum Deum, est in numero singulari. Contra tamen legitur in 82. Psal. Elohim reuelati sunt. Sed eo loco interpres Chaldæicus intelligit angelos, non verum Deum. Hinc intelligitur vir aliquis princeps & excellens. Rabbini putant magam mulierem ex eo iudicasse fuisse Saulẽ, quod Samuel ad eum modestè & reuerenter se adderet: alij, quod manus capiti obtenderet, quum alioqui soleret pedes prælegere, sed hos posterius inoptum est. Ille ipse aliunde intelligere, Ex eo quod dicitur, vidit ascendere, nata est opinio illorum, qui putarunt animas

Limbus patrũ.

ante Christum delitgisse sub terra. Sed nihil opus est illa comminisci. Nos scimus, chasma esse inter sinum Abrahæ, & infernum: & epulonem sustulisse oculos, vt videret in sinu Abrahæ. Dicit autem mulier se vidisse Samuelem ascendere, quòd mortui defo- runt in terram, vt si velint redire, necesse sit eos ascendere.

Ne veniant incircumcisi isti, & confodiant me, & illudant mihi.) Non potest obliuisci gloriæ suæ princeps. Itaq; vult ante sibi mortem consciscere, quàm veniat in hostis potestatem. Cæsar, Cato, Demosthenes desperatis rebus necem sibijpsis consciuerant: Cicero exul esset in exilio, parùm aberat, quin ipse sibi quoq; adferret manus. Herodes rex cum laboraret Syriasi, impatientia cruciatus seipsum interfecit. Abimelech in obliuione ciuitatis lapidem de tecto à muliere, cum intelligeret, vulnus esse lethale, cōfodit seipsum, ne dici posset, se à muliere. Et infinitum esset omnia exempla percensere: sunt enim innumera. Isti apud suos habiti sunt viri fortes. Sed quid de illis sentiendum sit, dicemus ad finem capitis. Dixerat autem Saulem cum egregiam nauasset operam, & multos ex hostibus sua manu confodisset, tandem nihil illi spei, voluisse se recipere in locum aliquem tutiorem: sed interceptum ab hoste vulneratum sagitta, non potuisse effugere. Vulneratum fuisse, scripturæ in Hebræo non dicunt. Id Iosephus habuit à Græcis. Eos enim interdum sequi voluit, fortasse ne ab Ethnicis, si non intelligerent, posset reprehendi. Addit Iosephus, interuenisse seruum Amelechitam, qui occidisse. At id scripturæ non tradunt. Imò eum aiunt seipsum interfecisse. Armiger enim Saulem dominum occubuisse, ipse quoq; se traiecit. Alij quoq; mortui sunt complures, addit, eos sua ipsos manu concidisse, sed tantum esse mortuos.

Exempla eorum qui se occiderunt.

An Saul vulneratus fuerit.

Hic proponuntur varia supplicia, quæ Deus inflixit hostibus suis. Alij enim occiduntur, alij exciis, alij relinquunt ciuitates. Sed quid sentiendum est de Ionatha? Ille haud dubiè iustus, & timens Dei, & optimo animo erat gesserat. Non affert sibi manus, nec ignominiosè succumbit. Honorificum enim erat pro patria, & pro parente pugnantem emori. Vel hinc patet cum Dauide contra patrem suum non cōspirasse. Et si alio pacto non potest, saltem vindicat innocentiā suam. Mors aūt ista Ionathæ non debet nos cōmouere. Vt enim impij, quo modo discedant, malè moriuntur, ita pij bene & feliciter occumbunt, quocunq; mortis genere confodiantur. Pulcherrima est illa sententia in sapientia Philonis. Iustus si præoccupatus fuerit refrigerio erit. In Græco est, ἐν ἀναπαύσει, hoc est, si sublatus fuerit ante maturam ætatem, quicquid acciderit, erit in requie. Ita scribitur in Apocalypsi, Amodo, requiescunt à laboribus, priusquam horum senectutis. Respondet sapiens, senectutem non sitam esse in numero annorum. Cani enim, inquit, sunt sensus hominis. Satis diu vixit, qui & prudentiam piam retinuit & innocentiam. Huiusmodi vita, quacunque hora finiatur, non potest videri breuis. Deus enim ne malitia immutentur illorum corda, neue cupiditatibus contaminentur, illorum animos vbertim irrigat, ne quid turpe aliquid in se admittunt. Et quis scire potest, Ionathanem, quæ fuerunt in illa virtute animi & fide erga Dauidem? Fortasse parum æquis oculis Dauidem ita crescere. Itaque Deus illi voluit antevertere. Non tamen portat iniquitatem patris. Si enim erat vir bonus, tamen non caruit peccato suo. Sed id Deus illi non imputauit. Dilexit enim eum, & omnem infirmitatem condonauit. Quamuis ergo peccatum in Ionathane castigetur, tamen illi cedit in bonum. Deinde Deus hoc exemplo disciplinam, vt patres diligenter sibi caueant à peccato. Mali enim non tantum perdunt liberos suos, quamuis bonos & sanctos, sæpè vnà rapiunt ad exitium. Populus non ad rabam vniuersam attinet, dignus erat, qui ita desereretur à Deo. Applaudit contra Dauidem & sacerdotes: neque ex illo omni numero quisquam erat, qui illos admoneret. Et raro accidit, quin peccata principum migrent quodammodo & populi vicissim in principes. Isboseth filius Saulis non occiditur: non enim

De Ionatha.

An detrimento sit mors præpropera.

Ionathas non portauit iniquitatem patris.

Populus non portat iniquitatem principis.

Isboseth.

erat in acie: vel quod fugisse esset ad pugnam, vel quod relictus esset domi, vt prouideret familiæ.

Hebræi, qui habitabant vltra Iordanem, & vltra vallem, relictis ciuitatibus ea munitiora. Hic rectus fuga testimonium stetit Dei. Ibi ita trepidant, vt putent se posse esse incolumes. Rectissimè inquit Propheta, percutiam pastorem, & dispergentur gregis. Viri fortes, si aliquam offensionem (vt sic loquar) acceperint in bello, cum fuga fidunt. Istis autem panicus & repentinus pauor arrepsit, quod iudicium Dei fuit. Hæc autem non de omnibus Iudæis intelligenda sunt, sed de illis tantum, qui habitabant. Neque hoc statim accidit, sed postea, cum de illis clades accepissent. Nos autem vt intelligamus, quanta calamitas istam eorum sequuta sit. Illis fugatis occupauerunt Palæstini postea coacti sunt Dauidi & Salomoni reddere. Qui ergo vallem ces montis Gilboæ, & ex altera parte alluitur à Iordane. Postquam Philistæi Palæstini ingressi occupant, & habitant ciuitates vacuas. Non est credibile, eos Israelitas lonias, pro tempore tantum vrbes eas occuparunt, & præsidijs tenuerunt.

8 *Postridie verò venerunt Philisthiim ad exspoliandum interfectos, & inuenerunt Saulem, & tres filios eius iacentes in monte Gilboe.*

9 *Et præciderunt caput eius, detraxerunt arma eius, & miserunt in terram Philisthiim per circuitum, ad annuntiandum in templis idolorum suorum & populo.*

10 *Et collocauerunt arma eius in templo Astharoth, corpus verò eius affixerunt muro Beth-san.*

Hostes interfecti nō statim sunt spoliandi.

Postridie eius diei Palæstini egrediuntur in campum, vbi pugnatum fuerat: quos cæsos inuenerant vita, eos nunc armis quoque spoliant. Disciplina militari in primis cauere imperatores, ne miles hostem interfectum statim spoliet. Primùm enim victoriam turbare. Postridie ergo detrahunt spolia: & ex ea re duplex capiunt commodum. Primum auferunt, quæ quærebant: deinde videntes interfectorum, colligunt quæ effugerint. Saulis autem cadauer non tantum spoliant, sed etiam truncum capitis dicta Dei. Nolnit illudi sibi viuo: nunc illi ignominiæ afficitur mortuo. Interficiunt quoque Saulis cadauera truncata fuisse capitibus eodem modo. Atqui non Imò in Hebræo est numerus vnitatis. Caput illud Saulis remittunt domum victoriæ, Saulem ad eum ipsum relinquunt truncum: qua re nulla mortuo contumelia. Tamen Papistæ, nescio quo pacto, glorioſum putant, si diui alicuius offendere possint, in alio caput. Atqui ad id ignominiam diuorum pertinet. Cum Dauid Goliathum occidisset, eius caput per pagos & vicos circumtulit eum mulieres festis carminibus & cantibus celebrabant. Eadem nunc fiunt. Huiusmodi sunt vicissitudines in rebus humanis. Infertur gratulationis causa templa Deorum. Ita Romani confecta aliqua insigni victoria, ad ædes Deorum supplicationes. Hic videmus, mortem Saulis non tantum ipsi & Reipublicæ eam contumelioſam in Deum. Palæstini enim de Iudæorum Deo triumphos agunt. Antea non videbantur ita fuisse crudeles. Eli interfecissent. Nec mirum: ex eo enim tempore creuerat odium. afflicti fuerant à Samuele, à Saule, à Dauide. Huiusmodi autem malis efferatiores. Cum Brutus esset mortuus, Mar. Antonius iussit illum sepeliri. Et ne quid deesset ad splendorem funebrem, adiecit etiam Ciceronis inimici sui capiti impotentissimè illusit, illudq; illudendum trucidatum in Rostris publicè collocauit. Sic hostes crudelibus spectaculis leont pascere. *In templo idolorum suorum.*) Idola Hebraica voce appellantur cruciant animum, nullam autem certam consolationem adferunt: qui cruciatu colebantur. Idololatræ enim solebant solemnia & humi cubare, & mille alijs rationibus valetudini modi superstitionem habere speciem aliquam sapientiæ honore ad expletionem earum. Posuerunt cruces in templo gon, vt habetur in libro Paral. Dag Hebraicè fanat pisces. Astaroth autem erat aut Iuno, aut Venus. Astaroth Hebraicè Augustinus putat Astaroth fuisse Iunonem. Nam ea colebatur ma arietis. Dicitur autem in numero multitudinis Astaroth,

Palæstini nunc sunt crudeliores quā antea.

Deus et Astaroth.

...& Cicero in 3. de natura Deorum putat Astarthen Deum Sidonio ...ndum in hoc Augustino magis quàm Ciceroni. Lingua enim ... verbis erat simillima Hebraicæ. Hic apparet Palæstinos non ita parum ... victoriam esse donum Dei. Itaq; decernunt supplicationes ad omnia deo ... solebant, victis hostibus, spolia inferre in Capitolium. Romulus ip- ... manu occidisset, Ioui Feretrio consecrauit opima spolia. Illi, quod de ... grauiter, aliter sentiebant. Sed quòd Dagonẽ putabant esse illã sam- ... enim Deum honore suo, dum ornant suos. Sed Deus ad tempus pati- ... nominis sui, vt hoc pacto suos reuocet in viam. Populus enim alioqui ... de Saule, sed multò potius eius exemplo ipsi quoq; deteriores euasis- ... potuisset populum, sed coruptum & perditum. Palæstinus autem ... Neq; enim desunt Dei vias, quibus illum quoq; possit castigare. Ex o- ... videmus, fideles nostros, postquam in populum Dei sæuissent, non ita ... dedisse poenas. Id Syrorum, Babylonitorum, Macedonum, Romanorum ...

Quid hic bene vel malè egerint Palæstini.

... contenti occidisse Saulem, & eius caput amputasse, cadauer etiam eius suspen- ... erint Bethsam. Nec eius tantùm cadauer suspenderunt, sed etiam filiorum. Id in- ... quod sequitur, labentes cadauera Saulis & eius filiorum de mœnibus sustulisse. ... diadem cadaueribus: quod poetæ quoq; in Mezentio tyranno damnauerũt. ... cadauera aute occasum Solis tollerentur de furcis: idq; Iosue in Regu- ... erat, obseruauit. Id tamẽ Gabaonitæ postea sequuti non sunt in posteris Sau- ... faciat benedictus Deus, nunc factus est execrabilis. Maledictus enim est o- ... Nec tantùm Saul, sed etiam Deus ipse videtur quodammodo factus exe- ... victores eius nomini & religioni insultant, quòd non intelligerent, eius ... esse. Putabant eum infirmum esse Deum, nec potuisse populum suum defen- ... ad ignominiam, non tantum Saulis, sed etiam Dei. Hoc vidit Moses: & id ... intercessit pro populo apud Deum. Ne occidas, inquit, ô Deus, illos in de- ... illi digni, in quos ita sæuias: Sed Gentes non ita accipient. Dicent enim, te non ... in terram, quam illis promisisti: & ideirco occidisse eos in deserto. Atq; ita ... ignominia. Et Ezechiel cap. 20. ita inducit Deum loquentem. Se quidem ... populum illum perderet: sed id efficere noluisse propter nomen suum. Non ... pœnitentiam, aut quòd illi facti essent meliores. Hoc tamen Deus non sem- ... enim affligit populum suum ad tempus, etsi non ita diu. Hic ergo videmus, ... affici contumelia: vel propter grauia peccata, vel propter supplicia suorum. ... videmus, dicent statim infideles, Quis iste Deus est, qui talem habet populum? ... dicent nos in imbecillem & miserum Deum incidisse, qui nobis non ... sed hodie Turcæ, cum viderint Christianos impurè viuere, & sæpè à se superari ... esse meliorem. Et certè si spectamus euentum, Palæstini videri potuerũt ... Iudæi, & Turcæ hodie, quàm Christiani. Verùm nos oportet non successi- ... nostrum, sed verbo Dei. De salute Saulis nihil possumus statuere: difficile ... salute iudicare. Nihil tamen effertur nobis in scripturis, vnde possimus de il- ... de illo horrenda proponuntur ad exemplum nostrum, vt nos nobis ca- ... scribitur, eum occubuisse in bello, regnum transisse ad alium, & po- ... esse in peccato suo. Quantumquam id non incommodè intelligi potest, mor- ... quod admiserat. Seruauerat Agagum contra mandatum Dei: occiderat ... Samuelem ad sacrificium: Dauidem innocentem persequutus fue- ... fefellerat fidem: pythonem consuluerat: postremò quasi pro co- ... edere. Nullum tamen vspiam extat vestigium veræ pœnitentiæ. Quid ... inquamus Deo. Quantumuis enim malus fuerit, tamen Deus illi ... potuit pœnitentiam.

Saulis cadauer suspenditur.

Saul factus est execrabilis.

Hostes Deo ipsi insultant.

Deus propter suorum peccata duplici contumelia affi- citur.

De salute Saulis.

Habitarent autem do- re habitatores Iabes Galaad, quæ fecerant Philistiim de

12 *Surrexerunt omnes viri fortes, & pertransierunt totam illam noctem, tulerunt cadauer Saulis, & corpora filiorum eius de muro Bethsan: & quum venissent in Iabes, combusserunt ea ibi.*

13 *Accipientes ossa eorum, sepelierunt sub arbore in Iabes, & ieiunauerunt septem diebus.*

Fortes viri egressi sunt à ciuitate Iabensi. Iosephus ait Iabenses habuisse virum prae[illegible]
Istos autem apparet, non tantum corpore robustos fuisse, sed etiam fortes animo. Videntes
sui capitis periculo redimere voluisse regiam sepulturam. Nec tantum gratum eum fuisse illis
culum, quod pronunciabant, sed etiam publicum. Fieri enim potuisse, vt Philistini suos cadaueres
Factum Iabensium probatur moti, in illorum ciuitatem arma conuertissent. Iabenses meminerant, se Saulis eius clementiae
affectos fuisse beneficio. Liberauerat enim eos ab Ammonitis: qui non tantum eos depressos
seruitutem, sed etiam praeterea minati fuerant, se velle illis oculos dextros effodere. Haec
beneficij memores Iabenses, Saulis & filiorum cadauera furtim auferunt à furcis, & honorifice
liunt. Illud factum probatur etiam. Dauidis iustissimo alioqui Saulis inimici. Et quoniam D
An pugnarint eũ Dei cõsilio. erat vir Dei & Propheta, non est dubium, factum illud probatum fuisse etiam Deo. Sed adue
inquies, sunt consilio Dei. Ille enim eos & ita mori, & ita suspendi voluit. Res aũt non
sunt ex secundis causis, sed resoluendae in Deum. Quemadmodũ enim scribitur in Paralip
occidisse Saulem per Philistinos, ita illũ per eosdem suspendit. Pugnant ne ergo eũ consil
Minimè. Deus enim vtrunq; voluit, & Saulem ita suspendi, & Iabenses esse gratos in
fuissent affecti beneficio. Ista non ita pugnant, quin Deus vtrunq; velle potuerit. Quamuis
Deus voluerit Saulem ita tractari mortuum à Philistinis, tamen illi nullum de ea re
Parent Dei praecepto. à Deo receperant. Satis est, vt intelligamus, Deum eorum animos excitasse. Iabenses
bant hoc praeceptum: Honora patrem & matrem. Quibus verbis includitur magistratus
est communis pater patriae. Huc etiam accessit alia obligatio, quod Saul illos à crudelissima
nitarum liberasset. Philistini quidem graviter peccabant, quod nimis impotenter
dio suo, & corruptis affectibus indulgerent, Deus tamen in eodem facto omni odij
cat. Saul etsi in omni vita fuerit malus, tamen erga Iabenses fuerat bonus: illi
beneficium. Sed quam potest esse charitas erga hostes Dei? Primùm respondebo
de redibo ad Saulem. In vniuersum quod attinet ad impios, nõ possumus statuere, illos
dos esse ab omni fraterna charitate. Videndũ enim est non tã qui sint, quàm qui esse
sunt aũt reduci in viam, & effici fratres nostri. Debemus quidem propensiorem
lis qui iam (vt aiunt) facto & re ipsa sunt boni. Nam Philosophi quoq; aiunt, actum
dum esse potentiae. Itaque Dauid in Psalmo ait, Sanctis, qui sunt in terra eius, omnis
mea in eis. Et Paulus ait, nos oportere inprimis beneficos esse erga domesticos fidei
phetios ait, per omnem orbem terrarum auditam esse illorum charitatem in Sanctos.
tes vel in actu esse possit, vel in potentia. Quod autem ad Saulem attinet, ista non
Iabensium factum non fuit charitatis sed gratitudinis. prius appellari charitas. Ea enim eò spectat, vt fratrem adducamus ad salutem, vtq; nos
uemus mutuò. Saul autem iam confecerat cursum suum, & vel saluus erat vel perdit
ergo factum Iabensium pertinet magis ad obedientiam & gratitudinem erga Deum.
modum enim antea acceperant à Deo beneficium per Saulem, ita nunc vicissim per
ti sunt erga Deum. Nam etsi pater sit nequissimus, tamen filius ab eius obedientia non
turmisi fortè pater illum solicitare velit ad peccatum. Imò etiam, si pater sit excommunicatus
tamen filius ob id minus illi obstringitur. Papa tamen cum excommunicat Principem, liberat
soluit populum à iureiurando. Sed id & contra rationem facit, & contra verbum Dei. Ambrosius
brosius cum excommunicaret Theodosium, tamen populum non prouocauit ad seditionem.
Instini nullam habebant iustam causam, cur ita in Saulem mortuum desaeuirent, sed Deus
Obedientia debetur etiam excõmunicato principi. Sed illi quoniam in vltione modum non tenent, postea dabunt poenas. Ita prophetae toties
cunt de Babylonijs. Et Deus apud Zachariam: Ego, inquit, iratus eram, & vos adiuuistis
lum. Vos eos, inquit, punire voluistis: sed in malum, vt exploretis odium vestrum, non vt
liores faceretis. Sed quis, inquies, illis praescribebat modus aut terminus vltionis? Respon
Humanitatis, vt ostenderent videlicet erga illos animo placabili. Id enim lex ipsa naturae praescribit
benses autem secuti sunt officium suum. Ita Ionathas, quamuis non nesciret peccatum
men eũ pro officio suo secutus est ad bellum. Et Samuel, etsi sciret, Saulem abiectum esse
tamen à suo officio non discessit. Et Iudex ciuilis, etsi ex lege pronuntiet sententiam
tamen tangi debet misericordia erga illum, quem condemnat. Ita Nero in illo suo quinquen

...hanus princeps, rogatus, vt subscriberet sententiæ capitali: Vtinam, inquit, ne... Quod diximus, non discedendum esse ab officio nostro erga malos, id ita contra... quoscunq; liceat per verbum Dei. Nam si Deus secus iubeat, nulla habenda est ratio... eo Saul peccauit grauiter, cum Agagum seruaret incolumem. Deus enim eum iusse... Achab quoq; peccauit, cum seruaret Benhadadum, quem Dominus tradiderat iam ...ctum, ne plius molestus esset Israelitis. Deinde etiam videndum est, ne officium ...onæ, aliorum impietatem. Sed hic magno opus est iudicio. Vt enim sumus corrupti, ...am in dulcedinis prauis affectibus. Satius autem multò in alteram partem peccare. Mi... mali est in iuuando malum, quàm in lædendo bonum.

...uæ venissent in Iabes, combusserunt ea ibi.) Cõbusserunt corpora. Non erat illa consuetudo ut cadauera comburerent. Imò ea sepulturæ ratio à Christianis quidem nunquam re... Illi tamen ita facere voluerunt, vel quod illa cadauera iam computruissent, vel ne illa à ...s repeterentur. Quidam putant eos incendisse tantum odores, quod factum est de Ama... *Cur combusserunt cadauera.*

...runt illa sub arbore in Iabes.) Non enim erat tum vsus cœmiteriorum. Ita Iacob nutricem ...eliuit sub arbore, תחת generatim significat omne lignum. Sed in Paralipomenis vna tan... ligni nominatur תרח, eam quidam putant esse terebynthum, alij quercũ: recentiores ...buisse vocem תאנה significat execrationem: fortasse quod excerabilis esset, qui excelsa ali... ...rum sustulisset. *Et ieiunarunt septem diebus.*) Quidam istos dies referunt ad illud spa... ...ciarum, quod Naas Ammonita dederat olim Iabensibus: vt nisi interea venissent eis in ...reliqui Iudæi cogerentur illi seruire exculsis oculis. Est quidem ea coniectura nõ ma... ...quid est, ieiunium faciebat ad celebrandũ luctum. Lugebant aũt in illo funere vel dam... ...quod ereptus esset reipub. præclarus vir, vel commune peccatũ, vel iram Dei. Qui ve... *Ieiunium & luctus.*

...affecti, non possunt vacare delitijs. Ita amici Iobi cum animaduerterent tantam eius ca... ...ieiunauerũt septem dies. Verisimile aũt est, Iabenses luxisse cõmunem calamitatẽ reip. ...communes preces, quę iuuandæ sunt ieiunio. Nam alioqui ieiunium, nisi coniungatur ...bus, infructuosum est. Apparet hoc ieiunium non fuisse priuatum, sed publicè indi... ...pulo. Neq; verò isti ea causa se affligunt, vt Saulem liberent è purgatorio. Hæc enim ...tribus quibusdam, vel potius ab Ethnicis orta est, quàm ex lege Dei. Scimus e... *An deprecati sint purgatorium Sauli.*

...bo Dei quenq; iustificari sua fide, non aliena. Et quenq; reportaturum ea, quæ per pro... ...pria fuerint, non quæ per alienum. Possunt quidem bona opera piorum hominum ante ...tatem à ciuitate, Deus enim spopondit se parsurum esse Sodomæ, si vel decem ibi ...possent inueniri. Verũm id intelligendum est de pœnis temporarijs, non de æternis. ...loco colligi potest formula vniuersalis. Interdum enim populus ita est flagitiosus & ...vt Deus nullo modo velit illis ignoscere, ne si Noe quidem, aut Iob, aut Daniel velint ...intercedere. Sepelitur Saul honorificè, Sed id nihil fecit ad eius salutem. Nam Nero quoq; ...princeps, tamen casu & præter opinionem omnium, sepultus est splendidissimè. Sed ...Bucerum hæc offendit, quod citatur 23. q. 5. cap. Placuit. Decretum est, vt qui sibi manus attuli... *An debuerit sepeliri honorificè qui sibi manus attulerat.*

...rentur ad publicam sepulturam, ne cum Psalmis efferretur, ne eius memoria in oblatio... ...rentur. Sed id decretum est in illo concilio ad detestationem sceleris. Talia autem decre... ...tum non extabant. Ex illo autem decreto, vt id etiam obiter admonearũ, video fuisse ...dem, vt nomina piorum, qui iam obijssent, ad sanctam communionem recitarentur: vt ...gerentur Deo, quod illi discessissent in fide, vt alij ad mortem subeundam fortio... ...memoriæ redderentur. Qui autem sibi manus attulissent, quid erat, quod quisquam ...gratias agere, aut de illorum obitu gratulari? Sed hæc, vt dixi, non erant in more ...Quod datur Sauli mortuo, humanitatis erat officij ciuilis. Agnoscebant enim ve... ...ficium ergà se: deinde videbant, ignominiosam illam tractationem cadaueris eius ad ...pertinere. Ita primus rex Iudæorum sub moritur penè cum exitio Reipub. Huno fru... ...tum ex eadem Iudæi postulationis suæ. Repudiato enim Samuele & filijs, omnino ...regem sibi dari. Quæ autem sequuntur de Dauide, sunt aliquanto latiora.

AN LICEAT CVIQVAM SIBI ADFERRE MANVS.

...quam accedam ad alteram librum, exequenda mihi est quæstio, vti spero, non inuti... *Mors est natura sua mala.*

...cuiquam sibi adferre manus. Et ne sim prolixus, primùm dico, mortem sua natura ma... ...malum existimatur, & huiusmodi in vsu ponam. Deinde opponitur vitæ, quam non dubi... ...bonam. Et Paulus 1. Cor. 15. nouissimum inimicum ait hostis debel...

labitur mors. Possem idem alijs rationibus probare, si esset opus. Nunc aût hoc tantum quæro, si mors sit mala, quomodo interdum expetatur. Nihil enim expeti potest, quod non habeat aliquam rationem boni. Sed dices, eâ tũ habere rationẽ aliquã boni, cũ homines per eam liberantur à grauibus malis, quæ putant se aut non posse ferre, aut grauissimè laboraturos in eis perferendis: vel cũ per eã eximiũ quoddã assequuntur bonum. Vnde etsi liqueat interdũ ob alterorum liberationem esse morte optare, dubium tamen est an propter hæc liceat se occidere. Hæc ex dictis. Nihil enim hic dico de illis, qui per phrenesim, aut furorẽ se occidunt. Etsi enim illi damnati possint propter alia peccata quæ cõmiserunt cum essent sani, tamen hic videntur digni potius misericordia: non enim habent liberam rerum electionem, quemadmodum scribitur 15 q. 2. cap. Insanientes. Neque de ijs disputabo qui casu, vel aliud agentes in mortem inciderunt præter animi sententiam. Videmur autem hac propositione: Propter neutrum illorum quæ proposuimus, licere se occidere. Id probo ex lege Dei, illa, inquam, lege, quæ lata est multò antequam Moses nascerentur. Nam in sexto capite Genes. Deus post diluuium ita loquitur: Requiram sanguinem vestrum de animabus vestris, de manu hominis, de manu proximi, & de manu bestiarum. De manibus, inquit, vestris, hoc est, si quis seipsum occiderit. In Lege autem Mosis sic scribitur, Non occides. Id autem pronuntiatur in vniuersum, non tantùm ne alium, sed ne teipsum quidem interficias. Deinde insita est cuique à natura, vt quisque vitam suam defensam & conseruatam cupiat. Qui ergo sibi consciscit mortem, pugnat cum Deo authore naturæ. Adhæc vita est donum Dei: itaq; non potest profundi sine scelere. Et qui se occidit, iniuriam facit humanæ generi, & communi hominum societati: tollit enim ciuem de Repub. idq; per summam iniuriam. Huc adde, nec Prophetas, nec Apostolos, nec Patriarchas de se ita statuere vnquam voluisse. Nam de Simsone dicam suo loco. Iob, cum esset miserrimè afflictus, suspendium, inquit, elegit anima mea: nec tamen se vnquam occidit. Christus emisit Apostolos, tanquam oues inter lupos: tamen vetuit iussit fugere ex alia ciuitate in aliam, non autem seipsos perimere. Et Christus ipse, quamuis morte sua liberaturus esset humanum genus, tamen nunquam sibi admouit manum, sed expetiuit vt ab alijs occideretur. Et in proximo libro, cùm ille Amelechita dixisset, se stetisse super corpus Saulis moribundi, & eum compressisse, quò facilius moreretur, Dauid respondit, Filius mortis es. Quod si licuisset Sauli se occidere, quomodo potuisset inuenis, qui eius mortem accelerasset, dignus esse mortis? Licet enim iuuare alterum in re honesta, & suum præsertim principem. Sed lex prohibet, ne occidas alterum, multò magis prohibet, ne occidas teipsum. Quod enim non licet in alterum, id in teipsum non licet. Regula enim charitatis sumenda est ab ea charitate qua diligimus nosipsos. Adhæc vel nocentem occidis, vel innocentem. Si innocentem, iniuriam facis lege: si nocentem, nihilominus iniurius es in legem. Præcipis enim tibi tempus pœnitentiæ. Quod si Deus te ferre voluit, vt ageres pœnitentiam, certè tu teipsum ferre debes qui non es magistratus. Hæc ex sacris literis.

Non licet se occidere.

Argumenta ex scripturis.

Argumenta ex patribus. Augustino.

Augustinus in lib. 1. de Ciuit. Dei. à cap. 6. vsq; ad 26. hæc de re fusè disputat. Confirmatur ita multis scriberet, extat, quòd capta Roma, cum barbari iniuriam faceren t puellis, & matronis, multæ potius quàm vt ea paterentur, seipsas occiderunt. Augustinus verò author erat, ne ita facerent. Et cap. 17. Nec propter bona, inquit, assequenda, nec propter mala vitanda licet se interficere. Est enim homicidium, quod prohibetur lege Dei. Et Iudas, cum occideret seipsum, certè facinus cum occidit. Tamen reus est, inquit, non tantum mortis Christi, sed etiam suæ ipsius. Idem refert Petilianum lib. 2. cap. 49. Tu dicis, inquit, Traditor laqueo perijt: & laqueum reliquit tibi. Ait si Petilianus diceret, licere homini Christiano vindicare peccatum suum in seipso: & qui ita fecerunt habendos esse pro martyribus. Sed nos, inquit Augustinus, tales pro martyribus non habemus. Idem epistola 60. & 204. multa disputat de hac re copiosius. Hieronymus in epitaphio ad Marcellam de obitu Blesillæ, sub persona Dei. Non recipio, inquit, tales animas, quæ me nolente exierunt à corpore. Et philosophos, qui ita fecerunt, appellat martyres stultæ philosophiæ. Ioannes Ioannem. Non ait, inquit, egressum, mortem arripere, sed oblatam patienter ferre. Ubique eo inquit, petit elitatur cultus. Chrysostomus in illa verba primi capitis ad Galatas, Dixit nos esse sceleratos: Chrysostomo. cùlò nequam: Si ita esset, inquit, non male facerent, qui seipsos occidunt, si hæc vita esset mala. Sed nos eos dicimus scelerosos esse, & peiores homicidis. Canones damnant quoquo modo qui seipsos: eosq; canones illi, qui appellantur Apostolorum, vocant sui ipsorum homicidas. Quod si ferre seipsum non licet, occidere seipsum multò minus licet. Annotandum tamen est, non peccare de illis, qui morbi causa secantur à medico. De Canonibus.

Argumenta ex philosophis & poetis.

Huc accedunt philosophi etiam meliores. Meliores dico, quòd sciam fuisse malos quosdam inter eos. Empedoclem, Zenonem & alios, qui seipsos interfecerint. Id Plato in Phædone [illegible]

non licere. Primùm quòd non licet occidere alienum seruum: omnes autem nos esse Platone.
Dei. Deinde, quòd milites damnentur, si iniussu Imperatoris reliquerint stationem, Deum
nos tanquam in statione collocasse: quare, qui eius iniussu velit locum suum relinquere,
rum esse. Aristoteles in 5. Ethicorum. Non licet, inquit, ciuem tollere iniussu legis & ma- Aristotele.
& ideò qui se interfecerint grauiter puniendos: infamia enim eos notari. Hæc ille: etsi
dant, postea fugiendi periculi causa mortem sibi ipsi consciuisse. Vergilius hoc genus ho-
collocat apud inferos in graui cruciatu. *Qui sibi letum*

Insontes peperere manu: Lucemq́ perosi Vergilio.
Proiecere animas. Quàm vellent æthere in alto
Nunc, & pauperiem, & duros perferre labores?
Fata obstant, tristiq́ palus inamabilis vnda
Alligat, & nouies styx interfusa coercet.

Et Epigrammatarius: Ex Epigrammatis.
Rebus in aduersis facilè est contemnere mortem.
Fortiter ille facit, qui miser esse potest.

Digest. de bonis illorum, qui ante sententiam sibi manus attulerunt, aut corruperunt ac- Argumenta ex legibus.
L. Qui reis statuitur, vt, qui se occiderint, illorum bona confiscentur. Et ratio est, quòd
sunt pro confessis. Mitigatur tamen eius legis acerbitas per Antoninum Imperat. Ille en
censuit, legem illam valere oportere, si crimen dignum sit aut morte, aut deportatione. Itaq;
propter furtum seipsos occiderunt, excipiuntur. Excipiuntur etiam, qui tædio vitæ, aut im-
patia doloris sibi manus attulerunt. Adrianus etiam excipit patrem, qui suspectus occidisse fi-
lium seipsum occiderit. Videri enim, inquit, debet fecisse id desiderio magis filij, quàm con-
scia sceleris. Et si, cum voluisset seipsum quispiam occidere, interuenientibus alijs fuerit impe
modò id impatientia doloris, aut tædio vitæ fecerit, eum quoq; Adrianus excipit: at si id alia
se fecerit, decernit esse plectendum. Nam qui sibi, inquit, ipsi non parcit, quomodo parcet
Digest. de iure fisci, lege, in fraude, par. si quis. Si quis pudore æris alieni se occiderit, illi
parcitur. Et in Cod. De illis qui possunt facere testamentum. Si quis testamentum legiti-
fecerit, & se postea interfecerit, dubitatur, an illud testamentum valere debeat. Et respondetur
modo. At si deprehensus fuerit in crimine, aut factus reus, non valebit. Vtque habetur in
de re militari. Can. omne delictum: si miles voluerit seipsum occidere, sed non potuerit, si
tædio vitæ, aut impatientia doloris fecerit, aut pudore, illi quoq; parcitur: ita tamen, vt ex-
petatur, & dimittatur cum ignominia. At si se non possit excusare, plectitur capite: in Digest.
rupto, & fracto testamento l. Si exhæredato filio, parag. Itritum. Omnes isti viderunt, pecca-
esse, se occidere. Athenienses tamen seuerius de hac re statuerunt. Decreuerunt enim, ne, qui
esset mortuus, in agro Attico sepeliretur. Non tantum confiscarunt eius bona, sed etiam ca-
pse ipsum exportari voluerunt è suis finibus. Cur autem Romani mitius egerint, non video.
certè, quod meminissent, se habuisse in sua ciuitate Lucretias, Catones, Curtios, quos nollent
retare inter viros facinorosos. Ex his tot argumentis satis liquere arbitror, non licere, vt quis-
se ipsum interficiat, nec vt effugiat tyrannidem, nec, quod Cleombrotus Ambraciota fecit,
mortalitatem assequatur.

Sed obijciuntur nobis exempla Catonis, Curtij, Lucretiæ, & Ionæ, qui se iussit abijci in ma- Exempla contraria eorum qui se interfecerunt.
Mazziæ ex libris Machabæorum, & sanctarum quarundam mulierum, quarum memoria fre-
quentatur in Ecclesia, quæ ad defendendam castitatem atque religionem semetipsas interfecerunt,
ne veniret in potestatem tyranni, semetipsum interfecit. At si exempla valere debent, nos
obijcere possumus exempla patriarcharum, apostolorum, martyrum: qui tam omnia gra-
ua perpeterentur, nunquam tamen manum sibi attulerunt. Isti autem quoniam sunt ciues no-
stri, nos exemplo suo mouere debent, quàm exteri & alieni: maximè verò cum istorum fa-
ctum æterna lege, & expressa voluntate Dei. Quod autem ad Catonem ipsum proprie per- De Catone.
tinet, Augustinus respondet in primo de Ciuitate Dei, non fuisse eam fortitudinem, sed mollitiem.
Quia non potuisse ferre res aduersas. Idem Augustinus lib. 19. cap. 4. miratur Stoicos, qui
quidem beatam in virtute collocant, aduersos autem casus non numerent in malis, tamen eos
esse fugiendos arbitrentur. Nam quæ, inquit, est ista ratio, calamitates non esse malas: & ta-
men morte esse fugiendas? O præclaram, inquit, felicitatem, quæ mortis auxilio sit perficien-
da! Quod si vita beata est, manendum est in ea: at si eam morte finire vultis & perficere, non est
illam quæ est ista felicitas, quæ vinci possit ab illis, quæ negetis esse mala. Attulit, inquit, si-
bi M. Cato: patientiane, an impatientiæ? Certè impatientiæ & acerbitatis animi. Nam eius

patientia Cæsaris dominatu vincebatur. Alij eum ita excusant, quasi exemplo suo docere voluerit, quantum malum in Republica libera tyrannis esset: & communem patriæ libertatem vitæ ipsius videri oportere antiquiorem. Vita quidem nostra profundenda est pro libertate ciuium: sed in acie & dimicatione. Sua autem manu nemini licet seipsum conficere. Populum autem omnibus iustis rationibus officij sui monere licet: malis verò exemplis docere non licet. Quod si Cato ita erat studiosus patriæ, quid illi profuit moriendo? Viuus prodesse fortasse potuisset: mortuus autem nullo modo. Infinitis partibus melius fecit noster Paulus. Is enim cum esset in carcere, & multa acerbissima pateretur, & pro magno luero habiturus esset, si posset mori, tamen quia se videbat prodesse posse alijs, postposuit sua cõmoda, & aliorum causa cupiebat manere in vita. Hoc videre licet est boni ciuis, de communi ciuium suorum vtilitate cogitare. Cato autem, antequam moreretur, monuit filium suum, vt de Cæsare bene speraret, & se ad illum adiungeret. Id si turpe erat, quomodo suadebat filio? Si honestum, cur non cepit ipse consiliũ quod dabat filio? Sed Cæsar videtur satis sensisse, quo id animo Cato fecerit. Nam cum eum audisset esse mortuum, Inuidit, inquit gloriæ meæ. Noluit me haberi authorem salutis suæ. Sed pudebat illum in ea ciuitate viuere, quæ tyranni dominatu teneretur. Atqui cogitare debebat, illud peccatum non suum esse, sed alienum. Pudere autem nos debet nostrorum peccatorum, non alienorum, nisi si quæ fortè nostra culpa contracta sint. Cum Cato non conciliarit Cæsari illã tyrannidem, sed illi crescenti semper se opposuerit, nihil erat, quod eum alieni vitij puderet. Sed res, inquiunt, est ingens, posse seipsum occidere. Fateor. Sed peccata etiam sunt ingentia. Nam magnitudo non minus in vitijs spectari potest quàm in virtutibus. Verùm isti, quoniam sunt Ethnici, si moueri non possunt exemplis nostris, agnoscant saltem exempla sua. M. Attilius Regulus noluit sibi adferre manus: sed Carthaginem redire maluit, cum sciret se ad exquisitissima supplicia proficisci. Vter horum videtur fortior? Certè Regulus. Nam Cato victus est impatientia.

De Lucretia.

Obijcitur etiam Lucretia. Sed illam Augustinus ait, non potuisse ferre notam impudicitiæ, & ea causa seipsam occidisse. Sextus enim Tarquinius cum nocte ingressus esset in eius cubiculum, stricto ferro minatus est, se illam, nisi pareret, interfecturum, & seruum, quasi in adulterio deprehensum, cum illa in eodem lecto interfectũ collocaturum. Hic illa primùm deliberare cepit: deinde paruit. Hinc, inquit Augustinus, magna oblata est sylua Rhetoribus: cum alij factum istud Lucretiæ laudare vellent, alij reprehendere. Et laudatores quidem dicere solebant, duos quidem fuisse in turpi facto, sed vnum tantùm fuisse adulterum. Atqui, inquit Augustinus, laudari non potest castitas Lucretiæ, nisi eius damnetur homicidium. Nam si adultera erat, cur laudatur? Sin casta, cur occiditur? Concludit itaq; fuisse eam in Lucretia, non fortitudinem, sed imbecillitatem, quòd ferre non posset iniquam de se populi suspicionem. Erat autem hoc proprium vitium Romani nominis, vt supra modum laudis cupiditate tangerentur. Itaq; Vergilius præclarè scripsit:

Vincit amor patriæ laudumq; immensa cupido.

Lucretiam fuisse adulteram.

At si quæras, fueritne Lucretia adultera nec ne, respondeo fuisse. Nam Aristoteles in 3 Ethicorum, cum disputet de quibusdam actionibus, sint ne voluntariæ, an inuoluntariæ, quærit, si quis in tempestate merces suas abijciat, potius quàm vt tota nauis pereat, quæ nam illa actio censenda sit. Et respondet, esse mixtam. Habere enim eam partem aliquam voluntarij & partem etiam inuoluntarij. At si exquisitius sit respondendum, ait, actionem esse voluntariam. Pro illo enim tempore Mercatorem hoc maluisse. Actionem autem æstimandam esse ex eo tempore, quo suscipitur. Et addit aliam rationem, quod huiusmodi actio cadat sub electionem. Mercator enim deliberauit secum, deinde elegit, & statuit omninò hoc esse faciendum. Quoniam ergo Lucretia elegit potius illud stuprum, quàm vt postea mortua infamia notaretur, necesse est, actionem fuisse voluntariam. Maluit enim viuens esse adultera, quàm ita haberi mortua. Habuit quidem illa actio aliquid mixti: fateor. Sed eam, vt dixi, metiri debemus ex tempore eo, quo suscepta est. Sed huic exemplo nos vicissim obijciemus exemplum de Susanna. Scio equidem illam historiam non esse in Canone, tamen, quicquid est, exemplum non est contemnendum. Cum senes illi eam circumstarent in horto, & minarentur, nisi obtemperaret, se illam accusaturos adulterij, illa respondit malle se incidere in manus hominum, quàm in manus Dei. Sic nos quoque oportet in huiusmodi angustijs, non nisi nostris bonis intentionibus, & cogitare quid in alteram partem possit accidere, sed attemperare nos ad voluntatem Dei, & euentum omnem eius arbitrio relinquere.

De Curtio.

Curtius quoq; obijcitur: qui, cùm terra desedisset in medio foro, nec hiatus vllo modo repleri posset, & responsum esset ab aruspicibus, Terram matrem petere id, quod esset in ciuitate pretiosissimum, venit eques & armatus in forum: Et dubitatis, inquit, Romanam ciuitatem quicquam habere

...ere præstantius, quàm arma & viros? Et incitato equo desiluit in hiatum: & statim terra redijt ...aturam suam. Quid hic dicere possumus, nisi ista facta fuisse astutia & fraude dæmonum? Si ...Curtium istum conferre velimus cum Catone, videbimus eum multò fuisse fortiorem. ...enim ille impatientia se occidit, sed studio & amore patriæ. Deinde etiam ferebatur sensu ...religionis. Hoc autem malum erat, quòd credidit diabolo: quem putabat esse Deum. Neq; ...de erat illud, quod Plutarchus narrat de virginibus Lemnijs. Illæ enim nulla certa de causa ...suspenderunt. Cumq; nullus finis illi furori imponeretur, ex consensu publico ciuitatis, ...ita fuissent mortuæ, vnco impacto, nudę summa cum ignominia trahebantur per publicum: ...desierunt se suspendere.

Sed, vt à prophanis exemplis discedamus, Ionam etiam aiunt, iussisse se abijci in mare. Hoc au... nihil aliud fuisse, quàm sibi ipsi mortē conscisсere. Sed meminisse debemus, Ionam fuisse pro...tum, & vidisse voluntatem Dei, & eius instinctu iussisse ista fieri. Deinde etiam Deus voluit in ...extare typum de Christo: vt quemadmodum ille fuisset triduum in ventre piscis, ita Christus ...esset triduum in corde terræ. Razias quoq; in historia Machabæorum seipsum occidit. ...cum se videret vndiq; conclusum à Nicanore, nec posse euadere, traiecit se gladio: deinde ...videret vulnus non esse letale, dedit etiam se præcipitem. Hic Augustinus se vehementer tor...et. Nam hoc exemplum arripere solebant Donatistæ. Primùm tamen ita respondet, fortasse quę ...licuisse illis, quæ nostro tempore non liceant. Sed hoc infirmum est: Lex enim Dei præser...moralis, ęterna est. Sed addit, quędam facta commemorari quidē in sacris literis, sed nō proba...qualia sunt, Ebrietas Noe, Incestus Lothi, Venditio Iosephi, Adulterium Dauidis, & alia similia. ...rum huic responso illud obijcitur, quòd in ca. 14. hoc factū ab authore commendatur. Ita enim ...scribit: Voluit potius nobiliter mori, quàm aliquid indignū suis natalibus cōmittere. Sed hoc mē ...multum mouet. Author enim fortasse ista loquitur ex opinione Raziæ, qui putauit summam ...fore generis & nominis sui turpitudinē, si ita viueret. Alia tamen responsio est multò melior, ...libros eos non esse in Canone, nec dogma aliquod ex illis posse constitui. At legebantur, inquies, ...Ecclesia. Fateor Augustinum, libros illos legi consueuisse propter heroicam illam virtutē marty...rum, vt homines pij animarentur contra tyrannos. Incredibile autem est, quàm cupidi illi Donati...stæ fuerint mortis voluntarię. Id fecerunt, vt Episcopos nostros traherent in inuidiā. Nam illi con...tra eos impetrauerant auxilium Imperatorū. Quare vt illi mitius agerent, Donatistæ minabantur, ...se sibi allaturos esse manus. Cumque obijceretur à nostris, id non licere, illi confugere solebant ad ...illud exemplū, quod commemorauimus de Razia, & ad locum ex epistola ad Corinthios: Si tra...dero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Ergo, in...quiunt, licet, modo fiat in charitate. Nam Paulus id non reprehendit, nisi vbi desit charitas. Cæte...rum illi imperitè & stultè Pauli verba peruertebant. Ea enim, vt Augustinus ait, sic intelligenda ...sunt: si aut mors necessariò oppetenda sit, aut scelus aliquod admittendum, homini pio multò po...tius esse moriendum: non ita tamen, vt quisquam debeat esse author mortis suæ: sed vt paratus sit ...tyranno & carnifice quiduis perpeti. Ita socij illi Danielis videri possunt seipsos tradidisse, cum ...mallent se mori potius velle, quàm statuā Nabucadnezaris adorare. Et Christus dicitur, seipsum ...pro nostra salute tradidisse. Tamen, inquit Paulus, si quis vel ita tradat se, vt à tyranno comburā...tur, modò ne sit in charitate, nihil illi proderit. Sed Donatistæ hoc etiam iactabant, arbitrium ...hominis in suis rebus esse liberum. Ergo fas cuiq; esse, vt seipsum occidere possit, si velit. Sed hoc ...ridiculum & vanum est. Voluntas enim nostra semper retrahenda est à peccatis. Id enim & scri...pturæ suadent, & magistratus boni, & pij parentes in subditis & liberis suis faciunt.

De Ionā.

De Razia.

Donatistæ.

Aliud argumē tum Donatistarum ex Cor. 13. cap.

An castitatis seruandæ causa liceat se occidere.

Sed Hierony. in Ionam ait, Nostrum est, non arripere mortem, sed oblatam fortiter tolerare: ...fortè castitas periclitetur. Ac si diceret, castitatis seruandæ causa licere seipsum interficere. ...sentire videtur Ambrosius libro 3. de virginibus. Ita enim scribit de Pelgia virgine: carnifi...minatos illi, ni vellet colere idola, se velle iam constuprare. Illam autem, vt vtrunq; effugeret, ...dixisse se præcipitem. Illud factum Ambrosius laudat. Et addit, matrem eius fugisse cum alijs dua...bus filiabus: cumq; fugientibus obstaret flumen, illas vltrò sese in illud præcipitasse, atq; ita fuisse ...seruatas. Eusebius quoq; lib. 8. cap. 15. cum recenset libidines Maxentij, ait, cum deperiret ma...tronam quandam Romanam mulierem singularis formæ, submisisse ministros libidinis, qui illam ...raperent. Illos cum eius maritum vinxissent, & omnia illi minarentur, postremo ab illo impetras...se vxorem suam tyranni libidini permitteret. Illam autem, quasi quæ significaret se paritu...ram, sumpto spatio ad se ornandam, cum in conclaue recessisset, seipsam gladio traiecisse. Idque fa...ctum non reprehenditur, sed potius probatur. Hic Augustinus nonnihil hæret, quid respondeat. ...Tandem ait, se videre ex vna parte legem illam Dei. Non occides: ex altera autem illas celebrari

Exempla.

Augustini sententia de his exemplis.

in Ecclesia tanquam martyres. Certum esse se de verbo Dei. Quod autem ad Ecclesiæ iudicium attinet, potuisse fieri, vt Deus aliqua reuelatione patefecerit, illarum facta sibi placuisse: illasq; impulsas fuisse impetu & instinctu spiritus, & singulari cõsilio Dei: & simile est illud, quod legimus, factum à Simsone in lib. Iud. Sed pace Augustini dixerim, hæc collatio non satis conuenit. Nam de Simsone, illum impulsum fuisse spiritu Dei, certũ est. Deus enim illi restituit vires, quas antea abstulerat. Et Simson moriens inuocauit Dominum. Et Epist. ad Hebr. testimonium illi fert fidei & pietatis, eumque in albo sanctorum numerat. Non idem dici potest de istis virginibus. Neq; enim habent testimonium ex verbo Dei. Addit Augustinus, Legem illam illustrem & certam esse, non occides. Instinctu autem diuino neminem adduci debere vt se occidat, nisi certum & exploratum habeat, illum esse instinctum Dei. Fateor equidem, Deum aliquando aliqua extraordinaria ratione facere. Iusit enim Hebræos spoliare Ægyptios, & Abrahamũ mactare filium suum. Nos tamen nihil possumus de huiusmodi factis pronuntiare, nisi quantum constare videmus è sacris literis. Ego quidem hæc facta istarum virginum probare non possum. An enim actæ fuerint instinctu Dei nescio. Neq; id satis certò à quibusdam sciri posse arbitror. Fieri tamen potest, illæ antequam migrarent è vita, peccatum suum agnouerint, & Deus illis condonarit. Studium quidem laudabile est tuendæ castitatis & religionis. Tamen videndum est, vt eam bono modo & rectis rationibus defendamus. Laudantur illæ virgines, quæ ista fecerint. Esto. Sed interdum laudantur etiam errata. Vnum est verbum Dei, in quo laudando falli non possumus.

An causa gloriæ Dei se occidere liceat.

Scio esse quosdam ex recentioribus, qui ita statuant: si quis suæ ipsius causa, quod aut pœnarũ acerbitatem aut dedecus ferre non possit, conscisca sibi mortem, eum vehementer peccare. At si ille proponat sibi tantum gloriam Dei, quod videat ea, quæ ipse passurus sit, redundaturã esse in eius dedecus, ita eum posse excusari. Ita enim Simsonem attulisse sibi manus, quod videret miseriam suam pertinere ad ignominiam Dei. Ita Raziam quoq;, & istas mulieres, de quibus nũc loquimur. Sed ista distinctio non labefactat veritatem, quã nos defendimus. Est enim constans & æterna regula, non esse faciendũ malum, vt eueniat ex eo bonum. Imò martyres quoque videre facilè potuerunt, mortem suam redundaturam ad ignominiam diuini nominis. Tamen nemo erat illorũ, qui se occideret. Imò ita Amalechita ille, qui iuuit Saulem morientem, excusari potuisset. Palæstini enim insultaturi erant non tantum Sauli, si illum viuũ capere potuissent, sed etiam ipsi Deo. Tamen Dauid eum iusit occidi. Imò huic rationi August. ipse occurrit. Quod nam, inquit, peccatum timebant? Certè peccatum, quod videbatur instare, non illarum erat, sed nebulonum. Quod si nostri peccati fugiendi causa licet nobis nosipsos occidere, oporteret quenq; sibijpsi manus injicere statim à baptismo.

De Saule.

Ex his omnibus rationibus hoc conficitur, Saulem, quod se occiderit, non posse excusari. At Hebræi eum ita defendunt, quod cum sciret sese esse moriturum, tamẽ fortiter redierit ad castra, & nulla in parte officio suo defuerit, sed sententiæ Dei patefactæ per Samuelem se summiserit. Imò ea ipsa in re bis grauiter peccauit. Primùm quod consuluerit magam: deinde quod illi, vel potius diabolo crediderit. Vtrunq; enim fecit contra Legem Dei.

Conclusio huius loci.

Hæc ego pluribus quidem disputaui, non tamen, vt spero, inutiliter. Difficillima enim sunt ista nostra tempora, & vita piorũ carceribus, exilijs, crucibus, incendijs, & omnibus deniq; malorum generibus est exposita. Tamen, quamuis omne genus malorum nobis subeundum sit, nemo debet sua manu se conficere. Suggerentur enim sæpe perplexæ cogitationes à diabolo, de peccato aliquo nostro, de offensione Dei, de dedecore, aut infamia. Sed istis insultibus nos oportet fortiter resistere, nec pati, vt vllo suasu diaboli auferamur à Deo.

FINIS COMMENTARIORVM IN PRIMVM LIBRVM SAMVELIS.

IN SECVN-

IN SECVNDVM LIBRVM SAMVELIS D. PETRI MARTYRIS VERMILII, FLORENTINI, PROFESSORIS *diuinarum literarum in Schola Tigurina Commentarius.*

LIBER superior complexus est res gestas à Saule, & facta quædam dictaque Samuelis, & incunabula regni Dauidis. Clàm enim & feorsum inauguratus est à Samuele, & vicit Goliathum, & inturſiones fecit in Palæſtinos. Quandiu autem Saul regnauerit, non poteſt colligi ex hac hiſtoria. Ioſephus ait eum viuente Samuele regnaſſe octodecim annos: deinde poſt mortem Samuelis viginti: vt in vniuerſum regnarit triginta octo annos. Tamen Paulus Act. 13. cap. ait eum regnaſſe annos quadraginta: vt in Ioſepho deeſſe videantur anni duo: ſed id non eſt tanti. Sæpè enim annus imminutus & fractus numeratur pro integro. Deinde ſcimus, eum clàm fuiſſe inauguratum à Samuele, antequam deſignaretur Rex à toto populo: neq; habuiſſe plenum ius imperij, antequam bellum Amalecenſe confeciſſet. In hoc verò libro, & in priori Regum de Dauide agitur, & ſe offerunt multæ difficiones Pſalmorum, quos ſine hac hiſtoria intelligere vix poſſumus. *Quandiu Saul regnarit.*

Habemus in Saule exempla quę fugiamus: in Dauide autem quæ imitemur. Nec tamen hoc dico, quaſi nihil fuerit vnquam in Saule boni, aut in Dauide mali. Sed hæc referri vŏlo ad maiorem partem, & ad totum corpus hiſtoriæ. Nam Deus ita temperat res humanas, vt etiam malis principibus tribuat aliquos ſucceſſus bonos: non quidem ipſorum cauſa, ſed reipublicę. Non vult omnia confundi & perdi omnia. Patitur etiam ex altera parte pios principes interdũ labi & cadere, ſuo ſuo conſilio, vt intelligi poſsit, bona non eſſe cuiquam propria, aut naturalia, ſed data à Deo. Cum autem labuntur pij, oſtendunt ſe eſſe homines, & opus habere gratia Dei. Vt autem hæc exactius perſpiciantur, dicam paucis quid in hiſtoria ſacra maximè obſeruandum ſit.

Primum videndum eſt, quo principio agantur homines, vt aliquid ſuſcipiant. Impij enim duce ratione inuentis atq; artibus humanis, affectu carnis, & fiducia ſuarum virium. Contra autem pij ducuntur verbo Dei, fide, & ſpiritu. Ab iſtis initijs vtriq; progrediuntur primum ad media, deinde ad fines. Ex initijs autem malis ſequuntur fines mali, & horribiles: ex bonis autem optabiles, & boni. Vtriq; ferunt labores, & pij principes, & impij: vtriq; arma capiunt: vtriq; ſtudent Reipublicæ. Sed hoc inter illos intereſt. Pij nituntur anchora certiſsima verbi Dei, vt, quicunq; illos fluctus concutiat, non poſsint obrui: impij verò iactantur omnibus ventis, nec poſſunt vſpiam conſiſtere. Oportet ergo ante omnia ſpectare radicem & cauſam rerum geſtarum. Deinde in bonis operibus conſiderare alia ornamenta & circumſtantias, quibus illa facta ſint illuſtria. Neq; vero ibi conſiſtendum eſt: ſed omnia iſta contrahenda ſunt ad vnam ſummam gloriæ Dei, à cuius ſola bonitate omnia rectè facta manant. Quare quicquid rectè facimus, hoc nobis proponere debemus, vt homines glorificent patrem noſtrum, qui eſt in cœlis: deinde, vt illi agamus gratias, qui illuſtria bona naturæ noſtræ tàm vili & corruptæ contulerit. Et quoniam, quæcunq; ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, quicquid legimus in hiſtorijs, accommodare debemus ad nosmetipſos, & noſtros ipſorum affectus tanquam in ſpeculo conſiderare. Quòd ſi initia videantur praua eſſe & corrupta, cogitandum eſt, effecta ipſa quàm ſint fœda & turpia. In primis autem videre debemus, ne fallant ea nos vitia, quæ primo aſpectu videri poſsint ornata & ſplendida. Sæpenumerò tantùm hypocritica. Remoueamus fucum, & ſtatim videbimus, quàm ſint fœda. Deinde conferamus mala exempla cum bonis. Ita miſericordia Dei illuſtrius eluceſcet: & agamus Deo gratias, qui pro ſua bonitate & gratia nos ex illis malis exemerit. Quòd autem ad exitus attinet, prædicanda in primis eſt admirabilis ſapientia Dei, quę tàm bona exempla, quàm mala permittit eò, quo ipſa velit, efficiatq;, vt bona non tantùm illis, qui ea faciunt, proſint, ſed etiam alijs: malos verò ita moderetur & regat, vt ſæpè ex illis magna vtilitates conſequantur. In omnibus autem hiſtorijs contemplari debemus Seruatorem noſtrum Ieſum Chriſtum: in quem vnum omnia colliguntur. Hæc paucis præfatus nunc accedo ad hiſtoriam. *Quid in hiſtoria conſideorandum.*

Typis regni Saulis initium eſt regni Dauidis. Huiuſmodi equabili viciſſitudine Deus temperat res humanas, vt cum Reſpub. ſpè iam diſſipata & perdita ſint per malos principes, ſubſtituat aliquem bonum & pium, qui res inſtauret, & reſtituat in integrum. Primùm inauguratus fuerat

Dauid clam & seorsim à Samuele. Deinde successerunt aliæ duæ confirmationes. Primùm vt recipiatur in partem aliquam terræ Iudaicæ, in tribum videlicet suam: postea in totum regnum. Ita Deus promissa sua non statim, sed paulatim perficit. Postremò verò tanquam auctari nomine subijcit Dauidi vicinas etiam nationes. Ita Deus pollicitus est Abrahamo primùm sobolem, deinde terram Chanaan, postremò Christum, in quo benedicendæ essent omnes nationes. Ista tamen omnia non statim præstitit. Primùm dedit illi filium Isaacum. Ille suscepit Iacobum & Esau. Iacob susceptis duodecim Patriarchis, descendit in Ægyptum. Post trecentos annos populus cum creuisset, eductus est per Mosen, & postremò à Iosue in terra Chanaan collocatus. Post alij Iudices singuli deinceps aliquid addiderunt. Deinde Samuel & Saul auxerunt vires. Dauid autem compleuit imperium, quod, etsi sæpe interrupcum atq; imminutum fuerit, tamen aliquo modo duravit vsq; ad Christum. Ita Ecclesia, cum adhuc Abrahamus viueret, angustissimo numero continebatur, postea publicè constituta est in Iudæa: deinde propagata est per Christum. Postremò per Apostolos diffusa est in totum orbem terrarum. Ita Deus stat quidem promissis suis, etsi ea interdum in longum tempus differat. Principatus quoq; cum ita tardè & pedetentim crescunt, videntur radices agere firmiores. Romani primùm Italiam sibi subegerunt, deinde Siciliam, post Aphricam, postremò totum prepè terrarum orbem. Quæ autem subitò creuerunt, subitò etiam labuntur, & corruunt. Tale enim legimus fuisse Imperium Alexandri magni.

CAPVT I.

FVit autem postquam mortuus est Saul, & Dauid reuersus esset à cædendo Amalec, mansit Dauid in Siclag duobus diebus.

2 Die autem tertio, ecce quidam venit è castris cum Saule, & vestes eius scissæ, terraq; super caput eius: qui quum venisset ad Dauidem, corruit in terram, & incuruauit se.

3 Dixit autem ei Dauid, Vnde nam venis? Cui respondit, E castris Israelis erepsi me.

4 Dixit ei Dauid, Quid euenerit, nuntia quæso mihi. Respondit ille, Fugit populus de prælio, & etiam multitudo cecidit è populo, & mortui sunt: sed & Saul & Iehonathan filius eius mortui sunt.

5 Dixit præterea Dauid ad puerum qui nuntiabat ei: Quomodo scis quod mortuus sit Saul & Iehonathan filius eius?

6 Respondit puer qui nuntiabat ei: Accidit vt venirem in montem Gilboa, & esse Saul innixus erat lanceæ suæ: ecce præterea currus & equites persequebantur eum.

7 Respiciens autem post se, vidit me, ac vocauit, & dixi ei, En ego.

8 Dixit verò mihi, Quis es? Respondi illi, Amalechites sum.

9 Tum dixit mihi, Sta quæso super me, & interfice me: quia tenet me angustia: nam tota adhuc anima mea in me.

10 Itaq; stans super eum, interfeci illum: sciebam enim quod non posset viuere post casum suum: & tuli diadema quod erat super caput eius, & armillam quæ erat in brachio eius, atque ea ad dominum meum.

Partitio capitis.

HOC caput diuiditur in tres partes. In prima scribitur, quemadmodum nuntius de morte Saulis perlatus fuerit ad Dauidem: in altera, quemadmodum Dauid deiuuenit Amalechita nuntio sumpserit supplicium: vltimò loco additur lamentatio Dauidis de morte Saulis.

Hypocrisis Amalechitæ.

Redierat Dauid victor in Siclag. Eò venit ad eum nuntius miserabilem in modum toto corpore conspersus puluere. Sed erat hypocrita: quamuis enim ita videri vellet lugere, tamen Dauidem de illo nuntio incredibiliter gaudere. In luctu homines solebant lacerare vestes, & sese puluere conspergere. Et Romani in magnis calamitatibus solebant sordidati incedere, lacerare vestes. Ita ille quoq; se ornauit, qui nuntium attulit ad Eli de morte filiorum, & clade populi. Lacerabant autem vestem, vt testarentur se immundos esse. Nam ita leprosi iubebantur lacera veste clamare, se esse immundos. Vel vt in vestibus facerent, quod Lege prohibebantur in corpore facere.

Voluit enim Dei præceptum ne corpora sua lacerarent more nationum. Puluere autem caput aspergere, vt significarent se dignos esse, qui operirentur terra, vt solent mortui. Iste inuenis habuit multa, vt gratiam inierit apud nouum principem. Ait primum, Saul iussisse, vt se occideret. Cæterum hoc tantum narrat, eum incubuisse gladio. Sed quidam putant, vtrunq; fieri potuisse. Hic autem addit, se aduocatum fuisse, qui iuuaret moribundum. Nec Iosephus istum reprehendit, vt mendacem. Historia tamen hoc solum commemorat, cum armiger seipsum traiecisset, illum conuertisse ferrum in suum corpus, atque ita esse mortuum. Hebræi putant, istum adolescentem fuisse filium Doegi: & illum, antequam se occideret, diadema, & armillas Saulis tradidisse filio suo, & monuisse, vt sese conferret ad Dauidem. Alii negant, id esse verisimile. Doegum fuisse Idumæum: hunc esse Amalechitam. Sed id non est tanti. Esau enim, qui dictus est Edom, habuit filium Eliphaz, & ille alterum Amalec. Itaq; omnes Amalechitæ erant Idumæi: non contra, omnes Idumæi erant Amalechitæ. Sed quicquid est, fortasse hic inuenis vnus erat ex illis, quos Saul antea seruauerat. Et hoc videtur esse iustum iudicium Dei, vt ille ab eo quem seruauerat contra mandatum Dei, occideretur. *Amalechitæ erant Idumæi.*

Fingit, se Saulem occidisse, non quidem odio, aut vindicta, sed beneficio, & misericordia. Orationem tamen suam satis commode instituit. Gradatim enim à rebus leuioribus proficiscitur ad grauissimas. Nam primum, fugit, inquit, populus: deinde, multi ex populo ceciderunt: postea, ipse & Ionathas interfecti sunt, quod erat grauissimum. Ait se interuenisse pugnæ. Ex eo quidam putant non fuisse militem: sed aliquem ex vicino pago hominem rusticanum. Ille inquit, seruauit, vt se occiderem. Ego videbam, illum vndique iam conclusum esse à sagittarijs, nec posse effugere. Commemorat istas circumstantias, vt sese purget. Tradit Dauidi diadema, & armillas, quæ quædam testimonia, & rei gestæ, & suæ obseruantiæ.

11 *Tunc apprehendit Dauid vestimenta sua, & scidit ea, atq; etiam omnes viri qui erant cum eo.*

12 *Et planxerunt, fleuerunt, & ieiunauerunt vsq; ad vesperum super Saulem & super Ionathan filium eius, ac super populum Iehoua, & super domum Israelis, quod cecidissent gladio.*

13 *Dixit autem Dauid ad puerum qui nunciabat ei, Vnde nam es tu? Respondit, Filius viri peregrini Amalechitæ sum.*

14 *Rursus dixit illi Dauid, Quomodo non timuisti mittere manum tuam ad perdendum christum Iehoua?*

15 *Vocauit q; Dauid vnum è pueris, cui dixit, Accede, & occide eum. Qui percussit eum, & mortuus est.*

16 *Dixit q; ad eum Dauid, Sanguis tuus super caput tuum: os enim tuum testificatum est contra te, dicendo, Ego occidi Christum Iehoua.*

Dauid affectus graui dolore, cœpit plangere, & ieiunare vsque ad vesperam. Nam homines magno mœrore obliuisci solent ciborum. Luxit Saulem, Ionathanem, & Israel. Sed quid erat, quod in Saule, quod meritò lugeri posset? Verisimile est, Dauidem proposuisse sibi ante oculos calamitatem humani generis, quamque infelici loco sint homines abiecti à Deo. Et certè Saul, quicunque erat, ex tanto splendore ita miserè cecidisse, calamitosum fuit. Ionathanem auunculum luxit, partim vt amicum, partim vt virum bonum: maximè verò quod eo tempore occisus esset, cum iam illi gratiam referre non posset. Populum luxit, quòd videret, eam cladem peruenire ad ignominiam diuini nominis, quodque sciret eo vulnere corruisse magnum robur Reipublicæ. Israel enim erat domus, quam Deus sibi vnicè delegerat. Tamen ex hac clade multa occasiones bonæ sunt bonæ. Primum enim tyrannis oppressa est: deinde odia & inimicitiæ finitæ sunt: postremò etiam completa est sententia Dei. Hæ poterant occasiones esse lætitiæ. Verum in huiusmodi calamitatibus, primùm occurrit hominibus ira Dei. At si quid boni fortè consequatur, id totum bonitati acceptum referri debet. Mala enim non possent cuiquam esse bono, nisi id esset bonitas Dei. Erant istæ non simulatæ, sed veræ lachrymæ. Dauid enim Saulem, quoad vixit, honoris, & obseruauit, & coluit. Itaque eum, cum impunè potuisset occidere, bis seruauerat. Verum autem est, quodque nobis exemplo esse debet, in exercitu Dauidis de morte Saulis, tanto capitalis inimici, nullum editum fuisse signum lætitiæ. Atqui legimus, multos, sublato rege, coronatos incessisse. *Quid in Saule Dauid luxerit.* *Occasiones lætitiæ ex ista clade.*

luxit Dauid hic primùm statim audito nuntio, sed multò postea tertio die, cum nullas lacrymas cineres in funere. Quod si audita ista temporaria morte principis & populi, Dauid ita doluit luxit: quid nos oportet facere, cum videmus Regem aliquem animo mori, & populum à Deo ad idola duci ad idola? Sed at sumus hebetes, externa tantum videmus: animorum vulnera & mortes non consideramus. Sed tu, inquies, non æquè luxit Dauid in morte Nabalis? Imò vix vllus tantum egit Deo gratias? Respondeo, multum erat discrimis inter Nabalem & Saulem. Nam in morte Nabalis nulla sequuta est ignominia Dei, nec Respublica vllam accepit calamitatem. Hic autem non tantum Respub. grauissimè affligitur, sed etiam Palestini insultant diuino nomini.

Cur luxerit Saulem et non Nabalem.

Super populum Iehouæ. Dauid eos qui ceciderant appellat populum Dei. Sed hic adhibenda est quædam distinctio. Credibile enim est in illo numero multos fuisse bonos, vt Ionathanem & alios. Illi erant reuera populus Dei. Sed etiam vniuersus numerus potuit appellari Dei populus, propter externum cultum & adoptionem: vt hodie mali quoq; appellantur Christiani, quod tincti sint & gerant nomen Christi. Et omnes erant ex patribus ijsdem nati, qui ad Deum pertinebant.

Vnde natus estis? Rursus Dauid interrogat: Quis tu es? quasi ille non antea dixerit, se esse Amalechitam. Sed fortassis Dauid ita perculsus erat nouitate rei, vt id non attenderit. Deinde quod dixerat, se Amalechitam esse, Sauli responsum narrauit, non Dauidi. Et fortasse Dauid non habuit illi magnam fidem. Itaq; voluit in illum diligentius inquirere. Qua in re præbuit nobis exemplum boni Iudicis. Examinandus enim reus est semel atq; iterum: non statim primo suspitioso credendum.

Iudicis boni exemplum.

Quomodo non timuisti mittere manū tuam ad perdendū Christū Iehouæ? Metitur illum Dauid suo pede. Ille enim cum Saulem haberet in antro, & admonitus fuisset, vt eum occideret, expauit & timuit. Nam homicidium natura sua graue est. At principem occidere, est longè grauissimum. Nam qui hominem occidit, perdit imaginem Dei. Est aut duplex Dei imago in principe. Nam præterquam quod homo est, est etiam minister Dei. Ita Dauid aggrauat factum. Non timuisti, inquit, mittere manum tuam in Christum Domini? Facito enim fuisse malum, & dignum qui occideretur: tamen tu eum non debebas occidere.

Vocauitq; Dauid vnum è pueris, cui dixit: Accede & occide eum. Hic ferè finis est hypocritarum & impostorum, vt vnde sibi pollicentur summa commoda, inde sæpissimè capiant maxima incommoda. Iste cum speraſſet, se magnam gratiam initurum apud Dauidem, ab eo occiditur. Nam qui indicat scelus suum, habendus est pro confesso. Multum autem interest, sua ne sponte quispiam aliquid confitetur apud Iudicem, an tormentis cogatur confiteri. Vt enim expressa confessio interdum non nocet, ita altera rarò accidit quin noceat. Dauid iterum quærit, vt sciat an ille velit reuocare aliquid. Sed cum ille in eodem consisteret, Dauid pronuntiauit in eum capitalem sententiam. Et adiecit causam, quod in pronuntianda sententia debet & solet fieri. Os tuum contra te loquutum est. Itaq; sanguis tuus sit super caput tuum. Nec videri potest Dauid ista iniustè facere. Nam Lex data Noe, & postea confirmata sub Mose, facit homicidium capitale. Imò omnes bonæ leges semper homicidæ decreuerunt pœnam capitis. Sed dices, non oportuisse illum sub vno teste cadere. Scriptum enim esse: In ore duorum aut trium testium stabit omne verbum. Id quidem verum est, si quis de altero ferat testimonium. At si quis de seipso testificetur, eius vnius testimonium satis est. Verùm iterum quæres: An cuique de seipso credendum sit? In ff. de quæstionibus, lege prima, para. Diuus Seuerus. Habetur, Confessionem reorum non habendam esse pro explorato crimine, nisi approbatio alia instruat religionem cognoscentis. Contra tamen decernitur in titulo de Custodia reorum lege: Si confessus & in Codice de pœnis, lege: Qui sententiam. Sed glossa illa loca ita conciliat: Si quis in iudicio sponte de seipso confitetur, & postea manet in confessione, id esse satis. At si in quæstione exorta sit confessio, eam non esse habendam pro idonea probatione. Oportet primùm, vt reus maneat in confessione: deinde vt adferat aliqua indicia, vt ea probentur esse vera. Augustinus de Ciuitate Dei de hac re lamentabiliter queritur libro decimo nono, capite sexto. Tantum esse infirmitatem humani iudicij, vt sæpe innocens de alterius peccato torqueatur: aut si de illius ipsius peccato quæratur, vt sæpe luat certas pœnas, pro peccato incerto. Vtque, dum Iudex nolit occidere innocentem, tamen innocentem sæpe occidat. Idque, quod grauius est, tormentis lacerandum. Ista tamen Iudex ferre debet tum propter infirmitatem suam, tum etiam propter humanam societatem. Tamen aliquando cautum est, vt huiusmodi quæstiones in caput alterius tollerentur, quemadmodum apparet ex Ciceronis oratione pro Deiotaro, & ex Cornelio Tacito libro secundo, Ludouicus Viues in illum locum Augustini habet pulchrum dilemma: Qui potest ferre tam

An Amalechitæ confessio fuerit satis ad eum damnandum.

Vnus testis an sit satis.

An alicui de seipso credendum sit.

Quæstiones.

mentis

...nit, non dicet: qui non poteſt, mentietur. Et citat teſtimonium ex Mimo, Etiam inno... ...cit mentiri dolor. Hodie in his rebus multò cautius agitur: non enim adhibentur tor... ...in re manifeſta & clara, vt nihil aliud videatur quæri, niſi confeſsio. Deinde ratio ipſa ...di multò eſt mitior & moderatior, quàm olim fuit. Hæc obiter. Dauid autem in iſtum ...lis, non minis, non cruciatibus, aut tormentis inquirit: ipſe vltrò de ſe confeſſus eſt, qua... ...ius in eum teſtimonium valeat, non eſt mirum. Tamen ille pro certo indicio addidit dia... ...& armillas. At ſi ille Saulem non occidiſſet, tamen falſum teſtimonium in re capitali, ca... ...erat. Nam vt habetur in ff. ad Legem Corneliam de ſicarijs, falſum teſtimonium puniendum ...lionis. Iſte ergo inuenis vtrinq; tenetur: nam vel verum narrat, vel falſum. Si verum, ...micida: ſi falſum, dicit falſum teſtimonium in cauſa ſanguinis. Iuſtè ergo à Dauide occidi... Ex ore enim tuo iuſtificaberis, & ex ore tuo condemnaberis: quam ſententiam petitam à iu... Chriſtus vſurpauit in Euangelio: etſi alio ſenſu. Adhæc iſte, cum eſſet Amalechita, erat eo ...omine occidendus: vt hic Dauid errare non potuerit.

Iure cæſus etiã ſi Saulem non occidit.

Verùm Dauid non erat princeps, inquies. Imò iamdudum erat inauguratus à Samuele: & ...Saule ſtatim ipſo facto, vt inquiunt, habuit ius regni. At nondum erat declaratus à po... ...itaq; non potuit exercere gladium. Tamen erat dominus & princeps in Siclag, & eo ſal... ...omine habuit ius gladij in hominem noxium. Nihil ergo facit alienum ab officio ſuo.

Non licet priuato tyrannum occidere.

Hinc elicimus ſanam doctrinam, Non licere iuuare alium morientem: multò autem minus ...cuiquam, ſeipſum occidere. Ex eodem etiam loco colligimus, non licere occidi tyrannum ...nato. At Athalia, inquies occiſa eſt: Fateor. Sed illa non à priuato quoquam occiſa eſt, ſed iuſ... ...auſpicijs noui Regis. Illa enim per vim, contra ius & fas occupauerat tyrannidem. Populo au... ...licet iniſto Regi aſſerere & reſtituere ius ſuum.

17 *Et lamentatus eſt Dauid lamentationem hanc ſuper Saulem & ſuper Iehonathan filium eius.*

18 *(Dixerat autem vt docerent filios Iehudáh arcu: ecce ſcriptum in libro Iaſar.)*

19 *O decus Iſraelis, in excelſis tuis vulneratus eſt: quomodo ceciderunt potentes?*

20 *Ne renuntietis in Gath, neue annuncietis in plateis Aſcelon, ne forte lætentur filiæ Peliſthim, ne forte exultent filiæ incircunciſorum.*

21 *Montes Gilboa nec ros nec pluuia ſuper vos, neq; agri oblationum: quia illic proiectus eſt clypeus fortium, clypeus Saulis, non eſſet vnctus oleo.*

22 *A ſanguine interfectorum, ab adipe fortium ſagitta arcus Ionathan non rediit retrorſum, & gladius Saulis non eſt reuerſus inanis.*

23 *Saul & Ionathan amabiles, & chari in vita ſua, in morte quoq; ſua non ſunt ſeparati: aquilis leuiores fuerunt, leonibus fortiores fuerunt.*

24 *Filij Iſraelis ſuper Saulem flete, qui veſtiebat vos coccino cum delicijs, qui induebat ornamenta aurea veſtimentis veſtris.*

25 *Quomodo ceciderunt fortes in medio prælij? Iehonathan in excelſis tuis occiſus eſt.*

26 *Angoſtijs afficior propter te frater mi Iehonathan: dulcis fuiſti mihi valde, mirabilior fuit amor tuus mihi amore mulierum.*

27 *Quomodo ceciderunt fortes, & perierunt arma bellica?*

Quare arcum ſagittandi vulg. doceri.

Dixerat autem vt docerent filios Iuda iaculari arcu.) Rabbini negant, hanc eſſe partem fune... ...carminis. Non ita prorſus erat oppreſſus dolore Dauid, quin cogitare poſſet, quid eſſet ex ...republica. Inſtitui autem iubet populum ad iaculandum, quod Iſraelitæ confecti fuiſſent à ...hoſtis potiſsimum ſagittarijs, ne idem poſsit denuò accidere. *Ecce ſcriptum eſt in libro Ia...* Hoc addit, vt animos ſuis faciat. Illi enim cum eſſent animo conſternati, dicere potuiſſent, ...ita nobis proderunt? Iam enim omnia perdita & proſtrata ſunt. Imò, inquit Dauid, in li... ...ſti certiſsima promiſsio facta eſt tribui noſtræ, nos rem eſſe reſtituturos. Librum illum Iu... ...intelligunt librum Geneſ. Ibi enim in Benedictionibus Iacobi Patriarchæ, Deus ita promit... ...ſe, Manus tua ſuper ceruicem hoſtium tuorum. Eadem promiſsio poſtea repetitur in ...Deuteronomio; cum Moſes benedicit populo. Sunt tamen alij, qui iſta intelligant dicta de li...

Quis liber Iuſti.

bro Gad, aut Nathan, in quem hoc Dauidis Epicedion relatum sit. Hinc colligimus contra Anabaptistas, armorum exercitium non esse contemnendum. Fiducia quidem nostra omnis figenda est in solo Deo: sed tamen huiusmodi præsidia, cum à Deo offeruntur, non sunt negligenda.

Est hoc carmen Elegiacum, aut Epitaphium. Et Iosephus ait, se hoc Epitaphium legisse. Hieronymus videtur multum se exercuisse in hoc genere. Reliquit enim multa Epitaphia. Sunt ex recentioribus, qui huius orationis rationem & artificium scripserint. Antiquitus adhibebantur etiam præficæ, quò res videretur magis lamentabilis. Hieremias scripsit luctus de Hierusalem, & de morte Iosiæ Regis, vt apparet ex Paralipomenis. Fuit antiquissima consuetudo laudandi mortuos in funebri oratione. Idque ego non reprehendo, modo ea adhibeatur moderatio, vt laus omnis redundet in Deum. Ita autem Romani Græcique istis laudationibus indulserunt, vt ad extremum etiam mulieres cœperint laudari. Nam Suetonius ait, Iulium Cæsarem in funebri oratione laudasse ad populum auiam Iuliam. Ex hac ratione astantes admonebantur, quanta facta esset iactura publica ex illa morte: deinde illi sua laude non priuabantur. Athenis laudabantur publicè in funere, qui pro patria in bello occubuissent, vt apparet ex Platonis Menexeno. Quo in loco extat oratio funebris nomine Aspasię. Adhæc docentur hoc pacto successores, quem admodum se debeant gerere, & ad quorum virtutes se componere. Sed hic in primis fugienda est adulatio. Hodie enim quidam, vt assententur & sese dedant diuitibus, tollunt in cœlum sæpè impuros nebulones. Fugienda est etiam philautia, ne cognatis aut affinibus nostris plus æquo tribuamus. Ista verò laudatio Dauidis non ab oratoria facultate proficiscitur, sed à spiritu sancto.

Vtilitas laudũ funebrium.

Scopus huius carminis.

Scopus autem spiritus sancti erat, non vt muliebrem plangorem & fletum commoueret, sed vt astantes intelligerent, hanc cladem non ordinario cursu, sed manu Domini contigisse, vt illi sese emendarent & redirent in viam. Nam Israelitæ antea solebant vincere: nunc miserè vincuntur. Ionathas antea cum vno armigero profligauit magnum numerum Palæstinorum: & Dauid cum paucis occidione occidit magnam multitudinem Amalechitarum. Adhæc cæduntur armati. fortes, magno numero: idque in monte Gelboe, in terra sua. Quare ergo, inquit Dauid, hoc accidit? Cur ceciderunt fortes viri? Cur confracta sunt arma bellica? Cecinit Dauid hoc carmen, quod id putaret propriè ad suum officium pertinere. Erat enim & successor Regni, & gener Saulis, & amicus charissimus & coniunctissimus Ionathæ. Deinde erat etiam præfectus illorum, apud quos ista cecinit. Cumq; esset propheta, videbat hoc esse muneris sui, vt populum induceret ad pœnitentiam. Hic scopus erat Spiritus sancti.

Munus Dauidis fuit hoc epitaphiũ canere.

O decus Israelis.) Vtitur ornatissima Apostrophe ad terram Israel, in qua milites illi ciderant. Ac si ita diceret, O terra, tu quidem dignior eras, quæ istos aleres viuos, quàm quos ita miserè sustineres mortuos. Huiusmodi Apostrophe vti hodie Poëta quispiam posset ad paradisum: O cultissime horte, tu quidem indignus eras, qui talem fructum procreares, vnde existeret ruina humani generis. Interrogatio, qua vtitur, videtur addere ad orationem magnum pondus ad excitandam commiserationem. Ita Hieremias exorsus est carmen illud miserabile: Quomodo sedet sola ciuitas plena populo. *Quomodo ceciderunt potentes?)* Amplificat calamitatẽ à personis. Non erant, inquit, ignaui, aut debiles, sed præstantes & fortes tàm animo quàm corpore. Par ergo erat, vt tales viri vincerent potius quàm vincerentur.

Optantur interdũ quæ fieri non possunt.

Ne renuncietis in Gath, neue annuncetis in plateis Ascelon.) Auget etiam ab euentu, quod Palæstini magnam ex ea re capturi fuerint voluptatem. Itaque poetica exornatione denuntiat, ne ista perferantur ad hostes in Geth & Ascalon. Nam qui abripiuntur affectibus, optare solent interdum etiam ea, quæ fieri non possunt. Caput Saulis positum iam erat pro trophæo in templo Dagon. Tamen Dauid optat, ne quid ad Palæstinos de hac clade nuntietur. Nam, vt Aristoteles ait in Ethicis, voluntas interdum proponit ea sibi, quæ non possunt fieri. Dauid enim in Psalmis optat sibi dari pennas columbæ. Electio verò tantùm fertur in possibilia. His ergo verbis Dauid detestatur magis id, quod erat iam factum: quàm prohibet ne fiat. Rabbi Chimhi ait, eandem propè sententiam esse in propheta Micheæ: Ne annuntietis, inquit, in Geth. Erant quinque præfecturæ Palæstinorum: sed Dauid duas tantùm commemorat, Geth, & Ascalon, quòd essent præcipuæ. *Ne forte exultent filiæ incircumcisorum.)* Puellæ, vt sæpè diximus supra, solebant res gestas & victorias suorum ducum choreis, & tripudijs, & festis cantibus celebrare. Appellat autem filias incircumcisorum, quòd Palæstini essent sine fœdere, sine testamento, sine Deo. Nam ab externo cultu & Sacramentis facilè intelligebatur, quis esset populus Dei. Hoc autem Dauidi videbatur intolerabile, vt exteri & alieni vincerent, & populus Dei vinceretur.

Mouet

montes Gilboe.) Per Apostrophen defigit istos montes, in quibus Saul ceciderat, omnibus diris: & illis imprecatur sterilitatem. Non cadat in vos ros, aut pluuia: ne deferantur ex vobis primitiæ in tabernaculum. Nam ex fœcundis agris primitiæ adferebantur in domum Dei. Per prosopopœiam autem affingit quodammodo personam cœlo & terræ: vt cœlum neget illis montibus pluuiam: & terra reprimat vbertatem, & vim suam. Hæc sita tantum erant in animo Dauidis. Non enim spectabat naturam rerum. Omnino voluit æternum extare monumentum tanti mali. Monumenta autem similitudinem aliquam habere debent earum rerum, quas significant. Res erant tristes & horribiles: quare non oportuit monumenta esse læta. In funeribus homines incedunt pullati, & cenotaphia ornant nigris coloribus. Ros autem virides colores affert, & omnia pingit læto & amœno gramine. Vult ergo Dauid nihil in illis montibus nasci, nisi spinas & dumos: vt loca ita vasta & deserta, videantur æternis tenebris & horrori condemnata. Deinde donum, pluuias & rores esse dona Dei. Illis ergo carere erat Dei maledictio. Terra enim sæpe obnoxia est maledictioni propter peccata, quæ in ea committuntur. Nam, vt Paulus ait, Creatura subiecta est vanitati. *Quia illic proiectus est clypeus fortium, clypeus Saulis.*) Addit causam: Quia ibi cecidit clypeus Saulis, quasi non esset vnctus oleo. Clypeus non abijcitur sine magna ignominia. Rex inquit, ita cecidit, ac si esset quiuis vnus è populo. Graue est, si miles aliquis grauius occidatur. At si Rex ipse, est etiam multò grauius. Nomen enim Regium sacrosanctum erat apud pleraſq; nationes. Illum autem Regem, quem Deus ipse elegerat & vnxerat, ita ignominiosè, & fœdè cadere, erat longè omnium grauissimum. *Quare imprecatur sterilitatem Gilboe.*

A sanguine interfectorum, ab adipe fortium sagitta arcus Ionathæ.) Auget atrocitatem rei à genere armorum. Arma enim, inquit, Saulis & Ionathæ antehac solebant vincere. Non illis thoraces, non clypei resistebant: penetrabant vsq; ad ossa intima, & sanguinem: & impinguabantur quodammodo carne & adipe. Cur illa nunc confracta sunt? Quoniam Deus iratus est. Nihil autem potest vis armorum si Deus nolit. Goliath erat armis instructissimus: sed ea nihil potuerunt aduerso Deo.

Saul & Ionathan amabiles.) Ornat Saulem & Ionathanem à suauitate morum. Pulchri erant, & optimis moribus. Hæc magis videntur lamentabilia in calamitatibus. Dilecti erant & ipsi inter se, & ab alijs. Aristoteles inter bona numerat χαριοφιλίαν, & πολυφιλίαν. Amabantur. Erant ergo in illis causæ, cur amarentur. Erant speciosi. Nam à principio huius historiæ legimus, nullum in toto Israel fuisse virum pulchriorem quàm Saulem. Nam quod ad staturam attinet, humeris superabat alios omnes. Et credibile est, eum similem habuisse filium. *Chari in vita sua:* id est in moribus. *In morte quoque sua non sunt separati.*) Quamuis summa esset ea calamitas, tamen illos non potuit diuidere. Hic Dauid tacitè purgat Ionathanem. Erant enim qui suspicarentur, eum contrà patrem suum conspirasse. At ille patri suo vel in morte comes esse voluit. Si alteruter illorum occidisset, tamen fuisset miserabile. Vtrunq; autem esse mortuum, & ita esse mortuum, vix videbatur ferri posse. *Laus à suauitate morum.*

Aquilis leniores fuerunt, leonibus fortiores fuerunt.) Velocitas valet, & ad insequendum hostem, & ad declinanda pericula: robur autem, & ad superandum, & ad repellendum hostem. Aristoteles, Velocitas inquit, est δύναμις τοῦ μᾶλλον τὰ ἴσα. Fortitudo autem, inquit, est δύναμις τοῦ κινεῖν ἔτερον. Id ait pluribus modis posse fieri. Nam vel trahimus hostem, vel impellimus, vel tollimus, vel protrudimus, vel collidimus. Græci ad ista solebant iuuentutem suam exercere. Robur enim assuetudine & arte confirmatur. Erant apud illos Quinquertiones & Penthali: qui quinque certaminum generibus exercebantur, disco, saltu, cursu, luctu, pugilatu. Et qui in his omnibus generibus vicissent, dicebantur pantacratiastæ. Dicebantur etiam periodi victores, qui in quatuor illis celebribus spectaculis primas tulissent. Illa autem erant Isthmia, Pythia, Nemæa, Olympica. Confert istos cum Aquilis & Leonibus: vtriusque autem animantis quanta vis sit, scriptores rerum naturalium indicant. Sed artificio coniungit velocitatem cum robore. Velocitas enim sine robore inutilis & inanis est, robur autem sine aliqua agilitate pigrum & ignauum est. Sed ista non tantum de corpore intelligenda sunt sed etiam de animo. Animi enim velocitas in eo sita est, ne differamus bonas occasiones, & animi robur est, rebus difficilibus non perterrefieri. *Velocitas. Robur.*

Filiæ Israelis super Saulem flete.) Postea conuertit se ad filias Israel. Illæ antea solitæ fuerunt ornare victorias Saulis. At nunc flendum vobis est, inquit. Is enim extinctus est, qui vos solebat bysso & purpura condecorare. Nam ille, cum esset victor, satis erat liberalis de præda. Milites autem reuersi domum, ornamenta illa conferebant in vxores & filias suas. Hinc intelligimus, mortem heroum & principum virorum, ad communem omnium calamitatem pertinere. Nam istæ mulieres longissimè aberant à strepitu bellico. Tamen ad illas quoque peruenit sensus huius ca-

Principum mors est communis calamitas.

lamitatis. Significanter & appositè commemorat ornamenta muliebria. Illæ enim ea pluris facere solent, quàm alia omnia.

Cur veram causam cladis tacet.

Quomodo ceciderant fortes in medio prælio?) Hæc omnia idcirco canuntur à Dauide, vt populus agnoscat iram Dei, & concitetur ad pœnitentiam. Sed cur veram causam horum malorum non attingit? Respondeo: quia in Epicedio non potuit rectè commemorare peccata Saulis. Voluit eum laudare, qua ex parte potuit. Neque tamen quicquam mentitus est. Nam si rectè rem ipsam consideremus, videbimus hic tantùm laudari ciuiles virtutes, & externa quædam bona. Nam de pietate, aut sanctitate Saulis, aut vera aliqua virtute nihil dicit. Tamen illa ipsa, quæ laudat, erant bona, & dona Dei: nec hominis vitio poterant fieri mala. Hæc est modestia piorum.

Quomodo pij laudent malos.

hominum: vt spectent, si quid in hostibus suis occurrat laudabile, à peccatis verò & flagitijs eorum auertant oculos. Hostem laudare rara est virtus: & qui ita fecerunt, semper habiti sunt illustres. Cæsar conspecto Pompeij hostis sui capite, non potuit tenere lachrymas: gaudióne, an dolore, nescio. Non tamen laudauit eum. Nam quod lachrymatus est, fortasse spectauit casus incertos rerum humanarum. Deinde erat socer Pompei, vt Dauid erat gener Saulis. Tamen in laudando hoste à Dauide vincitur. Testimonia ab hoste firmissima haberi solent: itaque ista plurimùm faciunt ad laudem Saulis. Nec mirum est, si illum laudet: semper enim illi inseruierat fidelissimè, & bis eius vitam conseruauerat. In medio belli ceciderunt: non in fuga, aut in foueis, aut in latibulis ignominiosè ceciderunt.

Posthæc peculiariter auertit orationem suam ad Ionathanem. *Angustijs afficior*, inquit, *propter te, frater mi Iehonatha.)* Hebraica vox צר significat grauissimum dolorem, quo cor ipsum stringitur & comprimitur. Fratrem eum vocat, vel propter arctissimam illam necessitatem, vel propter affinitatem, sororem enim eius habebat in matrimonio. *Mirabilior fuit mihi amor tuus, amore mulierum, &c.)* Ita laudat Ionathanem ex comparatione. Pluris enim eum fecit, quàm illa, quæ solent maximi fieri. Potest hic reciproca dilectio intelligi: vel ea, qua Dauid Ionathanem, vel ea, qua Ionathas Dauidem prosequebatur. Supra amorem mulierum: vel eum, quo mulieres viros suos, aut eos, quos maximi faciunt, diligunt: vel eum, quo viri diligunt mulieres. Quid autem mulierum causa viri faciant, apparet ex Samsone & Salomone. Et in tertio libro Esdræ, etsi liber ille sit Apocryphus, ita disputat Zorobabel: Fortes sunt principes, fortes sunt mulieres, forte est vinum. Supra omnia autem vincit veritas. Veritas autem illa est vera pietas, & cultus Dei. Dauid cum dicit, supra amorem mulierum, intelligit, amorem illum inter se & Ionathanem, superasse omnem amorem rerum terrenarum. Illorum enim amor ferebatur tantum in Ecclesiam, in salutem Reipublicæ, & in gloriam Dei. Hic ergo non tantum vehementia amoris spectanda est, sed etiam obiecta. Et quamuis hic dilectio rectè intelligi possit reciproca, ego tamen malim eam exponere, qua Ionathas prosequebatur Dauid. Supra enim legimus, Animam Ionathæ adhæsisse Dauidi.

Non male iudicandum de Ionatha quod pereierit cũ Saule.

Mortuus est vnà cum Saule Ionathas: ergo impius erat, non minus quàm Saul? Sed non ita debemus, nec possumus colligere. Extat pulcherrimus locus in 9. Ecclesiastæ. Nescit homo amorem, aut odium. Eadem enim eueniunt bono & malo, & mundo & immundo, pio & impio. Omnes enim externis casibus simul inuoluuntur. Non tamen ex illis iudicandum est de iudicio Dei. Cur ergo, inquies, ex ista calamitate iudicas iram Dei? Respondeo: quia id scripturæ ipsæ indicant. In Paralipomenis enim scribitur, Saulem mortuum esse propter peccatum suum. Deinde publicæ calamitates semper adscribendæ sunt peccato. Quod si idem accidat in priuatis hominibus, non debemus temerè iudicare: possunt enim aliæ esse causæ. Neque verò ista ita dico, quasi Ionathas fuerit prorsus absq; omni peccato. Homo erat. Et qui dicit se peccatum non habere, mendax est. Et erat alioqui moriturus. Quòd si Deus abuti voluit eius morte ad honorē suum, & ad constituendam disciplinam Ecclesiæ suæ, nihil erat, quod posset conqueri.

Perierunt arma bellica.) Fortasse hoc luget, Palæstinos arma Israelitarum eripuisse, quasi populus posthea futurus esset inermis. Sed melius multò intelligemus Saulem ipsum, & Ionathanem, & alios proceres: illi enim erant præsidia populi, & vasa atque instrumenta bellica. Cur ceciderunt? Quia non habebant ducem defensorem. Hæc nos quoque cogitare debemus quoties audimus, aut legimus, cladem aliquam Christianis illatam à Turcis. Habebant duces præstantes, arma, commeatum, militem fortem. Sed Deus ab illis non stabat. Dauid cum suos ad diligentem harum considerationem prouocat, nos etiam incitat, si sapimus. Paulus quoq; multis cum lachrymis prosequitur peccata suorum, & in priori, & in secunda ad Corinth. Dauid flebat casum Reipub. Paulus peccatū. Ita nos quoq;, si quid à Christianis hominibus secus fiat, quàm oportet, non debemus id spectare sine lachrymis.

CAPVT II.

His autem gestis interrogauit Dauid Iehouam, dicendo, Num ascendam ad vnam ex vrbibus Iehudáh? Cui respondit Iehouáh, Ascende. Et dixit Dauid, Quo ascendam? Respondit, In Hebron.

2 *Ascendit ergo illuc Dauid, atque etiam duæ vxores eius, Ahinoam Izreelitis, & Abigail vxor Nabal Charmelitæ.*

3 *Viros suos præterea qui erant secum, ascendere fecit Dauid, vnum quemq; cum familia sua, & manserunt in oppidis Hebron.*

4 *Venerunt autem viri Iehudáh, & vnxerunt ibi Dauidem in Regem super domum Iehudáh: cum renunciauerunt Dauidi dicendo, Viri Iabes Gilead sunt, qui sepelierunt Saulem.*

5 *Misit ergo Dauid nuntios ad viros Iabes Gilead, & dixit eis, Benedicti vos à Iehoua, qui feciſtis misericordiam hanc cum domino vestro cum Saule, & sepeliſtis eum.*

6 *Propterea nunc faciat Iehouáh vobiscum misericordiam et veritatem: sed & ego faciam vobiscum bonum hoc, quod feceritis istud.*

7 *Nunc ergo confortentur manus vestræ, & estote filij fortes: quia mortuus est dominus vester Saul, & etiam me vnxerunt domus Iehudáh in Regem super se.*

HOC caput diuiditur in tres partes. In prima describitur oraculum Dei, quo Dauidem iubet ascendere in Hebron: in altera declaratur Rex à tribu Iuda: in tertia declaratur pugna inter exercitum Saulis, & Dauidis. Rursum in prima parte tria alia proponuntur: primùm, quemadmodum Dauid consuluerit dominum an esset ascendendum in vnam Iuda: deinde, quemadmodum sit designatus Rex: postremò, quemadmodum miserit legationem ad Iabenses. *Partitio capitis.*

Quòd ad primum attinet, quæritur, ad aliquamne ciuitatem ascendendum esset tribus Iuda, & quam? Certus erat ex promissione Dei, le fore Regem: sed quando, aut quo in loco futurus esset, erat incertus. Hic ergo consulit Deum de loco, & tempore, vbi, & quando capturus esset aucta Regni. Oraculo autem illi, commilitonibusque eius, & animus confirmatus, & augetur certitudo. Habebat quidem Dauid iam ius Regni, postquam Saul esset mortuus, possessionem tamen iussu Dei adire noluit. Cum Saul sublatus esset, qui eum proscripserat, cœpit illi magis molestum esse, versari extra hæreditatem Dei inter Ethnicos. Itaq; nihil antiquius habuit, quàm primo quoq; tempore redire domum. Consulit dominum. Consulendi autem duplex erat modus. Ordinarius per summum sacerdotem, & Ephod. Habebat autem Dauid eo tempore summum sacerdotem Abiathar em in castris: & multi putant, eum per illum interrogasse dominum. Ioseph autem putat, Dauidem vsum esse extraordinaria ratione, vt dominum consuleret per prophetam. Habuit autem tum apud se Gaddum, & Nathan. Omnino in re tanta noluit suam voluntatem sequi, sed Domini. Sic Iacob, cum fugeret à Labano, dixit se admonitum fuisse à Domino in somnijs, vt ita faceret. Atq; vtinam Dauid ita facere voluisset, antequam se conferret ad Palæstinos. Discimur hoc exemplo, nihil nobis suscipiendum esse absq; verbo Dei, & precibus. Illi oracula dabant: nos sacras literas. Ad quas si addamus etiam preces, omnia feliciter succedent. *An ascendam ad vnam ex vrbibus Iehuda?*) Quòd ibi haberet tribules suos & cognatos, & amicos, & aliqua forte bona. Deus monet, vt ascendat in Hebron. Erat locus ille celebris propter sepulchra patriarcharum, Abrahami, Isaacchi, & Iacobi. Illis autem promissio data fuerat de habitanda terra Chanaan, & peculiariter de regno constituendo in tribu Iuda: Inde ergo maximè sumenda Dauid erant regni exordia. Fuit etiam Hebron ciuitas antiquissima, condita ante Zoan antiquissimam ciuitatem Ægypti. Huc peruenit Chaleb cum Iosue, cum exploraret terram. Erat ea ciuitas perfugij, & cessit in sortem Leuitarum. Ager autem incolebatur à posteris Chalebi. Aberat Hebron, vt scribit Hieronymus, viginti milliaribus ab Ælia, hoc est, à Hierusalem. Addit etiam vsque ad sua tempora fuisse ibi quercum Mambre: & fuisse homines quosdam ita stultos & superstitiosos: vt eam colerent & adorarent. *Quomodo consulit dominum.* *Leui Hebronis.*

Ascendit ergo illuc Dauid, atq; etiam duæ vxores eius.) Dauid ad voluntatem Dei statim ascendit in tribum Iuda vnà cum duabus vxoribus. Neq; enim tutum videbatur, vt illas relinquens Saulis clade iterum ab Amalechitis raperentur. Deinde etiam par erat, vt quæ cum illo multa

aduersa tulerant in exilio, illæ vna cum eo adducerentur ad regnum. In his historijs depingitur nobis quodammodo regnum Christi; quod non fit in historijs Ethnicorum. Nam in Dauide non obscurè adumbratur nobis Christus. Christus autem cum ascenderat in cœlum, eò se tam transtulit Ecclesiam suam. Nam latroni respondit de cruce, Hodie mecum eris in paradiso. Itaque hunc quoq; multi pij Christum sequuntur in cœlum, & comitantur agonum, quocunq; iuerit. *Vnà cum suis præterea qui erant secum, ascendere fecit Dauid: & manserunt in oppidis Hebron.*) Distribuit milites per vrbes, & oppida, quæ pertinebant ad Hebron: ne vni ciuitati tanta multitudo molesta esset.

Cur sæpius vngitur Dauid.

Venerunt autem viri Iehuda, & vnxērunt ibi Dauidem.) Ter vnctus est Dauid: semel occultè à Samuele: deinde in Hebron à tribu sua: postremò ab vniuerso Israele. Deus, quò voluntatem suam faceret testatiorem, Dauidem voluit vngi sæpius. Quòd nisi summa esset nostra infirmitas, vna promissio fuisset satis. Sed cum ita simus obliuiosi & hebetes, necesse est, vt res eadem toties, & tot exemplis, & ex Veteri, & ex Nouo Testamento nobis inculcetur. Ita Christus,

Christi inauguratio.

vt nostræ tarditati satisfieret, sæpissimè declarari voluit Messias, & filius Dei. Mitto enim oracula Veteris Testamenti, quæ sunt infinita, cum esset in terris, Deus pater insonuit de cœlo, Hic est filius meus. Deinde Iohannes idem docuit: postremò Christus ipse infinitis id operibus confirmauit. Paulus autem videtur ea omnia breuissimè complexus esse tribus notis. Qui declaratus est, inquit, filius Dei ἐν δυνάμει, hoc est, in miraculis: deinde, per Spiritum sanctificationis. Non enim ipse sibi tantùm habuit Spiritum sanctum, sed etiam eum copiosissimè effudit in alios: postremò ex resurrectione mortuorum, quoniam resurrexit à mortuis. Repetitur ergo Christi inauguratio non minus, quàm Dauidis. Idcircò Dauid in carmine illo Epithalamio de illo canit: Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis: qui locus repetitur etiam in primo capite ad Hebræos. Vnxit Deus Christum copiosissimè. Nam de eius plenitudine omnes accepimus. Vnxit verò Deus naturam Christi humanam, non diuinam. Nam, vt erat Deus, vngi non potuit. Itaq; additur, Deus tuus. Hæc dico, quia Dauid, cum vngeretur, gessit in se typum Christi. Dauid postremò peruenit ad regnum, quamuis id diu iam dilatum fuerit. Nec tamen

Promissionum Dei dilatio.

adhuc adire potest possessionem totius regni. Tantum enim recipitur & salutatur Rex à tribu Iuda. Ita Deus sanctis hominibus promissiones suas diu differre solet. Qui enim volunt piè viuere in Christo Iesu, persecutiones patientur. Nec tamen illi interim se minus Deo charos debent existimare. Imò cum ita iactantur, sciant se tum maximè coniunctos esse cum filio Dei. Ille enim nunquam disiunctus est à cruce. Neque enim prodit nos Deus, cum ista nobis patitur euenire, sed ampliores coronas nobis texit. Et Christus ipse ait, Viam angustam esse, & nos habituros pressuram in hoc mundo. Et Iob vitam nostram ait esse militiam. Quare etsi multis molestijs & cruciatibus exagitemur, tamen cum idem videamus & Dauidi, & Christo ipsi accidisse, non debemus id animo iniquo ferre. Tribus Iuda, vna quidem fuit, sed longè maxima. Nam in censu populi vna quodammodo contra alias omnes tribus ponebatur. Deinde illa tribus in Genesi habuit peculiarem promissionem de regno. Quare cum & promissionem haberet, & oraculum Dei, non fecit schisma, cum Dauidem Regem eligeret. Nam alioqui ius electionis ad vniuersum populum pertinebat. Nos quoq; cum habeamus verbum, & certi simus de voluntate Dei, non debemus expectare, quid Synodi, aut Concilia Episcoporum sentiant. Fuerunt quidem cum Dauide etiam alij ex alijs tribubus, vt apparet Par. 1. 1. c. 10. Multi enim erant pij, qui intelligerent voluntatem Dei. Sed nulla erat cum eo integra tribus præter tribū Iuda. Alij fortasse hærebant nonnihil, quod putarent, illum velle regnum alienum inuadere. Tribus autem Iuda, vel quòd haberet promissionem, vel quòd authoritate polleret, non dubitauit præire cęteris. Vnctio erat publicum testimonium, se hunc sibi velle Regem. Non ergo imperat Dauid inuitis. Voluntarius enim est populus Dei.

An tribus Iuda fecerit schisma

Cur indicatum sit Dauidi factū Iabensium.

Indicatur Dauidi, Iabenses venisse in castra, abstulisse corpora Saulis & Ionathæ, eaq; cum solenni ieiunio sepelisse. Cur ista ad Dauidem perlata fuerint, poterant plures esse causæ: alij enim fortasse voluerunt Dauidem acerbius in illos statuere, quòd hostem suum ita honorificè tumulassent. Alij fortasse authores erant Dauidi, vt cum sciret istos apertè facere cum familia Saulis, eos aut caueret, aut sibi conciliaret. At Dauid factum Iabensium vehementer probat: & ad eos decernit legationem: & eos laudandos esse ait coràm domino. Deinde bene illis precatur, & de se

Cur laudat Iabenses.

omnia benignè pollicetur. Indicat, se iam Regem esse: hortaturque vt animo forti esse pergant. Longè aliter se gerunt principes huius mundi. Nam Sylla, Marius, Antonius, Octauius proscripserunt eos omnes, quicunq; hostibus suis aliqua in re fauissent. Dauidi autem nihil aliud studio erat, quàm vt aleret & promoueret virtutem. Et certè non erat vulgaris ista virtus Iabensium. Docebant enim se & colere magistratum, & memores esse beneficij. Ita Dauid pulcherrimum præbet specimen regni sui. Oritur enim à patrocinio virtutis. Magistratui autem cum sit de-

bene-

tantum fortunæ cibium, sed etiam animi bona. Efficere enim debet, quantum maximè ciues & externis bonis abundent, & è virtute viuant. Antea Dauid prosequutus fuerat Saulis, & lachrymis, & epicedio, nunc idem studium laudat in Iabensibus. Ita facilè acce- Et hìc fieri videmus id, quod Paulus ait, vt qui rectè se gerat, referat laudem à

Benedicti vos à Iehoua.) Hoc est, verè vos laudandi estis: factum enim istud vestrum rectum est: conuenit cum verbo Dei. Nam Deus iubet vt colamus parentes. Magistratus autem est com pater patriæ. Et Paulus ad Ephesios ait, illud esse primũ præceptum in promissione. Deus uoluit illud præceptum præclara promissione illustrare, Vt sis, inquit, longæuus super ter- Sed dices, etiam ad superius præceptum de colendo Deo, & fugienda idololatria, videtur ad esse promissio. Quemadmodum enim ait, Visitabo peccata patrum in filios in tertiam, & tam generationem, ita è diuerso pollicetur, se velle seruare misericordiam in mille gene- Sed ista promissio est generalis. Non enim additur, qualis illa futura sit misericordia. autem est certa, & specialis de longa vita. Ita Noe benedixit Sem, & Iapheto: Cham autem dixit. *Cur à Domino benedicti.*

Faciat nunc faciat Iehoua vobiscum misericordiam.) Non tantum prædicit, sed etiam optat, ut Deum, vt illis benefaciat. *Sed & ego faciam vobiscum bonum hoc.*) Hic de se quoq; liberaliter loquitur. Ostendit autem, se esse legitimum magistratum. Sed magistratus, cum gerat vices Dei, facere debet, quod Deus ipse facturus esset. Hoc pacto Dauid & Iabenses, & alios omnes ad omnem virtutis prouocat. Qua in re summa erat Dauidis prudentia. Illi enim suspicari potuissent eidem sibi iratum esse, quod eius hosti acerrimo tantum honorem detulissent. At ille contra factum, hortatur q;, vt cum suis copijs se coniungant.

Nunc ergo estote filij fortes: quia mortuus est dominus vester Saul: & etiam me vnxerunt.) Significat Tacita hortatio ad Iabenses. remum, se iam creatum esse regem: & hortatur, vt forti animo esse pergant. De morte autem eos consolatur: ac si dicere vellet, vos iam officio vestro defuncti estis, vt viros fortes de- Nunc me Deus Sauli substituit: vt vos si velitis, liberè positis ad me transire. Indicat autem ui aut tyrannide factum esse regem, sed libera suffragatione tribus Iuda. Non iactat vnctio- Samuelis: nam ea remotis arbitris in occulto gesta fuerat. Tantum commemorat, se electum inauguratum à tribu Iuda: quod, cum ita publicè factum fuerit, negari non poterat. Monet præsenti animo, si Palæstini fortè vim faciant, quòd illi Saulis & Ionathæ corpora sustulis- Pollicetur, se venturum esse subsidio, si sit opus: & ea maximè causa indicat, se iam esse Re- Adhuc ostendit, se constantem esse, nec mutasse sententiam. Vt enim Amalechitam iuuenem qui Saulem occidisset, ita illos, qui tantam erga illum mortuum humanitatem & pietatem ostendissent, omni laude & amore prosequitur.

8 *Porrò Abner filius Ner princeps militiæ, qui erat ipsi Sauli, tulit Isboseth filium Saulis, & transire fecit eum in Mahanaim.*

9 *Et regnare fecit eum super Gilead, & super Asuri, & super Izreel, & super Ephraim, & super Beniamin, & super Israelem vniuersum:*

10 *Quadragenarius erat Is-boseth filius Saulis, quando regnare cœpit super Israelem, & duobus annis regnauit: tantum domus Iehudah sequuti sunt Dauidem.*

11 *Fuit autem numerus dierum quibus fuit Dauid Rex in Hebron super domum Iehudah, septem anni & sex menses.*

lectionem Dauidis sequutum est schisma. Alij enim sese ad Dauidem, alij se ad Isbosethum erunt. In dissidijs autem, præterquam quòd imminuuntur vires populi, est etiam grauis ratio: vt in humano corpore, cum membra distrahuntur, non solum vires debilitantur, sed sequitur grauis dolor. Dauid & habet vnctionem, & promissionem & oraculum: Isboseth ungitur, nec habet oraculum Dei: & idcirco habuit regnum inconstans & fluxum. Assu- hominibus, nimirum ab Abner, idq; tantum ex successione carnis. Itaq; in rebus aduer- dejcitur & frangitur. Hæc enim est conditio hominum alienorum à Deo: iactantur huc nec possunt consistere: quia non nituntur verbo Dei. Israelitæ si sapuissent, diligenter a- cogitassent, in vtra parte plus esset ponderis. Nam carnalis successio etsi habeat aliquid iu- cedere debet oraculo & verbo Dei. Et in ea re habebant cõplura maiorũ suorum exem- quamuis esset maior natu, tamen propter promissionem Dei coactus est cedere Isaac- quoque, cum alioqui esset primogenitus, tamen propter eandem promissionem Dei *Israelitis non erat obscurum quo esset inclinandum.*

superatus est à Iacobo. Idem etiam postea accidit in Ruben, & Iuda. Nos fortasse videbamur Iudæis & ea causa sequuti sunt Dauidem. Tamen videri possunt ducti nonnihil affectu carnis: erant enim tribules Dauidis. Certè, si qui erant, qui ea causa Dauidi studuerunt, negare non possum, me peccasse. Non enim tantum iustum faciendum est, sed etiam iustè. Hodie quoque ad Euangelium accedere, bonum est: quis enim, nisi impius, hoc neget? Tamen hic quoq; si quis commodum tantum, aut quietem quærat, vehementer peccat. Sequutum est schisma: tamen tribus Iuda non potest eius criminis satis meritò accusari. Habebant enim verbum Dei, nec facere aliter poterant. Quod in te multi hodie timis meticulosè se gerunt. Nam cum videant & negare non possint abusus, superstitiones & idololatrias, quæ sunt vbiq; in Papatu, tamen nolunt apertè deficere ab illis, & ad nos venire, ne videantur schisma facere. At postquam Deus sacrosanctum suum os aperuit, nobis omninò faciendum est quod iubet. De euentu non debemus esse soliciti. Nam quid futurum sit, Deus ipse postea dijudicabit. Ita facit tribus Iuda. Postea vires ad Dauidem in singulos dies maiores accedunt: postremò adiunxit se ad illum vniuersus Israel.

Exemplum bonorum quomodo nobis imitandum

Dauid antea cùm Saul viueret, vehementer opprimebatur. Nunc etiam, quamuis Saul sit mortuus, tamen non nihil impeditur. Non enim totum illud regnum potuit statim obtinere. Neq; tamen debuit ea causa de functione sua dubitare. Et pessimè colligunt, qui ita dicunt: illi, aut illi res non succedit ex animo: ergo eius vocatio non est à Deo. Quis enim aut plura, aut acerbiora passus est, quàm Seruator noster Christus? tamen eius vocatio erat maximè legitima. Magna ergo hinc offertur consolatio Ministris Ecclesiæ & Magistratibus legitimis: vt quamuis videant sibi obijci multa aduersa, tamen animum non debeant despondere. Ista enim proficiscuntur à diabolo. Is enim odit omnem legitimam vocationem. Nam videt, Deum benedicturum esse eam, & eius res suas per illam esse imminuendas. Cumq; impedimenta huiusmodi sint duplicia, alia in animis hominum, alia quæ accedunt extrinsecus, vtrunq; genus obijcitur à diabolo. In animis enim efficit, vt homines desperent, & abijciant animum, & putent se non esse ferendo tanto oneri: atq; ita efficiantur negligentes. Quod si hac via non succedat, offert aliunde inimicitias, odia, factiones, turbas. At si qui sint, qui nec legitimè vocati sint, nec faciant officium, illis diabolus nihil est molestus. Patitur enim eos securè & suauiter dormire in vtranq; aurem. Deus autem interponit se his rebus tumultibus, & consolatur suos multis modis. Primùm verbo suo: prædicit enim illos multa esse perpessuros. Deinde offert etiam exempla illorum, qui in obeunda vocatione sua multa perpassi sunt. Adhæc contra primum impedimentum dat robur & firmitatem animorum: & si quis contra se opponat, eum frangit & debilitat. Ita Christi regnum stat, & stabit æternum. Ita regnum Dauidis, quamuis multis impulsibus quatiatur, tamen stabit. Quisq; ergo debet in sua vocatione manere, neq; ad casus aduersos animo cadere, aut perterrefieri.

Ex successu duro non est vocatio damnanda.

Impedimenta iustæ vocationis sunt à diabolo.

Auxilia contra hæc impedimenta.

Sed quoniam incidimus in mentionem vocationis, intelligere debemus, Deum aliquando immediatè, vt loquuntur, ipsum per se eligere, & vocare aliquem: aliquando idem facere per homines. Dei autem illa immediata vocatio vel generalis est, vt ad iustificationem, vitam, salutem: vel particularis, vt ad docendum, ad vxorem ducendam, ad Magistratum gerendum. Sed quisquid est, statim est obtemperandum, postquam nos intelligimus à Deo vocatos esse. Sed certum oportet quenq; esse de vocatione sua. Sæpè enim diabolus sese interponit, & fallit homines specie Dei.

De vocatione.

In altera autem illa vocatione, quæ fit per homines, multa diligenter considerandasunt: in primis verò quatuor illæ causæ, materia, forma, efficiens & finis. Materia est, natura ipsa functionis: eam oportet iustam, & honestam esse, & consentientem cum verbo Dei. Itaque mercenarij milites & lenones non possunt dici habere legitimam vocationem. In forma videndum est, ne interueniat pecunia, ambitio, aut affectus carnis. In efficiente videndum, vt per eos fiat, ad quos pertinet: videlicet per magistratum, aut populum, aut maiores Ecclesiæ. Per vim autem nihil omninò tentandum est. Quod ad finem attinet, quoniam est susceptio voluntaria, oportet, vt voluntas spectet aliquod bonum: nimirum, vt iuuetur regnum Dei: ne sua quisque quærat emolumenta, aut commoda, aut aliena à iusto & bono, & verbo Dei. Qui eligunt, videre debent, non tantum, vt velit ille, qui eligitur, sed etiam vt sciat, & possit. Quid enim ille faciet, si nesciat? Non tantùm scire debet, verumetiam vires habere, vt possit. Et hæc quidem spectare debent homines. Deus autem, cum vocat aliquem, ista non quærit. Ipse enim hæc omnia efficere & dare potest. Ille verò, qui eligitur, non debet de suis viribus iudicare. Multi etiam sæpe, cum ineptissimi sint, aptos putant: multi contrà, cum sint satis instructi & apti, tamen aut verecundia aliqua, aut modestia adducti, sese putant esse ineptos. Quare iudicium esse debet penes Rempublicam aut Ecclesiam. At si omninò videat, se illi muneri ineptum esse, protestari debet, quid ipse de se

Vocationis quæ fit per homines causæ.

Quid spectandum illi qui eligit.

Quid faciendum huic qui eligitur.

...at. Postrem ò tamen, si illi nolint mutare sententiam, debet cedere.

...da hæc omnia diligenter obseruauit. Est ergo recta Dauidis vocatio. Sed hodie, in-... nascunt ut: & eam rationem Aristoteles non probat. Id enim est rem fortunæ com-... Nam primogenitus potest stultus esse & ineptus ad res gerendas. Tamen Deus non tan- *An Imperia debeant esse hæreditaria.*
...licia sua, sed etiam in sacro ministerio hanc rationem non est aspernatus. Voluit autem ... nasci Reges, vel vt per eam genealogiam aliquando perueniretur ad Christum, vel vt ... seditiones, quæ accidere solent in electione Regum, euitarentur. Alij enim alium Regem ... & raro in vnum omnes consentiunt. Id videmus accidisse, non tantum in Republica Ro-... quam sæpe in electione Paparum. Accidit enim non raro dissensione partium, vt vno ... duo, aut tres Papæ, hoc est, duo, aut tres Antichristi regnarent: quasi vnus non esset satis. ... historia, quamuis Saul & à Deo ipso designatus esset, & confirmatus à populo, tamen ... quidam filij Belial, homines seditiosi, qui illi sese opponerent, & parere nollent. Itaq; ante-... liberasset Iabenses, non potuit liberè regnare. Et Dauid, quamuis esset electus à Deo, tamen ... annos regnauit tantum in Hebron. Post Dauidem autem Deus voluit regnum tradi per ... nem, vt aliquando per illam stirpem perueniretur ad Christum.

Porrò Abner tulit Isbosethfilium Saulis.) Abner, qui fuerat summus dux militaris Saulis; *An rectè fecerit Abner, quod Isbosethũ præficit.*
...Regis filium Isbosethum, & illum præficit decem tribubus. Is autem, quamuis præ se ... speciem aliquam iustitiæ, tamen reuera quærebat vtilitatem suam. Præponit populo Is-... hum, iuuenem, in quo nihil esset spei, aut indolis, aut virtutis Regiæ: cui ipsi opus fuisset de-... quid tumultus accidisset. Nam tres filij Saulis maiores natu mortui iam erant in bello. ... omni regno suo nihil vnquam præclarè gessit. Abner vt erat miles veteranus, & astutus, & ... tor, inuenem transmisit Iordanem. Verebatur enim, ne Dauid illa sua legatione Iabenses si-... lliaret. Primo ergo quq; tempore traiecit, vt illos retineret in officio. Nam de tribu Bina- *Cur transmittat Iordanem.*
... tribus erat potentissima vltra Iordanem, nihil erat solicitus. Erat enim Isboseth illorũ ... Cum illis potius agere voluit, de quibus erat aliqua suspicio. Deinde etiam id sequutus ... Rex ibi esset, vbi habere posset commodum hospitium. Illa autem regio fuerat aliquando ... Basan: cuius pinguitudo & fertilitas sæpe in sacris literis prædicatur. Ciuitas dicta est Ma- *Machanaim.*
...naim, à castris Dei. Iacob enim cum rediret è Mesopotamia, & in illo loco dormiret, vidit se-... quietem angelos Dei. Itaq; locũ appellauit in duali numero Machanaim, à turmis suis; ... multitudine angelorum. Erat enim ille locus celebris postea fuga Dauidis. Nam cum ... Absolon persequeretur, eó se recepit. Abner in vno facto bis peccat. Primùm enim vide- *Abner bis peccat.*
... regni deberi Dauidi: deinde eum præponit regno, quem non debuit. Viuebat enim Iona ... primogeniti Saulis filius Mephibosethus. Illum Abner præterit, & Isbosethum summæ re-... præfidit, cui regnum nullo iure debebatur. Abner fortasse, vt erat ambitiosus, conatus est ... am ad se pertrahere. Nam cum Isbosethus ineptus esset rebus gerendis, facilè potuisset il-... mmouere, & regiam dignitatem sibi vendicare. Aut si id non cogitauit, tamen verisimile ... voluisse vmbram & nomen regni esse apud Isbosethum, vt ipse interim regia potentia ... erat. Erat Abner cognatus Isbosethi. Saul enim & Abner erant fratrueles: alter ex Ner o-... alter ex Cis. Hic videmus ambitione & studio regnandi violari verbũ Dei. Id autem ho-... tantum in Republica fit, verumetiam, quod multò miserabilius est, in Ecclesia.

Quadragenarius erat Isbosethfilius Saulis, quando regnare cœpit.) Natus est ergo eo ipso an-... Saul cœpit regnare. Nam ex Actis Apostolorum apparet, Saulem regnasse quadraginta ... rat ea satis iusta. Quare, si erat ignarus & stupidus, nihil erat, quod accusaret ætatem. ... hic incidit quæstio vtcunque obscura. Cum Isbosethus regnarit tantum duos annos, ... autem septem annos regnum obtinuerit in Hebron, oportet, vt antequam ille renuntia-... à decem tribubus, intercesserit interregnum quinque annorũ. Quidam respondent, Is- *Conciliatio duorũ locorum*
... non cœpisse statim regnare, sed post quinque annos. Alij contra putant, eum statim à ... Saulis suscepisse regnum. Sed illo mortuo, decem tribus non statim accessisse ad Daui-... Alij putant nec illum statim regnasse, nec, illo mortuo, decem tribus Dauidem statim Re-... legisse, sed Isbosethum in medio illo spatio regnasse duos annos. Qui primam sententiam ... tur, putant id factum, quod decem tribus ambigerint tam diu, & deliberarint, vtrum Is-... reciperent Regem, an Mephibosethum. Fuerunt etiam apud Dauidem præclari qui-... ex omnibus tribubus. Illi interea singuli suos sollicitabant, vt transirent ad illum. Erant ... competitores regni eodem tempore, Isboseth, Miphiboseth, & Dauid. Hanc contentio-... nem diu tenuisse populũ. Postremò Abner rebus præfecit Isbosethum. Atq; hoc illud est,

quod scribitur, tam longam fuisse contentionem inter domum Saulis, & domum Dauid. R. Leui putat, id, quod scribitur, Et regnauit Isboseth duos annos, non ideo scriptum esse, quod ille longius non regnauerit, sed quòd tum regnasset duos annos, cum illa scriberentur. Neq; sanè verisimile est, aduersarios Dauidis pati voluisse, vt eius regnum tam diu radices ageret. Nec mirum Isbosetho credibile est, tam longum illos habere voluisse interregnum. Nam etiamnum cum illo adhuc viueret, agitauerant sæpè inter se consilia, vt Dauidem persequerentur. Quicquid sit eius est tanti. Mihi sententia R. Leui & acuta videtur esse, & probabilis.

12 *Porrò egressus est Abner filius Ner, & serui Isboseth filij Saulis de Mahanaim in Gibeon.*

13 *Ioab autem filius Seruiah, & serui Dauidis egressi sunt, occurreruntq; eis iuxta piscinam Gibeon pariter: & manserunt hi iuxta piscinam hinc, illi verò iuxta piscinam inde.*

14 *Tum dixit Abner ad Ioab, Surgant nunc iuuenes & ludant ante nos. Et ait Ioab, Surgant.*

15 *Surrexerunt ergo, & transierunt in numero: duodecim ex Beniamin & Isboseth filio Saulis, & duodecim ex seruis Dauidis.*

16 *Et apprehenderunt quisque caput proximi sui, & gladius eius quisque in latus proximi sui, ceciderunt; pariter: & vocauit locum ipsum Helcathhassurim, qui est in Gibeon.*

Cur Dauid armis regnum sibi non vendicat.

Dauid interim nihil per vim voluit fieri. Nam quod nunc pugna editur, illo quodammodo inuito factum est. Tantum enim voluit vim illatam repellere. Sed quid inquies, illum impedijt, quò minus regnum sibi diuinitus datum armis acquireret? Dicam. Iusiurandũ, & fides. Nam cum cyathum Sauli dormienti sustulisset, & ille intellexisset, illum omninò esse regnaturum, iusurandum ab eo exegit, ne, cum ad regnum peruenisset, suum genus & semen extingueret. Illud iusurandum Dauid vt erat obseruans religionis, noluit violare. Itaq; nec pugnare voluit in Isbosethum, nec ex filijs Saulis quenquam occidere.

Abner ducit exercitum in tribum Iudæ iubetq; vt deficiant à Dauide: ni parent, sese vi meloq; coacturum. Dauid quieuit quidem ipse: sed Ioabum emisit in illum cum exercitu. Quidam putant, Ioabum pugnam detrectasse, quòd esset viribus inferior. Sed probabilius est, id eum Dauidis iussu fecisse. Perueniunt ad aquam Gibeon. Ibi stabant vtrinq; instructi exercitus: vtrinque Israelitæ, vtrinq; cognati, vtrinq; populus Dei. Horrendum omninò spectaculum. Erat enim bellum non tantum ciuile, sed atrocius etiam multò, quàm ciuile.

Abner, cum haberet plures: confisus viribus suis pugnare voluit. *Surgant nunc, inquit, iuuenes, & ludant ante nos.)* Hîc non interponitur conditio, vt vtri vicerint, ab illa parte sit summa rerum, quod supra factum vidimus in duello inter Dauidem & Goliathum: quodq; Romani Albanique fecerunt, cum Horatios Curiatiosq; inter se committerent. Iniustum quidem illud certamen erat, vt aliàs docuimus. Tamen illi hoc agebant, vt parceretur sanguini. Hic autem nihil aliud quæritur, quàm vt homines barbarico & belluino more sese mutuò sauciantes & cadentes, spectantium oculos pascerent horrendo spectaculo. Eò enim iam peruentum erat, vt cum Deus gemissimis verbis edixisset ne sanguis humanus funderetur, id iam pro ludo haberetur. Huiusmodi suis gladiatura apud veteres Romanos quod illorum institutum non potest vllo pacto excusari. Florus ait, D. Iunium Brutum in funere patris exhibuisse viginti duo paria gladiatorum. Hoc videlicet erat expiare manes patris, vel potius placare diabolum. Sed pulcherrimum erat illud dictum Theodo. Imperatoris. Nam cum populus in Theatro peteret ab eo gladiatores, ille respondit, Pium principem oportere non tantùm regnare, sed etiam spectare clementer. Et Athenis cum populus deliberaret de exhibendis publicè gladiatoribus, quòd id fieri soleret à barbaris, Demonax respondit, prius euertendam esse aram Misericordiæ, quàm tanta atrocitas publicè exerceretur. Augustinus Confess. lib. 6. cap. 9. ait, Alypium suum bonum alioqui virum, cum esset Romæ, incredibiliter raptum fuisse studio gladiatorum, & libenter pauisse oculos humano sanguine. Sed quid ibi esse potuit voluptatis? An vt videret homines fortiter morientes? Sed quanta erat vera fortitudo? nam ea rationem habet loci, & temporis. Hoc autem erat prorsus insolitæ prodigum esse vitæ suæ. Senecæ de tranquillitate libro primo, capite decimo, ait Cicero quæsiuisse, Gladiatores inuisos esse populo, qui velint ab eo, à quo victi sint, vitam precari: illis autem

Gladiatoria certamina reprehendenda.

populum, qui præ se ferant, se posse mortem contemnere. Verùm hoc non hominum erat, sed bestiarum. Reprehendendi ergo erant & Abner, & Ioab, qui istos iuuenes ita inter se miserint. Sed longè adhuc sceleratius est genus aliud gladiaturæ. Sunt enim quidam, qui, non veris, sed rixandi studio, homines doctos accendunt ad pugnam, idq; de gratuitissimis religionis dogmatis. Ibi clamatur, certatur, violatur charitas. Multitudo autem ita sæpè discedit, vt nesciat iam quid debeat credere. Hoc longè omnium deterrimũ est genus gladiaturæ. Colloquia quidem de religione moderata non improbo: rixas autem & clamores de rebus abstrusis & reconditis reprehendo.

Isti fortasse volebant exhiberi specimen aliquod suorum: sed ex hac leui pugna accensum est maximum, & cruentissimum prælium: vt ex paruo malo nascatur sæpe aliud malum multò grauius. *Duodecim ex Biniamin.*) Erant ex tribu Biniamin. Hoc non otiosè additur. Illa enim solebus ex decem tribubus ambibat regnum. Itaq; illi dederunt ex suo numero iuuenes qui committerentur cum iuuenibus è tribu Iuda. Erat ista ostentatio tantùm virium. Neque enim seriò, totis viribus confligitur. Certè qui iustè pugnant, vires suas vniuersas expediunt: deinde eorum committunt Deo. Isti autem videntur rem fortunæ & casui relinquere. Quòd si iustum bellum, cur totis viribus non experiuntur? Si non est, cur istos sinunt se mutò occidere? Sed verò, multoq; magis damnandus est hodie Antichristus. Is enim non duodecim tantùm iuuenes, sed potentissima regna & maximos exercitus inter se committit: idq; dominationis tantùm sua defendendæ causa. *Cur ex Beniamin illi duodecim.*

Et apprehenderunt quisq; caput proximi sui.) Quisq; apprehendit caput aduersarij sui, & gladium figit in latera. Mirum est, idem genus pugnæ placuisse omnibus. Hic ad vnum omnes pereunt. In pugna Curiatiorum & Horatiorum, vnus saltem, superfuit. *Et vocauit locum ipsum Helcathasurim.*) Id est, Ager fortium. Non erat illa, vt dixi, vera fortitudo, sed rabies. Excitatum ergo est certamentum non virtutis, sed sceleris. Iosephus ait, duodecim tantùm illos per jsse, qui stabant lateribus. At scripturæ dicunt, ne vnum quidem superfuisse. Videmus ergo vel ex hoc loco, Iosephum sæpe legendum esse cum iudicio.

17 *Et fuit prælium durum admodum eo die: cæjusq; fuit Abner, & viri Israelis coram seruis Dauidis.*

18 *Erant autem ibi tres filij Seruiah, Ioab, & Abisai, & Asael. Asael autem leuis pedibus suis, sicut vna è capreis quæ in agro.*

19 *Asael autem persequutus est Abner, nec declinabat eundo ad dexteram aut ad sinistram à tergo post Abner.*

20 *Respiciens autem Abner à tergo suo: Tu ne es Asael? Respondit, Sum.*

21 *Et dixit illi Abner, Declina ad dexteram tuam vel ad sinistram tuam, & apprehende vnum è pueris, & tolle tibi exuuias eius. Et noluit Asael declinare à tergo illius.*

22 *Rursum autem Abner dixit ad Asaelem: Recede à tergo meo: vt quid percutiam te in terram? quomodo leuabo faciem meam ad Ioab fratrem tuum?*

23 *Quùm autem renuisset cedere, percussit eum Abner posteriore lancea in quinta costa, & egressa est lancea à tergo illius, cecidit q; ibi in loco suo, in quo mortuus est. Porro quicunque veniebat ad locum in quo ceciderat Asael, & mortuus fuerat, subsistebat.*

Abner insolens & sitiens sanguinis, tamen in fugam vertitur. Quamuis enim esset vir bellicosus, plures haberet, tamen res longè aliter cadit quàm putarat. Deus enim est, qui moderatur omnia.

Erant autem ibi tres filij Seruiah.) Tres erant fratres in hoc prælio, Ioab, Asahel & Abisai. Singulis cõmemorantur, vt intelligamus, cur postea Ioab Abnerem ex insidijs interfecerit, Asahelis mortem vltus fuerit. Asahel & in hoc libro, & in Para. lib. 1. cap. 11. commendatur, & annumeratur inter fortes Dauidis. Æquatur cursu cum capreis. Iosephus ait, illum non tantum cũ equis certasse cursu, sed etiam cum equis. Hoc tamen tempore pessimè cessit illa velocitas. Eccles. 9. pulchrè scribitur: Non est velocium cursus, nec fortium prælium. Hic enim nec Abnerum iuuat nec velocitas Asahelem. Itaque Paulus ait, non esse currentis, nec volentis, sed miserentis Domini. Non oportet viribus nostris nimium confidere. Dona Dei sunt, vel seruatus Rempublicam, vel vt tueamur iustitiam. Quare nec fidere illis debemus, nec abuti. *Asahel.*

Milo nimium fretus robori suo, cum brachijs fidisset quercum, arbore in naturam suam redacta, comprehensus est, & relictus præda bestijs. Cicero confisus eloquentiæ suæ, multa turbauit: interdum etiam sine causa. Iosias pius princeps, sublatus viribus suis, cum bellum suscepisset contra Pharaonem, & se perdidit, & Rempublicam. Corinthij fiducia linguarum suarum turbarunt Ecclesiam. Et sæpè fit, vt ministri, cum nimium sibi placeant, conturbent omnia. Asahel pœnas luit temeritatis. Erat quidem ille velocissimus: sed robore non conferendus cum Abnere, insequitur tamen illum, quod eum putaret esse caput rerum: & speraret illo sublato posse debellari. Sed multum intererat inter illum veteranum, & hunc tyronem.

Apprehende vnum de pueris, & cape exuuias eius.) Quòd si non audes redire solus, cape, inquit, tibi vnum aliquem ex istis, qui te deducat. Chimhi autem ita interpretatur. Cape vnum ex illis iuuenibus: quòd si fortè tibi ab illo timeas, exue eum armis: & sit hoc tibi satis ad gloriam. Ego adhuc video aliam etiam sententiam: Inueni tibi tyronem aliquem, vnde quæras gloriam. Nam si mecum congrediaris, postea te pœnitebit facti tui. Noluit eum occidere, quòd sciret fratrem eius Ioabum ferocem esse virum, & velle vlcisci mortem fratris sui. Deinde cum iam esset coniectus in fugam, fortasse cœpit cogitare de pace: quam, interfecto Asahele, vidit non posse conflare. Videt iam Abner, quantum roboris sit in exercitu Danidis. Et fortassè fugiens redit in memoriam oraculi Dei, & cogitet regnum iure optimo ad Danidem pertinere. Atque ea causa fuisse, vt Asahel declinaret. Verùm ille, cum vim faceret, accepit ab Abnere vulnus, & mortuus iacuit in via, & spectaculo sui impediuit cursum insequentium. Hinc fortasse possit colligi, hostes non esse nimis acriter persequendos. Imò quidam non malè dixit, hosti fugienti muniendam esse viam. At alius dicet, nisi vim summam adhibeas ad insequendum, videberis victoriam tuam corrumpere. Milites palantes reuocabuntur ad signa, & instaurabunt pugnam. Sed de hac re difficile est præcipere aliquid in vniuersum. Omninò hoc intelligere debemus, victoriam esse in manu Dei. Hæc tamen adhibenda est moderatio, ne nimis insolenter persequamur hostem, præsertim in bello ciuili. Iosephus ait, Ioabum imperasse suis, vt hostes fusos & fugatos persequerentur. Non tamen ea causa Asahel non debuit habere rationem ciuilis sanguinis, aut minus meriti vires suas.

Hostes quomodo persequendi.

24 *Et persequuti sunt Ioab & Abisai ipsum Abner: Sol autem occubuerat cum ipsi peruenerunt ad Gibath-ammon quæ est e regione Giah, iuxta viam deserti Gibeon.*

25 *Tum congregati sunt filij Biniamin post Abner fueruntq; cætus vnus, & steterunt in summitate collis vnius.*

26 *Et clamauit Abner ad Ioab, & ait, Num in perpetuum deuorabit gladius? an non nosti quod amaritudo sit in nouissimo? quousq; ergo non dices populo vt reuertatur a tergo fratrum suorum?*

27 *Et dixit Ioab, Viuit Deus quod nisi loquutus fuisses quòd iam inde à mane ascendisset populus, quisq; à tergo fratrum suorum.*

28 *Clanxit ergo Ioab buccina, & constitit vniuersus populus, nec sunt persecuti vltra Israelem, neq; addiderunt vltra pugnare.*

29 *Porrò Abner & viri eius perrexerunt per campestria tota nocte illa, transierunt Iarden, & perambulauerunt totam Bithron, venerunt q; ad Mahanaim.*

30 *Ioab verò reuersus à persequendo Abner, congregauit cunctum populum, & defuerunt è seruis Danidis nouendecim viri & Asael.*

31 *Serui autem Danidis percusserunt de Biniamin & de viris Abner: trecenti & sexaginta viri mortui sunt.*

32 *Et tollentes Asahelem, sepelierunt eum in sepulchro patris sui quod erat in Bethlehem, & iter fecerunt tota nocte Ioab & viri eius, & diluxit eis in Hebron.*

Sol occubuit. Impediuntur iam tenebris, vt amplius persequi non possint. Ita Deus ipse voluit modum statuere huic cædi. Nam alioqui si voluisset eos pugnare diutius, potuisset Solem sistere, & victoribus spacium dare ad insequendum: quemadmodum factum scimus in historia Iosuæ. Alij substituerant attonici ad cadauer Asahelis. Ioab tamen & Abisai omnibus curam intendebant. Milites Abneris, cum viderent se vrgeri ab insequentibus, collegerunt se vtcunq; ad signa & agmen fecerunt, quasi qui vellent redintegrare prælium. Tum Abner clara voce exclamauit ad Ioabum,

...vt sisteret. Qua in re videbatur speciem aliquam præ se ferre boni viri, & cupientis pa... abhorrentis à ciuili sanguine. Nec aliter anteà videbatur se gerere in Asahele. Etsi emm ...derit, tamen id aliquo modo inuitus fecit. Oratio quidem, qua vtitur Abner, breuis est: ...em habet ponderis. Tria autem in ea in primis spectanda sunt argumenta. *Num*, inquit, *Capita tria ex-*
...em deuorabit gladius?) Ac si diceret, ea, quæ coniuncta sunt cum pernicie, debent habere *rationis Ab-*
...aliquem & finē. Non semper, inquit, laxanda sunt frena furori vestro. Satis iam indultum *neris.*
...Aliquando contentioni vestræ aliquis imponendus est finis. Quemadmodum autem sacris *1. Ratio.*
...gladio per metaphorā os tribuitur, ita hîc per eandem metaphoram gladius dicitur de ...Fundamentum huius argumenti ex eo est, quod bellum non sit ex genere earum rerum, ...petendæ sint propter se. In eiusmodi enim rebus nullus ponendus est modus. Nihil enim *Belli non ex-*
...esse nimium, vbi nihil est satis. Nemo enim vnquam aut virtutē nimiū coluit, aut nimiū *petēda per se.*
...Deum. Ea verò, quę aliorum causa comparata sunt, maximè si cum pernicie coniuncta sint, ...aliqua moderatione temperari. Bellum autem fera res est: &, vt Cicero ait, nomen habet à ...Est enim belua rū, non hominū ita in sese sæuire, & sese mutuò lacerare. Nec satis iustè bel... potest, nisi propter aliud suscipiatur. Illud autem aliud est, vt pax secura coli possit. Non ...instituitur propter bellum, sed bellum suscipitur propter pacem. Et huius rei simile ha... ...ssamus ē nostris corporibus. Quis enim velit ita viuere, vt perpetuò bellum gerat & con... cum morbis? Bellum ergo geritur propter pacem: non vt in ea abutamur otio, & nos de... libidini, sed vt piè & tranquillè colamus Deum. Et ea causa Plato reprehendit leges, quas ...Minos & Lycurgus. Illi enim ita multa cauerunt de re bellica, quasi summa Reipub. sita ...gerendo bello. Atqui multò potius studendum est paci atq; otio ciuium. Et ideireo vel ea ...nunquam satis laudari possunt leges Dei. In illis enim omnia referuntur ad cultum Dei: ...autem minima pars est de gerendo bello. Itaque Abner, An perpetuò, inquit, deuorabit gla... ...videtur esse contra naturam belli. Rei enim noxiæ statuendus est modus.

...nescis quod amaritudo sit in nouissimo?) Hæc est secunda ratio ducta à consequentibus. *2. Ratio.*
...autem sequitur luctus & calamitas, idq; ex vtraq; parte. Non enim potest fieri, quin mul... fortes & præstantes viri desiderentur. Nam illi se committunt periculo, ignaui & iner... sibi in tempore, & sæpè seruantur. Deinde sequuntur direptiones, incendia, vastitates, ...videmus in bello, quod contra Beniamin gestum est, factum esse. Israelitæ enim, qui bel... perunt, bis cæsi sunt: ad extremum autem Beniamitæ omnes penè extincti. Sequetur ..., inquit, hoc est, huius belli non solum nos, qui ita nunc profligamur, sed etiam fortasse ...pœnitebit. Conijcies enim militem meum in desperationē. Homines enim victi, cum ni... esse spei, desperare incipiunt. Deinde sequitur furor: ille arma ministrat. Monet ergo Ab... ...ne, posse fieri, vt milites fusi ex desperatione recipiant animos, & instaurent prælium. E... ...enim iam conglobati: & videbantur esse pugnaturi. Quid autē futurū esset incertū erat: Mars ...communis est, & *dubius ensis*. Victis autē vna salus est, nullā sperare salutem. Monet ergo Ioa... ...nimis ē insset, ne quid forte accidat, quod nolit. Cùm ista dicit Abner, tacitè cōcedit Ioabo ...Nam si ipse vicisset, in eius manu fuisset frenare bellum. Concedit ergo hosti victoriam: ...tamen, vt se prorsus victum & deiectū esse fatetur. Potest, inquit, fieri, vt pugna renouetur: ...mis tu tum quoq; vincas, tamen fortasse non erit expetibilis victoria. Argumentum or... ...non tantùm à consequentibus, sed etiam ab vtili. *Reuertatur à tergo fraternus furor.*
...sumitur ab honesto. Non sumus, inquit, hostes, sed fratres vestri: Oriundi sumus *3. Ratio.*
...patre Abrahamo, colimus eundem Deum, vtimur iisdem sacramentis, obtemperamus eā... ...Rempublicam. Desinant ergo aliquando milites tui persequi & occidere fratres suos. Ciui- *Ciuilis belli*
...longè grauius hostili bello grauius. Fieri enim potest, vt in eo frater fratrem frustretur, ve... *atrocitas.*
...patrem. Augustinus de Ciuit. Dei lib. 2. cap. 23. refert historiam, quam Lidius scri... ...79. & Valerius Maxim. lib. 5. & Paulus Orosius. Cum Cn. Pompeius Cn. Pompeij Ma... ...fuerat à Sylla, & conuersum ducere cohors Cinnam, Carbonem, & Marium occidisse, vt ...in conflictu occideret fratrem suum. Quem cum spoliaret, & iam intelligeret esse ...præcluso dolore se ipsum gladio traiecit. Abner ergo commonefacit, eos quos persequun... ...ipsorum fratres. Idem hodie dici posset de Christianis: sunt omnes fratres habent eun... ...Deum, eadem sacramenta, sunt idem corpus, habemus idem caput, Christum: tamen ...fraterna gerunt. Romani quàmuis multa gesserint ciuilia bella, tamen nunquam de ...triumpharunt. Cicero omnia, ait, esse misera in ciuili bello, sed nihil miserius, quam ...victoria, & addit, omnia ferenda esse potius, quàm vt ad arma veniatur. Iustinianus in ...Institutis ita Armiscait, bellum semper hominibus ruētē angentibus dolorem facere.

Hostes quomodo persequēdi.

Orat Abner Ioabum, vt desinat persequi. Id semper faciendū est, non tantùm in ciuilibus bellis, sed etiam in hostilibus. Vnum hoc tantùm excipio, si proscripti sint à Deo, contra quos bellum geras: quales erant Amalechitę, & Chananęi. Iosephus addit, Abnerum se excusasse de cæde Asahelis. Id quamuis non legatur in sacra historia, tamen est probabile. Hæc nunc Abnerus. Sed sero Phryges sapiunt. Ista prius dicta oportuit. Ille pugnam conseruit: ille iuuenes duodenos inter se commisit. Sed miseri mortales non vident quid sit è re sua, nisi adacti necessitate. Satius multò erat non incepisse, quàm post pugnam deprecari. Fieri tamen potest, vt Abner ista animo non sincero dixerit: sed quod metueret iam sibi, nec posset suis rationibus aliter prospicere. Metum autem suum fortasse celare voluit speciosis istis argumentis. Et timuisse illum non est incredibile. Deus enim sæpè minatur, se iniustè pugnantibus velle metum & pauorem incutere. Sed quicquid est, oratio ista est satis probabilis. Bellum enim ciuile coniunctum est cum multis malis. Et vir probus, cum videat gerendum esse bellum, non potest non grauiter animo dolere: vel propter peccatum illorum, qui causam dederunt bello: vel quòd illorum culpa illatæ sint etiam iniuriæ: vel quod euersio Reipublicæ, & calamitas, & vastitas cōsequantur. Hæc Augustinus de Ciuit. Dei libro 19. cap. 5. Itaq; cum Sylla finem nullum faceret proscriptionibus, accesserunt ad eum amici quidam familiares, & cum quibus tandem viuemus? inquiunt, aut quibus imperabimus? Atque his verbis eius furorem vtcunque repressérunt.

Quo animo ista Abner dixerit.

Ioabi responsio.

Ioab in respondendo vtitur translatione. Prælium hoc, inquit, non à me, sed à te ortum est. Et addit iusiurandum: si tu prius hæc dixisses, iamdudum miles meus destitisset persequi. Sed in his verbis duplex est sententia. Prior est ea, quam iam dixi. Altera verò, quæ mihi etiam verior videtur, nisi tu mane dixisses, vt pueri inter se committerentur, nunquam vos fuissemus persequuti. Tu ergo solus author es & causa huius mali. Hìc videmus solere accidere, vt malum in eum caput, à quo excitatum est, recidat: vtque solet dici, is, qui excidit foueam, in eam incidat. Ioab amplectitur consilium oblatum ab hoste. Et in ea re rectè fecit. Videndum enim est, non à quo quidque dicatur, sed quàm benè. Veritas enim à quocunque dicatur, rectè dicitur proficisci à spiritu sancto. Ita nos quoque testimonia interdum petere possumus à philosophis & poetis, quamuis sciamus eos fuisse hostes Dei. Ita Paulus citauit carmina Menandri, Arati, Epimenidis. Et prophetia Bileami, quamuis pessimi viri, tamen iam canonizata est quodammodo in sacris literis. Ioab ergo accepit consilium ab hoste, & ab eo hoste, qui fratrem suum interfecisset: priuatum enim odium posthabere voluit commodo publico. Itaque iubet cani receptui, & militem ab insequendo hoste reuocari. Atqui, inquies, nondum id effecerat, cuius causa bellum gerebatur, videlicet, vt illi Dauidem agnoscerent Regem, vt re vera fuit. Respondeo, Ioabum tantùm egendas se, quantum Dauid iusserat. Neque enim ille armis agendum putauit cum domo Saulis. Tantùm voluit vim ab Abnero illatam reprimere, ne ille elatus insolentia vastaret egros tribus Iuda. Ioab ergo nihil omisit infectum, quod Dauid iusserat.

Consilium ab hoste datum non nunquam accipiendum.

An peccarit desistendo à pugna.

Clauxit ergo Ioab buccina, & constitit vniuersus populus.) Cum Ioab cecinisset receptui, statim miles destitit persequi. Est ea præclara disciplina castrensis, ne milites amplius pugnent, quàm imperator velit. *Neque addiderunt vltra pugnare.*) Dicitur hoc vltimum fuisse prælium: non quòd bellum longius non duraverit inter domum Dauidis & Saulis, sed quòd amplius inter se non conflixerint. Dauid misit ad arcendos fines. Quod nisi fecisset, argui potuisset negligentiæ. Princeps enim debet fines suos & populum sibi commissum defendere. Noluit ergo Dauid impressionem in hostem facere: sed tantùm tueri suos. Atque etiam expressissimum gessit typum Christi. Is enim populum sibi delegit, non inuitum aut coactum, sed spontaneum & voluntarium.

Porrò Abner & viri eius perrexerunt per campestria tota nocte illa, & transierunt Iordanem.) Abner transmisit Iordanem. Non enim putauit tutò sibi esse posse, vbi fuisset fulus, & profligatus. *Ioab reuersus congregauit cunctum populum.*) Ioab cum sæuissetis exercitum, desiit: & militem à cæde reuocauit. Ad cuius numerum reuocandum milites. Ad quos si addas eos, qui Asahelem, efficiuntur viginti Abneri milites cum parte tribus Beniamin. Fortasse & sexaginta. Factum est hoc consilio Dei, vt tanta conflictu tam pauci occiderentur. Noluit enim Deus atteri illum populum, sed quem maximè fieri potuit integrum. Dauidi tradidit duodenos, qui solo tantùm pernoctarent, non obtruncarentur inter istos nocturnos.

Cur tam pauci cæsi fuerint.

Asahelis sepultura.

Et tollentes Asahel sepelierunt eum in sepulchro patris sui.) Ioab retulit Asahelem fratrem suum. Sed hic tantum vnius fit mentio, quod eius omnium clarissimus. Quo tandem tempore Ioabus curarit fratris funus non apparet. Verisimile est, cum primùm redisset domum, & indicasset Dauidi successum eius belli, nec priuato negocio potuisse publicum. Itaq; in historia dicitur, vt est ei postea tam nostem, & peruenit Hebronem.

quam inciperet lucere. Hoc idcirco dico, quia Iosephus mihi videtur peruertere historiam Iosuæ dormisse illa nocte ibi, vbi castrametatus fuerat: & postridie, cùm sepelissent, rediisse domum. Sepelierunt eam in Bechlehem. Mirum videtur, Palæstinos id permisisse. Illa enim ciuitas erat tùm in illorum potestate. Mirum etiam est, Palæstinos, Saule & profligato exercitu Iudæorum, non persecutos fuisse victoriam: vt istis otium tranquillè deliberandi de Regibus. Sed fuit illa prouidentia Dei, cui satis fuit supplicium de Saule. Credibile est, Dauidem interea animo fuisse suspenso & solicito. Etsi enim vocatus à Deo ad regnum, tamen vidit vnam tantùm esse tribum, quæ se pro Rege agnosceret, quam videri posset ducta humano affectu, vt ornaret & efferret tribulem suum. Deinde videt, Isbosethum non solùm delectum esse regem à decem tribubus, verum etiã contra se comparare. In hac ægritudine animi Deus eum consolatur, accepto nuntio de victoria.

DE BELLO.

Quoniam in hac historia sæpè mentio incidit de bello, visum est mihi aliquid de ea re dicere. Quod ad etymon vocis attinet, מלחמה dicitur Hebraicè à לחם, quod est cadere, siue impetus vel gladio, vel dentibus: quòd in bello multæ sæpè edantur cædes. Græci inter πόλεμον & μάχην idem discrimen posuerunt, quod Latini inter bellum & prælium. Et πόλεμος videntur dicere à πολεῖν, id est, à vertendo: quod multæ sunt conuersiones rerum & casus in bello. Vnde fortasse illud, [illegible]. Bellum Latinè dicitur, vel per antiphrasin, quasi minimè bonum: quòd res bona sit & comparata ad pacem: vel, vt Festus ait, à beluis. Nunc distinguemus bellum delectum nimirum, in accidentia. Est ergo bellum aliud iustum, aliud iniustum. Quanquam nunc agere volumus, bellum iniustum non est bellum. Est enim potius latrocinium.

Nomen belli.

Belli diuisio.

Bellum autẽ iustum ita potest non incommodè definiri. Est dissensio hostilis, quâ edicto principis & armis scelera reprimuntur, vt homines pacatè & tranquillè ex iustitia & pietate possint viuere. Genus est dissensio: nam bello opponitur pax. Vtq; pacis genus est vnio, ità belli genus dissensio. Sed quoniã multiplex est dissensio, nã vel opinionibus homines, vel genere vitæ, vel cupiditate inter se dissident; idcirco additur, Hostilis. Et quoniã potest esse hostilis dissensio, quæ non decertetur armis, additur etiam, Vi, & Armis. Efficiens causa est edictum principis: sine quo bellum non potest rectè geri. Finis est, vt populus tranquillè possit colere iustitiam & pietatem. Sic complexi sumus quatuor genera causarum. Forma est dissensio hostilis: Materia scelera, quæ oporteat reprimi: Efficiens est magistratus: Finis, vt iustè & piè viuatur. Cùm dicimus, requiri edictum principis, non intelligimus discrimen inter Regem & statum Politicum, & Rempublicam. Sed tantùm opponimus principem homini priuato. Hinc sequuntur tres illæ conditiones, quæ vulgò feruntur de bello rectè gerendo. Primùm requiri authoritatem principis: deinde honestam causam, videlicet, vt pax quæratur: postremò vt geratur animo bono. Non sum ignarus, Platonem in Alcibiade 1. scribere, homines discere bellum, cùm aut decipiuntur, aut coguntur, aut spoliantur. Sed hæc omnia in illa tria includuntur, in qua dixi, vt scelera reprimantur. Augustinus quæstione decima in Iosuam, bellum habere vim vltricem: idcirco ius esse, bello petere gentem aliquam, aut ciuitatem, quæ neglexerit corrigere id, quod turpiter admissum sit. Itaque iustum fuisse bellum Israelitarum contra tribum Beniamin, quòd illi toties admoniti, tamen scelus noluissent vindicare. Et addit esse causam belli, si ablata per iniuriam non reddantur. Isidorus quoq; lib. 17. cap. 1. ait bellum rectè suscipi vel de rebus repetendis, vel de propulsandis iniurijs. Et eodem illo superiori capite Augustinus, Bellum, inquit, rectè geritur, quod suscipitur mandato Dei. Et qui ita gerunt [illegible], inquit, non tàm sunt authores belli, quàm ministri Dei. Idem quæst. 44. in Num. ait, bellum fuisse iustum, quod Israelitæ gesserunt contra Amorræos, quòd illi transitum innoxium [illegible] denegassent. Quod ad causam efficientem attinet, bellum non posse geri sine authoritate principis, certum est. Paulus enim ait, illum gestare gladium: ergo illum potest vel dare, vel [illegible] quibus velit. Et in Cod. tit. Vt armorum officia nisi iussu principis sint interdicta. Item Valentinianus ait, Nulli nobis inconsultis vsus armorum tribuatur. Et in Digest. ad legem Maiestatis leg. 3. Qui bellum gerunt, aut delectum habent, aut exercitum comparant sine principis, tenentur eadem lege. Et in Cod. De Re militari, lege, Nemini, idem decernitur. Non sine iniuria. Nam si priuatus pro suo arbitratu velit tractare arma, violat magistratũ. Eum oportet, si afficiatur iniuria, ius suum petere à principe. At si ille armata manu velit sibi ius dicere, violat principis maiestatem. Imò etiam in castris, qui contra edictum Imperatoris pugnat, [illegible] capite, etiamsi res alioqui rectè successerit. Idem habetur in Digest. de Re militari, lege,

Definitio iusti belli.

Genus belli.

Causæ.

Conditiones tres belli.

Bellum non potest geri iustè, absq; authoritate principis.

Desertorem. Et quæ ita capiuntur ab hoste, iniustè possidentur, & debent restitui: quia priuilegio mandatum non interceſsit. Videant ergo hodie exules, quid faciunt, cum ciuitatibus suis, à quibus eiecti sunt, indicunt bellum. Non enim id bellum est, sed latrocinium. Itaque Cæsar eam Romam properaret cum exercitu, & Antonius, atq; aliqui ex tribunis plebis se ad illum contulissent, quisus est, quòd in exercitu aliquem haberet magistratum.

Argumenta Anabaptistarum quod nõ liceat bellum gerere.

Nunc accedo ad quæstionem. Furores & pestes nostrorum temporum Anabaptistæ, omnino aiunt, non licere bellum gerere. Et in eam sententiam adferunt speciosa quædam argumenta è sacris literis. Vos, inquiunt, ipsi statuitis, licere bellum gerere, vel ad cauendam, vel ad vindicandam iniuriam. Atqui neutra de causa licet. Ergo nullo modo licet. Christus enim ait, Si quis tibi impegerit alapam in dextram maxilam, porrige illi sinistram: Si quis tibi tunicam eripuerit, dato etiam pallium. Et postremò concludit, Nolite resistere malo. Et Paulus ait, Nemini malum pro malo reddentes. Et, Non vos vlciscentes dilecti: sed date locum iræ. Et Christus Petro, Qui gladio ferit, gladio peribit. Paulus etiam citat illud è Prouerbijs Solomonis, Mihi vindictam: & ego retribuam. Adhæc Christus, Nolite, inquit, iudicare, & non iudicabimini. At ille qui in alterum bellum suscipit, eum certè, in quem pugnat, iudicat: & vsurpat sibi munus & authoritatem Dei. Is iudicat alienum seruum. Christus etiam in parabola non vult auferri aut extirpari zizania: sed ea iubet relinqui vsque ad messem. Isti autem cùm volunt eradicare malos, interea perdunt etiam bonos. Et in parabola de nuptijs, Rex ipse dicit, se missurum exercitum, hoc est, Angelos, & perditurum eos, qui venire nolint. Paulus quoque ad Corinth. ait, Quin potius damnum accipitis? quin potius iniuriam patimini? Quòd si non licet litigare, multò minùs licet bellum gerere. Et Christus ait, Pacem meam do vobis. Et Paulus, Cum omnibus hominibus pacem habentes. Esaias quoque & Micheas aiunt, in regno Christi lanceas conuertendas esse in vomeres, & gladios in ligones. Adhæc nostra bella spiritualia tantũ esse debent. Ideoq; Paulus ad Ephesios instruxit nos armatura Dei. Non enim nobis est dimicatio aduersus carnẽ & sanguinem, sed aduersus cœlestes nequitias. Et rursus, Arma nostra, inquit Paulus, sunt spiritualia. Patres quoque cum exponunt bella, quæ describuntur in Veteri Testamento, aiunt ea fuisse vmbras illorum bellorum, quæ nos oporteat gerere cùm diabolo. In quam sententiam citant Gregor. 23. quæst. 1. cap. Nisi bellum. Alia præterea multa adferre possem, quibus illi niti solent. Sed hæc mihi visa sunt satis: his enim confutatis, cætera facilè sua sponte corruent.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15.

Argumenta quod liceat bellum gerere.

Contra autem, fas esse bellum gerere, firmissimis argumentis probari potest. Primùm enim in 3. Lucæ milites cùm venissent ad Iohannem, quærere cœperunt, quid facerent, vt salutem assequerentur. At ille, Neminem concusseritis, inquit: nemini calumniam inferatis: contenti estote stipendijs vestris. Non autem iussit, vt renuntiarent sacramento. Christus quoq; commendat fidem Centurionis, ait se tantam non inuenisse in Israel. Non autem iussit, vt discederet à militia. Cornelius etiam Centurio, etiam tùm, cùm esset in statu militari, audit preces & eleemosynas suas placuisse Deo. Augustinus in hoc negotio sæpè citat illud, Reddite quæ Cæsaris sunt, Cæsari. Illa autem non in alium vsum reddũtur, nisi vt stipendia numerari possint militibus, & defendi respublica. Et Paulus, cùm dixisset, principem gestare gladium, & esse ministrum Dei, propterea inquit, reddite, cui vectigal, vectigal: cui tributum, tributum. Pecuniæ enim sunt nerui bellorum. Certissimùm verò est, quod ait, principem esse ministrum Dei ad iram. Quòd si princeps possit domi castigare ciues seditiosos, cur non etiam possit externum hostem reprimere, si ille impetum faciat, & vexet ac vastet Rempublicam? Deus sæpè monet principes, vt releuent oppressos, pupillos, viduas. At accidit interdum, cùm id fieri non possit sine bello. Consulitur etiam hoc pacto, etsi non voluntati, tamen vtilitati hostium. Quemadmodum enim pater ex charitate castigat & punit filium: ita principem oportet hostis sui ferociam frenare, non ex odio, sed ex Christiana charitate: eiq; benefacere etiam inuito. Atq; hoc pacto licentia peccandi in illo minuitur. Augustinus autem ait ad Bonifacium. Nihil infelicius esse felicitate peccantium. Deinde Deus in veteri Testamento leges tulit de suscipiendo & gerendo bello. At res malæ tollendæ potius sunt, quàm ornandę legibus. In Deut. 20. Deus iubet illos eximi ab exercitu, qui aut ædificauerint eo ipso anno, aut plantarint, aut vxores duxerint, quique animo sint meticuloso, ne conturbent fratres suos. Iubet adesse sacerdotẽ, qui instituat populũ, & moneat, vt forti animo sint: Deum illis adfuturum: quàmuis videant, se superari numero & multitudine, tamẽ ne cadant animis, sed fiduciã suam eam ijciant in Deum. Iubet etiã, ne arbores frugiferas in hostili solo incidant. Num. 10. iubet fieri duas tubas, quibus clangerent, & maximè in bello: vt illis auditis, non dubitarent, memoriam sui fieri coràm Domino. Num. 31. iubet vltionem expeti de Madianitis, quòd prostitutione suarum puellarum Israelitas in itinere circumuenissent. Deinde iussit etiã vt præda illa communis esset & militibus,

qui pugnauerant in hostem,& illis qui substiterant ad sarcinas,& Leuitis: vtq; pars aliqua
retur ad vlum sanctuarij. Id autem non feciſſet,si nullo modo licuiſſet bellum gerere. Exo.
Amalechitæ impetum feciſſent in Iſraelitas, Moſes iuſsit Ioſue habere delectum, & pug-
hostem. Ipſe interim ſuſtulit manus ad Deum, Aarone & Hur laſſa illi brachia ſuſtinenti-
Deus iurauit, bellum illis fore cum Amalechitis ſempiternum. Deut. 31. Deus promittit
ſuis victoriam. Vnus, inquit, veſtrum perſequetur mille, & decem, decem millia. Ioſue, cum
ſet in terram promiſsionis, vidit Dominum armatum & ſtrictum vibrantem gladiũ, & eum
pollicentem, ſe fore principem & ducem eius belli. Deut. 13. Si ciuitas aliqua deficiat ad
ſtriam, Deus iubet eam euerti, & prædam comburi. Cumq; in 1. Iudicum bellum ſuſcipi-
eſſet contra Hæueos, & Cananæos, & Iebuſæos, conſulunt Dominum, quæ tribus prima
deret: & ille reſpondit, Tribus Iuda: Dauid Pſal. 18. & 144. Qui docet manus meas ad præ-
& digitos meos ad bellũ. At Deus non docet malum Et magna emphaſis eſt in eo, quod ait,
meas: Erat enim vir ſecundum cor Dei: tamen non ſuis auſpicijs bellũ geſsit, ſed iuſſu Dei.
ſilentio prætereunda ſunt illa bella, quæ pro religione & Republ. geſta ſunt à Machabæis.
haſtes ait, tempus belli, & tempus pacis. At nullum eſt tempus rei iniuſtæ & prohibitæ.
Amon maneret in fide, Dauid cum eo coluit fœdus, & miſit ad eum legatos: at cùm ille le-
Dauidis contumelioſè tractaſſet, cœpit eſſe tempus belli. Zacharias cap. 10. Præliabuntur,
niam Dominus erit cum eis. Imò appellantur bella Domini. Ita enim Saul Dauidi, Domini,
it, bellũ geret. Et Abigail, Prælia, inquit, Domini præliaris. Et 2. Paral. 20. Cùm rex Syrię con-
ſſet contra Ioſaphat, & ille publicè oreret Dominũ, Iahaziel Leuita afflatus ſpiritu Dei: Hoc,
it, Dei bellum eſt, nõ hominum. In nouo Teſtamento Paulus à præſidio militum deduci vo-
Cæſaream, ne cõprehenderetur à Iudæis. In epiſt. ad Hebr. ita legitur: Sancti per fidem vice-
regna. Ergo bellũ poteſt eſſe exercitium fidei. Neue quis eum locum putet intelligendũ eſſe
pugna ſpirituali, additur: & euerterunt caſtra exterorum. Auguſtinus ad Bonifacium virũ mi-
rem ita ſcribit: Scire debes robur tuum eſſe donum Dei. Itaq; quoties te induis armis, memi-
debes, cauendum eſſe, ne illis vtaris contra illum, qui dedit ea. Adhæc in bello gerendo opus
ſcientia in ferendis laboribus, fortitudine in periculis, induſtria in rebus adeundis, celeritate
conficiendis, conſilio in prouidendis: quæ certè haberi non poſſunt, niſi dono Dei. Et addit
guſtinus, pacẽ eſſe voluntatis: bellum neceſsitatis. Ergo orandũ eſſe Deum, vt liberemur à ne-
ſitate belli: non aũt à bello, ſi ſit neceſſariũ. Ex hac ſententia colligit Oſtienſis, malefacere, qui
illã ſuſcipiat ex voluntate, non ex neceſsitate. Neceſsitas autem ſæpe ex eo eſt, quòd magiſtra-
oporteat ſæpe ex officio ſuo bellum gerere, ne videatur deſerere populum. Homines in offi-
duabus rebus retinentur, præmio & pœna: vt obſeruantes legũ, afficiantur præmio, negligen
ſupplicio. Id ergo magiſtratus rectè curare poteſt, & ſine culpa. Idem Auguſtinus: Pacata, in-
omnia ſunt, cùm bella geruntur. Non enim ex libidine aut cupiditate potiundi, aut crudeli-
bella geruntur, ſed ſtudio pacis: vt ſubleuentur boni, & coerceantur mali. Quę ſententia reci-
à Gratiano 23. quæſt. 1. Apud pios. Et in eadem quæſt. cap. Militare. Militare peccatum non
ſed prædæ cauſa militare peccatum eſt. Et contra Fauſtum Manichæum libro 22. cap. 73.
inquit, reprehendimus in bello? Quòd moriuntur homines, qui erant alioqui morituri.
hoc hominis effœminati eſt & imbecilli. Damnamus ergo cupiditatem, feritatẽ pugnandi, &
dem dominandi. Quòd aũt defenduntur pij, & improbi coercentur, id damnari non poteſt.

Sed audio ſcrupulum nobis à quibuſdam obiectari, maiorem partem iſtorum teſtimoniorũ *Obiectio: teſti-*
tum eſſe è veteri Teſtamento. Sed quorſum hoc dicunt? An illi vetus Teſtamentum nõ reci- *monia hæc eſſe*
Certè ſpiritus ſanctus in nouo Teſtamento complura teſtimonia citauit è veteri. At ve- *ex veteri te-*
illi Teſtamentum non reijciunt: ſed multa dicunt in eo extare, quæ nobis propoſita non ſint *ſtamento.*
mitandum. Fateor. Sed illa, quæ de bello ſcripta ſunt, pertinent ad legem naturalem, quam o-
tet æternam eſſe. Eſt enim ius æternum, vt boni iuuentur, reprimantur mali. In nouo autem
ſtamento idcirco nihil cautum eſt de re bellica: primùm, quòd Chriſtiani in illis initijs non ha-
rent aut Remqublicam, aut magiſtratus ſuos: deinde, quòd de ea re ſatis eſſet præceptũ in Te-
mento veteri. Nam ſtatim poſt diluuium Deus tulit legem, vt ſanguis iniuſtè fuſus require
tur. Id autem faciendum erat per magiſtratum. Satis ergo fuit, iſta in nouo Teſtamento confir
ri. Id verò Paulus fecit ad Romanos, cum ſcribit, magiſtratum habere ius gladij. Neq; tamen
is primis illis temporibus deſtituit eccleſiam ſuam, quamuis ea nõ haberet magiſtratum. Nã
externo gladio habuit vim admirabilem ſpiritus ſancti. Ea enim Petrus occidit Ananiam, &
phiram, & Paulus excæcauit Elymam. Ita, quæ eccleſia ordinaria ratione non habuit, ea tum
ex miraculis. Non habebant linguas, non medicos, non ſcholas. At habebant à Deo donũ

linguarum, dona sanationum, & sermones sapientiæ. At ea nobis nunc studiò & industria comparanda sunt. Ita Deus Israelitis, cum essent in deserto, & nec agros colere, nec frumentum habere possent, dedit de cœlo manna. At cùm illi peruenissent ad terram promissionis, manna eos defecit. Itaq; cœperunt colere & arare terram, & è laboribus suis viuere. Ita se gesserunt Christiani ab initio. Interea tamen vtebantur ciuili magistratu. Nam si quid peccassent, aut si quid illis imperatum fuisset, non euasissent, quòd essent Christiani: imò militabant etiam Imperatoribus Ethnicis. In primis enim commemoratur egregia illa legio Thebaica. Et Eusebius lib. 5. cap. 5. ait Christianos militasse sub Mar. Aurelio Imperat. in Germania: & illos in magna siccitate orasse Dominum, & pluuias impetrasse de cœlo. Adhæc Euangelium vt non prohibet vsum Solis & Lunæ, ita non prohibet iustum vsum belli.

An ad bellum iustum semper requiratur authoritas magistratus.

Quòd autem dico requiri authoritatem magistratus, sunt quidam, qui putent hoc non esse verum in vniuersum. Itaque vtuntur hac distinctione, bellum aliud esse, quo inuadimus hostem: aliud, quo nostra defendimus. Inferre bellum fatentur nõ licere iniussu magistratus: In nostris autem rebus defendendis, si sit repentina impressio, sæpè non esse tutum vt imperium magistratus expectetur. Ita enim viro bono, & priuato, oppresso in via à latrone, licere seipsum telo defendere: quod tamen ita temperant, vt liceat cùm moderamine tutelæ inculpatæ. Potest etiam fieri, inquiunt, vt vrbs aliqua subitò obsideatur ab hoste: vbi si expectetur assensus principis, omnia ventura sint in periculum. At qui ita opprimitur à latrone, vt non possit implorare fidem magistratus, ille iam non est amplius priuatus, ipse enim magistratus eum armat, traditq; illi gladium in manum, vt se defendat: non enim vult ciuem perire sine causa. Idem responderi potest de defendenda ciuitate. Leges enim ipsæ volunt, vt in tali casu ciues se defendant ipsi. Idq; vt faciant, astringuntur & legibus, & imperio magistratus. Itaque Hostiensis rectè ait, bella esse iniusta quæ

Abrahami & Simsonis exempla.

suscipiuntur, aut non mandante, aut non tacitè approbante magistratu. At Abrahamus, inquiunt, quàmuis priuatus, tamen armauit suos, & liberauit Lothum. Et Simson homo priuatus, tamen magnas cædes edidit Palæstinorum, Verùm Abrahamus & Simson, etsi videbantur priuati, re tamen vera non erant. Deus enim eos iam delegerat, & voluit esse principes. Nam de Simsone legitur peruasisse eum spiritum Domini. Hæc exempla nemo sequi debet, nisi qui in se ipso certò experiatur & sentiat eandem vocationẽ. Abrahamum autem aiunt percussisse fœdus cum Escol, & Mambre, illos autem fuisse potentes & principes. Itaque Abrahamum illorum auspicijs armasse milites.

An liceat in bello vti insidijs.

Quoniam autem ego in definitione adieci, Vi, & Armis: ergo inquiunt, nõ licet vti insidijs: imò licet. Dolus enim an virtus, quis in hoste requirat? Et insidiæ includuntur in illis vocibus, Vi, & Armis. Est enim vis quædam in insidijs. Ita Abrahamus etiam fecit. Diuisit enim exercitum, & hostem securũ occupauit per insidias. Idem Israelitæ fecerunt cùm obsiderent Biniamitas. Idem Iosue in obsidione vrbis Hai. Tamen in locandis & faciendis insidijs diligenter videndum est, nè pacta & fœdera violentur. Seruanda enim fides est etiam hosti. Insidiæ autem in eo sitæ sunt, vt celemus hostem consilia nostra. Sed hoc Deus ipse facit. Christus enim populo multa loquutus est in parabolis: eaq; dixit, non esse illis datum, vt intelligerent. Seorsum tamen ea explicuit Apostolis. In summa, insidiæ cùm referantur ad iustitiam, non possunt meritò condemnari.

Subditi quærat an bellum iustũ gerat princeps

Sed maior videtur esse difficultas in eo, quòd diximus, bellum suscipiendũ esse ad reprimenda scelere. Quomodo enim potest miles scire, quo animo princeps bellũ gerat? Fieri enim potest, vt ille, quàmuis iactet alias causas, tamẽ re vera ducatur aut crudelitate, aut ambitione, aut libidine. Respondeo, Quoad non constat bellum iniustum esse, subditos oportere parere principi. Hoc illis tantisper debet esse satis. At si planè videant iniustum esse, parendum est Deo potius, quàm hominibus. Etsi enim magistratus maximè iubeat, tamen nulla vis te obstringere potest contra Dominũ. Neq; verò subditos in hac re negligentes oportet esse, & ferri cæca tantùm obedientia. Inquirere debent quantum possunt: neq; enim oportet opera nostra cæca esse. Hæc de subditis. Nam ad mercenarios milites ista non pertinent. Illi enim sine vlla iusta causa, vltrò & sponte sese conijciunt in has ambiguitates, & in istos laqueos conscientiæ. Subditi autem omnino parere debent magistratibus suis in rebus bonis & adiaphoris.

Bellum iustum non statim gerendum.

Et quàmuis bellum sit iustũ, non tamen statim geri debet. Omnia tentanda sunt potius quàm vt ad arma veniatur. Imò vt parcatur ciuili sanguini sæpè recipiendæ sunt conditiones, quàmuis videantur paulò iniquiores. Ezechias pius rex non dubitauit conflare ornamenta templi, vt redimeret necessitatem pugnandi. Sed cùm nihil promoueret, confugit ad preces, & auxilium petijt à Domino. Sed dices, Hoc hominis ignaui esse & degeneris, ad huiusmodi conditiones descendere. Imò ea potius est vera animi magnitudo. Cicero enim, cùm Cæsarem vehementer laudare

vellet,

dixit eum nihil obliuiſci ſolere, niſi iniurias. Et Auguſtinus: Hoc, inquit, dixit, vel verus laudator, vel magnus adulator. Quod ſi verum non erat, tamen oſtendit, qualem eum eſſe oporteret. Condonandæ quidem ſunt iniuriæ, quantum licet. Bellum enim eſt ex atrocibus & ſæuis remedijs adhibenda non ſunt, niſi ea neceſsitas ſumma videatur poſtulare. Medici enim non vlcera ſecant, niſi cùm totum corpus quodammodo videatur periclitari. Et præterquàm quòd in bello accidunt ſæua & atrocia, ne finem quidem, vbi ſemel cœperis, imponere potes, vbi velis. Itaq; Homerus rectè dixit, omniũ rerum ſacietatem eſſe aliquam, præterquam belli. Hodie armis experimur eſſe verum. Noſtri enim principes non diſcedunt ab armis, niſi deſtituti pecunia. Indicunt autem bella leuiſsimis ſæpe de cauſis, cæco tantùm impetu, ſine graui iudicio, aut deliberatione ſuorum. Sed inſtitui debet media quædam via, vt néue vehementes nimium ſimus, neue nimium remiſsi. Etſi enim non debemus eſſe difficiles ad cõdonandas iniurias, tamen ea tantùm condonanda ſunt, quæ ſint in noſtra poteſtate. Neq; enim aut cultus peruerſos & idololatrias, neq; iniurias alienas debemus remittere. Deinde etiam moderatè vtendum eſt victoria. Hoc enim illud eſt, quod Abner petijsse Ioabo, ne fratres vſq; ad internecionẽ cæderentur. Cum enim deos qui nobis fortuna & dignitate pares fuerint, videamus nobis iam ſubiectos eſſe, id nobis debere eſſe ſatis. Itaq; Vergilius pulcherrimè cecinit: Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos. Nam qui in victos vtitur clementia, videri poteſt eorũ ſeruator: & victi, quoad viuent, ſemper circumferent monumentũ clariſsimum eius moderationis & clementiæ. Neq; vlla in re alia magis imitamur Deum, vt ait Seneca de Clementia. Neq; tamen ita clementes debemus eſſe, quin vt aut obſides victis imperemus, aut illis imponamus præſidia: ne poſtea noſtra negligentia tumultus aliquis poſsit excitari. Tria enim in victis potiſsimùm quærenda ſunt. Primum, vt vitia emendentur, deinde, vt in illis exemplum conſtituatur, vt alij poſsint eſſe cautiores. Poſtremò, vt alij pacate & tranquillè poſsint viuere. Hos fines oportet illos ſibi proponere, qui bella volunt rectè gerere. Omnia enim referre debent ad gloriam & cultum Dei.

Quatenus condonandæ ſint iniuriæ.

Quid in victis quærendum.

Hactenus diximus, quemadmodũ ſuccurrendum ſit iniurijs aliorum. Sed quid ſi princeps ipſe oppugnetur per ſe? An ille ſe armata manu tueri debet? Reſpondeo, Primùm nihil facere debet per furorem, aut cæcum impetum, ſed animum quàm maximè habere in poteſtate. Deinde magis exorabilis eſſe debet in ſuis iniurijs, quàm in alienis. Vt enim liberalis nõ eſt, qui dat ex alieno, ſed potius qui partem aliquam decidit de ſuo, ita clemens eſt, qui ſuas potius iniurias remittit, quàm qui alienas. In primis ergo princeps expendere ſecum debet vocationem ſuam, vtrum bonis artibus ad illã dignitatẽ peruenerit, an potius per vim & oppreſsionẽ ſeipſum intruſerit. Caueat autem ne ciuiũ ſanguine defendere velit id, quod ipſe malè ſibi acquiſierit. Quod ſi intelligat, & certo ſentiat, ſe in eo munere à Deo eſſe collocatum, debet ſe omnibus iuſtis rationibus defendere. Ea enim non tam ſe defendit, quàm rempublicam & ordinationem Dei. Omnino ſua quærere non debet, ſed gloriam Dei, & ſalutẽ eccleſiæ: maximè verò, ſi eiuſmodi ſit hoſtis, qui vel perdere velit rempub. vel peruertere cultũ Dei. Laudatur Cicero, quòd, cùm arma illi oblata eſſent, quibus poſſet ſe defendere, tamen maluerit ire in exiliũ, quàm ſua cauſa fundere ciuilem ſanguinem. Quanquam quòd poſtea ductus ſit pœnitudine, ſcribatq; ad Atticũ, ſe potuiſſe fortiter occũbere, non probari nõ poteſt. Neq; enim cõſtans erat in eo, quod rectè cogitauerat. Otho Imperator cũ videret rẽ ſpectare ad cædem ciuiũ, vltrò ceſsit. Atq; id quidem rectè. Quòd aũt ſeipſum occidit, laudari non poteſt. Dauidis aũt noſtri moderatio omnibus modis prædicanda eſt. Is enim, cùm poſſet in armis, cedere maluit, quàm ciues inter ſe committere: paratus alioqui ad quamcunq; Dei voluntatem. Si dixerit, inquit, non places, præſtò ſum: faciat quod bonum videtur in oculis ſuis. In iſtis diligenter conſideratis, licet principi ſe defendere. Sed quid dicemus de Sedechia rege? Ille enim, cùm haberet legitimam vocationem, & obſideretur à Nabuchadnezare, principe idololatra, & videret ciuitatem & religionẽ excindendam eſſe, noluit ſeſe dedere: & ea de re damnatus. Quidam fortaſſe dicent, eius vocationem non potuiſſe videri legitimam. Regnum enim ad Ioachimum potius pertinuiſſe. Sed hoc ego non dico. Nam cùm ille Ioachimus abductus iam eſſet captiuus, ſucceſsio videtur iure redijsse ad eius patruum Sedechiam. Sed hæc mihi videntur probabiliora. Violarat Sedechias iuſiurandum & fœdus, erat idololatra: obſcurauerat legem & verbum Dei. Deinde Deus illi mandauerat per Hieremiam, vt ſeſe dederet. At ille parere noluit, ſed oppoſuit ſe verbo Dei. Tempus etiam iam erat, vt populus ille in exilium mitteretur. Peccata enim peruenerant ad ſummum. Neq; enim aut rex populo melior erat, aut populus rege.

An principi liceat ſeipſum bello tueri.

Obiectio.

Sed quid dicemus de Romanis illis Papis, cùm duo trèſue creantur eodem tempore? Licet ne illis pro ambitione ſuam, vt ſolent, armis defendere? Non licet. Neq; enim illorum aut ſucceſsio legitima eſt, aut finis bonus. Quantùm enim poſſunt, obſcurant, & opprimunt legem Dei.

An liceat miniſtris eccleſiæ bella gerere

Sed licet ne ministris Ecclesiæ arma gerere? Non licet. Omnia enim illis fugienda sunt, quæ impedire possint eorum functionem. Et Aristoteles in Politicis suis, ait, nemini vni committendos esse duos magistratus, quòd nemo vtriq; muneri par esse possit. Vtrunq; enim requirit integrum & totum hominem. Imò vix vnus aliquis inueniri potest, qui alterutrum rectè gerat. Nam primùm ministri munus est, docere populum: quod solùm quantum sit, quinis potest facilè intelligere: deinde die noctuq; orare pro populo: postremò etiam exercere disciplinam. Quis illa tria ita præstare potest, vt otium præterea habere possit ad pugnandum? Paulus ad Timotheum ait, Afflictiones sustineto, tanquam bonus miles Christi. Nemo militans implicat se vitæ negotijs, vt ei, qui se in militiam delegit, placeat. Nemo autem coronatur, nisi qui legitimè certauerit. Monet Timotheum, oportere eum esse instar boni militis: itaque vt paret se ad afflictiones. Nam si munus tuum rectè obire velis: multa necesse est vt patiaris: & addit, Nemo militans implicat se negotijs vitæ. Nam & in Cod. & in Digest. Milites iubentur & mercaturam & agriculturam relinquere: vt semper possint facere imperata. Quantò autem hoc magis cogitandum est de munere Ecclesiastico? In sacris præco clamare solebat, Hoc age: vt sacerdos intelligeret, se totum esse oportere in sacris. Officium boni pastoris non est res perfunctoria. quæ sine summa diligentia & attentione curari possit. Non coronabitur autē, inquit Paulus, nisi qui legitimè certauerit: hoc est, qui fecerit tantum, quantum lex iubet. Et Paulus alio loco, Arma, inquit, nostra non sunt carnalia, sed potentia Deo ad demoliendam omnē celsitudinem, quæ effertur contra Deum. Hæc arma committenda sunt ministris. Tamen si hostis repentinus obsideat ciuitatem, & iam subierit in mœnia, minister Ecclesiæ rectè potest arma sumere, & vim repellere, & idem facere, quod deceat bonum ciuē. At vbi accesserint alij milites, ille debet se reuocare ad munus suum. Hoc tamen Episcopi nunquam dabunt. Nam si quis fortè occiderit hostem, eum habent pro irregulari. Et ad hoc probandum allegant, si dijs placet, factum & exemplum Dauidis. Deus ait illi, Non potes mihi ædificare templum, quia effudisti sanguinem. Ecce, inquiunt, propter sanguinē iustè effusum prohibetur ædificare templum. Sed ista meræ sunt nugæ. Templum enim illud typus erat Ecclesiæ. Et quia Christus ædificauit Ecclesiam suam non per vim aut sanguinem, ideò Deus voluit templum suum ædificari non à Dauide, sed à Salomone rege pacifico. Deinde Dauid in se ipso adumbrauit Christum. At Christus collegit ad se non homines inuitos, sed populum spontaneum. Et causa Deus hoc respondit Dauidi. Et, quòd aiunt hoc intelligendum esse de iusto sanguine, quem Dauid fuderit, falsum est. Imò intelligi potius debet de proditione Vriæ, & illorum militum, qui vnà cum illo occisi sunt. Hoc factum etsi Deus Dauidi iam antea remisisset, tamen in eo voluit disciplinam aliquam constituere. Sed dicant mihi isti homines ita acuti & sapientes. An Petrus cùm occidisset Ananiam & Sapphiram, aut Paulus, cùm excæcasset Elymam, facti sunt irregulares? aut ab eo tempore non versati sunt in munere Apostolorum? In castris tamen ministri esse possunt, & debent: non tamen, vt pugnent, sed vt doceant, & instituant milites, & ministrent sacramenta, si sit opus. In Deute. Deus iussit sacerdotes esse in castris, qui clangerent tubis. Cumq; ministri doceant virtutes & cultum Dei, possunt ea inculcare, quæ ad illum finem pertinent. Et si princeps sit ignauior, possunt eum ad virtutem excitare: & illud proponere, Dominum mandare, vt malum tollatur è medio populi. Ioiada bonus pontifex conseruauit Ioam regem. Cumq; ille iam adoleuisset, creauit eum regem, & Athaliam iusta pugna profligauit: quamuis ille non dimicarit manu sua. At Moses vnà cum Leuitis suis magnum numerum idololatrarum interfecit. Et Samuel occidit Agagum. Sed ista, quoniam erant singularia, non sunt trahenda in exemplum.

Ministri aliquā do possunt arma sumere. Obiectio.

Ministri debent esse in castris.

Episcopi an habeant ius vtriusq; gladij.

An autem Episcopi ius habeant vtriusq; gladij, nihil dicam hoc loco. Hoc tantùm vnū dicam, non conuenire, cùm illi vtriq; functioni pares esse non possint. Tamen Assamonæi, inquies, & pontificatum gesserunt, & regnum. Respondeo, quod patriā liberarint, & religionem asseruerint, laudandi sunt. Quòd autem regnū sibi retinere voluerint, non probo. Vsurpabant enim ius alienum. Nam promissio de regno facta erat tribui Iuda, & domui Dauidis. Hostiensis prorsus in hoc mecum facit: & addit ad extremum: Dicant leges, statuant canones, clament homines quantum volunt, tamen nostri clerici volunt esse militares. Et sanè vsque à temporibus Adriani Papæ, qui Carolum Magnum vocauit in Italiam, Episcopi & Cardinales nunquàm ab armis destiterunt.

Mercenaria militia improbatur.

Mercenaria autē militia multis rationibus improbatur. Primùm enim huiusmodi milites hac causa sese conijciunt in pedicas. Nam si bellum iniustū sit, & id à populo nesciatur, subditi possunt excusari: isti autē non possunt. Neq; enim prætexere possunt obedientiam. Non enim obedientiæ ducuntur, sed cupiditate. Deinde nisi isti ita facilè accurrerent ad tympana, multa bella nec sine merè susciperentur, nec ita diu producerentur. Adhęc efficiunt, vt patria sua malè audiat, & habeat odio aliarū gentium. Necesse enim est, vt læsus doleat. Prodigi etiā sunt vitæ suæ, quam oportet

tebat

...Praeterea relinquunt vocationes suas, vxores, liberos, familias, & curant aliena: ... etiam vitos patriæ suæ. Neq; enim credibile est, eos omnes, qui exeant, redire domũ. ... fit pessimi exempli. Vendunt enim quodammodo vitã suam, non iustitiæ causa, sed pe... abrahã à rege Sodomorũ, cui strenuam operã nauauerat, nullã partem prædæ accipe... Deus id esse putabat, quòd liberasset Lothũ. Deinde, quod summæ est iniustitiæ, lædunt ... nunquã læsi fuerint: vt miseri, quorũ illi agros & oppida vastant & spoliant, clamare ... Quid nos afficitis his iniurijs? Quid nos de vobis sumus meriti? Tantúmne est à rebus vo... vobis, vt velitis aliena perdere? Hue adde, huiusmodi milites redire domum multò de... quàm exierint. Ea enim, quæcunq; vident in alijs nationibus nequiter & libidinosè geri, ... &, vbi redierint, inficiunt patriã suam. Nõ tamen inter finitimos honesta fœdera repre... ita tamen, vt causa belli consideretur, iustàne sit, an iniusta: deinde vt sibi ad sint ad re... iniustam vim, non autem ad inferendum bellum pro libidine. Sed ita, inquient, Res... imperita erit rei bellicæ. Sed non est piorum hominũ ita cogitare. Qui enim vnquam mi... seriti erant, quàm Hebræi, cùm exirent ex Ægypto? Tamen Deus illis adfuit, & profligã... fortissimis nationibus, eos induxit in terram, quam promiserat. Sed semper obtinere debet ... Pauli: non esse faciendum malum, vt eueniat bonum. Non sunt ferenda tot flagitia, vt ... habere possimus exercitatiorem. Posidonius in vita Augustini ca. 27. ait, eum nunquam ... voluisse commendare illos, qui vltrò iuissent aliquò militatum: quamuis pro alijs homi... fortitudinis sæpe soleret intercedere.

Obiectio.

Mulieribus verò Plato, vt alia omnia exercitia, ita bella quoque voluit cum viris esse commu... Nos tamen e verbo Dei id iudicamus non licere. Oportet enim eas familiam colere, & in pri... tionem habere pudicitiæ. Tamen si id adeò magna necessitas reipublicę exigat, iuuare pos... militem, vel colligendis lapidibus, vel humo ad aggeres comportanda. Ordinariæ autem mi... fodere non debent.

An liceat mulieribus bella gerere.

Quod autem ad aduersariorum argumenta attinet, prima quatuor aut quinq; videntur v... ueris, & vnà responsione posse dilui. Primùm annotare debemus, scribas & pharisæos cor... legem Dei. Christus ergo legem restituit in integrum, & illorum commenta & *παρεφθορὰς* ex... Nihil autem docet contrarium patri suo. Neq; enim pugnat lex cum Euangelio. Duo aũt proponere: primùm, vt amemus, deinde vt iuuemus etiã inimicũ. Hęc quidam peculiaria ... nodo Testamento. Sed longè errant. Deus enim eadẽ præcepit in veteri. Nam Leuit. ... quæres, inquit, vltionem, nec memor eris iniuriarũ filiorum populi tui. Imò Deut. 22. Iu... etiam hosti nostro benefacere. Si occurreris, inquit, boui inimici tui erranti, reducito ad ... asinum eius succumbentem sub onere, subleuato cum eo. Christus ergo tantùm re... sententiam legit, quam pharisæi corruperant. Nulla ergo est pugna inter legẽ & Euan... Vtrinq; enim iubemur diligere inimicos. Conueniunt etiam lex & Euangelium de publica ... gladij. Nam lex ait, oculum pro oculo: & tolles malũ de medio populi. His verbis gla... mandatur magistratui. Idẽ docet Paulus ad Rom. Gladiũ non frustra portat: vindex enim ... Petrus cap. 2. Ad vltionem, inquit, nocentiũ: laudem autem rectè agentium. At punire, ... & remittere, sunt contraria: quorum alterum lex docet, alterum Euangeliũ. Nõ sunt con... rectè attendas. Hoc enim ad priuatos pertinet, illud ad magistratum. Esto, magistratum ... dictæ, noxios gestent arma. Ergóne auferet arma lictoribus? Non opinor. Ita Christus ... tiatis hominibus eripit studium vindictæ, non exarmat magistratum. Nam Christus in... loco Apostolos, quos non erat facturus magistratus, sed missurũs in orbem terrarum, ... suos inter lupos. Itaq; docet, quid illos oportet expectare. Omnes autem, qui piè vo... in Christo Iesu, persecutionem patientur. De magistratu verò egit alibi loco. Neq; ... ter sese temerè confundenda. Deinde Christus loquebatur pro consuetudine populi, ... oratione tropica. Nescio autem, quomodo ea, quæ sic efferuntur, magis feriunt ani... eorum. Nam si quis tibi impegerit alapam in dexteram maxillam, tropicum est. Id vidit ... epistola 5. ad Marcellinum. Nam quod ad literam attinet, absurdum, inquit, est, nul... partem corporis intelligi, quàm maxillam dextram. Quid enim si ille infligat cola... sinistram? Iam tu non habes aliam sinistram, quam obijcias. Scopus autem Christi est, ... vltionem. Idque expressit illo tropo. Neque verò semper offerenda est altera ma... huiusmodi patientia sæpe pernicacia inimici tui magis incenderetur: atque ita tu da... ad malum: quam, quantum potes, debes minuere. Videndum ergo est, quid Chri... & senserit. Et certè Lucas nec dextram nec sinistram dicit: sed tantùm maxillam. ... Christum illis verbis complexum esse omne genus iniuriarum, quæ pulsatio-

Responsio ad argumenta aduersariorũ.

Ad primum.

Matth. 5 non dantur præcepta peculiaria noui testamenti.

punire et remittere non sunt contraria.

Christus vtitur oratione tropica.

ne inferantur. Quid enim si quis tibi caput, aut scapulas pulset, non exigitur à te eadem patientia? Ita Christus ait, Si quis dicat fratri suo, fatue, dignus est gehenna ignis. Quid si asinum, aut nebulonem vocet, nónne idem videtur promereri? Verùm, vt dixi, Christus paucis comprehendere voluit omne genus iniuriarum. Ista autem nominatim expressit, quod essent præcipua. Hac de re Augustinus fusius contra Faustum Manichæum libro 22. cap. 79. Nos in scripturis diuinis habemus partim mandata, partim historias, & res gestas. Et quàmuis res gestæ non semper exponunt legem Dei, tamen eius vim videntur sæpè non obscurè declarare. Quis autem vnquam fuit perfectus legis obseruator, nisi Christus ipse, nisi Paulus, nisi Prophetæ fuerint? At Christus, cùm accepisset alapam in maxilla, non obtulit alteram: imò reprehendit potius eum, qui id fecerat. Si malè, inquit, loquutus sum, testimonium perhibe de malo: sin autem benè, quid me cædis? Nec Paulus obiecit alteram maxillam, sed, Percutiat, inquit, te Deus, paries dealbate. Tu sedes hîc iudicans secundum legem, & me contra legem iubes cædi? Et Micheas, cum exposuisset Achabo successum belli, accepit colaphum à Zedechia falso propheta. Et ne ille quidem dedit maxillam alteram: sed tunc senties, inquit, cum abdes te in cubiculum intra cubiculum, vt possis effugere. Et quoniam Manichæi delectabantur Apocryphis, citat contra illos Euangelium Thomæ: non quòd in illo poneret ipse tantùm authoritatis: sed quòd ab ipsis sæpissimè citaretur. In eo autem ita scribitur. Thomæ, cum esset in conuiuio, ministrum impegisse colaphum, & Thomam statim respondisse, Vlciscatur te Deus. Illum cum postea iuuisset allatum aquam, comprehensum fuisse, & occisum à leone: manum autem eius, qua Thomam percusserat à cane illatam fuisse in conuiuium: indicium manifestissimum vltionis diuinæ. Quare hæc, inquit, non ad literam referenda sunt, sed ad præparationem animi. Ita enim animo parati esse debemus, vt omnia velimus, si ea factura iudicemus, aut ad gloriam Dei, aut ad salutem eius, qui intulit iniuriam. At si nostra patientia ille futurus sit deterior, eam reipsa præstare non debemus, sed tantùm in animo retinere. Ita enim Christus animo paratus erat etiá tùm, cùm ministrum illum increparet: & suo tempore omnes contumelias, & iniurias, & crucem ipsam pertulit. Et Paulus, etsi asperius respondérit Pontifici, tamen posteà scribit ad Colossenses: Ego verò libenter & impendar & superimpendar pro omnibus vobis. Qui in priore epistola ad Corinthios incestum excommunicauerat, in posteriore author est, vt idem recipiatur cum omni lenitate. Et qui ita durus fuerat in fratres suos, pro illis ipsdem voluit fieri anathema. Et Moses, quàmuis fratres suos ita duriter accepisset, tamen, aut illis, inquit, parcito, ô Deus, aut dele me de libro tuo. Christus quoque, quàmuis non dederit alteram maxillam, tamen in cruce, Ignosce, inquit, illis, quia nesciunt quid faciant. Quare, si videamus in nobis percuti & iniurijs affici verbum Dei, id nullo modo debemus dissimulare. Aut si fama nostra lædatur, sine qua nulla potest esse authoritas doctrinæ nostræ, eam debemus omni ratione tueri. Scio fuisse, qui dicerent, Christianis mandata perfectiora data esse quàm Iudæis. Sed Christus re vera nihil aliud egit, nisi vt Pharisæorum traditiones refutaret.

Hæc ad animi præparationẽ pertinent.

Ad 2. Ne resistas malo. Id Chrysostomus ita exponit, Ne resistas re aliqua mala: ac si Malo, esset ablatiui casus. Nam ignis, inquit, igne non extinguitur, sed aqua. Alij simpliciùs exponunt, non resistendum esse iniurijs priuata authoritate, aut quærendam vltionem. Malum autem est, quod lædit aut corpus, aut fortunas, aut famam. Est idem, quod alibi dicitur, Nulli malum pro malo reddentes. Sed ista omnia cum hac exceptione accipienda sunt, si faciant aut ad gloriam Dei, aut ad salutem proximi. Et exceptionem quidem recipiendam esse in his verbis, apparet ex exemplis, & factis Christi, & Apostolorum, & ex eo ipso, quod Christus, cum docuisset, porrigendam esse maxillam, tamen postea subiecit. Si persequuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Deinde in Luca ita monet: Omni petenti te dato. Sed si ita faceres, breui nihil tibi relinqueretur quo aleres familiam. Itaque Paulus addidit exceptionem: Non vt alijs sit relaxatio, vobis autem angustia. Christus ergo nihil aliud excludere voluit, quàm studium vltionis. Cum quæremus de *ἀλλοτρίοις*, quid oportet de *τοῖς ἰδίοις* contendere? Nam si omnia potius dare vellemus, quàm ad forum veniretur in ius, improbis nebulonibus, nihil aliud sequeretur quàm augeremus audaciam. Tamen si aut vi opprimamur, aut iniquitate iudicis, omnia potius danda sunt, quàm vt discedamus à recto. Iulianus, Celsus, Porphyrius, alijque, cùm ita non intelligerent, clamabant, doctrinam Christi facere ad euersionem Rerumpublicarum. Sed illi, vt dixi, malitia cæcati nihil intelligebant. Christi enim sententia est, vt iniurias nostras contemnamus: non tamen ita, vt omnia nostra prodamus.

Ad 3. direptioni relinquamus. Date locum iræ: Deo videlicet. Scire debemus, Deum vltorem esse iniurias nostras: nos autem non oportet eius locum occupare. Iram autem suam declarabit Deus

Ad 4. vel ipse per se, vel per magistratum. Christus dixit Petro: Recondegladium. Et nobis quidem

eam Petrus, & priuatus erat, & malo spiritu mouebatur. Mihi vindictam, & ego retri- Ad 5.
Deus ait, vindictam ad se pertinere: eamque se velle infligere, vel per se, vel per magistra-
Quare non vult nos malè precari, aut petere vltionem: sed potius hoc petere, vt animi ma-
immutentur. Nihil enim esse periculi, etiamsi illi fiant insolentiores. Deum enim ipsum
susceptarum causam nostram.

dite iudicare, & non iudicabimini. Scire hoc primum debemus, Christum non prorsus sustu- Ad 6.
omne genus iudicij. Nam illo loco iudicare est condemnare. Sed sunt quidam, qui omnia di-
staq; aliorum obseruant, non illi quidem, vt eos corrigant, sed potius vt traducant, & ipsi vi-
mur meliores, aut quòd maledictis delectentur. Id, quoniam ex odio, inuidia, superbia nasci-
fructus pessimos profert, Christus reprehendit. Hoc autè Christum sensisse, apparet ex eo
sequitur, Eijce trabem ex oculo tuo, vt videre possis, & tollere festucam ex oculo fratris tui.
non licere nobis ea damnare, quæ videmus damnari in scripturis, nusquam inuenimus.
si condemno apertũ furtum, aut adulterium, non ego illud condemno, sed Deus ipse. Quid Ad 7.
alienum seruum? Non de peccato iudicando Paulus ibi loquitur, sed de rebus medijs, qui
bonè vti possis & malè: quales sunt cibus, & potus. Sæpè enim homines ex superbia ita de
rebus iudicant, vt, quod sit medium & ἀδιάφορον, haberi velint pro grauissimo scelere.

Christus noluit auferri zizania: Ergo, inquiunt, non licet bellũ gerere: aut vti gladio. Hic locus Ad 8.
sanè lubricus videtur, & difficilis. At si parabolam illam in vniuersum velimus intelligere, ne
communicationi quidè relinquemus locũ: quam tamen Anabaptistæ in primis vrgent. Illi er-
uroq; modò refutantur. Quid ergo est? Dicã. Non agitur eo loco de munere ministri, aut ma-
gistratus: sed tantùm de futuro statu & conditione Ecclesiæ. Eam semper habituram zizania cum
frumento, bonos pisces cum malis, fatuas virgines cum prudentibus. Et zizania ilia ita mansura,
nulla nequã humana ope tolli possint. Atqui paterfamilias iubet, ne extirpentur. Ergo mali nõ
sunt tollendi gladio. Respondeo, parabolas nõ esse vrgendas ad omnes partes: alioqui incidemus
in fabulas absurdas. Villicus iniquus laudatur in parabola. Hic si persequi & vrgere velis omnes par
tes necesse erit, vt laudandos dicas seruos furaces, qui dominorũ bona dissipant & auertunt. Pa-
rabolæ ergo illa ex altera tantùm parte spectanda est, quam partem sibi Christus proposuit. Nam
cum magistratus iubetur tollere malũ de medio populi: & Paulus ad Corinth. monet, vt fer-
mentum expurgetur. Sed sæpè fit, vt peccata non possint probari, aut si possint, tamen quòd iam
indulta & persuagata sint, non possint tolli. Christus ergo monet, etsi id accidat aliquando, tamen
non esse desperandũ, Futurũ enim esse, vt ad extremũ tollantur per Angelos. Interea tamen non
tollit gladium magistratui, quin, quantum possit, exercere queat munus suum. Sed magistratus, Obiectio.
inquiunt, cum capite plectit noxium, non relinquit locum pœnitentiæ. Ergo non debet vti gla-
dio. Sed hoc nimis est fatuum. Nam si nunquã liceat vti gladio, cur datus est? An vt reconderetur
semper in vagina? Aut cur cum Paulus appellat vindicẽ ad iram? Quod autẽ dicunt de pœniten-
tiæ locis habent spacij, etiam tùm, cùm vident se iam iamq; esse feriendos. Latro enim etiã in cru-
cem agit pœnitentiam. Et multi hodie, qui vix alio modo videntur posse reuocari, tamen hac ratio-
ne affliguntur, & redeunt ad se. Omnino pro certissimo habere debemus, electos, quocunq; tem-
pore moriantur, nunquam mori sine pœnitentia.

Verùm rex illos, qui contempserant venire ad nuptias, misso exercitu suo perdidit. Rex ille Ad 9.
fuit, inquiunt: exercitus Angeli. Ergo se non debet interponere magistratus. Atqui exerci-
tus Dei non tantùm sunt Angeli, sed etiam magistratus. Nam ita vires Nebucadnezaris appellan-
tur exercitus Dei. Et sanè, cum populus iam contemneret & ludibrio haberet dicta prophetarũ,
nollet quodammodo venire ad nuptias, Deus immisit in illos exercitum suum, hoc est, Nabu-
chodonosorem cum incredibili militum multitudine. Ita postea in eosdem immisit Romanos. Ho-
die quoque cum sacræ conciones contemnuntur, Deus excitat sæuos principes & tyrannos: qui
sunt exercitus Dei. Vnde enim sunt hodie tot bella, nisi quod homines ingrati negligant
verbum Dei, & salutem oblatam respuant?

Litigare non licet, inquiunt: id autem est bellum quoddam forense: ergo multò minus licet Ad. 10.
bellum gerere. Hoc enim cum multò maiore acerbitate coniunctum est. Atqui Paulus non pror-
sus abolit omnia iudicia: sed tantum ea, quæ exercebantur à Christianis apud tribunalia prin-
cipum ethnicorum. Imò, inquiunt, prorsus reuocat à iudicijs. Ait enim, Cur non potius dam-
namini? Cur non potius injuriam accipitis? Id Paulus idcirco dicit, quòd homines raro so-
leant tranquillo litigare. Tamen, si offeratur commoda ratio, qua possis ad tuum peruenia-
re, non tantùm potes, sed etiam sæpè debes lites persequi. Tantum odium & inimicitiarum acer-
bitatem fugienda est. Nam aliquando licere litigare, apparet satis ex ipso Paulo. Is enim monet, tenuio-

res in Ecclesia homines deligendos, qui cognoscant fratrum suorum causas. Ridicula autem sunt Sorbonicorum & Sophistarum commenta, hæc non ad præcepta pertinere, sed ad consilia. Illi enim cùm ista dicunt, elidunt & enerunt vim omnem mandatorum Dei. Certè Christus, cùm ita loquitur, Cede etiam pallium, Offer leuam maxillam, Non veni soluere legem, sed implere, ostendit se non consilia dare, sed præcepta. Sed postea apertius etiam dicit, Qui soluerit vnum, non de consilijs, sed de mandatis istis minimis. Et, Dictum, inquit, est antiquis: Egò autem dico vobis. Ista verba præcipientis sunt, non consulentis.

Ad 11. Christus ait. Pacem meam do vobis, Ergo non licet bellum gerere. Si volumus perspicuè hunc locum intelligere, scire debemus, quid sit apud Hebræos pax. Schelom autem significat felicem successum rerum: & ita solebant sese mutuò salutare. Christus etiam discessurus è terris ita voluit salutare suos. Idque, inquit, longè aliter, quàm mundus solet dare pacem. Nam homines precari tantum possunt pacem & omnia bona: ego ea omnia re ipsa præstabo. Sed si volumus, eam vocem verè significare pacem, certè Christus reliquit nobis pacem conscientiæ: re-

Ad 12. liquit etiam pacem hominibus inter se. Nihil ista faciunt ad magistratum aut ad gladium. Paulus ait, Cum omnibus hominibus pacem habentes. Sed duas addidit exceptiones: quantum in vobis est: & si fieri potest. Atque equidem nullum esse arbitror magistratum, qui non inuitus accedat ad gladium. Nero ipse, cum subscribendum esset sententiæ capitali, Vtinam inquit, nesci-

Ad 13. rem literas. Tamen vt vtantur gladio, necessitate adiguntur. Conuertent lanceas in ligones. Hunc locum Iudæi quoque hodie nobis objiciunt. Vbi est Messias, inquiunt, vester? Nam ex quo tempore cœpistis illum colere, plura experti estis bella, quàm vnquam antea. Sed miseri non intelligunt, prophetam eo loco commendare voluisse doctrinam, & institutionem Christi. Nam si omnes tales essemus, quales Christus instituit, nihil opus esset gladio. Nemo enim committeret aliquid cuius causa afficiendus esset capitali supplicio. Sed quoniam in frumento Domini semper est aliquid zizaniorum, idcirco opus est magistratu. At si ecclesia nunquam erit purgata, quorsum spectat illa promissio de conflandis lanceis in ligones? Respondeo: Satis nobis esse debet, si in hac vita habeamus illius felicitatis aliquam inchoationem. Nam etiam nunc inter homines verè Christianos nihil opus est gladio. Promissio autem illa omnibus numeris implebitur in secundo aduentu Christi. Et hoc ipso tempore, quicunque verè Christum colimus, ita viuimus, vt per nos non excitentur bella. Et Christum fuisse autorem huius pacis, apparet ex eo, quod cùm ille nasceretur, Ianus Romæ clausus fuerit. Voluit enim illud extare indicium aduentus sui.

Ad 14. Paulus ad Ephesios ait, Arma nostra esse spiritualia. Verum est, quatenus sumus Christiani. Sed quoniam non tantùm Christiani sumus, sed etiam homines, idcirco nec Paulus, nec Chri-

Ad 15. stus arma eripere voluit magistratui. Lucta nostra non est aduersus carnem, & sanguinem. Sermo ille intelligendus est ex collatione, vt alia multa loca scripturarum: in quibus aliquid negatur, non in vniuersum, sed tantùm ex collatione. Paulus ad Corinthios ait, Non misit me Christus ad baptizandum. Quid ergo, cùm baptizaret, fecit præter vocationem suam? Minimè. Neque enim hoc sensit: sed sese præcipuè missum fuisse ad docendum Euangelium. Ita hæc lauta cum carne & sanguine nulla est, si cum illa altera spirituali conferatur.

Tertulliani sententia de bello

Tertullianus etiam author antiquissimus in libro de Corona militis videtur stare ab aduersarijs. Christianorum ait non esse bellum gerere. Vtitur autem huiusmodi distinctione: Si Baptismus te deprehenderit in Sacramento, ne discedas à militia: sin te inuenerit liberum, ne te obstringas. Ista distinctio non est bona. Nam si bellū sua natura malū est, quocunq; tempore nomen dederis, discedendū est. Iniusta enim stipulatio statim rescindi debet, vbi primùm eam intelligas iniustam esse. Verùm Tertullianus nō agit de quauis militia, sed de ea tantum, in qua milites adigebantur ad idololatriam, ad sacra Deorū, ad comedenda idolothyta, ad gestandas coronas. Ad hoc genus militiæ Tertullianus hortatur ne Christiani accedant. At si eos in illa Baptismus deprehenderit, vt maneant in statu suo: ita tamen ne quid illorum faciant, quæ diximus: sed potius, vt sese offerant martyrio. Et certè multi milites ea causa facti sunt martyres. Quòd autem dicit, Non esse discedendum à vocatione militari, si Christus in ea te inuenerit: sin liber sis, non esse accedendum, declarari potest exemplo. Paulus enim ait, Si quis habeat vxorem infidelem, quam duxerit antequàm esset Christianus, & ea velit vna cum illo habitare, non esse abijciendam: at si iam nomen Christo dederis, infidelem nullo modo esse ducendam. Omnino Tertullianus nihil aliud videtur excludere, quàm voluntariam militiā, & mercenariam. Nam alioqui dicere: Christianū non oportere parere magistratui, si vocetur ad arma, insanum est. Neq; verò mirū videri debet, si Tertullianus in hac re errauerit. Deflexerat enim iam ad Montanistas, & male sensit de fuga in persecutione.

illis iam finem facio: sed ita, vt quod supra dixi, cum ageretur de duello, idem hic rursus admonerem, meminisse nos debere, semper nobis bellum gerendum esse cum diabolo: quo in nullo vnquam danda sint inducię. Ille enim semper circuit rugiens, & quærens quem de-

CAPVT III.

1 Fuit autem bellum longum inter domum Saulis & domum Dauidis: porrò Dauid ibat & confortabatur: domus verò Saulis ibat & attenuabatur.

2 Nati sunt autem Dauidi filij in Hebron: quorum primogenitus eius fuit Amnon ex Abinoam Izreelitide.

3 Secundus verò eius Chileab ex Abigail vxore Nabal Charmelitæ: & tertius, Absalom filius Maachah filiæ Thalmai Regis Gessur.

4 Et quartus, Adonijah filius Haggith, & quintus, Sephatiah filius Abital.

5 Et sextus, Ithream ex Eglah vxore Dauidis: isti nati sunt Dauidi in Hebron.

HÆC propositio posita ab initio hoc caput totum complectitur: domum Dauidis semper creuisse, Saulis autem perpetuò decreuisse. Amplificatio Dauidis declaratur multis accessionibus; primum numerosa sobole, quam suscepit in Hebron: deinde fœdere icto cum Abnere: ex quo factum est, vt omnes Israelitæ ad illum inclinarint: postea reddita vxoris Michol, & postremò cæde Abneris. *Partitio capitis.*

Fuit ista contentio diuturna. Sed Dauid creuit, quia nitebatur fide & patientia. Isbosethi autem singulos dies imminutus est: quia voluit retinere regnum contra verbum Dei. Ita accidit inter regnum Dei & diaboli. Diabolus enim perpetuò minuitur paulatim, ad extremum à Christo penitus conterendus. Hoc in seipso quiuis experitur Christianus: donec eueniat id, quod Paulus ait, vt Deus conterat satanam sub pedibus nostris. Fuit bellum quidem inter Isbosethum & Dauidem diuturnum: prælium tamen tantùm vnum, de quo iam diximus. Nam cùm vires Saulinorum quotidie decresceret, noluerunt temerè in periculum adducere summam rerum. *Dauide crescente Isbosethi imminuitur.*

Dauid septem illis annis, quos egit in Hebron, suscepit sex filios: opportunè quidem: erat enim futurus rex. Nam in exilio non legimus, illum filios vllos suscepisse. Est quidem præclarum donum Dei habere liberos: eiusmodi tamen donum, vt sæpè sit coniunctum cum magna cruce. Quid mali non expertus est Dauid in liberis suis? Annon primogenitus stuprauit sororem suam: postea occisus est ab Absolone. Absolon patrem Dauidem expulit è regno suo. Adonias affectauit regnum contra Salomonem, & ab eo affectus est vltimo supplicio. Orandus ergò assiduè Deus est, vt liberi nostri voluptati nobis esse possint, non molestiæ. Chileabus secundus filius Dauidis, nomen habet ab eo quod esset similis patri: id autem nomen putant illi impositum, ne cùm mater eius fuisset vxor Nabalis, ille quoque crederetur fuisse Nabalis filius. Sed iste idem in libro primo Paralipomenon appellatur Daniel. Sextus horum à Iosepho appellatur Nathan: ille videlicet per quem Lucas ducit genealogiam Christi. Nam genus Solomonis putant defeciisse in Ochozia. *Liberi sunt donum Dei: sæpè tamen causa sunt crucis.*

Sed hic occurrit scrupulus, quo iure Dauid habere potuerit in matrimonio filiam regis Gessur, progenitam. Nam cùm habitaret in Siclag, & prædas ageret ex vicinis nationibus, partè dedit regi Achis patrono suo: partem distribuit inter socios: partem retinuit sibi. Cumque fortè fortùna inter captiuos esset filia illa regis Gessur, amare cœpit eam, & vxorem habere voluit. Tamen Deus in Deuteronomio edicit, nèue illi filias suas tradant externis nationibus in matrimonium, nèue ab illis accipiant. Verùm illa verba intelligenda sunt de septem illis populis, Heuæis, Chananæis, Iebusæis, Pherezæis, &c. Nam de alijs nominatim dicitur in Deuter. Si egressus in prælium ceperis mulierem, quæ tibi placeat, poteris eam vxorem ducere: sed ità vt prius cogas eam promittere vnà radere caput, mutare vestem, & lugere patrem, & matrem suam. Noluisset quidem Deus huiusmodi contrahi matrimonia: & idcircò interponi voluit ista impedimenta. Tamen, si quis ità inflammaretur vt omninò vellet huiusmodi sibi vxorem dari, omninò iussit, vt prius omnis illi ornatus mulieris detraheretur, propter quem iuueni insano & imperito rerum placere posset. Lugere autem parentes, erat mutare religionem, in qua fuerat à parentibus educata, & idololatriæ renuntiasset. Geshuræi verò Gessuræi non erant ex septem illis populis. Erant enim Amalechitæ. Amalech autem natus erat Edom. Nihil ergo hîc facit Dauid contra legem Dei. Atque ex his verbis expediri potest *An licuerit habere filiam regis Gessur.*

alius nodus. Suprà enim scriptum est, Dauidem venisse in Hebron cum duabus vxoribus, *Alia quæstio.*

Ista Gessuræa capta fuit in Sielag, & postea traducta in Hebron. Quomodo ergò non dicemus postius Dauid veniſſe eò cum tribus vxoribus? Respondendum est, istam adhuc fuisse in Gessurea Dauidi conueniſſe in manum: & ideirco non potuisse appellari vxorem. Sed quicquid sit, non hinc cessit hoc matrimonium. Ex ista enim Gessurea susceptus est Absolon, qui patrem ita miserè cruciauit.

Egla cur sola nominatur vxor:

Egla, quæ sexto loco inter vxores nominatur, sola vocatur vxor. Quidá id factum putant, quòd illa esset ex obscuro genere, nec vllo alio nomine clara, nisi quòd esset vxor Dauidis. Alij, quod ea ita illustris & clara fuerit, vt aliæ præ illa videri potuerint cõsubinæ. Nam cõcubinæ quoque habuerant vxores. Sed vna erat eximia & præcipua, quæ dicebatur mater familiàs.

Egla an fuerit Michol.

Alij istam Eglam putant fuisse Michol. Nomen enim illud non est proprium. Nam Egla Hebraicè significat vitulam, eam videlicet vxorem, quam duxeris iuuencula m. Itaq; Samson ait, Nisi arasseris in vitula mea. Et Iacob in Genes. cap. 44. Vxor, inquit, mea Rachel peperit mihi duos filios. Illam appellauit vxorem quòd eam vnicè diligeret, non quòd Lea quoq; non esset vxor. Volunt ergò alias quoq; fuisse vxores: sed Micholem fuisse præcipuam. Sed huic sententiæ hoc obstat, quòd Michol, vti posteà legemus in hac historia, dicta est sterilis, & ita durauit vsq; ad diem mortis suæ: quod quidam ita exponunt, eam peperisse quidem, sed mortuam esse è puerperio: sed illa non quadrãt: nam iste Egla hoc loco dicitur habuisse filium in Hebron. Alij melius, mea sententia: istam fuisse Michol, & illam fuisse sterilem, non ab initio, sed ex quo Dauid eam increpuisset. Alij putant Eglam ita claram fuisse, quòd fuisset vxor Saulis. Id autem apparet ex oratione Nathanis ad Dauidem. Dedi vxores Domini tui in sinum tuum. Hinc liquet, Dauidem habuisse vxores Saulis in matrimonium. Hunc ego locum semper miratus sum. Nam consanguinei vxoris eodem gradu iunguntur viro, quo vxor: vt frater, aut pater vxoris meæ, dicatur quodammodo frater aut pater meus. Quare, si non licet ducere vxorem patris demortui, quomodo licebit soceri? Cæterum, quid hîc respondendum sit, dicemus, vbi ad illa verba Nathanis peruentum erit.

Cur nominantur hi filij Dauidis.

Cur ita nominatim commemorantur filij quos Dauid suscepit in Hebron? Quia postea suscepit alios, vt Salomonem, & alios complures.

6 *Fuit autem, quum esset bellum inter domum Saulis & domum Dauidis, Abner viriliter agebat pro domo Saulis.*

7 *Sauli autem fuerat concubina, cuius nomen erat Rispah filia Aiah: dixitq; Isboseth ad Abner, Quare ingressus es ad concubinam patris mei?*

8 *Iratus itaq; Abner valdè propter verba Isboseth, dixit, Num quid caput canis ego sum qui ad Iehudah? hodie feci misericordiam cum domo Saulis patris tui, fratribus eius, & proximis eius, neq; tradidi te in manum Dauidis: & visitas super me iniquitatem mulieris hodie?*

9 *Sic faciat Deus ipsi Abner, & sic addat ei, quòd sicut iurauit Iehouah Dauidi, sic faciam ei.*

10 *Vt transferam regnum à domo Saulis, & stabiliam solium Dauidis super Israelem & super Iehudah, à Dan vsq; Berseba.*

11 *Et non potuit vltra amplius respondere ipsi Abner quicquam, quòd timeret eum.*

Causa iurgij inter Isboseth & Abner.

Causa iurgij inter Isbosethum & Abnerum fuit, quòd Abner congressus fuisset cum Rispa, quæ anteà fuerat vxor Saulis. Id Isboseth indignè tulit. Nam illam Abner habere voluit, vel pro scorto, vel pro vxore. Si pro scorto, contumeliosum id erat in nomen Regium. Si pro vxore, erat aperta affectatio regni. Ita enim Adonias, cùm oraret sibi dari Abisag vxorem Dauidis, videbatur affectare imperium. Isboseth ergo non iniuria iratus erit: etsi parùm opportunè prodat iram suam. Sed Deus & abutitur nequitia Abneri, & stultitia Isbosethi ad amplificandas vires Dauidis.

Facilè dissident qui contra Deum consentiunt.

Hîc videmus eos qui inter se consentiant contra Deum, facilè inter se turpibus de causis dissidere. Ita autem audax est Abner, vt non dubitet Isbosetho coràm & in os dicere, se velle deficere ad Dauidem. Hinc apparet illum, non id egisse, vt Isboseth regnaret: sed voluisse regnum ab illo ad se transferre. Interea ita fuit inconstans & lubricus, vt modò à Dauide, modò ab Isbosetho stare voluerit. Socrates libro tertio ait, fuisse quendam Ecebolum hominem ita varium, vt sub Constantio principe Christiano fuerit inter primos Christianus: post sub Iuliano idololatra primus thus incenderit, & ad idolorum sacra accesserit: posteà verò sub Iouiniano pio Imperatore redierit supplex ad Ecclesiam, & publicè clamauerit, Calcate me sal insipidum.

Abner

...fieri non potuit, cùm audiret se ab Isbosetho reprehendi? Est id hominum superborum. *Impij nolunt*
...sunt, nolunt notari peccata sua, præsertim ab illis, apud quos se putant oportere esse *argui peccata*
...de quibus sciunt se esse benè meritos. *Numquid caput canis ego sum?*) Putat se iam *sua.*
...esse, & prorsus actum esse de honore suo, postquam se audit reprehendi. Filij enim hu-
...vel potius filij diaboli, nolunt coargui peccata sua. Itaq; Abner exprobrat Isbosetho be-
...se illum creasse Regem, se tam diu sustinuisse causam eius. Et, *Visitas super me iniquita-*
...*tem hodie?*) Nunc, inquit, à te reprehendor in muliercula? Ita putat stuprum esse rem ni-
...his verbis colligere possumus, non fuisse illud matrimonium, sed stuprum.

...*transire Iehoua Dauidi, sic faciam ei.*) Non potuit hoc nescire Abner: quòd publicè iam *Abner istud*
...ficata esset illa inauguratio per Samuelem. Tamen, vt erat impotens animi, de indu- *non bono ani-*
...& prudens opposuit se voluntati Dei. Fit autem sæpè, vt homines per iracundiam de- *mo conatur.*
...pocrisim suam. Non id nunc agit Abner, vt obsequatur verbo Dei. Tantùm id quærit, vt
...ciat iniuriam, quam sibi putabat illatam ab Isbosetho.

...*non potuit vltra amplius respondere ipsi Abner quicquam.*) Isbosethus perterritus metu ta-
...cuit ignauis principibus, qui magnis vtuntur ducibus. Nam si illos asperiùs tractes, po-
...ssunt à defectione. Stultè ista dicit Isbosethus & importunè. Non enim semper integrum
...fuerit punire peccata. Interdum enim probari non possunt: interdum puniri non pos-
...sunt tumultu, aut bello ciuili. Et Deus, etsi dicat & iubeat peccata esse punienda, tamen sup-
...differri non posse, nusquam dicit. Idem accidit Dauidi de Ioabo. Non tamen ille vnquam
...asperè reprehendit. Tantùm hoc dixit, difficiles & molestos sibi esse filios Seruiæ. Punire
...illam non potuit, quòd ille haberet exercitum. Scio Iosephum, scribere concubinam il-
...lum cum consuevit Abner non fuisse Saulis, sed Regis ipsius Isbosethi: ideoque illum factum
...indignius talisse. Sed scripturæ sacræ appellant concubinam Saulis: easque nos libentius
...sequimur.

12 *Misit itaq; Abner nuncios ad Dauidem loco sui, his verbis: Cuius est terra? qui*
dicerent: Feri fœdus tuum mecum, & ecce manus mea tecum, ad reducendum ad te vni-
uersum Israelem.

13 *Cui respondit, Bene, ego feriam tecum fœdus: verumtamen vnum peto à te, nem-*
pe ne videas faciem meam, nisi prius adduxeris Michal filiam Saulis, quum veles veni-
o vt videas faciem meam.

14 *Misitq; Dauid nuncios Isbosech filium Saulis, qui dicerent, Da vxorem meam*
Michal, quam despondi mihi centum præputijs Philisthim.

15 *Misit ergo Isboseth, & tulit eam à viro Phalthiel filio Lais.*

16 *Abijt autem cum ea vir suus, eundo & flendo post eam vsq; Bahurim: tum di-*
xit ad eum Abner: Vade reuertere. Et reuersus est.

Abner reipsa exequitur id, quod minatus fuerat Isbosetho: populumq; totum traducit ad Da- *Legatio Abne-*
...Quod factum etsi per se bonum erat, erat enim ex vsu Reipublicæ, vt populus totus versare- *ris ad Dauid-*
...sub vno principe, & Christo Domini, tamen ab illo animo malo, & ira, odio, inimicitijs ebrio, *dem.*
...suscipitur. Mittit legatos ad Dauidem qui rem omnem indicarent. Nam ire ipse non po-
...nisi aperte mouere voluisset seditionem. Misit autem legationem, non Regis Isbosethi, aut
...Israelitarum nomine, sed suo. Summa legationis hæc est: *Cuius est terra?*) Ac si diceret,
...dedit tibi possessionem huius terræ. Ea tibi iure optimo debetur: idq; & Ionathas, & Saul
...quissimè testati sunt. Tu operam tuam nauasti Reipublicæ: tu liberasti populum. Quare ne-
...terram vniuersam, quanta quanta est, deberi tibi. Verùm si ita est, cur non ille Dauidi pri-
...tempore eam tradit? Cur primùm venire vult ad conditiones? Cur Dauidem non salu-
...nisi ex pacto? An verò paciscì oportet, & vtilitatem nostram sequi, antequam exequa-
...mandata Dei? Deinde, quemadmodum nostrorum etiam temporum Imperatores, & Reges *Abner proditi-*
...sua pulchris nominibus honestare, ita ille proditionem suam appellat fœdus. Quas *onem appel-*
...conditiones voluerit interponi, Scripturæ non dicunt, Iosephus ait, Vt summum locum *lat fœdus.*
...in regno, & proximus esset à Dauide: vtq; eodem gradu esset apud Dauidem, quo anteà
...apud Saulem. Non ergo Abner vtilitati Dauidis, aut Reipublicæ consulit, sed suæ.

...*ego feriam tecum fœdus.*) Dauid, his auditis cogitat, ea non pugnare cum verbo Dei:
...parci ciuili sanguini: & conditiones illas non parùm esse honorificas. Fortasse etiam iam
...duerat eum tam diuturnæ & tam molestæ expectationis. Omninò, vt Iosephus ait, pu-

An licuerit Dauidi paciſci cum Abnero.

tabat eſſe commodum & lætum nuntium. Sed dicet aliquis: Non oportuiſſe Dauidem offerre Abnero occaſionem peccandi, aut iſtas conditiones, quas non dubitaret abnegare malas eſſe, recipere. Paulus enim ait, morte dignos eſſe, non tantùm illos, qui malè faciunt, ſed illos etiam qui conſentiant facientibus. Deſcendere autem ad iſtas conditiones, non tantùm erat cum homine improbo conſentire, verùm etiam cogitatum ejus ſcelus adiuuare. Verùm reſponderi poteſt: Nihil peccaſſe Abnerum, quòd populum traduxerit ad Dauidem. Non enim eſſe malam conditionem eſſe malam. Nam ſi tyrannos arcem aliquam, quam alteri per vim extorſerit, alicuius fidei, præfectum illum, ſi aliqua proditione arcem illam reſtituat iuſto domino, adiuuare. Neque enim aut Rahabam meretricem, aut ciuem Luzitam peccaſſe, cùm proderent ciuitates ſuas: aut Iudæos, cùm illorum opera vterentur. Factum ergo Abneri non poſſe excuſari, ſatis eſſe. Quòd ſi ille rem bonam animo malo ſuſceperit, tamen Dauidem eius peccato non abuti: quodq; ab illo malè datum eſſet potuiſſe benè recipere. Nam etiam Deum ſolere abuti malo hominum voluntate. Auguſtinus ad Publicolam prudenter & pluribus verbis diſputat, An liceat homini Chriſtiano recipere iuſiurandum ab Ethnico per falſos Deos. Et ad extremum concludit, id licere. Nam cùm Romani haberent vndique vicinos idololatras, neceſſe fuiſſe cum illis fidem aliquam ciuilem & pacta colere. Debuiſſe quidem illos iurare per verum Deum. Sed cùm id non poſſet impetrari, proximum fuiſſe, vt Romani Chriſtiani illorũ malitia abuterentur, & iuſiurandum, quod per nomina idolorum oblatum eſſet, reciperent. Sic enim Iacobum recepiſſe iuſiurandum Labani, cùm illum non dubitaret colere Deos Nachor patris ſui. Extat hiſtoria pulcherrima in 41. capite Hieremiæ. Cùm Iſmael occidiſſet Godoliam, obuios habuit quoſdam qui irent Hieroſolymam adoratum. Eos etiam abduxit, & occidit. Ex illis, decem, Nolite, inquiunt, nos occidere, habemus mel, oleum, triticum: illa tibi, vbi ſint, indicabimus, ſi velis vitam nobis condonare. Videntur illi non rectè bona ſua monſtraſſe latronibus. Hoc enim erat, velle apertum latrocinium adiuuare. Nam illi bona ea, niſi indicata, inuenire nunquam potuiſſent, neq; diripuiſſent. Illi tamen rectè abuſi ſunt alieno malo, vt vitam ſuam tuerentur. Ita excuſari poteſt, qui pecunias mutuò ſumit ad vſuram. Id enim non faceret, niſi neceſſitate & inopia cogeretur. Cùm autem cogitur obſequi alterius arbitrio, patitur, non facit iniuriam. Ita Paulus ad Philippenſes ait, eſſe quoſdam qui malo animo doceant Euangelium. Tamen in eo ipſo ait, ſe & gaudere, & gauiſurum etiam eſſe. Illos enim, ſi quid animo malo faciant, rationem reddituros eſſe Domino: ſe illorum culpam non præſtaturum. Hic autem videndum eſt in primis, vtrum res ipſa ſua ſponte mala ſit. Nam ſi ſit, nullo modo licet eam noſtro aſſenſu approbare. Si non ſit, nihil obſtat, quò minus neceſſitate coacti illi aſſentiamur: modò vt ea ſinè noſtra culpa poſſit ſuſcipi. Admonendus tamen interim ille eſt, quo cum ita contrahimus, aut conſentimus, errati ſui. Quare Dauid huius cõſenſionis cum Abnero non poteſt iure accuſari. In alteris autem illis duobus capitibus excuſari non poteſt vllo modo. Primùm enim non conſulit Dominum: cùm tanta in re nihil inſtituendũ eſſet iniuſſu Domini. Quid enim ſcire poterat, Abnerum non rediturum ad ingenium, & ita ſeſe proditurum, vt antea prodiderat Iboſethum? Videtur nimis temerè præcipitare conſilium: quæ ex re mala ſæpè naſcuntur mala. Et certè poſteà ſatis apparet ex euentu, Deum hoc factum non approbaſſe. Alterum erat, quòd eum non tantùm amicum receperit, ſed etiam fœdus cum eo inierit. Id autem non video, qua conſcientia Dauid facere potuerit. Erat enim non tantùm vir perditus, & ſcortator, & adulter, ſed etiam proditor iam Iboſethi, & quàm diu Saulus viueret, capitalis ipſius Dauidis inimicus. Non debuit Dauid talem hominem recipere in fœdus, multò minus eum in ſummo amicitiæ gradu collocare. Hic omninò cedendum eſt: hæc enim excuſari non poſſunt. *Ne videas faciem meam, niſi prius adduxeris Michal filiam Saulis.*) Aſſentitur Dauid. Sed ante alia omnia petit, vt ſibi reddatur coniunx Michal. Eam enim primam vxorem duxerat, & plurimũ etiam tum diligebat, ſeq; ab illa mutuò ardenter diligi non ignorabat. Eum enim illa fugientem ex ſua domo miſerat de feneſtra. Deinde, cùm ea iam nupſiſſet viro non ſuo, & à bonis viris haberetur pro adultera, voluit omninò eam liberari ad illo infami ſtatu. Neq; enim dimiſſa erat à Dauide, aut ab illo acceperat libellum repudij. Excuſari tamen ea aliquo modo potuit, quòd id fecitſſet cuncta & imperio patris. Tamen Rabbini hoc etiam addunt, Phalthielem, cum eſſet vir bonus & obſeruans legis, nunquam illam concubitus cauſa attigiſſe. Sed quicquid eſt (id enim qui ſcire quiſquam potuiſſet?) interim tamen ea laborabat infamia. Deinde etiam expedire videbatur Dauidi, vt illam ad ſe reuocaret, vt facilius ſibi hominum animos conciliaret, & viam ſibi muniret ad regnum. Adhæc experiri etiam voluit in ea re Abneri fidem. Nam ſi ille in Dauidem conſpiraſſet, nunquam illi reddidiſſet coniugem.

Quare Michal repetat.

Fœdus amicum init cum impio.

Qua conſcientia Dauid fœdus cum impio inierit.

Regula.

Dauid non conſulit Dominum.

Miſitq; Dauid nuntios ad Iboſeth filium Saulis.) Miſit itaque Dauid nuntios ad Iboſethum, eum

ad illū non misisset: sciebat enim, Micholem non posse reddi inuito fratre Rege. Adhęc eum etiam Dauid videbat fore sibi, vt quod Regis voluntate diremptum esset, Regis voluntate fieret. Et in ea re Abner pollicetur studium & industriam suam. Videtur Dauid hac re nonnihil tribuere Isbosetho. Sed ostendere voluit, non esse se erga illum animo ita im- *Da vxorem meam Michal, quam despondi mihi centum præputijs Palæstinorum.* Repetit vxorem, non tantùm iure matrimonij, sed etiam iure pacti: quod eam comparasset centum præputijs Palæstinorum. Iosephus auget numerum, aitq; fuisse sexcenta præputia. Sed quicquid sit, eum tantum commemorantur, quamuis Dauid re vera retulisset ducenta, quòd Saul pepigisset cum eo de illo numero. Non recepisset Dauid eam, quæ manifestè fuisset adultera. Dedit enim ea, vt dixi, potuit voluntate & iussu patris.

Misit ergo Isboseth, & tulit eam à viro.) Abner sese interponit, & agit de ea re cum Isbosetho. Matrimonium illud Palthielis rescindit. Et factum quidem illud bonum erat & laudabile: quo animo id ille animo fecerit, nescimus.

Vir autem cum ea vir suus eundo & flendo.) Quid ille dixerit, aut quibus querimonijs vsus sit, non scribitur. Dolebat eripi sibi mulierem & probam, & nobilem, & in primis speciosam. Illas lachrymarum alij alias causas comminiscuntur. Sed eæ, cùm non sint in historia, possunt à nemine iactura ignorari. *Bahurim.*) Est ea ciuitas in tribu Biniamin. Significat vox illa electos siue Targum appellat Alamut: quasi dicas, adolescentula. Nam Alma est virgo innupta. Atq; ita legitur 1. Paral. 6. cap. *Tum dixit ad eum Abner.*) Sequitur eam Abner: sed eum ad Dauidem vsque peruenisse, non apparet. Verisimilius est, eum redijsse, vt cogitatam proditionem perficeret.

17 *Porrò Abner sermonem habuit cum senioribus Israelis, in hanc sententiam: Et iam & nudius tertius quæsiuistis Dauidem vt esset Rex super vos.*

18 *Nunc igitur facite: Iehouah enim loquutus est ad Dauidem, dicendo: Per manum Dauidis serui mei seruabo populum meum Israelem de manu Philisthim, & de manu omnium inimicorum eius.*

19 *Præterea loquutus est etiam Abner in auribus Biniamin: sed & abijt Abner vt loqueretur in auribus Dauidis in Hebron, quicquid bonum erat in oculis Israelis & in oculis totius domus Biniamin.*

20 *Quum ergo deuenisset Abner ad Dauidem in Hebron, & cum eo viginti viri, fecit Dauid ipsi Abner & viris qui erant cum eo conuiuium.*

21 *Posthæc dixit Abner ad Dauidem, Surgam, & ibo, vt congregem ad dominum meum Regem vniuersum Israelem, qui percutient tecum fœdus, regnabisq; in omnibus quæ desiderabit anima tua. Et remisit Dauid ipsum Abner, qui recessit in pace.*

Abner conuocat senatum: quod etiam ipsum seditiosum erat, præsertim viuente Rege. Hortatur ad defectionem ab Isbosetho. Qua in re vtitur triplici argumentorum genere: à delectabili, honesto, ab vtili. Ista loca idonea videntur esse ad persuadendum. A delectabili est id, quod dicit. Iam in vestra manu positum est, vt efficiatis id, quod sæpè optastis. Omnes enim libenter volunt obsequi animo suo, & facere quod cupiunt. Heri vos, inquit, & nudius tertius expetebatis vobis Dauidem dari Regem. In ea re ego hactenus vobis obstiti. Nunc verò liberum vobis facio, vt eum habeatis, si velitis. Credibile est, populum voluntatem istam suam indicasse, cum essent adhuc in interregno: mortuo videlicet Saule, nec dum suffecto Isbosetho. Id enim si fecissent, cùm Saul adhuc viueret, aut postquàm Isbosethus esset surrogatus, fuisset crimen maius. Verùm cùm Saul iam esset mortuus, populus varijs studijs & sententijs ferebatur. Alij erant ad Isbosethum, alij ad Mephibosethum, alij ad Dauidem inclinabant. Hanc populi voluntatem Abner nunc commemorat. Amabant quidem multi Dauidem, illiq; vehementer studebant, cùm Saul adhuc viueret: idq; multis & iustis de causis. Videbant enim eum feliciter eduxisse & reducere populum, & industrium esse in rebus belli cis, & Deum esse cum illo. Hæc studia populi Abner, qui tam diu versatus esset in Republica, & hæc ipsa negotia tractauisset, nescire non potuisset.

Loci orationis Abneris.

1. Arg. à delectabili.

Nunc igitur facite: Iehoua enim loquutus est.) Agite ergo, inquit, iam. Hoc enim negotium ab hominibus non est profectum, sed à Deo. Video enim Deum omnino decreuisse, Dauidem fore Regem. Et sanè huius suæ voluntatis multa nobis dedit non obscura testimonia. Dedit enim illi

2. Arg. à voluntate Dei.

victoriam de immani illo gigante Goliatho: seruauit eum in quotidianis conflictationibus contra Palæstinos, item à persequutionibus Saulis. Seruauit eum mirabiliter posteà, cùm ad Palæstinos transfugisset: postremò effecit vt declararetur Rex à tribu Iuda. Vult ergo illum esse Regem. Atq; hoc quidem argumentum ductum est ab honesto. Quæcunque enim videmus Deum velle, ea nobis sancta & honesta esse debent. *Per manum Dauidis serui mei seruabo populum.*) Tertium argumentum sumitur ab vtili. Deus, inquit, pollicitus est, se per Dauidem seruaturum esse populum suum. Iosephus ait, id prædictum fuisse à Samuele: neque enim extat in sacra historia. Verisimile autem est, eam prædictionem peruulgatam iam fuisse in populo, & tanquam per manus ab alijs ad alios peruenisse. Illud autem vtile videbatur: quia nemo est, qui non libenter curet salutē suam. Seruaturus verò Dauid populum erat, non tantùm à Palæstinis, sed etiam ab omnibus hostibus. Hostes autem tum Iudæorum erant omnes vicinæ nationes: Amalechitæ, Moabitæ, Ammonitæ, Palæstini, Syri: quos omnes Dauid posteà reipsa subegit. Verùm ille eo facto Christum nobis verum Dauidem adumbrauit. Ille enim verè sibi omnes hostes subiugauit, eosq; prorsus ex nostris finibus exterminauit. Hæc Abner in senatu. Sed hoc quid aliud erat, quàm humanis affectibus subijcere verbum Dei? Ille enim non voluntatem diuinam sequebatur, sed æstum & tumorem animi sui: hoc autem planè cauponari erat verbum Dei. Eodem enim Dei verbo & Isbosethum vendere voluit, & Dauidem emere. Hæc, inquit, voluistis: hæc optastis: hæc nunc, si vultis, efficite. Placent hominibus: placent Deo. Sed hæc verba, quæ ille maximè putabat à se facere, eum maximè condemnabant. Diceret enim illi aliquis: si hæc & hominibus placebant & Deo, cur tu in animo infesto Dauidem persequebaris cùm Saul adhuc viueret? Cur illi te posteà opponebas sub Isbosetho? Cur bellum ciuile, vbi tantum sanguinis effunderetur, committebas? Quid hoc aliud erat, quàm gigantum more voluisse pugnare cum Deo?

3. Arg. ab vtili.

Abner abutitur verbo Dei.

Propterea loquutus est etiam Abner in auribus Beniamin.) Maior autem multò difficultas Abnero proposita videbatur, vt eadem ista persuaderet tribui Biniamin. Non enim ex vsu illorum erat, vt integrum regnum deferretur ad Dauidem. Præstabant enim alijs tribubus & armorum omni genere, & hominum multitudine. Confert ergo se Abner ad illos: eosque ita prorsus conciliat Dauidi, vt ab eius posteritate nunquam posteà discesserint. Vel ex eo videre possumus, quantus artifex Abner fuerit ad tumultus. Audiunt eum Biniamitæ animis attentis, & non inuitis. Proba, videlicet materia, inciderat in probum fabrum. Interim Isbosethus nihil horum potuit odorari: ita erat ignauus, & ad nihil minus factus, quàm ad gerendam Rempublicam. Hæc illi videbantur sibi prudenter inter se deliberasse. Sed, vt fit, sæpè humana consilia caput quidem habent: pedes autem non habent. Cadunt enim inter manus, nec inuenire possunt exitum. Quanquam ista consilia non erant prorsus inutilia. Populus enim ad hunc modum conciliatus per Abnerum, posteà mortuo Isbosetho: facilius transiuit ad Dauidem. Deus autem idcirco frustrari voluit ista consilia, quod nollet Dauid precariò accipere regnum suum ab homine. Regnum enim illud propriè ad Deum pertinebat. Itaque Deus voluit, Dauidem illud beneficium sibi debere, non proditori.

Abner artifex ad tumultus.

Cur Deus noluit rem succedere.

Venit tandem Abner ad Dauidem, vt indicet illi voluntatem populi, & commendet industriam & fidem suam. Voluit enim illud beneficium solidum videri suum. Sed mora interposita bonas occasiones sæpè perimit. Anteà enim quàm iret ad Dauidem, oportuit traduxisse populum. Verùm ille fortasse speranit, se à Dauide affectum iri magno aliquo præmio. Et ad suum commodum putauit se oportere esse callidum.

Et fecit Dauid ipsi Abner & viris qui erant cum eo conuiuium.) Dauid cum accipit honorificè, & inuitat ad splendidum conuiuium, & vnà cum eo panem comedit: quod certè facere non debuit. Abner enim homo impurus & sceleratus erat, iam obnoxius maledictionibus legis. Et Paulus monet, cum huiusmodi hominibus ne cibum quidem capiendum esse. Conuiuium autem illud nihil aliud erat, quàm indicium initi fœderis. Veteres enim, facto fœdere, instituebant inter se conuiuia: quemadmodum principes Christiani hodie eadem de causa solent inter se partiri Eucharistiam. Quod quàm candidè & syncerè ab illis fieri soleat, non est nunc dicendi locus. Sequuta est magna hilaritas, quòd duo regna, sublatis dissensionibus, nunc coiture essent in vnum. Sed illa hilaritas exiuit postremò in perniciem. Qua ex re monemur, ne nimium securi simus in rebus secundis: cùm nesciamus, quis futurus sit illarum exitus. Semper Deo vehementer displicuit societas piorum hominum cum impijs: quod infinitis propè exemplis probari posset. Ego ex omnibus vnum tantùm attingam. Iosaphatus alioqui bonus Rex cùm societatem coiuisset cum Achabo, vehementer offendit Deum. Nam, vt Paulus ait, corrumpunt bonos mores colloquia mala.

Dauid non rectè fecit conuiuium instruens.

Societas cum impijs Deo displicet.

Surgam &

ibo & congregem ad dominum meum Regem vniuersum Israelem.) Discedit Abner à animo confidentissimo. Ego, inquit, adducam omnem Israel ad Regem. Hinc videmus, quæ authoritas fuerit imperatoris militaris. Abner ita iam potens erat, vt flectere posset populum, quocunque vellet. Hæc res perdidit Rempub. Romanam, cum ita creuisset potentia ducum, & Cæsaris, vt regi non possent à senatu. Ita Ioab, cum diu versatus fuisset in exercitu, & animos atque animos militum collegisset, Dauidi ipsi cœpit postremò esse formidabilis. Ibo, inquit, adducam. Epulæ illi, & vina addiderant animos. Surgit itaque, & abit. *Authoritas Abneri.*

22 *Et ecce serui Dauidis & Ioab veniebant è castris, prædam multam secum adducentes: Abner autem non erat cum Dauide in Hebron, nam remiserat eum, recesserat q; in pace.*

23 *Ioab inquam & vniuersus exercitus qui erat secum, eò venerunt: nunciarunt autem Ioab, dicendo: Venit Abner filius Ner ad Regem, & remisit eum, illeq; recessit in pace.*

24 *Venit itaq; Ioab ad Regem, & dixit: Quid fecisti? ecce venit Abner ad te, quare dimisisti eum, & abijt eundo?*

25 *Nosti Abner filium Ner, quod vt deciperet te, veneris, & vt sciret exitū tuum, & introitum tuum, & vt sciret omnia quæ tu facis?*

26 *Et egressus Ioab à Dauide, misit nuncios post Abner: qui reduxerunt eum à cisterna Sirâh: quod Dauid nesciebat.*

27 *Reuersus est itaq; Abner in Hebron: & diuertere fecit eum Ioab in medium portæ vt loqueretur ei pacificè: & percussit eum ibi in quinta, mortuusq; est propter sanguinem Asael fratris eius.*

Interea dum Abner cum rege ageret, Ioab aberat: miserat enim Dauid eum cum exercitu, vt Philistinos & hostes alios reijceret à finibus. Rex enim ipse se continebat domi. Tamen & siue aderat, siue foris, siue præsens, siue absens, omnia illi feliciter atque ex sententia succedebant. Confectis ergo rebus, redit Ioab onustus spolijs. Quinam autem illi hostes fuerint, non apparet. Quidam tamen putant fuisse Palæstinos. Ioab cum audisset abijsse Abnerum, æstuare cœpit, eum sibi elapsum esse è manibus. Voluisset enim vltionem sumere de morte fratris Asahelis. Deerat ergo, se tam commodæ occasioni defuisse. Deinde tangebatur etiam inuidia, quod videret, Abnerum potiores habiturum apud Dauidem. Cogitat ergo secum, qua ratione posset eum tollere. Iram suam præsertim tam violentam Regi indicare, turpe videbatur: inuidiam autem multo etiam turpius. Sciebat Dauidem virum esse probum, nec duci posse nisi iustis & veris rationibus. Celato ergo odio & dissimulata inuidia, confert causam in salutem Dauidis. Accedit ad eum, atque ita incipit animum eius vehementi oratione inflammare. Nostine, inquit, Rex, Abnerum? Oblitus es, quàm ille astutus & callidus semper fuerit? Venit ad te, vt exploraret consilia tua: vt illum ita honorificè tractauisti? Ita fœdus, quod Abner percusserat cum Dauide, Ioab appellat explorationem, & insidias. Et certè hoc commentum habuit speciem aliquam veri. Abner enim erat vir malus, & ita acer inimicus Dauidis semper fuerat, vt facilè in illum quæuis suspicione cadere posset. *Consilium Ioabi de tollendo Abnere. Artificium orationis Ioabi.*

Dauid tamen illi nihil respondet: vt quidam putát, quòd dubitet & pendeat animi, & statuere non possit, verúmne illud, an falsum sit. Ego autem idcircò eum puto non respondisse, quod assentiri nollet. Fortasse enim suspicabatur Ioabū calumniari, & falsò ista dicere in Abnerum. Nam ad tollendum illum, vt populus ad se adduceretur sine ciuili sanguine, tanquam diuinitus oblatam, tam facilè lapsam cupidissimè amplectebatur. Deinde etiam erat ingenio ita facili & humano, vt non temerè mali quippiam posset de aliquo suspicari. Metiebatur enim alios pede suo. *Cur nihil respondit Dauid Ioabo.*

Egressus Ioab à Dauide, misit nuncios post Abner.) Ioab, cum se videret calumniando nihil quod Dauidem profeciisse, proripit se foras iratus atque indignè ferens. Itaque, quod Rege auctore non potuit, decreuit sua ipsius authoritate velle facere. Hoc autem erat, velle Regi suo ius dicere, & fœdus, quod ille icerat, & sacrosanctum esse voluerat, rescindere. Interea tamen Deus ab ipsius malitia Ioabi ad expetendas iustissimas pœnas de Abnero. Tanta est enim vis prouidentiæ Dei, vt ea etiam, quæ homines pessimè cogitarint, conuertere possit ad gloriam suam. Non tamen ideo causa Ioab excusari potest. Nihil enim ille minus sibi proposuit, quàm vt sequeretur iudicium Dei. Tantùm explere voluit odium suum, & animo suo satisfacere. Nam Deus illi de tollendo *Prouidentia.*

Qui legibus nō coerceretur Dei iudicium non euadunt.

do Abnero nihil mandauerat. Ex hoc exemplo videmus, Heroas istos & centauros, etsi humanis legibus coerceri non possint, tamen nō posse euadere iudicium Dei. Sic enim Deus interdum abstrusa atque abdita iudicia sua, illustribus exemplis patefacit. Ioab incredibili simulatione Abnerum amicè reuocat: quem Dauid iam cum pace & bona gratia dimiserat, & fortasse etiam inermem. Nihil ille aut Dei iudicium reuerebatur, aut iram Regis. Habuit enim exercitum: & si quid opus foret, decreuerat vti vi militum. Iura enim negabat sibi nata. Quare non passus est Abnerum ire longius. Neque enim ita facile potuisset reuocari. Credibile est, eum in ea re abusum esse nomine Regis. Neq; enim si suam tantùm authoritatem interposuisset, Abner ita facilè obtemperasset. Atq; ea haud dubiè causa fuit, cur Dauid postea sese ita diligenter & tot verbis excusarit: ne quis ista putaret ipsius iussu esse facta.

Verbis regis reuocat Abnerum.

Cur ad portam eum abducat.

Et diuertere fecit eum Ioab in medium portæ.) Abducit Ioab Abnerum ad portam, hoc est, ad locum apertum & publicum, quo in loco iudicia solebant exerceri. Itaq; celebritas ipsa loci effecit, vt Abner ageret negligentius, & néue suspicaretur aliquid mali, néue caueret sibi. Meminisse tamen debebat, Ioab sibi infensum esse propter necē fratris Asahelis. Neq; enim odia ita facilè ponúntur. Imò etiam ipse ita dixerat Asaheli, antequā eum occideret, si te interficio, quomodo leuare potero faciem meā ad Ioab fratrē tuū? Sed videmus sæpè prudētissimos homines ita à Deo prorsus excæcari, vt, qui alioqui potuissent toti Regno consulere, illi turpiter errent & fallantur, vt pueri. Multa mala Abner iam antea per omnem vitam designauerat. Eorum nunc exoluit pœnas. Ex hac re vna, quantumuis mala, tria sequuta sunt bona. Primūm enim si Abner vixisset, nimis fuisset insolens & importunus. Tanta enim fuit eius potentia & gratia apud milites, vt Dauidē oportuerit pendere quodam modò ab eius nutu, Deinde homo sceleratus maleficiorum suorum luit pœnas. Postremò Dauid honestori via aspirat ad regnum. Ioab quidē & Rege Dauide, & seipso indigna facit: Abner tamē se digna patitur. Dignus quidem ille fuit, qui ita tolleretur. Non tamen ita meritus erat de Ioabo, vt eum oportuerit ab illo tolli. Nihil enim causæ erat, cur Ioab ab illo expeteret vindictam de nece fratris. Primùm enim ille interfectus est in bello: deinde etiam eo tempore interfectus est, cum Abnerum persequeretur: postremò Abner eum admonuit, vt declinaret de via, & alium potius hostem quæreret, se missum faceret. Verùm Ioab hanc famam curauit iactari in vulgus, se tantùm vlcisci voluisse mortem fratris. Vera autem causa, vt ante dixi, fuit inuidia, quòd videret Abnerum præpositum iri sibi apud Dauidem. Nam quod illum appellat exploratorem, omnes senatores, & vniuersa tribus Biniamin intelligebant esse vanum. Supererat ergo vltio de nece fratris. Sed ea causa fuit omnium minima. Quare Ioab sophistam agit, & abutitur paralogismo à non causa, vt causa. Itaque Iosephus ait, Ioabum occidisse Abnerum propter vltionem fratris: sed addit, vt videri voluit. Morte Abneri corruit quodámodo familia tota Saulis. Mesphibosethus enim claudus erat: Isbosethus ignauus: neque quisquam supererat in ea domo vir bellicosus. Ioab non tantùm violat publicam fidem, sed etiam ementitur authoritatem Regis. Itaque Dauid moriens mandat Solomoni filio, ne patiatur canos eius descendere cum pace ad inferos: quòd occidisset duos viros meliores se, Abnerum & Amasam. Etsi enim Abner erat vir malus, tamen erat melior Ioabo. Nam Ioabus eadem cōmisit quæ Abner, & aliquanto grauiora. Ille quidem prodidit Isbosethum: at hic Abnerum prodit ipsum. Ille conspirauit in Regem suum: hic postea conspirat cum Adonia contra voluntatem Regis: ille persequutus est Dauidem innocentem, hic vt gratificetur Dauidi, curat occidi Vriam, & alios multos innocentes. Etsi ergo vterque erat nocens, tamen Ioab erat nocentior. Hic Iosephus monet, homines ex inuidia ferri præcipites in omne scelus: cumque non patiantur alios præferri sibi, miscere ac turbare omnia regum consilia, & vniuersum statum Reipublicæ.

Quæ bona sequuta sint ex cæde Abneris.

Ioab nō habuit causam vt occideret Abnerum.

Ioab nocentior Abnero.

28 *Quod quum postea resciisset Dauid, dixit, Innocens ego, & regnum meum coram Iehouáh vsque in seculum à sanguine Abnér filij Ner.*

29 *Cadat super caput Ioab, & super vniuersam domum patris eius, nec deficiat de domo Ioáb fluens & leprosus, & tenens scipionem, & cadens gladio, & carens pane.*

30 *Ioab igitur & Abisai frater eius interfecerunt Abner, eo quod interfecerat Asaélem fratrem eorum in Gibeon in prælio.*

31 *Dixit autem Dauid ad Ioab & ad vniuersum populum qui erat secum, Scindite vestimenta vestra, & accingite vos sacco, & plangite ante Abner. Rex autem Dauid ibat post feretrum.*

32 *Et*

Et sepelierunt Abner in Hebronem: extulit Rex vocem suam, ac flenit super sepulchrum Abner, fleuerunt & totus populus.

...ndscit Dauid, & testatur dolorem suum & verbis, & lachrymis, & laceratione vestis, & pompa, & carminibus. *Innocens*, inquit, *ego sum.* Iosephus addit, illum etiam manum sustulisse: ac si diceret: Deus mihi testis est innocentiæ meæ. Is enim erat habitus iurantis. Dixisse Dauid ita asseueranter & serio, ne videri posit colluisse cum cognato suo & duce Ioabo, de cæde Abneri. *Et regnum meum.*) Nec se solum purgat, sed etiam senatum suum & populum. Ioab enim ad nullo consilio publico, sed priuata tantùm authoritate fecerat. Et addit, *semen.*) Quasi diceret, id sibi nunquam in animum venire potuisse. *Dauid testatur se innocentem.*

...de in Ioabum fulmina verborum, & diras imprecationes cumulat. *Cadat super caput Ioab, & super vniuersam domum patris eius.*) Rabbini putant Dauidem his verbis complecti tantùm Ioabi nequitiam imitantur: excludere autem innocentes. Ita enim Deum ipsum in lege minum in tertiam & quartam generationem: sed addere, Illis, qui oderunt me. Dauid autem expressè neminem excipit. Hîc planè videtur mite illud & placidum ingenium suum ...Neq; enim ita vnquam aut Saulê execratus est, aut quenquam alium. Verùm necesse erat ...pore vt ita faceret. Nam nisi omnibus modis testatus fuisset, sese ex intimo animo dolere ...Abneri, populum à se prorsus alienasset. Hæc verba ita ardentia & inflammata, facilè illi ...ab ore, quòd semper versaretur in lege Domini in qua & hæc & alia multa similia scripta ...dicta. Quidam tamen putant, Dauidem his verbis nihil imprecatum esse Ioabo, sed tantùm ...memorasse, quid illis esset commeritus: & istam non tam execrationem esse, quàm prædi...: sanctos enim homines, cùm præuideant, quid Deus decreuerit de impijs, illud sæpè præ...ab forma precum. Sed nos de hoc genere toto, quid sentiendum sit, diximus alibi. Certè si ...ista diceret, tantùm obsequutus sit animo suo, non rectè fecit. Debemus enim bene... omnibus: nemini autem maledicere. At si ista in Ioabum violentiùs iecerit incitatus spiritu ...timare debemus, Deum ipsum illa per eius linguam edere & proferre voluisse. Nam sanctos, cùm videant, quid Deus velit, ipsi quoq; debent omninò idem velle. Neq; peccant, ...jis aliquid precentur mali: modò hoc sibi habeant propositum ante oculos, vt illi aliquando ...paccare: vt pœnas malefici orum suorum pendant: vtq; illorum consilia dissipentur, ...Ecclesiæ noceatur. Suis autè cupiditatibus aut inimicitijs, nullo modo seruire debent. ...tem Deus ista vota Dauidis audierit, non iniuria possumus dubitare. Nam cùm illa ira... motus effuderit, fieri potest, vt fuerint irrita. At si profecta fuerint à spiritu Dei, necesse ...habuisse rata. Spiritus enim orat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Sed diuinone ...spiritu impulsus, an humano ista dixerit, nihil possumus statuere. *Quid in execrationibus sanctorum obseruandum.* *An ista vota Deum exaudierit.*

...set breuius vno verbo dicere, pereat Ioab. Sed id maluit amplificare per partes. *Non desit de...mo Ioab fluens.*) Non desit, inquit, in familia Ioabi, qui fluat semine. Qui ita laborant, contacto corpore, & habebantur impuri, & exterminabantur ab Ecclesia & sacramentis. *Et le...* leprosi non tantùm corpore miserè fœdum in modum cruciabantur, sed etiam discluſi à ...pulo Dei, ablegebãtur in solitudinẽ. *Et tenens fusum.*) Qui nitatur baculo. Sic paralytici, ...agrosi solent: qui ita viuũt, vt circumferant quodammodo vina cadauera. Vita enim ma... sit in motu. At illi corpus suum mouere & regere non possunt. At si vox ea significet fu... solet interdum apud Hebræos, hoc imprecatur, vt semper sint in illa familia homines effœ... & molles, & ad colum & fusum aptiores, quàm ad rem bellicam. *Et cadens gladio.*) Precatur etiam immaturam. Vt enim Deus pro magno beneficio solebat quibusdam vitam prorogare, ita eam solebat alijs magnæ maledictionis loco ante tempus eripere. *Et carens pane.*) Hoc ...nas mortis, fame mori. Quouis potiùs cum alio malo luctandũ est, quàm cum fame. Rab... Dauidem ista nimis animo impotenti effudisse: eoq; Deum illa non in Ioabi, sed in ipsi...ritatem conuertisse. Roboamum enim filium Salomonis laborasse fluxu seminis: Oziam ...lem ex pedibus: Iosiam interfectum fuisse gladio: Ioachimo defuisse ad victum necessaria. ...lia sua culpa passi sunt, non Dauidis. *An iste execrationes in Dauidis posteros recidcrunt.*

Celebrat Dauid exequias Abneri, & instituit ma... solennem luctum. Luctus autem, vt definitur à Valla, est mœror, qui proditur vultu & a... Cicero in Quæst. Tusculanis ait, Luctum esse ægritudinem ex eius, qui nobis charus erat, ...eritu. Qui autem omnes partes luctus plenius complecti volunt, ita eum definiunt: Est ...squalor, qui suscipitur non obscurè, sed apertè & palàm, propter calamitatem vel Rei... ...gus, qui nobis priuatim charus erat. Mœror ad animum refertur, squalor ad corpus: cau... ...mitas, eaque vel priuata, vel publica. Variæ erant olim consuetudines lugendi: quemad... *Quid luctus.* *Mœres lugentium.*

modum Plutarchus pulchrè scribit ad Apollonium. Ægyptij, & Lydi in luctu se se pungebant, & in scrobes, & in tenebris agebant, quasi indigni, qui voluptatem aliquam caperent, aut aspectu Solis: Barbari sese lacerabant, & sibi truncabant partes corporis. Id Deus prohibuit in lege. Sed eius loco Iudæi scindebant sibi vestes. Paulus monet Thessalonicenses, ne lugerent mortuos, vt illi solent, qui spem non habent. Non prohibet quidem luctum, nisi modum, & quia erat illorum, qui nihil sperabant de Resurrectione.

Abisai fuit conscius huius cædis.

Causa huius luctus instituti dicitur, quod Ioab vnà cum fratre occidisset Abnerum. Tamen, quod ad fratrem Ioabi attinet, in hac historia nihil legimus. Quidam suspicantur, illum fuisse, qui Abnerum reuocaret. Iosephus eum ait adfuisse in ipsa cæde. Quicquid est, Dauid & hoc loco, & postea cùm queritur de filijs Seruiæ, eum coniungit cum Ioabe.

Scindite vestimenta vestra, & accingite vos saccis.) Imperat hoc & Ioabo, & militibus. Adesse enim Dauid voluit tribunos & Centuriones, qui ornarent funus, quòd Abner fuisset gratiosus apud exercitum. Scindere autem vestes erat signum magni luctus. In luctu enim homines aut lacerabant sibi vestes, aut illis vtebantur squalentibus & sordidis. Romani solebant in luctu mutare vestes, & omnem nitidiorem & amœniorem cultum ponere: quemadmodum apparet ex historijs. Saccus peculiaris erat vestis pœnitentium. Et certum est, clarorum virorum mortem non infligi nisi propter peccatum. Ad hunc luctum adhibetur etiam Ioab, quòd esset & primus in aula secundum Regem, & summus in exercitu: isque vnà cum alijs iubetur vestem scindere. Sed dices, An iubet eum Dauid esse hypocritam? Nam ille data opera Abnerum occiderat: & postea gaudebat etiam facto. Hoc ergo quid aliud erat, quàm eum iubere simulare luctum? Nam, vt ait Mimus, Hæredis luctus sub persona risus est. Sed Dauid hoc tãtum imperat, vt honorificè lugeatur mors Abneri. Si Ioab simulat tantum, nec agat ex animo, id non fit vitio Dauidis. Rex Niniue iussit vniuersum populum ieiunare. Id si qui aut riserint, aut simulatè fecerint, Rex non debuit præstare illorum culpam. Principes Christiani iubent omnes suos interesse sacris conciionibus, accedere ad cõmunionem, & profiteri fidem suam. Id si quis non verè faciat, principem sua nequitia non contaminat. Deus ipse iussit, vt populus Pascha, Pentecostẽ, festos dies, & ieiunia celebraret. Credibile est, multos ad ista ficto animo accessisse. Atqui id illorum tantum malitia contigit, nõ Dei. Hac de causa Aug. excusauit principes Christianos, qui cogerent Donatistas ad cõmunionẽ Christianorum. Nam si quid ibi vitij fuit, quod illi religionem simularent, illorum erat, non principũ. Interim tamen illi cogebantur audire conciones, & de rebus melius cogitare. Nihil ergo peccauit Dauid, cum cogeret Ioabũ interesse funeri. Fortasse etiam hoc spectauit, vt ille hoc pacto adduceretur ad pœnitentiam: cum videret, mortem Abneris tam acerbè lugeri, & se vnum caput fuisse & causam tanti mali. Et mea quidem sententia, Dauid hoc illi imposuit pro magna pœna. Neque enim dubito, Ioabũ id molestissimè tulisse. Interim tamen Dauid prudenter inseruit purgationi suæ. Nam in lugubri carmine culpam hanc omnem apertè confert in Ioabum. Cumque ille agnoscat crimẽ, & nihil respondeat, omnes intelligere facilè potuerũt Dauidẽ esse innocentẽ.

Vestes scindere.

Saccus.

Cur Ioab adhibitus luctui.

Rex autem Dauid ibat post feretrum.) Exhibuit Dauid Abnero tantum honoris, quantum exhiberi solebat viris clarissimis. Non quidẽ ille dignus erat, cui tam honorifica pompa duceretur. Sed, vt tum erant tempora, ex vsu Dauidis erat, vt ista fierent. Sequebatur ipse funus: vt magis indicaret dolorem suũ. Nam ea in re fecit planè præter dignitatem regiam. Consuetudine enim receptum erat, ne princeps funeri cuiusquam interesset: imò ne exiret quidem ex ædibus suis, cum ex illis elatum esset funus. Nihil horum tantum est in scripturis. Sacerdotes quidem iubebãtur, ne ad quorundam hominum funera accederent: summus autẽ pontifex, ne ad cuiusquam omninò. Dauid tamen quasi neglecta Regia dignitate, Abneri funus voluit sua præsentia cohonestare.

Et sepelierunt Abner in Hebron.) Sepelitur in Hebron, honorifico in loco: vbi etiam erant sepulchra Abrahami, & Saræ, Isaaci & Rebeccæ, Iacobi & Leæ. Summo olim in honore fuit sepultura: & pro summo supplicio habebatur, abijci insepultũ. Itaq; in declamatione legimus, Qui patrem, aut matrem occiderit, eorum cadauera insepulta sunto. Et Cicero in Milonianis Clodij cadaver infelix vocat, quòd semiustulatum abiectum esset insepultũ. Nam sepulchra sacra habebantur, quasi Deorum mansiones: & inscribebantur tribus literis D.M.S. quibus significabatur illa esse, Dijs Manibus Sacris. *Tum extulit Rex vocem suam, at flevit.*) Lachrymæ istæ Dauidis verane fuerint, an simulatæ, difficile est dicere. Ego tamen puto fuisse veras. Multæ enim erant causæ, cur mortem Abneri molestè ferret. Primùm, quòd vir strenuus & princeps in re militari sublatus esset: deinde, quòd perempta videretur eius morte occasio cõmodissima adipiscendi regni: postremò quòd ea cædes videri posset ipsius aut iussu, aut consilio esse facta. Et fortasse non magis fortunas lugebat, quàm Abneri. Adhæc videri volebat non malè animatus ergà familiam Saulis.

Sepulturæ honor.

Dauidis lachrymæ veræ.

...rom̃ videri potuisset, parùm candidè recepisse Abnerum in amicitiã, si eius mortem ... præsertim, non luxisset. Hinc ergo erant illæ lachrymæ.

Posthæc planxit rex ipsum Abner, & dixit, Num sicut moritur stultus, mortu-... Abner?

Manus tuæ non erant ligatæ, & pedes tui non erant admoti compedibus æreis: ... corruit coram filijs iniquis, corruisti. Et rursum vniuersus populus flenit super

Venit autem vniuersus populus vt cibaret Dauidem pane quum adhuc esset ... & iurauit Dauid dicendo, Sic faciat mihi Deus, & sic addat, si antequam occubuerit ... gustauero panem, aut quicquam quantulumcunque fuerit.

Cognouerunt igitur vniuersus populus, placuitq; in oculis eorum: vt omnia quæ ... Rex, in oculis totius populi placuit.

Cognouerunt inquam vniuersus populus, totusq; Israel die illa quòd non fuisset à ... vt interficerent Abner filium Ner.

Dixit autem Rex seruis suis, Annon scitis quòd princeps magnus cecidit hodie ... Israele?

Et ego hodie tenellus & vnctus Rex: viri autem isti filij Seruiah duriores ... reddat Iehouah facienti malum, iuxta malitiam suam.

...Epitaphion, quod idem ante fecerat Sauli & Ionathæ, & posteà fecit Absalomo. Erat ...que & factus quodammodo ad carmina, & valdè in eo genere exercitatus. Sed laudat *Laudes Abneri.* ...probum & illaudabilem. Id quàm conueniat, non video. Nam quòd antea laudauit Sau-...gè aliud est. Nam Saul ab initio regni multa præclarè gesserat. Deinde laudes illæ Saulis ...erant cum laudibus optimi viri Ionathæ. Sed eo sunt ingenio sancti viri, vt in homini-...probis, præteritis malis, bona tantùm spectent, eaq; quæ verè laudari possunt. Nemo au-...est perditus, quin habeat aliquid singulare. Quòd plura admissa sint mala, non tamen ea ...Dei priuari debent laude sua. Neq; tamen ita magna, aut præclara sunt, quæ Dauid ...Abnero. Commemorat enim tantùm eius fortunam, & robur corporis. *Manus*, inquit, ...*ligatæ*.) Hoc est, non mortuus es, vt ignauus, aut impius. Duplex enim esse potest ...horum sensus. Ignaui enim facilè in bello capiuntur, & ne fugiant, vinciuntur. Hoc, in-...non accidit. Impij etiam conijciuntur in vincula, & posteà coguntur mori. Atqui tu non ...es, inquit: casus tuus etiam pijs & fortibus accidere potuisset. *Coram filijs iniquis cor-*...*ruisti*. His verbis Ioab coràm, & in os perstringitur. Sed Dauid, si verè agere voluisset, sic potius ...proditor ita mortuus est, vt maximè oportuit proditorem. Nam cùm vellet prodere ...fuit proditus est à Ioabo. Verùm ista non dicit: sed id potius captat, quod vtcunq; lau-...dis.

Venit autem vniuersus populus vt cibaret Dauidem pane.) Populus à funere sequebatur Regem, *Conuiuia fu-* ...inirent funebre conuiuium. Hæc enim tum erat consuetudo in populo Dei. Et Roma- *nebria.* ...in funeribus clarorum ciuium dare solebant cœnas exequiales, & visceraciones. Cice-...rone de legibus iubet à funeribus auferri circumpotationem: Ita enim vocat cœnulam ...quam Græci appellant δεῖπνον. Et ad eam vocem videtur alluisse interpres Græcus. ...scribit: Sequuti sunt regẽ τῷ ἀριστοποιεῖσθαι. Græci recentiores putant, ἄριστον esse cœnam, quæ ...fab vesperam. Ea aũt voce antiquiores significabant prandiũ: quasi ea sit vocis etymologia ...Prandio enim homines redduntur robustiores ad opus faciendũ. Atq; ea significatio ...pulchrè conuenit. Populus enim paracto funere, prandere voluit, cùm esset iam meri-...dies, quod ideò dico, quoniã si vespera fuisset, non recusasset Dauid, neq; iurasset: etenim come-...di vesperã nõ violabatur ieiuniũ. Quare apparet illud prandiũ fuisse, ad quod populus re-...gebat. Huiusmodi aũt Pompæ funebres, inquit, August, de Ciu. Dei lib. 1. cap. 12. adhibeban ...falsio viuorũ, nõ aũt, vt subsidia mortuorũ. Non enim id agebatur vt mortui Manes placa-...rentur. Nam Deus in lege disertè prohibet. Vicesimo enim quinto cap. Deut. qui dabat primitias ...frugum, hoc etiam addebat, Nec ex eo dedi quicquã pro mortuis. *Sic faciat mihi Deus & sic* *Oblationes pro mortuis prohibentur.* ...*addat*) Dauid iurat, se nihil comesturum esse ante noctem. Hoc erat colere ieiunium. Nam ita Ia-...bes mortuo Saule, cùm diem ieiunio destinassent, non comederunt quicquam ante vesperam,

Ieiunium. Causa istius ieiunij.

Illud enim erat iustũ & legitimũ ieiunium. Atq; ita hodie Turcæ, ita Iudæi ieiunant. Postea ubi cum meridie ventres suos piscibus delicatissimis, & vinis præstantissimis infarserunt, tunc videntur sibi piè & religiosè ieiunare. Cur Dauid instituerit istud ieiunium, ratio in promptu est. Nam qui dolent ex animo, tantisper horrẽt quodammodo, & fastidiunt delicias, & curã corporis. Deinde ostendit se seriò lugere mortẽ Abneri. Itaq; extrahere voluit tempus ieiunij vsq; ad vesperam, cum alioqui pro ratione funeris satis fuisset vsq; ad funus absolutum cibum distulisse. Hoc inediam Dauid non imposuit alijs, vt Saul fecit, cum persequeretur Palæstinos, sed sibi soli: & affirmat cum iureiurando, se non capturum esse cibũ vsq; ad vesperam. Qui lamentabantur de aliqua calamitate inflicta propter peccatum, seruabant ieiunium, vt abducti ab alijs curis, vehementer cogitarent de peccato, pœnitentiam serió agerent & orarent. Habetq; eares speciem aliquam religionis. Sed de ea alibi dicemus suo loco.

Contra purgatorium.

Hîc illud mihi dignum videtur esse animaduersione, quod cùm cõmemoretur hoc loco locuples ratio vestium, saccus, frequentia hominum, præsentia Regis, sepultura in Hebron, lachrymæ Dauidis, ieiunium, epitaphium: nulla tamen mentio facta sit de precibus pro defuncto adhibitis. Interrogo ritus tam diligenter expositos, miror, hoc vnũ tam facilè potuisse prætermitti. Certè si illi putassent esse aliquod purgatoriũ tã necessariũ, & tam pium officiũ, nõ potuissent vllo modo negligere. Atq; hoc etiam annotandum est, patres veteres in sepulturis satis fuisse diligentes. Abraham honorificè sepeliuit Saram: idem honorificè sepultus est ab Isaaco & Ismaele: nec minori honore aut Isaacus postea sepultus est à Iacobo & Esau: aut Iacobus ab vniuerso numero filiorum suorum. Corpus Mosi ablatum est ab angelo: Iosue sepultus est publicè à toto populo: Iabenses sepelierunt, & luxerunt Saulem: postremò hoc loco copiosè describitur sepultura Abneri. An fortè omnes illi tam erant boni, vt nihil opus haberent aliorũ precibus? Imò negari nõ potest, Abnerũ fuisse virum malum. Sed quid illi facere potuerunt? Acceperant à Deo descriptũ & certũ numerũ sacrificiorũ: habebant holocausta pacifica, pro peccato, pro delicto, pro zelotypia, pro Nazaræis, pro principe, pro populo, pro sacerdote, decimas, primitias, sacrificium iuge, sabbatinum, neomeniarũ, & triũ solennitatũ, & quid non? Nullũ tamen habebant sacrificiũ pro mortuis. Nec adhuc nati erant Papistæ, qui lucri causa nouum sibi genus sacrificiorũ excogitarent. An Deus ita durus erat & difficilis, vt si esset purgatoriũ, pro miseris illis animabus orari nollet? An potius putamus, purgatorium illo tempore non fuisse, sed postea accensum fuisse à Christo in Euangelio? Audio enim esse quosdam, qui non vereantur ista dicere. Atqui Christus non venit in mundum, vt crearet nouos orbes, sed potius vt iam antea creata conseruaret. Sed si ita est, ostendant nobis ex Euangelio, quibus verbis, aut vbi institutum sit purgatorium, aut malos ita cruciari post hanc vitam, vt non damnentur in perpetuum? Commemoratur ibi sepultura Stephani, Ananiæ, Sapphiræ. Nihil de purgatorio. Paulus monet Thessalonicenses, quæ cura suscipienda sit pro mortuis. Iuuari autem illos posse viuorum precibus, non dicit. At ibi erat opportunissimus dicendi locus, si ita sensisset. Est ergo ista humana tantùm fictio profecta à Græcis, & ab Ethnicis. Sed hæc obiter. Satis enim esse puto, locum tantum vno verbo indicasse.

Scopus Dauidis. Fama est tuenda.

Cur Dauid ita se affligeret, duplex erat causa. Primùm, vt se probaret innocentem: deinde, vt ostenderet se Abnerum plurimi fecisse. Horum alterum laudari potest, alterum nõ potest. Quòd se probare voluerit innocentem, laudandum est. Quisq; enim, quacunq; potest iusta & honesta ratione, tueri debet nomen & famã suam. Alioqui enim nec prodesse posset fratribus, quibus in primis studere debet, nec vocationi suæ respondere. Quis enim illi credat rectè monenti, quẽ putet esse hominem malum? In primis autem magistratibus & ministris ecclesiæ hæc res cura esse debet. Illos enim, cum debeant operam suam nauare alijs, oportet nomen suum quàm maximè integrum conseruare. Nam magistratus non tantùm esse debet alienus à tyrannica violentia, sed etiam videri. Quòd autem Dauid tantùm tribuerit viro malo, illud certè non probo. Num vel seriò id fecit, vel simulatè. Simulare turpe erat, maximè verò in Rege. Seriò autem amare, & magni facere virum malum, res erat pessimi exempli ad populum. Alij enim ita potuissent cogitare: Etsi fuerit sceleratus & perditus, tamen spes est, nos futuros in honore apud Regem.

Dauid non rectè tantum tribuit Abnero. De lachrymis.

Sunt, qui non probent fletum tam effusum in Dauide, dicantq; factum illud nimis fuisse muliebre, & Lycios veteres, si quis publicè lugere voluisset, iussisse, vt tantisper muliebri veste amictus retur, vt intelligeret, se facere muliebriter. Nos tamen non possumus moderatas lachrymas ita facilè contemnere. Nam illorum rationes videntur mihi nimis Stoicæ. Adhiberi quidem possunt lachrymæ, sed modo, loco & tempore. Christus ipse defleuit ciuitatẽ Hierusalẽ, & ad sepulchrum Lazari: vtq; habetur in epistola ad Hebræos, orauit cũ multis lachrymis. Paulus etiam ait, se iuisse ecclesiæ cum lachrymis. Et ad Corinthios ait, se ad illos scripsisse per multas lachrymas. Seneca,

muis Stoicus, tamen lachrymas non prohibet in vniuersum. In morte amici non ficci sint quit, non tamen fluant. Flendum est, inquit, non plorandum. Flere enim est argumentum & interioris doloris. Curandum est, ne excidat amicus è memoria. Quòd si dicat, id fieri sine dolore, scire debes, illud ipsum dulce esse. Idq; probat duobus similibus. Vinum, i n dulce est cum sua quadam amaritudine: & poma quædam cum aliqua asperitate sua- Ita dulcis est amicorum memoria mortuorũ. Viuorũ autem amicorum memoria iucun omni melle: idq; sine vlla asperitate. Sed alij, inquit, sunt, qui amicos viuos negligant: po- quàpere defleant mortuos. Eam appellat magnam peruersitatem. Ipse tamen Seneca tene se nõ potuit, quin immodicè & effusè fleret in morte Annæi Serenii. Id enim ipse de se ibi Romanis legibus, in Digest. De ijs, qui notantur infamia, mulieribus annus præscriptus luctũ. Quòd si interim nupsissent, reddebantur infames. Sed dices, longũ istud fuisse tempus dicum. Respondeo, authores illarum legum, non tantùm luctum spectasse, sed etiam alia Nam si mulier per illud spatium nupsisset, celebrari oportuit festos & lætos dies, & con Illi verò nihil loci est luctui. Deinde etiã nolebant incertũ esse de prole. Nam si mulier gra- priori viro statim ab eius morte nupsisset alteri, incertum esse potuisset, cuius ea esset pro quoniam vterus gestatur nouem, aut summùm decem menses, hoc primũ tempus præscri- post additi sunt duo menses, vt expleretur annus. In Authenticis aũt de Restitutione, & ea, perit, adscribitur etiam alia causa, nimirũ, ne suspicio aliqua esset de pudicitia mulieris: dũ esset in viuis, néue cupiditate nouarum nuptiarũ videri posset molita mortem viri. Tem- go illud tam longũ, non luctus tantùm causa designabatur. Deinde suspendiosi, & perduel- non lugebantur: tamen illorum vxores cogebantur annum integrum à nouis nuptijs ab- Atq; hæc quidẽ fuit ratio lugendi in calamitatibus. De peccatis verò nullus præscribitur ad lugendũ. Horror enim peccati semper nobis versari debet ante oculos. Licet ergò luge rem, aut calamitatem eius, qui nobis charus esse debet: modò id honestè & grauiter fa-

Cur mulieres Romæ annum luxerint maritos.

Peccata quo modo lugenda.

uerunt igitur vniuersus populus, placuitq; in oculis eorum.) Habuit tandem Dauid fructum lachrymarum suarum, quem quærebat. Populus enim eum habebat pro innocente. Et cer- prudenter purgasset, videbatur versari in magni periculo: ne populus aut ab eo desice- impetum etiam in illum faceret. Milites enim feruntur cæco tantùm impetu: nihil mode- runt, aut cum consilio. Et fieri solet in regnis & rebuspublicis, vt si quis sit egregiè robu- bellicosus, omnes in eum oculos conijciant. & si quid illi contingat humanitus, omnes eam tem lugeant tanquàm publicam: vnde fieri non potuit, quin populus Israel ob mortem esset valdè commotus.

Fructus lachrymarum Dauidis.

Rex autem seruis suis.) Dauid postea purgat sese etiam apud aulicos. *An non scitis quod magnus cecidit?*) An nescitis, inquit, principem virum in Israel esse mortuũ? & extinctum rem ipsum rei militaris? Fuit quidem Abner robustus & militaris: bonus autem vir nun- fuit. Hanc orationem Dauid habere voluit apud aulicos, vt intelligerent se habere dominũ, delectetur cæde suorum procerum.

Sed hic incurrit non leuis quæstio. Nam si Dauid ita indignè & acerbè tulit hanc cædem, cur animaduertit in authorem? Ita enim parcere potuisset illis lachrymis. Verùm ille se excu- hunc modum: Ego adhuc tener sum & infirmus in regno. Filij Seruiæ me multò sunt durio me euertent regno & fortunis omnibus, si quid me moliri sentiant. Metaphora illa, qua se tenerum, ducta est à stolonibus & paruis plantulis, quæ propter infirmitatem facilè atte- & eradicantur. Hæc excusatio quàm à bona fide proficiscatur, nescio. Quomodo enim potuisset regno? Illud enim non ab hominibus pendebat, sed à Deo. Nisi fortè velit dicere, suum ad regnum posse his rationibus impediri. Quanquam etiam hoc ipsum pendebat à

Excusatio Dauidis.

Filij Seruiah.) Hîc Abisai coniungit cum Ioabo, vt etiam supra in scelere. Sed nouo exemplo appellat à matre: fortassè quòd pater illorum esset obscurior. Soror enim Dauidis Ser- pserat diu antequam ille peruenisset ad regnũ. Sunt, inquit, duriores: nec obtemperant mi videbatur habere ante oculos exemplum Isbosethi. Paruæ enim offensionis causa Abner ab fecerat, & totũ propè populum secum traxerat. Hoc exemplo putauit se doceri, vt cum illis bus moderatè ageret. Quantũ enim Abner poterat apud milites Isbosethi, tantùm Ioab po- apud milites Dauidis. Ego miti sum ingenio. Illi duriores: nec ferre possunt iniurias: sed sta- rumpunt ad vltionem. Grauis est ista querela: præsertim de cognatis: à quibus maximè iu- debuit. Illi, inquit, occasiones meas & opportunitates corrumpunt: & meis commodis suas anteponunt. Concludit postremò, non expedire, nec sibi, nec regno vt in illos animad-

Cur isti à matre nominentur.

uertat hoc tempore. *Reddat Iehouah facienti malum, iuxta malitiam suam.*) Quanquam, inquit, eũ effugiant è manu mea, tamen non effugient vindictã Dei. Deus enim reddet cuiq; iuxta facta sua. Hæc est catholica sententia, & in omnes conuenit. Ea tamen non ita intelligenda est, quasi Deus, cuiq; reddat aut bona aut mala, ad mensuram æqualitatis. Reddit enim bona infinitis partibus plura & maiora, quàm quæ nos vnquam potuimus promereri: & vicissim supplicia constituit multò mitiora, quàm quibus peccata nostra fuissent digna. Est ergo ratio quædam similitudinis: vt qui bene fecerit, recipiat bona: qui malè, mala. Est etiã aliud quoddam discrimen. Nam bona opera nostra non sunt causæ æternæ vitæ: mala autem opera sunt causæ æternæ damnationis. Postremò, ista sententia intelligenda est de impœnitentibus. Malè enim factis nostris Deus reddet malè, nisi egerimus pœnitentiam. Nam alioqui, vt Propheta Micheas ait, abijciet peccata nostra in profundum maris. Quidam volunt, hanc esse prædictionem tantùm, quid Ioabo, & Abisai esset euenturum. Sed ego nihil video causæ, cur nõ possint esse veræ preces contra peccatum: præsertim, si illi persisterent in scelere. Ita Christus, quamuis dicat se non orare pro mundo, tamen orat pro persequutoribus. Non autem orabat pro mundo, quatenus ille eius monita respuebat. Ex hoc exemplo videmus, malè facta, quæ nos coercere & emendare non possumus, committenda esse Deo.

Quomodo Deus reddat mensura æquali.

AN EXCVSATIO DAVIDIS QVA SE PVRGAT QVOD non animaduertat in Ioabum, probari debeat. Et, An Magistratus recte possit delictum simpliciter impunitum remittere.

Hic expedienda nobis est quæstio, An excusatio ista Dauidis probari debeat. Sunt enim argumenta in vtranq; partem. Hanc ergo breuem tractationem non inutilem fore spero. Nam vt Basilius ait, epistola 1. Historiæ & vitæ sanctorum, nobis esse debent instar viuæ cuiusdam imaginis Reipublicæ Dei. In illis enim videre possumus, quemadmodum lex Dei omnibus temporibus aut obseruata fuerit, aut neglecta. Factum Dauidis videtur his argumentis defendi posse. Primùm, Ioabum gratiosum fuisse apud milites, & præpotentem, nec potuisse affici supplicio sine magno tumultu: & Dauidem cauisse, ne magnum damnum daret Reipublicæ, & grauiora mala commoueret. Nec enim tanti principis, & ducis militaris, debilitatum iri Regnum. Ita enim scribitur de Honorio Imperatore, cùm Stiliconem præfectum suum rei militaris interfeciſſet Rauennæ, ipsum sibi amputasse manus. Postea enim, eo sublato, nihil vnquam egregiè gesit. Deinde præceptum illud, de puniendis sceleribus, affirmatiuum erat: nec obstringebat ad omne tempus. Ita enim iubemur accedere ad cœtum sacrum, facere eleemosynas, & alia similia: at non semper: sed cùm erit opportunum. Ita Dauid etsi debuit punire Ioabum, tamen potuit expectare. Adhæc, etsi tum impediretur potentia Ioabi, nunquam tamen illi defuit animus puniendi. Moriens enim mandauit Salomoni filio, ne pateretur canos eius descendere cum pace ad inferos. Et Plato ait, pœnas esse instar pharmacorum, nec esse adhibendas, cùm res videantur ita desperatæ, vt curari non possint, principes autem esse tanquam medicos quosdam Reipublicæ. Imò Deus ipse sæpè differt supplicia: etsi tarditatem compenset, vt ait Val. Maximus, grauitate vindictæ. Saul etiam, cùm Iabenses obsidione liberasset, & iam toto imperio Israelitico potiretur, & quidam authores essent, vt illos afficeret supplicio, qui antea illum regem repudiauerant, tamen illis ignoscere maluit. Dauid quoque ignouit Semei, & ea re plurimum commendatur. Augustinus quoq; sæpè intercessit apud Imperatores pro hæreticis: nec tantùm pro hæreticis, sed etiam pro homicidis, & perditissimis grassatoribus Circumcellionibus. Postremò Christus, cuius Dauid typum gerebat & imaginem, condonat omnibus peccata, & omnes vltrò recipit in gratiam. Dauid ergo in hoc facto nihil discessit nec ab officio suo, nec ab imagine, quam gerebat.

Argumenta quibus factum Dauidis defenditur.

1
2
3
4
5
6
7
8

Ex altera autem parte alia sunt argumenta, & mea quidem sententia multò grauiora. Primùm, cùm esset rex Israel, oportuit eum stare legibus eius Reipublicæ. Deus autem grauissimis verbis mandat in Deuteronomio, vt rex curet sibi describi legem, eamq; semper habeat ad manum, & ex eius præscripto imperet. Iam verò scriptum erat 21. Exodi, Si quis alterum occiderit casu & fortuitò, ego illi designabo locum ad perfugium. At si id fecerit ex insidijs, aut data opera, abstrahes illum ab altari meo. Ioab autẽ data opera & ex insidijs occiderat Abner. Quare nullo loco debuit esse tutus. Deinde Exod. 18. scribitur, eos qui versari debeant in magistratu, esse oportere viros fortes, timentes Deum, amantes veritatis, & odio habentes auaritiam. Quare Dauid in puniendo scelere fortis esse debuit. nec formidare cuiusquam potentiam. Hoc enim est, non habere regnum, sed haberi à regno. Is autem haberur à regno, qui obtinendi regni causa negligit iustitiam. Paulus ait, principem esse ministrum Dei ad iram, nec frustra gestare gladium. Hoc officium præstari

Arggumenta quibus improbatur factum Dauidis.

debuit

Dauide. In Deuteron.1. Deus edicit Tribunis & Centurionibus, ne considerent perso-
dicio: Nam ita pauperes tantùm & tenues, & peregrini tenerentur legibus: potentes au-
Centauri, & nobiles euaderent: Iudices autem nec ira inflecti debent, nec misericordia. Et
sa in Ariopago, vbi iudicium seuerissimè exercebatur, interdicebatur Oratoribus, ne mo
affectus. Imò in obscuro etiam causæ cognoscebantur, ne iudex priuatim cuiusquàm gra-
retur. Imò in Romanis legibus in titulo de pœnis, leg. Respiciendum, ita scribitur: Non
iudices gloriam, aut lenitatis, aut seueritatis. In leuibus tamen criminibus permittitur pro
aliqua ad lenitatem: in grauioribus autem ad seueritatem: sed adhibito temperamento be
tis. Quo in loco glossa rectè obseruauit, ibi temperari posse rigorem sententiæ, vbi nihil sit
um in legibus nominatim. Et in Cod. De pœnis, leg. Decurionum, scribitur, Non audien-
esse populum, si clamet, aliquem aut damnandum esse, aut liberandum. Populum enim esse
multorum capitum. Adhæc Iudex nihil aliud est, quàm lex ipsa loquens: nec vllo modo
potest iudex, si discedat à præscripto legis. Et sapiens Sirach prudenter monet, Noli, iu-
ri iudex, si non ea par tollendis iniurijs: ne personam potentis timeas, & scandalum integ-
rum facias. Regi etiam Israel, qui Benhadadum regem Syriæ dimiserat è manibus dictum est,
tua erit pro anima illius. Tu punire noluisti: ipse ergo punieris: & de aliorum sceleribus
rationem. Sequitur ex hac mollicie & indulgentia Ilias, & myrmecia malorum. Lenitas Eli
liam ipsius extinxit, & penè euertit Rempublicam.

Sed dices, Deum ista patienter ferre. Rectè. Sed cogita tecum: Si inferiores iudices ita se ge- *Obiectiones nonnullæ.*
Republica, quomodo id princeps laturus sit. Haud dubiè condemnaret eos maiestatis. Et
Deum non indignè laturum, si videat contemni & conculcari leges suas? Videbat im-
ere periculum. At habuit promissionem Dei. Ea autem non erat scripta in vento aut in aqua,
bilis erat & æterna. Et quid si deiectus fuisset de regno? Tamen Deus potuisset eum restitue
integrum. Videmus ergo ita concussum fuisse Dauidem, vt nonnihil penderet ab homini-
Difficilè fuisset punire Ioabum: at saltem tentasset. Hîc nunc nihil facit: tantùm queritur de
potentia. Non equidem nego differri posse supplicia interdum, & expectari commodas oc-
siones. Prorsus autem nihil facere, nimis magnæ fuit lenitatis. Et multæ quidem sunt causæ, cur *Causæ ob quas pœnæ differri possunt.*
interdum differri debeant: vt apparet in Cod. De pœnis, leg. Si vindicari. Primum ne magi-
tus per iracundiam aliquid præcipitet. Eam legem scripsit Theodosius Imperator iussu Am-
si, cùm ab eo grauissimè reprehensus & excommunicatus esset, quòd per impetum animi &
potentiam nimis crudeliter in Thessalonicenses desæuijsset. Ea historia & causa legis extat a-
Socratem, & repetitur in Decret. II. quæst. 3. cap. Apud Thessalonicam. Itaq; cautum est vt à
sententia lata vsq; ad executionem interponerentur triginta dies. Altera causa dilationis est, si mu-
quæ afficienda sit supplicio, sit grauida. Seruum etiam differri oportet tantisper, quoad domi-
rationem reddiderit, eumq; de omnibus rebus certiorem fecerit. Differtur etiam illi, in
quem quæsitum sit tormentis: vt sciri possit, an constet sibi. Sæpè enim homines victi cruciatibus
entur, quæ nunquam cogitarunt. Differtur etiam supplicium, quoties iuquirendum est de
criminibus, aut de conscijs. Atque hæ tantùm, quod sciam, possunt esse iustæ causæ dilationis.
Nam si quis in prouincia condemnatus dicat se habere aliquid, quod pertineat ad salutem prin-
cipis, Romanæ leges statuunt non esse audiendum. Videtur enim tantùm quærere dilationem
panarum: quod si quid habeat, quod ad principem pertineat, oportuisse id antea indicare. Iam
verò nihil horum conuenire potest in Ioabum. Non debuit ergo Dauid eius supplicium differre
diu.

Remittitur interdum pœna, si quis minor vigesimoquinto anno deliquerit. Adultero tamen *Cur pœna quandoq; remittatur quandoq; augeatur.*
minori ea ætate non ignoscitur. Deinde etiam considerandum est, dolóne an impetu a-
an lasciuia, an temerè peccauerit. Nam in eo, qui dolo & insidijs vsus sit, augetur etiam sup-
plicium. Ioab autem & dolo malo vsus est, & Abnerum blandè & amicè reuocatum in conspectu
loco iudicij publici occidit, & fidem publicam violauit. Augeri etiam possunt supplicia, vt habetur
De pœnis, lege, Aut facta, Siquid à multis per seditionem delictum sit: tum enim vnus aliquis
omnes punitur ad terrorem aliorum. Ex hac lenitate Dauidis alij quodammodo animati sunt ad
licia. Latrones enim postea ausi sunt Isbosethum interficere domi suæ: Amnon stuprare soro-
suam: Absolon Amnonem fratrem interficere: Ioab ipse etiam Amasam occidere. Dauid non *Dauid aliter se gessit erga alios.*
videtur ita se gessisse erga alios. Nam Amalechitam qui Saul em morientem iuuerat, & postea la-
trones, qui occiderant Isbosethum, iussit statim interfici. Videri ergo potest in Ioabo nonnihil in-
dulsisse priuato affectui: erat enim illi nepos ex sorore. At, vt nullo huiusmodi affectu ductus sit,
magnam speciem præ se tulit. Nam qui in eadem, aut in simili causa alij ignoscit, alium pu-

nit, non potest videri ductus amore iustitiæ. Fuit quidem Dauid animo humano & miti, sed non debuit opus illud Dei contaminare, & vas per se pulchrum incrustare. Hoc enim erat cõmunicare peccatis alienis. Quid ergo hîc dicemus? Sanctus quidem erat Dauid, & metuens Dei, tamen tam pulchrum corpus non caruit nævis suis. Vt nullus est dies tam amœnus & serenus, qui non habeat nõctem suam: ita nemo vnquàm fuit homo tam sanctus, atque vndique absolutus, qui non aliquo peccato infuscaretur. Nos quidem virtutes piorum hominum sequi atq; imitari debemus, vitia autem illorum non dissimulare.

Refutatio rationum, quæ pro Dauide allatæ sunt.

1 Iam refutandæ mihi sunt paucis illæ rationes, quæ pro Dauide ab initio afferebantur. Potens erat Ioab. Quid tum? Dauid enim habuit à suis partibus Deum ipsum. An eum fortè putabat infirmum esse? Deinde omnes Israelitæ, qui Abnero tantùm tribuerant, Dauidem in puniendo Ioabo haud dubiè adiuuissent. Quod de dilatione suppliciorum adferebatur, id iam solutum est. Non enim dico statim eum fuisse occidendum. Capiendus erat, & in carcerem conijciendus: cognoscenda erat causa: postremò sumendum erat supplicium. Ad mortem autem vsq; reiecisse, 2 nimis erat magna dilatio. At moriens mandat filio Solomoni. Imò Dauid ipse aliud longè respondet. Deus, inquit, iudicet. Hoc certè non est magistratus, cognitionem causarum reijcere in 3 Deum. Supplicia sunt instar pharmacorum, ea non sunt adhibenda, nisi cùm possint prodesse. 4 At si non profuissent Ioabo, tamen erant profutura alijs. Deus differt supplicia: ergo Dauid 5 etiam rectè differt. Sed facta principum non sunt conferenda cum factis Dei. Deus enim æternus est, & immortalis. Princeps autem mori potest. Et quid si crastino die moriatur? Quis tum sumet supplicium de impio? Deus autem, si hodie non sumit supplicium, tamen cras sumet: aut vbi ipse voluerit. Deinde etiam habet exploratos omnium animos, & videt, qua causa quidq; factum sit. 6 Hominibus autem nulla permittitur [illegible] in lege Dei. Saul remisit. Fateor. Sed remisit de suo. 7 Dauid autem remittit de alieno. Augustinus intercessit pro hæreticis. Verùm id fecit, ne Ethnici putarent homines Ecclesiasticos persequi odia sua. Deinde non id egit, vt tolleret leges principum, sed quòd sciret, Imperatores quandoque permisisse præsidibus suis, vt possent aliquid remittere de acerbitate legum & pœnarum à se latarum, si illis videretur commodum. Quod autem ad Circumcelliones attinet, quàm rectè pro illis intercesserit, ipse viderit. Nam illi erant & latrones & homicidæ. Nos certè legibus oportet viuere non exemplis. Christus condonat peccata: 8 & Dauid eius gerebat typum. Fateor. Christus quidem condonat: sed in regno Ecclesiæ: Dauid autem administrauit etiam regnum politicum. Nec semper est argumentum satis firmũ à typis. Nam alioqui dicemus, meretrices quasdam, quæ in sacris literis commemorantur, non peccasse, quòd fuerint typi atq; imagines Ecclesiæ. Et Christus ipse, etsi sit propensus ad misericordiam, & multa condonet, tamen vltimo illo tempore erit seuerus & inexorabilis iudex, dicetq́ue impijs: Ite maledicti in ignem æternum. Et omnino in eadem causa sunt illi etiam, qui propter potentiam hominũ remittunt excommunicationem & disciplinam Ecclesiasticam. Sed de ea, quid sentiendum sit, dicam aliàs suo loco.

An Dauid in hac re secutus sit ductum spiritus sancti.

Sed hîc fortasse quispiam obijciet, Dauidem immeritò à nobis accusari. Illum enim in hac re, vt sæpe aliàs, sequutum fuisse ductum spiritus sancti, & ea causa nihil peccasse. At ego non soleo libenter vti hac excusatione, nisi cùm id, quod factum sit contra legem communem, videam à sacris literis approbari. Deinde nihil hîc oppugno, nisi excusationem Dauidis. Non enim ait, se duci impulsu spiritus sancti, sed Ioabum potentem esse, & gratiosum apud milites, nec posse teneri legibus. Hanc ergo excusationem dico non recipiendam.

An magistratus possit delictũ impunitũ relinquere.

Quòd si quæras, vtrũ magistratus rectè possit delictũ simpliciter impunitũ remittere, respondeo, non posse: idq; duplici de causa. Impediret enim & priuatũ bonum & publicũ. Priuatim enim oportet illi satisfieri, qui accepit iniuriã. Deinde fieret etiã iniuria publico bono: expedit enim rei publicæ, vt peccata puniantur: Nam id vbi non fit, magna aperitur fenestra ad nequitiam. Deinde distinguendi sunt etiam magistratus. Alij enim sunt superiores, alij inferiores. Et inferiores nihil oportet facere extra præscriptũ superiorum. Reges autem Israelitici non erant cum summa & absoluta potestate, sed tantùm delegati Dei. Quare illos oportuit omni in re sequi præscriptum legis Dei. Distinguendæ etiam sunt leges. Quædam enim leges vim habent à natura, aut à verbo Dei: quale sit, homicidas, adulteros, blasphemos oportere puniri: hîc nihil prorsus remitti potest. Aliæ autẽ leges sunt, quas appellant positiuas, quòd scriptæ & promulgatæ fuerint tantùm ab hominibus. In illis aliquid permitti potest magistratui, modò ne id faciat ad imminutionem gloriæ Dei: aut ad incommodum vel priuatum vel publicum. Quodq; hîc diximus de homicidio, idem dici potest de alijs capitalibus criminibus.

CAPVT IIII.

AVdiens autem filius Saulis quòd mortuus esset Abner in Hebron, debilitatæ sunt manus eius, & vniuersus Israel perterriti sunt.

2 Duo autem viri principes turmarum erant filio Saulis: nomen vnius Baanah, & nomen alterius Rechab, filij Rimmon Beerothitæ de filijs Biniamin, quia etiam Beeroth reputatur in Biniamin.

3 Fugerunt autem Beerothitæ in Githaim, & fuerunt ibi aduenæ vsque ad diem hanc.

HOC caput diuiditur in duas partes: quarum in altera describitur cædes regis Isbosethi: in altera, vindicta quam Dauid sumpsit de latronibus. Quod ad priorem partem attinet, ita scribitur, audita morte Abneri manus Isbosethi concidisse, & vniuersum populum vehementer fuisse conturbatum. Nam ea, quæ conturbant hominum animos, sunt repentina, quæq; acciderunt præter opinionem, coniuncta sunt cum magno periculo. Hoc autem tempore primùm Abner defecerat, deinde fœdus percusserat cum Dauide, postremò interfectus est à Ioabo. Hæc omnia & magna & repentina, & dura videbantur. Abner enim & cognatus fuerat Isbosethi, & potens in exercitu, & illi author regni. Isbosethus enim ipse propter ignauiam, & quòd laborabat apud populum, & parùm gratus erat apud milites. Quòd dicitur, manus eius conciderunt esse, methaphora est. Manus enim sæpè ponuntur pro robore & animi & corporis. Ita in scripturis manus dicuntur corroborari, cùm vires alicuius & consilia confirmantur. In hominibus timidis & mollibus non potest esse firmum & stabile imperiũ: vt apparet in Sardanapalo, & Venceslao Caroli quarti filio. Omninò Isbosethus factus videtur ad animum Abneri. Ille enim iam sola gerit omnia, cùm alter viuat in otio. Populus amiserat ducem suum: & ea causa conturbatur. Nam Isbosethum habent pro homine nihili.

Partitio capitis.

Manus concidere.

Hic videmus, quantum sit discriminis inter iudicium diuinum & humanum in mandando magistratu. Homines enim elegerunt sibi Isbosethum, hominem ineptissimũ ad Regendam Remp. Deus autem ab initio dedit illis Saulem & Dauidem, præstantissimos viros, & maximè idoneos ad res regendas. Nec mirum: homines enim ducuntur affectibus: & satis esse putant, si regem habeant aut cognatum, aut amicum. Deus autem tantùm spectat vsum Reipub. Primùm Saul ipsorum præstantissimis filijs, in quibus esset aliquid indolis regiæ, interfectus est in Gelboe: postea exercitus Isbosethi profligatur, & cæditur à Ioabo: deinde populus inclinat ad Dauidem, Abner deficit, & à Ioabo occiditur: postremò Isbosethus ipse ignauus erat & ineptus ad gerendam Remp. Ita videmus, familiam Saulis prorsus iam totam corruisse. Non est ergo mirum, si manus Isbosethi ceciderint. Ex hoc exemplo videmus quàm miserè errent, qui fiduciam suam ponunt in homine. Isbosethus & populus fiduciã suã locauerant in Abnero: itaq; illo sublato fœdissimè conturbantur. Huiusmodi sunt traditiones & inuenta hominum. Vt enim ab hominibus incipiunt, in vanũ cum illis pereunt. Vt autem Deus immortalis est, ita eius consilia & decreta sunt æterna. Idem sentiendum est de illis, qui fidunt operibus suis. Cùm enim videant ea non respondere, quid superest, nisi vt desperent? At qui fiduciam suam in Christo collocant, etsi labantur interdum, tamen consistunt & redeunt. Populus turbatur. Ea erat maledictio Dei. Id enim Deus in Deuteronomio minatur fore, si à se deficiant. Et Hieremias, Maledictus, inquit, homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum.

Iudicium Dei & hominum in mandando magistratu.

Ruina domus Saulis.

Fiduciam ponere in hominibus vanum est.

Authores cædis Isbosethi ne latere possint, describuntur ab omnibus propè circumstantijs. Quod attinet ad patriam, erant Beerothitæ: quod ad stirpem, erant Biniamitæ, tribules Saulis: quod ad nomina, alter erat Rechab, alter Baanah: quod ad institutum, erant tribuni: quod ad res gestas, fugerant in alias sedes: causa autem cur fugerint, non adscribitur. Locum vnde fugerint, Rabbini putant fuisse patriam illorũ Beeroth: qui locus in cap. 9. libri Iosue ponitur in tribu Biniamin. Locus, quò fugerunt, erat Githaim: qui locus, vbi fuerit, non potest certò sciri. Quidam putant fuisse in terra Edom, quidam in Arabia. Alij putant, eos non ex patria sua fugisse, sed ab Isbosetho, ne ob scelus aliquod, quod patrauerant, afficerentur supplicio. Sunt qui putent, illos, cùm fuissent præfecti Ionathæ, illo mortuo in Gelboe, studuisse eius filio Mephibosetho: cumq; Isbosethus obtinuisset, fugisse: interfecto deinde Abnero redijsse, & animum ad Dauidem adiecisse: & huius causa Isbosethum occidisse, vt illo scelere inirent apud illum aliquam gratiam. Sunt etiam quidam qui putent, illos cum Mephibosetho conspirasse in Isbosethum: cumq; eos Mephibosethus,

Descriptio duorum latronum.

vt erat vir bonus, indicasset, fuga sibi consuluisse. Omninò variæ sunt sententiæ. Nam, vbi scripturæ tacent, facilè est multa comminisci.

4 *Ipsi verò Iehonathan filio Saulis erat filius claudus pedibus: quinquennis erat quando venit rumor Saulis & Iehonathan de Iezreel: & tulit eum nutrix eius, ac fugit: fuit autem quum festinaret ipsa fugere, ille cecidit, & claudus factus est, & nomen eius Mephiboseth.*

Cur de Mephiboseth agatur.

Hîc interponitur narratio breuis de Mephibosetho: eoq; historia videtur esse perturbatior. Causa enim, cur hîc de illo aliquid dictum sit, non adscribitur: sed non est difficile, cur ita factum sit, intelligere. Domus Saulis redierat iam ad duos tantùm filios masculos: quorum alter ignauus erat, alter claudus. Sed dices, superfuisse Sauli plures filios, qui postea ad crucem affixi sint à Gabonensibus. Fateor. Sed illi erant ex concubinis, non ex iusto matrimonio. Itaq; munera tantùm quædam acceperunt à patre: illi succedere non potuerunt. Ita enim Abraham filijs, quos susceperat ex Chetura concubina, munera quidem dedit satis ampla, hæreditatem autẽ non dedit. Nunc cùm nullus alius supersit è stirpe regia, qui collocari possit in imperio, nulla relinquitur deliberatio, quin populus necessariò sese conferat ad Dauidem. Ita Deus illum summa populi totius voluntate deducit in imperium illud vniuersum. Vt ergo necessitas ista populi intelligeretur, interposita est narratio de Mephibosetho. Ille enim, cùm esset claudus & debilitato corpore, ineptus videbatur ad regnum. In rege enim spectari debet, non tantùm animi virtus, & præstantia, sed etiam species, & dignitas corporis: & præsertim in populo Israelitico, vbi semper opus esset rege, qui posset versari in armis, & res gerere. Erant enim vndique cincti hostibus. Ceciderat & crura fregerat, cùm eum nutrix gestaret in vlnis. Id videri potest casu contigisse: sed illis tantùm, qui non spectant aut cogitant nisi præsentia. At si rem putare volumus, intelligemus factum magna prouidentia Dei. Dauid semper habuit Mephibosethum in mensa sua. Illo honore frui etiam potuisset Isbosethus, nisi maluisset ipse imperare. Iosephus nec admiscet narrationem istam de Mephibosetho, nec latronum nomina ponit eadem.

5 *Abierunt ergo filij Rimmon Beerothitæ, Rechab & Banaah, & ingressi sunt quum incaluisset dies in domum Isboseth: ipse autem dormiebat in cubiculo meridiano.*

6 *Ecce inquam ingressi sunt vsq; in medium domus emptores frumentorum, & percusserunt eum in quinta: ipse autem Rechab & Baanah frater eius euaserunt.*

7 *Ingressi sunt inquam domum (ipse autem dormiebat super lectum suum in cubiculo lecti sui) & percutientes eum, interfecerunt eum, & abstulerunt caput eius, tuleruntq; illud, & abierunt per viam campestrem tota nocte.*

8 *Atuleruntq; caput Isboseth ad Dauidem in Hebron: dixeruntq; regi, Ecce caput Isboseth filij Saulis inimici tui, qui quærebat animam tuam, & dedit Iehouah domino meo Regi vltiones hodie de Saule & de semine eius.*

Occiditur Isbosethus ab istis sicarijs, idq; voluntate Dei: ita enim solet malos punire per malos. Non quòd Deus suggerat hominibus peccata, sed quòd illis cùm sua sponte erumpant abutitur. Lenitas quidem illa Dauidis, de qua suprà diximus, videtur istos latrones prouocasse ad cædem, Verùm id vniuersum gestum est admirabili Dei prouidentia. Deus enim cùm vellet Dauidem imperare toti Israeli, prius voluit tolli Isbosethum, idq; Dauide dormiente quodammodo, & aliud cogitante. Noluit enim eum ea cæde contaminari. Latrones in ipso meridie, & in summo æstu diei irrumpunt in aulam, cùm omnia iam essent solitaria. A prandio enim homines aut ad opus aliquod faciendum sese conferunt, aut ad somnum. Nam cùm in illis regionibus noctes sint admodum breues, & in illis ipsis noctibus satis incommodè dormiatur, necesse est, vt homines frangant quodammodo diem somno aliquo meridiano. Interea cùm domus regia esset diligenter clausa, isti dissimulato habitu ingressi sunt vnà cum mercatoribus, qui aut importabant, aut exportabant frumentum: aut cum baiulis, qui annonam supportabant ad exercitum: atq; ita facilè latuerunt: fit credibile est, mercatores ipsos, aut baiulos fuisse extra noxiam.

Quid impulerit latrones ad facinus.

Dormit Isbosethus. Oportet enim valdè ignauum fuisse, qui dormire potuerit in tanto periculo. Tamen etiam in summa desperatione, postquàm nihil videtur relictum esse spei, homines facilè conijciuntur in somnum. Ita enim Ionas dormiuit in mari. Discipuli, cùm Christus quæreretur

Ad periclitantibus facilis sit somnus.

ad mor-

dormiret, & Socrates, cùm iam iamq; esset moriturus. Sed turpe est, vt Homerus ait, regē totā dor-
mire noctē, cui cōmissa sit cura populi. Sed nihil est, cur accusemus somnū. Deus enim eo sæpe
dormitur ad salutē. Est pulchra historia apud Plutarchū in vita Luculli. Oltacū quendam transfu-
gā à Mithridate ad Lucullū, vt illū sub ea specie amicitiæ interficeret: fuisse meridiem, & Lucul-
lum fortè fortuna eo ipso tempore dormiuisse: Oltacum cœpisse instare, omnino oportere se Lu-
cullum conuenire: esse res maximi ponderis. Cū aūt Menedemus quidam responderet, nihil posse
dici maius, aut antiquius salute Luculli, nec illum posse excitari, Oltacum veritum, ne insidiæ pro-
derentur, diffugisse, atq; ita Luculło saluti fuisse somnum meridianum.

Somno Dei sæpe ad salutem abutitur.

Diligenter expressæ sunt omnes cædis patratæ circunstantiæ. Nam, quod ad locū attinet, in-
fectus est domi, in cubiculo, in lecto suo, quod ad tempus, non noctu, aut in tenebris, sed in cla
ra luce: quod ad personas, à suis tribulibus: quod ad causam, vt transfugerent ad Dauidem: quod
ad modū insidiarum, cùm ingressi essent vnà cum frumentarijs: quod ad modū cædis, amputato
capite. Auferunt secum caput, primùm, vt esset certum testimonium patratæ cædis: deinde, vt
Dauid hostili capiti illuderet. Metiebantur enim Dauidem ex suis moribus, & illum putabant ex
eo spectaculo capturum esse magnam voluptatem. Homines nunquam possunt ita esse in tuto,
quin illis semper impendeant grauia mala. Isbosethus domi erat in cubiculo, in lecto suo planē
securus & dormiens, tamen interficitur. Quare, quicquid agimus, etiam cùm dormitum nos reci
pimus, opus est precibus, vt vitam & salutem nostram cōmendemus Domino. Multa enim acci-
dere possunt etiam dormientibus, de quibus nunquam suspicamur. Adhæc cogitare debemus,
quoties Deus vult aliquid fieri, omnes occasiones statim eius voluntati inseruire. Adsunt in tem-
pore frumentarij, omnium animi erant in eo solo negotio occupati: rex deseritur solus in cubi-
culo.

Circumstantiæ cædis:

Nunquam in tuto sumus: ideo semper opus est precibus.

Occiditur dormiens: & erat sanè dignissimus tali morte. Nam, cùm per omnem vitam dormi
isset ignauus & iners, & in regno omnia Abneri libidini agenda ferendaq; permisisset, par erat, vt
etiam dormiens moreretur. Et nisi Deus pœnarū acerbitatem temperaret, quemadmodū ipse lo-
quitur apud Ezechielē: Iuxta iniquitates tuas, & scelera tua non feci tibi: dignus erat Isbosethus,
qui grauiori supplicio extingueretur: occupauerat enim, & inuaserat regnum alienum, & Dei vo-
luntatem de Dauide præficiendo toti regno, quantum potuit, oppugnauit, & Titanum more bel-
lum quodammodo indixit Deo. Sed, quicquid agimus, aut molimur, Deus ad extremum obtine-
bit: neq; enim sumus illo fortiores. Primus homo, cùm semel defecisset à verbo Dei, expertus est
rebellionem omnium creaturarum. Quid ergo mirum, aut nouum, si idem nunc accidat Isbose-
tho? Abner, isti latrones, & magna pars populi ab illo deficit. nimirum, quia ille defecerat à Deo.
Ita Deus pro suo singulari iudicio hostium arma conuertit in ipsos, eosque suis ipsorum viribus
opprimit. Ita enim Ammonitæ olim, ita Moabitæ, ita Syri oppressi sunt: ita hodie Papistæ suis mu
tuo vulneribus sauciantur, & cadunt.

Condigna mors Isbosethi.

Illis qui à Deo deficiunt, creaturæ rebellāt.

Ingressi sunt inquā domū.) Hîc subijcitur repetitio non otiosa, quemadmodū latrones ingressi
sint in cubiculum Isbosethi, & illū occiderint. Id enim, quemadmodū in Psalmis, & in propheta-
rū scriptis fieri solet, nō fit sine accessione, & fœnore. Hîc enim additur, illos Isbosetho abstulisse
caput, & fugisse per עַרְבָה, hoc est per deserta & solitudines. Idem enim sonat vox illa Hebraica
עַרְבָה. Itaq; cœlū illud vniuersū, quod est supra octauā sphærā, quod vacet astris, appellant eo no-
mine.

Statuunt isti pretiū præclarū sceleri suo: putant enim Dauidē sibi magnū quippiam daturum
præmij loco pro re bene gesta. Itaq; egregiè fucant & colorant orationē suā: adferre se hostile ca-
put eius videlicet, qui expetisset animam & vitam Dauidis. Hoc erat rē amplificare, & atrociorē
reddere. Multi enim sunt hostes, qui tamen eos, quos oderint, nolint interfici. Sed subijciūt: Deus
dedit tibi vltionē de inimico tuo. Ita scilicet, ornant scelus suum, vt Deū etiam interponant. Vo-
lunt enim videri fecisse id consilio & iussu Dei. Neq; certè dubito, Deū id fieri voluisse: nisi enim
quo modo voluisset, non esset factum. Scio enim Deū afflixisse Iudæos per Nabucādnezarem,
Romanum imperiū per Gothos & Vandalos, Græciam per Mahumetanos. Sed quid isti causam
reiiciunt in Deū? Non enim Deus illis nominatim mandauerat, vt interficerent regem suū. Deus
dedit filiū suum, Dominū & seruatorem nostrum dari in crucem. Non tamen ea causa, aut Iudas
proditor, aut pontifices & sacerdotes, aut populus incentor & approbator sceleris, rectè possunt
excusari. Neq; enim Deus id illis, vt facerent, præceperat. Sed Deus prædestinauerat id omnino
fieri. Fateor. At prædestinatio nō tollit naturam causarū secundarum. Alexander Magnus, cū per
vehementiā & furorem occidisset Clitum, & sese miserè afflligeret & conficeret dolore ac inedia,
omnino videretur decreuisse velle mori, accessit ad eū Aristander, & ita eum cœpit consolarii

An excusentur eo, quòd Deus ista fieri voluit.

Quid te ita perdis, &c. ex? An verò nescis, ista fuisse in fatis, & deorum voluntate contigisse, & te nihil fecisse alienum consilio summi Iouis? Aut non audisti Clitum ipsum ex somnio talia quædam sibi antea prædixisse? Visa sunt item eadem de re prodigia. Accepit hanc consolationē Alexander libenter, cœpitq; se recipere, causamq; reiecit in fatum & deos. Nos autem non ita oportet excusare peccata nostra, quasi Deus nos ad ea patranda impulerit. Isti, vt solent hypocritæ, cùm sequuti sint affectus suos, tamen præ se ferunt zelum & studium Dei. Oportuerat potiùs sine scelere transire ad Dauidem, & milites ad eum traducere, & regem coràm reprehendere, qui per vim & iniustitiam regnum retineret alienum. Sed videbant ista coniuncta esse cum periculo. Deinde captabant gratiam & primum locum apud Dauidem: cumq; id assequi non possent vera virtute, contulerunt se ad malas artes.

Quid isti latrones iustè facere potuissent.

Capita orationis duorum latronum.

Oratio, quam habuerunt apud Dauidem, ducta est à iucundo, ab honesto & vtili. Iucundum enim est, videre vltionem sumptam de inimico. Itaque Homerus ait, iram esse melle dulciorem, quòd coniunctam habeat cogitationem de explenda vltione. Atq; hoc argumentum primo loco ponunt. Deinde honestum videri volebant, quòd id Deo authore factum esset. Vtile autem erat, quòd Dauid iam, sublato inimico, acquiescere posset, & dormire in vtramq; aurem. Atq; hæc omnia illi volebant videri vno opere effecisse. At verò, cùm cogitarent de cæde Isbosethi, non Dauidi studebant, sed commodo suo, vt summum gradum obtinerent in aula Dauidis. Finis autem est quodammodo actionum nostrarum anima Verum hoc vlcus erat. Itaq; non attingunt: Deum potiùs asciscunt sceleri socium. Hoc, scilicet sophistarum est, obtendere falsas causas, veras autem reticere. Isti verò non tam præmio digni erant, quàm supplicio: idq; non Dauid solùm videt, sed etiam homines alieni à Deo tantùm præditi lumine naturæ. Fabricius enim prodidit medicum Pyrrhi: Romani remiserunt ludimagistrum Phaliscorum: Cæsar defleuit caput Pompeij, & homicidam affecit vltimo supplicio.

9 *Respondens autem Dauid ipsi Rechab & Baanah fratri eius, filijs Rimmon Beerothitæ, dixit eis, Viuit Iehouah qui redemit animam meam ex omni angustia.*

10 *Quòd eum qui renuntiauit mihi, dicendo, Ecce, mortuus est Saul (is autem erat veluti euangelizans in oculis suis) arripui & occidi eum in Siclag, qui darent ei præmium nuncij.*

11 *Quantò magis homines impios, qui interfecerunt virum iustum in domo sua super lectum suum? & nunc nónne requiram sanguinem eius de manu vestra, & auferam vos è terra?*

12 *Præcepit itaq; Dauid pueris, & interfecerunt eos, præciderunt q; manus eorum, ac pedes eorum, & suspenderunt ad piscinam in Hebron: caput verò Isboseth tulerunt, ac sepelierunt in sepulchro Abner in Hebron.*

Dauid latrones longè aliter accepit, quàm illi sperârant. Noluit enim apud se asylum & perfugium esse illis, qui dominos suos interfecissent. Sed cur hoc idem non fecit antea in Ioab? Ista inconstantia derogat nonnihil eius authoritati & fidei. Nam, quemadmodum Hieronymus pulchrè scribit aduersus Ruffinum, Inconstantia non meretur fidem. Tantum ergò hic Dauid Dauidi præstat, quantum iustitia iniustitiæ. Hîc enim, cùm decernit, homicidas esse occidendos, dicit apertè testimonium cōtra se. Et certè superior illa lènitas, qua vsus est erga Ioabum, videtur istos prouocasse ad cædem Regis. Nam fortassè si supplicium sumptum fuisset de Ioabo, isti non ita facilè accessissent ad maleficium. Henricus Angliæ Rex eius nominis octauus, cùm ad preces quorundam procerum homicidæ cuidam ignouisset, & ille rursus redijsset ad ingenium, & alium quendam occidisset, & rursus ijdem proceres sese pro illo deprecatores interponerent, Rex vehementer animo perculsus, ille ait, vnum tantùm illum priorem interfecit: nam istum posteriorem ego, inquit, occidi. Iussitq; vt de illo primo quoq; tempore sumeretur supplicium. Et sanè Dauid ita colligere antea de Ioabo debuit, vt nunc de ijs duobus latronibus concludit. Sed fortassè dices parricidium Regis magis commouisse Dauidem, quàm cædem Abneri. Grauius quidem istud multò est: fateor. Veruntamen, qui rege inferiorem occidit, eum negari non potest homicidam esse. In Gen. enim cap. 9. habetur, Si quis sanguinem fuderit, vt eius sanguis effundatur: non quòd ille Rex fuerit, qui sit occisus, sed quòd gesserit imaginem Dei. Quod vtiq; tam commune est Regibus, quàm priuatis hominibus.

Dauid in quo hîc sit accusandus.

Viuit Iehoua.) Dauid sanctè iurat. Adigebatur Lege Dei, vt supplicium sumeret de homicidis.

Tamen

obligare se voluit etiam alio vinculo iurisiurandi. Per Deum, inquit, qui me seruauit ex omni tribulatione. Quasi dicere voluerit, Non vos me seruastis, perditi nebulones: Deus est, qui meus salus est curæ. Et statim addit *Quòd cum qui renuntiauit mihi, dicendo, Ecce mortuus est Saul, &c occidi.*) Fortasse dices, Dauidem potuisse melius prætendere Legem Dei, quàm iusiurandum suum. Æquissimum enim erat, vt diceret, Deus iubet homicidas interfici: ergo luetis capite. Verùm credibile est, Dauidem non temerè aliter orationem suam instituisse. Nam de Lege eorum erat. Duo ergo sibi proposuit: primùm, vt prauum illorum prætextum, seu cogitationem, qua sibi veniam ob lenitatem Dauidis promiserant, quâue se quodammodo ministros Dei fecerant, refutaret: deinde vt scelus eorum exaggeraret. Quòd ergo illi sibi persuaserant, gratum Dauidi fore cædem Isbosethi, sentietis, inquit, mihi huiusmodi maleficia displicere. Ego enim sententiam tuli contra Amalechitam, qui tantùm acceleraſſet necem Saulis. Et quòd vos iactatis in hac re sequutos esse Dei consiliũ, impudens mendacium est. Vobis enim nihil minus curæ est, quàm quid Deus velit: siquidem impij estis. Deinde amplificat illorum scelus ab exemplo. Ego, inquit, occidi iussi Amalechitam. Hoc argumentum videri potest ductum nõ solum ab exemplo, sed etiam à iudicato. Ex eo enim, quod antea fecerat, statuit quid sibi nunc sit faciendum. Nam qui semel rectè iudicauit, videtur sibi imponere necessitatem ita in posterum iudicandi. Ego interfici iussi Amalechitam, tantùm, quòd Saulem pressisset morientem. Quantò magis vos occidendi estis, qui virum iustum occidistis domi in cubiculo, in lecto suo? Nam ille hostis erat, Amalechita, alienus à populo Dei, vt aliquo modo impunè illi licuerit hosti suo interfecto insultare. Vos aũt et vicini estis, & Beniamitæ, & tribules Isbosethi, & ab eius patre Saule affecti beneficijs. Ille pressit tantùm corpus Saulis, cùm iaceret moribundus, cumq; nullo modo posset nec mortem, nec hostem effugere: cumq; instar magni beneficij videri potuerit, quocunq; modo iuuare morientem. Vos Isbosethum oppressistis in lecto dormientem, & securũ, & nihil minus quàm de vobis cogitantem. Ego tum tener eram & imbecillus, & in Siclag tantùm imperaui: nunc autem factus sum rex, & omnium oculos atq; animos in me coniectos habeo, multò magis ergo pereundum vobis est. Et sanè Amalechita putauit fore, vt sibi donaretur à Dauide magnum aliquod præmium. Ita enim solent, qui aliquid læti nuntiant, vt quodammodo communicetur gaudium. Dauid autem illum non tantùm non præmio affecit, sed occidi iussit.

Cur non citet legem Dei.

Argumentũ à præiudicio.

At dices: quo modo appellare potuit Dauid Isbosethum hominem iustum? Is enim & tenebat alienum regnum, & author erat maximi schismatis in illa republica. Hieronymus in 16. cap. Ezechielis ait, aliquem bifariam posse appellari iustum: vel simpliciter, vel ex collatione. Simpliciter non tantùm non Isbosethus, sed ne alius quidem vnquam quisquam dici potuit iustus, præter vnum Iesum Christum. Ex collatione autem Isbosethus potuit videri iustus, si cum illis latronibus conferretur. Nullo enim illos affecerat tanto malo, vt ab eis debuerit occidi. Ad hunc modum Deus apud Ezechielem ait, Iudam iustificasse sorores suas Samariam & Sodomam. Isti vltrò, & volentes confitentur scelus suum, & sese induunt in laqueum. Ita sæpe impij, nemine accusante, vltrò sese conijciunt in potestatem carnificis.

Iustus simpliciter & per collationem.

Præcepit itaq; Dauid pueris, & interfecerunt eos.) Dauid cùm pronuntiasset sententiam capitis, iussit homicidas interfici à suis satellitibus. Non enim adhuc institutus erat carnifex publicus. Vult eos è terra tolli, vt expietur terra. Nam terra ipsa videtur hominum flagitijs contaminari. Ex hoc exemplo videmus, gratiam principum non esse quærendam per scelera. Suis enim Dauid præcidit viam, vt ne ijs malis artibus fauorem suum ambiant. Isti verò de Dauide pessimè cogitabant, illum nempe crudeli esse animo & tyrannico, qui delectaretur maleficijs. Docemur etiam ex hoc loco, non esse gaudendum cæde aut calamitate hostis, sed tantùm cogitandum illa iustène an iniustè obierit. Nam Dauid in nece Isbosethi nec triumphos egit, nec ridet, neq; flagitijs applaudit, sed tantùm cogitat de tollendis sontibus. Eodem ergo in negotio & seuerus fuit & clemens: seuerus quidem in homicidas, clemens autem erga domum Saulis. Dauid fretus promissione diuina, prorsus Deo commendauerat causam suam. Isti autem anteuertere voluerũt consilio Dei, & voluntati Dauidis: Itaq; nisi Dauid de illis sumpsisset suppliciũ, venire potuisset suspicionem, quasi illos latrones subornasset. *Præciderunt q; manus eorum.*) Præcidit manus & pedes. Facit id vltra præscriptum legis. Sed fas erat magistratui, propter atrocitatem & magnitudinẽ peccati, aggrauare supplicia. Ita etiã ipse Dauid, cũ audisset ex Nathane, diuitem quendam surripuisse ouem homini pauperi, quam habebat vnicam, eamq; coctã apposuisse hospiti suo, dixit, illum redditurum esse octo oues: cùm lex præscriberet tantùm reddendas esse quatuor. Quidam Rabbini dicunt, nihil imminui posse de supplicijs, quæ nominatim scripta sint in lege: illa enim pro sua misericordia decreuisse supplicia, quàm possint esse æquissima & minima: ag-

Vsus huius exempli.

Magistratus potest aggrauare pœnas.

grauari tamen ea, & augeri posse: vbi crimen ex circumstantijs grauius visum fuerit. Ita Adonibezech amputati sunt digiti manuum & pedum: quòd ille antea idem fecisset septuaginta Regibus. Amputari autem istis Dauid iussit manus & pedes, quòd illæ partes eos maximè iuuissent in scelere. Ita ablata est manus Nicanoris, & suffixa ex aduerso templo Dei, quòd ille ea porrecta minitatus esset, se velle templum Dei demoliri. Quanquàm id ipsum Antonius fecit in Cicerone ludibrij causa, & ignominiæ. *Et suspenderunt ad piscinam in Hebron.*) Publicè manus illas & pedes suffigi iussit in oculis omnium. Supplicia enim non priuatim sumenda sunt, sed publicè: vt alij omnes & agnoscere possint iudicium Dei, & maledictionem aduersus peccata, & reuocari à maleficijs. Hæc acerbitas supplicij facit ad conciliandos animos multitudinis Israelitarum: nam inde viderunt Dauidis innocentiam & iustum animum. In Deut. præcipitur, cadauera tollenda esse de cruce ante noctem. An ita Dauid fecerit, non adscribitur. Sed credibile est, eum, vt erat obseruans legis, ita fecisse. Caput Isbosethi condi iubet in sepulchro Abneri. Mirum est, eum illud non misisse ad Isbenses, vt vnà cùm Saule & Ionatha sepeliretur. Quanquam hic quoq; satis honorificè sepelitur, & mandatur sepulchro cognati sui.

CAPVT V.

VEnerunt autem omnes tribus Israelis ad Dauidem in Hebron, atq; dixerunt hoc modo, Ecce, nos os tuum & caro tua sumus.

2 *Et heri & nudius tertius quum esset Saul Rex super nos, tu educebas & introducebas Israelem. Dixitq; Iehouáh tibi, Tu pasces populum meum Israelem, & tu eris dux super Israelem.*

3 *Venerunt autem omnes seniores Israelis ad Regem in Hebron, & percussit cùm eis Rex Dauid fœdus in Hebron coràm Iehouáh, & vnxerunt Dauidem in Regem super Israelem.*

4 *Filius triginta annorum erat Dauid quando regnauit, & quadraginta annis regnauit.*

5 *In Hebron regnauit super Iehudáh septem annis & sex mensibus: & in Ierusalaim regnauit triginta & tribus annis super Israelem & Iehudáh.*

Diuisio capitis

IN hoc capite exponitur, quid sequutum sit post cædem Isbosethi. Ita autem hæc narratio distribuitur, vt primo loco describatur noua inauguratio Dauidis: non enim nunc vni tantùm tribui præfuturus est, sed toti populo: in altero expugnatio arcis Sionis: in tertio amicitia inita cùm Rege Hiramo: postremò duplex bellum susceptum aduersus Palæstinos: non quidem quòd Dauid bellum illis vltrò intulerit: sed quòd ab illis illatum fortiter repulerit: eosq; duobus conflictibus fregerit, & profligârit.

Noua inauguratio Dauidis.

Quod ad primum attinet, extincto Isbosetho, omnes tribus Hebronem ad Dauidem confluxerunt, illumq; sibi Regem communibus & consentientibus suffragijs delegerunt. Quòd autem dicitur, omnes tribus, intelligere debemus, ex omnibus tribubus veniisse aliquot millia. Qui verò, & quot ad illum venerint, in 1. lib. Paralip. cap. 12. describitur diligenter. Permagni refert ad stabilitatem regni, habere populum, qui sese vltrò & libenter subijciat Regi suo. Sed in hac historia non obscurè præluditur nobis regnum Christi. Is enim delegit sibi populum spontaneum. Et Dauid in Psal. 110. de illo canit: Populus tuus spontaneus est. Christus enim, non fallaciis, aut malis artibus, sed spiritu suo, & sacro impulsu populum suum ad se adducit. Ita hic Deus ducit animos Israelitarum, & arcana quadam vi persuadet, vt sese adiungant ad Dauidem. Quemadmodum enim Magnes vi quadam sua attrahit ad se ferrum, ita spiritus Dei flectit & fingit hominum corda, quæ tumuis dura & obstinata, vt vltrò suis consilijs obsequantur. Ita aperta iam & facilis via munitur Dauidi ad Regnum. Satis enim iam apparet, Deum secundum illum pronuntiasse. Nam cùm Ionathas, Abner, & Isbosethus essent mortui, & solus ex omni familia Saulis superesset Mephibosethus idemq; esset claudus, & ineptus ad Regnum, quid præterea supererat, nisi vt populus totus sese conferret ad Dauidem? Id autem nulla vi, aut ope humana fieri potuit, sed tantùm suasu, atq; impulsu Dei. Itaque Dauid in Psalmo his verbis Deo gratias agit: Qui subdis populos meos sub me. Deus enim, cùm vult, colligit & conciliat animos populi principi suo: eosq;, cùm vult, rursus auertit ab eo & alienat.

Typus regni Christi.

Dauidi regnū vltro offerunt.

Omnes istæ tribus diu multumq; omnia tentauerant, vt regnum retinerent in familia Saulis: sed

videret omnia sua consilia frustra cecidisse, cœperunt Dauidem toties spretum & contemptum repetere. Nunc ergo vltrò offertur Dauidi regnum, non per seditionem aut malas artes liberè, & magno studio, ac voluntate totius populi. Erat hoc bonum non tantùm maximum, sed etiam insperatum, & repentinum. Nemo enim sperare potuisset, futurum aliquando, vt omnes, mutatis animis, tàm facilè, & tanto cum studio confluerent ad Dauidem. Nunc tamen aliquando tandem incipiunt rem melius intelligere, & redire in viam. Habent ergo apud Dauidem ornatam & elegantem orationem, eamq; partim ab honesto ductam, partim ab vtili. Sumus, inquiunt, tuum, & caro tua: hoc est, sumus cognati tui, tecum videlicet, & sanguine, & stirpe coniuncti. Deinde tu ita meritus es de repub. vt nemo sit hoc honore & nomine regio te vno dignior. Seruasti enim ordines, & prudenter ac feliciter res gessisti. Deinde etiam Deus ipse mandauit tibi, vt pascas populum suum. *Summa oratiònis populi ad Dauidem.*

Quod ad primũ attinet, magnum pondus est in eo, quòd dicunt, *Os tuum & caro tua sumus.*) Deus enim in Deut. cap. 17. iubet, vt, si velint sibi Regẽ eligere, ne eligant alienũ, sed vnũ aliquem ex numero fratrũ suorum. Tu, inquiunt, talis es, ex genere, nimirum, & sanguine nostro: etsi non ex eadem tribu, tamen ex eodẽ patriarcha Iacobo procreatus. Nihil ergo alienum facimus à Lege Dei, cùm te nobis regem designamus. Cumq; dicunt, Nos os tuũ sumus, & caro tua, è diuerso colligitur alia similis propositio: tu os nostrum es, & caro nostra. Hoc idem multo verius & melius intelligimus effectum esse in Christo. Ille enim nostra causa homo factus est: & vt scribitur ad Hebræos, vt pueri participarunt de carne & sanguine, ipse quoq; similiter ea participauit: vtq; Paulus ait ad Ephes. Nos sumus os de ossibus eius, & caro de carne eius. Quo in loco, vt ea verba ouem exponam, Paulus pulchrè alludit ad id, quòd Eua condita est ex Adamo. Nam ea corpulentam suam substantiam habuit ex carne atq; ossibus Adami. Ex eo aũt intelligere debemus, Ecclesiam nõ posse procreari, nisi ex carnibus atq; ossibus Christi, quæ pro nobis sublata sunt in cruce. Caro enim Christi ita oblata & tradita, canalis quòdammodo est, per quem omnes ad nos vitæ deferuntur: nõ quòd nos in Eucharistia, quemadmodũ quidam somniant, carnẽ & sanguinem Christi realiter comedamus & bibamus: sed primùm, quòd ille carnem nostrã susceperit: deinde etiam quòd eadem eius caro nobis vicissim per fidem credentibus cõmunicetur. Obiter annotandum est, Deum ideirco noluisse exterum & peregrinũ regem præesse populo suo, quòd oporteat populum obsequi principi suo ad incolumitatem & salutem reipub. deinde etiam, quòd nihil magis fit ex vsu reipub. quàm vt princeps sit gratus apud populum. At ista vel nunquam, vel rarissimè eueniunt, vt peregrinus impetret. *Deus voluit alienigenum eligere.* *Quomodo hoc in Christo effectum sit.* *Cur Deus noluerit alienigenum regem.*

Et heri & nudiustertius, quum esset Saul Rex super nos, educebas Israelem.) Alterum argumentum erat à rebus gestis. Tu, inquiunt, educebas & reducebas Israel, cùm Saul adhuc viueret. Ita illum laudant partim ab vsu & scientia rei militaris: partim à felicitate in rebus gerendis. Ac si dicerent: Non deligimus nobis tyronem, aut nouitium principem: sed hominem experientissimum, qui tot annos in administranda repub. exercitatũ. Ex his apparet, Israelitas id maximè spectasse in rege suo, vt esset peritus rei bellicæ. *Argumentũ à rebus gestis.*

Dixitq; Iehouah tibi: Tu pasce populum meum Israelem.) Vltimum argumentum, illudq; longè omnium grauissimum, sumitur à verbis Dei. Ille te elegit, & per obscuras significationes dedit voluntatis suæ. In Deut. autem, in lege regia, nominatim cauetur, ne quem alium sibi populus Israëliticus regem præficeret, quàm quem Deus ipse designasset. Nunc aũt satis constabat de voluntate Dei: atq; ideirco electio rata erat & stabilis: & ita stabilis vt duraturi erit vsq; ad Christum. Is autem iam regnat non in vnum annum, aut alterum, sed in æternum. Regni enim eius non erit finis. Tamen Deus ante Dauidem voluit regem esse Saulem: postea illud ipsum regnũ Dauidis interrumpi primùm per captiuitatem Babylonicam, deinde per Idumæos, postremò etiam per Idumæos: nam ex illis oriundus est Herodes. Qua in re Deo nobis quidem, qui ad omnia diuina cæcutimus, videri potest mutasse voluntatem suam. Ipse suas rationes suas probè habet exploratas: & quicquid agat, nunquam mutatur. *Tu pasces.*) Priùs ista dicta fuerant per Samuelem, & fortasse etiam per alios prophetas. Deinde etiam credibile est istos non fuisse oblitos, Deum prædixisse per Iacobum regnum fore in tribu Iuda. *Argumentũ à verbo Dei.*

In hac parte historiæ duo nobis obseruanda sunt: primùm, vt in rebus aduersis nos totos permittamus voluntati Dei, & eius auxilium tranquillè ac patienter expectemus: ita nobis omnia feliciter succedent, quocunq; modo res cadat: & ea patientia indicabimus fidem nostram, & quanti eam faciamus. At si volumus eius consilijs anteuertere, primũ turpiter præcipitabimus, deinde videbimur Deo diffidere. Et certè si Deus ipse velit differre consilia sua, insana proteruia est nos nolimus expectare, sed primo quoq; tempore velimus eius promissa perfici. Allegant verbũ Dei: illud ergo apparet iam tum fuisse publicè & vulgò promulgatũ. Ita sæpe fit, vt po- *In rebus aduersis permittamus nos totos Deo.*

pulus cùm sciat voluntatem Dei, tamen nolit illi se subijcere. Isti, etsi viderent, Deum omnino decreuisse Dauidem fore regem, hactenus tamen sese illi opposuerant. Hodie quoq; permulti sunt inter Papistas, qui cùm sciant & fateantur, omnia in illa religione corrupta & deprauata esse, tamè non putant satis esse causæ, quamobrē debeant ab illis deficere. Isti tam ornata & tā graui oratione, videntur quodammodo seipsos accusare. Nam ita illis potuisset obijci: Si Dauid caro vestra erat, cur illū non iuuistis? Si seruauit rempub. cur vos ad Isbosethum potius contulistis? Si habebatis verbum Dei, cur tam diu distulistis? Alterum, quod dixi hoc loco annotandum est, de munere, & fine regis. Vt pascas, inquiunt, populum. Hanc enim ob causam creantur reges, vt pascant, & alant populum. Non enim populus propter reges factus est, sed reges propter populum. Pascere autem, etsi vnum sit verbum, tamen multiplicem functionem continet. Reges enim cùm iubentur pascere populum, iubentur curare, vt verbum Dei audiatur, vt ministerium diligenter, & rectè colatur, vt ius dicatur, vt suum cuiq; reddatur, vt hostes repellantur, vt orphani, vidui, & miseri defendantur. Munus tuum est, vt pascas, non vt prædas ex tuis agas. Id non malè vidit Ethnicus poeta, cùm reges appellaret ποιμένας λαῶν. Christus etiam se appellat pastorem bonum. Est autem pastoris, non tantùm pascere, sed etiam arcere lupos, & gregem modò continere in stabulis, modò ad aquas ducere, modò in salubria pascua immittere, modò à noxijs abigere. Princeps pastorum Deus ipse est, cæteri autem principes, eius sunt quodammodo vicarij. Principes ergo non tyranni esse debent, aut expilatores populi: sed amici, patroni, tutores, & patres patriæ. Itaque rectè Ezechiel reprehendit pastores illos, qui seipsos pascerent, & gregem contemnerent. Sensit enim, ne quis nesciat, non tantùm ministros verbi, verùm etiam Reges, & ciuiles magistratus. Dauid ipse in Psalmis ait, se ab ouibus sublatum fuisse ad Regnum. Et Christus piscatores sibi delegit ministros Euangelij: nimirum, vt ex pristino vitæ genere scirent, quemadmodum se deberent gerere.

Finis regni.

Pascere.

Venerunt autem omnes seniores Israelis ad Regem in Hebron.) Venerunt ad Dauidem primores populi, & principes tribuum. Deus enim noluit ista impetu populari fieri, sed graniter & seriò per magistratum. Atq; ita isti & ornant electionem suam, & Dauidem liberant omni suspicione de cæde Isbosethi. Fœdus initum est inter Dauidem & populum: vt vtraque pars coleret officium suum: videlicet, vt ille pasceret, illi obsequerentur: vtriq; autem, quasi magistratui, sequerentur Legem Dei. Hìc videmus leges imponendas esse etiam principibus & Regibus: nec licere cuiquā liberè & ex sua libidine imperare. Amussis certissima est lex Dei, ad quā cùm princeps omnia facta & consilia sua dirigat, minus aberrat. Suam enim voluntatē tantùm sequi, & dicere, sic volo, sic iubeo, violentū genus dominandi est & tyrannicum: neq; vnquam esse potest diuturnum. Neq; illi sanè Reges videri possunt, cū subditos suos nō pro hominibus habeant, sed pro pecudibus. Lex autem illa, quā sibi proponere & semper spectare oportuit principē, scripta erat cap. 17. Deut. Ibi enim diserte præcipitur Regi, ne multiplicet equitatū, ne populum reducat in Ægyptum, ne asciscat sibi magnum numerum vxorum, ne accumulet thesauros, & magnam vim pecuniæ: vt habeat apud se descriptū librū legis, vtq; in eo diu noctuq; versetur, postremò ne sese efferat insolentius, & premat & conculcet fratres suos. Sed Dauid vltrò ac sponte obstrinxit se ad alia etiam multa, peculiariter obseruanda, quæ commemorantur Psal. 101. Initū est fœdus, vt dominatio illa Dauidis esset & pia, & iusta, & clemens: pia primum, vt imperaret sanctè, idq; ex præscripto legis: iusta, ne vim cuiquā aut ipse adferret, aut adferri ab alio pateretur: clemens, ne de conditione sua nimiùm impotenter insolesceret. Rabbini autem, qui semper humi tantùm repunt, & alta spectare non possunt, dicunt populū voluisse sanciri hoc fœdus, ne Dauid postea de ipsis pœnas sumeret, quod defecissent ad Isbosethū, & illi tam diu restitissent. Verùm ista nō scribuntur in historia, & ea quæ nos adduximus, videntur magis probabilia. Fœdus initum est coràm domino. Hoc adscriptū est, quòd ibi esset sacerdos aliquis, aut propheta, cū Vrim, & Thumim, & inuocauerit nomē Domini: quod semper fieri solebat, cùm aliquid magni momenti, quodq; ad Rempub. pertineret, instituerabatur. Potest etiā dici, hæc facta fuisse coràm Domino, quòd vtraq; pars sese obstrinxerit iureiurando, & Deum ipsum conuentorum & pactorum testem interposuerit: vel etiam quòd cœtus populi frequens adfuerit, & Deus promiserit, sese sanctis conuentibus legitimè in ipsius nomine congregatis interfuturum: vel postremò, quòd, quemadmodum scribitur in Gen. de Abrahamo, ædificârit excelsum & altare in Hebron, vbi sacrificia fierent, & inuocaretur nomen Domini. Illudq; excelsum eo in loco ad hæc vsque tempora durasse, colligi potest ex historia ipsa Regum. Nam cùm Absolom restitutus esset in gratiam apud patrem, orauit eum, vt sibi facultatē faceret eundi in Hebron, ad offerendū victimas, quas vocauerat in exilio. *Et vnxerunt Dauidem in Regem super Israel.*) Vnxerunt Dauidē vel per prophetā aliquem extraordinaria ratione, vel de more per pontificem.

Fœdus inter regem et populū

Fœdus de Lege Dei Deut. 17

Fœdus initum coram Domino:

Dauid ter vnctus.

Atq;

Dauid ter vnctus est: primũ priuatim à Samuele in ædibus patris: post super Iudam: post super totũ Israel. Atq; ea re clarissimè nobis retulit seruatorem nostrũ Iesum Christum. Is etiam ter declaratus est filius Dei. Primũ enim cũ tingeretur in Iordane, vox patris de cœlo facta est, Hic est filius meus. Eadẽ postea secundo audita est eisdem verbis, cũ Christus transfiguraretur in Thabor. Tertio etiam eadem insonuit de cœlo, vt habetur in 12. cap. Ioannis, ὑπέρασα, καὶ δοξάσω. 1. Paralipomenon 11. additur, Dauidem fuisse vnctum iuxta verbum Domini, quod factum fuerat per Samuelem: & populum instituisse epulum publicum, & triduum totum celebre conuiuium, & vno corde, hoc est, summa animorum coniunctione ornasse inaugurationem regis. Ita Dauid regnare cœpit coactus potius à populo ad imperandum, quàm quòd ille populum adegerit ad obsequendum, cùm ageret annum ætatis trigesimum. Ætas ea virilis est, ac tempestiue ad gerendam Rempublicam. Nam alioqui scripturæ docent magnam esse donationem Dei, si aut puer, aut mulier imperet. Ea Christus etiam ætate fuit, cùm à Iohanne tingeretur in Iordane. Regnauit annos quadraginta: sex videlicet annos cum sex mensibus in Hebron, & triginta in Hierusalem. Longum quidem tempus, sed necessarium ad res constituendum vt bonum regnum quàm altissimas radices ageret. *Mulier imperans.*

6 *Abiit autem Rex & viri eius in Ierusalaim, ad Iebusæum habitatorem terræ, dixitq; Dauidi hoc modo, Non ingredieris huc nisi remoueris cæcos & claudos, tanquàm dicerent, Non ingredietur Dauid huc.*

7 *Cepit tamen Dauid arcem Sijon: ipsa est ciuitas Dauidis.*

8 *Dixit nanq; Dauid die illa, Quisquis percusserit Iebusæum & attigerit canales, claudos cæcosq; odio habitos ab anima Dauidis, ideo dixerunt, Cæcus & claudus non intrabit domum.*

9 *Et habitauit Dauid in ea arce, vocauitq; eam ciuitatem Dauidis: & ædificauit Dauid per circuitum à Millo, & introrsum.*

10 *Et ibat Dauid eundo & crescendo, & Iehouáh Deus exercituum erat cum eo.*

Statim Dauid, ne populus putaret, se sibi inertem & ignauum Regem delegisse, obsidere cœpit Iebus. Neq; id tamen aut ambitiosè fecit, aut temerè, sed prudenter, & ex officio. Erat enim Regis, terram sibi datam à Deo quàm primum in suam potestatem vendicare. Ea autẽ terra non erat tribui Iudæ, & tribui Biniamin. Populus ad celebrandam coronationem Dauidis venerat armatus. Tàm commodam & opportunam occasionem Dauid perire noluit. Itaque populum statim à publica celebritate traduxit ad obsidionem Iebusæorum. Ita Christus, cùm excepisset faustis acclamationibus populi, & sedens in asino audisset, Ozanna filio Dauid, statim se contulit ad templum, vt ementes & vendentes, & pharisæorum ac sacerdotum sordes & corruptelas eijceret. Ita Dauidi vncto iam & publicè declarato Rege prima cura fuit, vt Iebusæos, hoc est, homines idololatras è regia ciuitate exturbaret. Locus autem ille commodissimus videbatur, vbi & diuinum ius & humanum redderetur. Nam, quod attinet ad ius diuinum, ciuitas ea fuerat posita in medio, vt omnes tribus possent ad eam commodissimè quotannis conuenire ad audiendam Legem Dei. Par autem fuit, vt etiam humanum ius eodem in loco diceretur. Iusserat olim Deus antea, ne quis locus ad hæc officia caperetur, nisi quem ipse indicasset. Iam Dauid afflatus Spiritu sancto videt hunc illum esse locum. Fuit etiam ibi mons Moria, in quo Abrahamus obtulerat vello sacrificare filium suum Isaacum. Ciuitas ea dicta fuerat aliquando Salem, & in ea regnauerat olim Melchisedech. Postea, cùm occupata esset à Iebusæis, dicta est Iebus: & ex illis duobus vocibus Iebus, & Salem, fortasse postea mutatis quibusdam literis, appellata est Ierusalem. Nam quòd quidam dicunt, Hierusalem dictam esse à Solymis montibus, mihi non fit verisimile. Illi enim montes, non in Iudæa sunt, sed in Pisidia. Fuit ea olim nobilissima ciuitas & potentissimis Regibus, & rebus gestis: maximè verò, quòd Christus in carne in eà versatus sit, atque Lex & Euangelium ex ea manauerit in totum orbem terrarum. Nunc autem vix est vllus pagus: imò, nisi esset ibi sepulchrum Christi, fortasse hodie non agnosceretur. In decimotertio capite Iosue scribitur, tribum Iuda cœpisse, atque habitasse illam ciuitatem: sed non potuisse ejicere Iebusæos. Postea capite decimooctauo additur, habitasse etiam ibi Biniamitas, terram illa data erat communiter vtrique tribui: & tamen ne sic quidem Iebusæos potuisse exturbare. In primo verò capite Iudicum scribitur, tribum Iudæ vastasse atque incendisse omnia, & Iud. 19. nimirum Iebusæos eiecisse: sed eosdem tamen postea redijsse. In historia Iudicum Leuita, cùm iret cùm vxore, & admonitus esset à seruo, cùm iam nocte opprimeretur, vt diuerteret ad ci-

Cur statim obsederit Hierusalem.

Dignitas vrbis Hierosolymæ.

uitatem Hiebus, respondit se nolle, quòd esset ciuitas alienigenarum. Ex eo apparet, ad illa vsque tempora ibi hæsisse Iebusæos. Tamen, quòd esset ciuitas nobilissima, & imprimis celebris, Dauid in ea suffigi iusserat caput Goliathi. Tanto tempore arx eius ciuitatis expugnari à Iudæis non potuit. Iebusæi enim habebant ibi firmissimum præsidium, idq; cùm summo probro Iudæorum. Scilicet ea laus vni Dauidi seruabatur. Nam Saul ne oppugnauit quidem eam vnquam: Dauid primo impetu eam & obsidet, & capit: tantum Rex Regi præstat. Ita, cùm arcem cælorũ nemo hominum potuisset vnquam expugnare, Christus solus in eam inuasit, eamq; nobis patefecit.

Quid hic intelligantur cæci & claudi.

Non ingredieris huc, nisi remoueris claudos & cæcos.) Iebusæi nihil perterrefacti cœperunt Dauidi illudere. Nisi cęcos, inquiunt, & claudos eieceris, non poteris hanc arcem obtinere. Locus est ambiguus, & ab interpretibus variè exponitur. Quidam putant, in illo fœdere, quod Abraham & Isaachus olim percusserant cum Abimelecho, etiam Iebusęos fuisse comprehensos. Illos autẽ pollicitos fuisse, se nec illis, nec illorum posteris vnquã nocituros. Iebusæos autẽ excitasse postea duas statuas Isaachi, & Iacobi, & illas appellasse hoc loco claudos, & cæcos: quod Isaachus iã senior cœpisset cæcutire, & Iacobus luctando cum angelo factus fuisset claudus. Sensum ergo esse: nisi abstuleris cæcos & claudos, id est, nisi solueris fœdus, quod olim nobiscũ Isaachus & Iacobus pepigerunt, nõ potes hanc arcem obtinere. Sed hæc interpretatio multis modis potest refutari. Primũ enim, si Isaachus & Iacobus pepigerunt fœdus cũ Iebusæis, seipsos tantùm obstringere potuerunt, non etiã nepotes suos. Deinde nullũ fœdus tam sanctũ esse potest, quod frustrari debeat voluntatẽ Dei. Deus aũt terram illam iam olim dederat Israelitis. Adhæc Abimelechus rex fuit Palęstinorũ. Palæstini oriundi erant à Misraim, Iebusæi verò à Chenaan. Quare illud fœdus magis ad Palæstinos fecisset, quàm ad Iebusæos. Mitto verò fabulã illam, qua Rabbini narrãt sub hoc ipsum tempus mortuũ fuisse nepotem Abimelechi: atq; ita exijsse tempus fœderis. Quis enim hoc nosse potuit? aut quæ scriptura id vnquã indicauit? Iosephus ait, locum illum fuisse egregiè munitum, & ea fiducia fretos Iebusæos, posuisse cæcos & claudos, hoc est, imbellẽ multitudinem in mœnibus: idq; in contumeliã Dauidis: quasi ille lusurus esset operam: & arx ea etiã sine milite defendi posset. Commemoratur etiam similis historia ex Eze. Tyrios fretos arcibus suis, & robore, ac munitione ciuitatis, posuisse pygmæos in mœnibus, eosq; cum arcubus laxatis & tritis. Paraphrastes verò Chaldæus hũc locũ sic exponit: nisi abstuleris peccatores: eos enim vocari claudos & cæcos. Atq; ex eo liquere, Dauidem habuisse amicos in ea ciuitate: quamuis maior pars esset Iebusæorũ. Homines aũt alieni à Deo rectè appellantur cæci & claudi. Cæci, quòd nihil rectè videant: claudi, quòd nihil rectè faciant. Si quid enim fortè rectè velint, tamen id dimidia tantùm ex parte volant. Alij putant, Iebusæos fretos idolis suis ista respõdisse, & diuos suos appellasse cæcos & claudos. Habẽt enim oculos, & nõ vident: habent pedes, & non ambulant. Hic ergo erit sensus: Nisi tu abstuleris numina nostra, quæ tu appellare soles cæca & clauda, nihil effeceris. Atqui ea nunquam auferes. Quare frustra nos oppugnas. Ita illi præsidium arcis cõmendabant idolis suis: vt hodie Papistę solent Georgio, Barbaræ, & nescio quibus alijs diuis tutelaribus. Sed illi tulerunt pœnas stultitiæ suæ. Postea enim vnà cũ dijs suis venerunt in potestatem Dauidis. Isti sunt, quos in historia legimus Dauidem summo fuisse odio prosecutũ, quòd contumeliosè loquuti fuissent in Deũ Israel.

Ezech. 27. ca.

Dixit namq; Dauid die illa: Quisquis percusserit Iebusæum.) Dauid proponit in medio præmia illi, qui primus perfregisset canales, & inuasisset arcem, & Iebusæos: ac nominatim cæcos & claudos expulisset: proponi autem solent præmia ad excitandos hominum animos. Nemo enim ferè est, qui suscipere velit facinus magnum & memorabile: præsertim quòd sit coniunctum cũ periculo, nisi magna aliqua mercede prouocatus. Illud videlicet est ingeniũ humanæ naturæ. Carnem enim circumferimus, & sæpè abducimur cupiditatibus. Nam alioqui honestum per se colendum erat. Quod si faceremus, nihil esset opus præmijs. Sed hanc tarditatẽ atq; ingratitudinem nostrã etiam Ethnici viderunt: & ea causa militibus suis coronas, ciuicas, si quis ciuem seruasset, & murales si quis primus ascendisset in mœnia, Imperatori verò, si hostẽ fortiter profligasset, laureã proposuerunt. Et Deus ipse in Deut. obseruantibus legis suæ benedictiones, & varia ac multiplicia bona pollicetur. Christus quoq; in Euangelio: Centuplũ, inquit, recipietis, & vitã æternã possidebitis: & vbi ego ero, ibi minister meus erit: &, quem non puduerit mei coram hominibus, eius non pudebit me coram patre meo. Quòd si quæras, an harũ mercedũ causa liceat amare Deum, & virtutẽ vt uere, facilè est respondere, si ista ponantur tanquàm propriæ causæ, nõ licere. Deus enim vt summum bonum, & sua tantùm causa, & propter se amandus est. At si ita considerentur, vt nos tantùm prouocant, & stupidos ac iacentes ad bonũ incitant, ita possumus illis rectè & vtiliter cõsentire. Neq; enim frustra mercedes promittuntur rectè agentibus, non tantùm in lege, sed etiam in Euangelio. Deus enim satis videt infirmitati atq; ignauiæ nostræ opus esse huiusmodi stimulis. Nec Deum debemus amare propter præmia, sed ipsa præmia propter Deum. Dauid autem, quoniam

Cur præmia proponantur.

An liceat Deũ amare mercedis causa.

...q; in re, vt in alijs plærisq; omnibus adumbrauit Christũ, idcirco animos suorum ad vir... ad strenuè agendũ inflammauit præmijs. Ex eo autem ipso, quòd præmia proponuntur, ... posse possumus, obsidionẽ illam fuisse valde periculosam & difficilem. Nam ad res faciles non ... mercedibus prouocari. Quid autẽ mercedis loco promiserit, nõ apparet ex hac historia. ... abrupta oratio, & ecliptica. Si quis, inquit, perfregerit canales, & irruperit in arcem: nihil ... addit, quod expleat sententiam. Ita in Gen. legimus, Deum posuisse signum in Caino: quod ... illud signum fuerit, non adscribitur. Verùm, quod hîc desideratur, expletur in Paralip. Ibi ... Dauid pollicetur, illum fore principem totius exercitus. Est quidem non parum præfici de... aut quinquaginta, aut centũ militibus: at præesse exercitui vniuerso, & exercitui Israelitico, ... è necesse est summè fuisse honorificum. Quis ista præstiterit, quod hîc tacetur, adscribitur in ... Ibi enim additur, fuisse Ioabum: illumq; ea causa factum fuisse principem militiæ. Quo... huiusmodi præmia proponuntur, semper intelligi debet, quantũ liceat per legẽ Dei. Hoc ideir... quia, si quis fortè sceleratus & impius, vt fit, ista præstitisset, qui supplicio potius, quã præ... ficiendus esset. Dauid nõ debuisset promissis suis stare. Semper enim pacta & promissa hu... cedere debent legi Dei. Chaleb in lib. Iud. pollicitus est, eum qui expugnasset Hebron, fore ... generũ. Sed quid si frater, aut alioqui cognatus aliquis, quo cum non licuisset per legẽ Dei con... matrimonium, id præstitisset, oportuissetne Chalebum etiã contra legẽ promissa facere? ... opinor. Ne Dauid quidẽ istam præfecturam dare debuit Ioabo homini nefario, & multis la... cõtaminato. Sed Dauid homo erat, & nisi id spiritus impulsu fecerit, certè peccauit. Spiritũ ... sanctum id suasisse, vix est credibile. De ordine oppugnationis alij aliter sentiunt. Quidam ... inquiunt, illum primum cœpisse arcẽ: & postea proposuisse militibus præmia vt aggrederentur ciui... Iosephus autẽ scribit, eum primum expugnasse ciuitatẽ: deinde quòd inter eam & arcem in ... interposita esset vorago, vt obsidio futura esset difficilis, idcirco eum præmiorum pollicitatio ... animos militibus addidisse. Sed quicquid est, non magni refert. Et fieri potest, vt ista per antici... nem, aut ὕστερον πρότερον alieno loco sint collocata. *Ideo dixerunt, Cæcus & claudus non intrabit do...*) Hinc iactari cœpit vulgò prouerbium, Cæcus & claudus non intrabunt domum: quæ sen... non minus obscura est, quàm illa altera, quam modò exposuimus. Quidã hîc repeti putant ... tiã illam ex Leuit. Cæcus, & claudus non ingredientur in templum Domini: nimirũ, vt sa... fiant, aut obeant ministerium. Sed nõ est verisimile, id cœptũ esse postea haberi pro prouer... quòd esset diserte scriptum & mandatum in lege Domini. Probabilius est, id prouerbij loco ... pari solitum in eum, qui id pateretur, quod molitus esset alteri. Illi minati sunt, se velle exclu... Dauidem ex arce. Sed ipsi ex ea ita eiecti sunt, vt nunquã possent in eã postea redire. Potest ... exponi de idolis, quorũ tutelæ & fidei illi præsidiũ suũ commendarant. Magnũ enim fuisset ... & piaculũ, si ea importata fuissent in templũ domini. Atq; hæ quidẽ sunt sententiæ aliorum. ... rasò id maximè placet, hoc solitũ esse dici, quoties id accidisset, quod putabatur nõ posse fie... & claudi negabant Dauidẽ captunũ arcem: & tamen cœpit. Si quis miretur scripturas sa... frutari ita diligenter originẽs prouerbiorum, scire debet, id nõ temerè fieri: prouerbia enim ... dum facere ad ornandum rerum gestarum dignitatem. Nisi enim hæc res præclara fuisset & ... morabilis, non potuisset ex ea nasci tàm celebre prouerbium. Hæc ergo commemoratio perti... ad amplificationem rei gestæ. Prouerbia autem non esse temerè contemnenda, Erasmus mul... tionibus probat: vel quòd graues Philosophi, Aristoteles, Zenobius, Chrysippus in compen... collegerint: vel quòd Iurisconsulti interdum ex illis responderint, quale est illud in Pande... ἀδὲ πάτερ, ἀδὲ μάτερ, ἀδὲ παρὰ πάτον: vel quod ea & à prophetis, & à Christo ipso vsurpata sint in sa... ministerio: quale est illud in Hieremia, Patres comederunt vuas acerbas, & dentes filiorum obstu... quodq; Christus ait in Euangelio, Arbor bona bonos fructus profert: & Cecinimus vobis, ... saltastis: & Medice cura teipsum.

Et habitauit Dauid in ea arce, vocauitq; eam ciuitatem Dauidis.) Imponit Hierosolymis no... suum: vt solent magni imperatores captis à se ciuitatibus. Ita Christus Ecclesiæ, quàm cœ... & redemit suo sanguine, imposuit nomen suum. *Et ædificauit Dauid per circuitum à Millo, &...*) Chimbi putat, Millo fuisse locum quendam amplum, & spacioſum, & aream, aut Pla... tam arcem, quem in locum populus solitus sit conuenire ad habendas conciones de repub. ... autem fuisse Millo ab implendo, quòd subinde compleretur multitudine populi. Alij pu... fuisse hiatum, aut voraginem, qua arx disiuncta fuerit à ciuitate. eamq; postea obstructã fuis... Solomone: atq; idcireo ab implendo dictum fuisse Millo per anticipationem. Ben Gerson pu... fuisse fossam inter ciuitatem & arcem, quæ semper redundaret aquis, & ab illa plenitudine & ... aquarũ nomen impositum fuisse Millo. Verùm id mihi idcirco nõ fit verisimile, quòd sciam

Quodnam proposuerit præmium.

Paralip. 11.

An simpliciter fuerit reddendum præmium

Iudic. 15

Oppugnationis ordo.

Prouerbiũ cæcus & claudus non intrabunt domum.

Cur exponitur origo prouerbij.

Prouerbiorum dignitas.

Millo.

Hieruſalem ſitam fuiſſe in loco valde ſiticuloſo,& ſemper laboraſſe aquarum penuria. Hic Dauid ædificat magnificè,& ſibi regiam conſtituit,& ciuitati nomen ſuũ imponit. Pulchrum quidem & regium eſt,ædificare ciuitates:ſed multò pulchriùs & magnificentiùs eſt,ædificare ad ſalutem. Dauid ipſe munit arcẽ:ciuitatis autem munitionẽ mandauit Ioabo: quemadmodũ apparet ex Para. Eiectis Iebuſæis, vnus tamen Orphna manet in gratia apud Dauidem, & locum ſuum in arce retinet,quòd is, quàmuis eſſet natione Iebuſæus & diues,tamen ſemper extitiſſet amicus Iudæorũ. In huius area poſtea iacta ſunt fundamenta templi. Saul in toto regno ſuo,quod quidem conſtet ex hiſtoria,nihil ædificauit. Id ſi allegoriam ſequi volumus, idcirco factum eſt,quòd qui non colunt Deum,nihil ædificent,quod faciat ad ſalutem.

Orphna non eſt eiectus.

Et ibat Dauid eundo & creſcendo.) Creuit Dauid,quoniam Dominus erat cum eo. Illud eſt vnicum fundamentum,illa radix omniũ bonorum. Noſtra enim felicitas non aliunde manat,quàm ab vno Deo. Id ergo additur tanquam cauſa eius,quod præceſſerat. Idcirco enim Dauid creuit, & auctus eſt omnibus copijs,quòd deus eſſet cùm eo. Quamuis autem Deus ſit vbiq;,tamen peculiariter,& eximia ac ſingulari quadam ratione dicitur eſſe in pijs.

11 *Miſit autem Hiram Rex Tyri legatos ad Dauidem,& ligna cedrina,& fabros lignarios,artifices q; lapidis parietis: & ædificauerunt domum Dauidi.*

12 *Et cognouit Dauid quòd confirmaſſet eum Iehouáh Regem ſuper Iſraelem, & quòd exaltaſſet regnum eius propter populum ſuum Iſraelem.*

13 *Accepit autem Dauid adhuc concubinas & vxores de Ieruſalaim, poſtquàm venit de Hebron,natiq; ſunt adhuc Dauidi filij & filiæ.*

14 *Et hæc ſunt nomina eorum qui nati ſunt in Ieruſalaim, Samua, & Sobab, & Nathan,& Selomoh.*

15 *Et Ibhar,& Eliſúa; & Nepheg,& Iaphia.*

16 *Et Eliſamá,& Eliadá,& Eliphelet.*

Hiramus rex Tyri mittit ad Dauidẽ legatos. Tyrus erat olim ciuitas antiquiſsima,& quemadmodum author eſt Aulus Gellius,antiquitus dicebatur Sara. Ea vox aptiſsimè conuenit cùm Hebraica voce צור zor,aut zar. Sed fieri poteſt,vt mutata Z in S. Græci,aut Latini veteres pro Zara pronuntiarint,& ſcripſerint Sara. Ita enim hodie quidam pro Zion,dicunt Sion:& pro Melchizedecho,dicunt Melchiſedech. Sita fuit Tyrus in inſula,ſeu promontorio,ad mare. Et Hebraica illa vox צור ſignificat locum firmũ,aut petrã. Ædificata fuerat Tyrus ab initio à Phœnicibus, qui habitauerant ad mare rubrũ,& eiecti vel terræmotu,vel alia aliqua calamitate in has ſedes ſe transtulerant. Primùm illi Sidonem condiderunt ciuitatem depreſſam & piſculentam: poſtea Tyrum, vt dixi,in promontorio. Fuit olim vrbs iſta potentiſsima,& multas emiſit colonias,Carthaginem, Leptin,Vticam,& poſtremò etiam in Gades inſulas. Aberat ſeptẽ ſtadijs à terra. Sed illed ſpacium poſtea Alexander complenit,& ciuitatẽ adiunxit ad continentẽ. Ille cùm Tyrũ obſideret,ſecundum quietẽ videbatur ſibi luctari cum Satyro. Ex ſomnio coniector poſtridie reſpondit, Tyrum venturam in eius poteſtatem,quòd Satyrus, diſiunctis ſyllabis,ſit σὰ Τύρος. Hęc faciunt ad indicandum potentiam Hirami Regis. Vtilis erat iſta amicitia Dauidi, & ad ſubſtructiones, quas iam animo moliri cœperat,valde commoda. Tyrij enim abundabant & lapidibus,& fabris,& cementarijs. Itaq; inde poſtea ſubuecta eſt materia ad ædificandum templum Solomonis: & fabri ex illo populo conducti ſunt ad faciendũ opus. Iſraelitę enim non habebant peritos artifices. Nam Aboliab,& filius Vri non humana diſciplina inſtituti erant, ſed imbuti Spiritu Dei. Poſtquam Dauidi omnia pacata ſunt,mittuntur ad illũ legationes. Antea cùm eſſet in periculo, nemo erat exterorum princeps,qui eius ambiret amicitiam. Nunc tandem videmus Dauidem ampliſicari à Deo non tantum ſuis,ſed etiam alienis bonis. Mittit Hiramus ad illum legationem,excitatus,vt eſt credibile,præclaris illis beneficijs,quæ Deus in illum contulerat. Quam orationem legati iſti apud Dauidem habuerint,non apparet ex hiſtoria: probabile tamen eſt,illos eius fortunã,& virtutes prædicaſſe. Sed volumus iſta referre ad allegoriam,hic videre poſſumus,Deum voluiſſe templum illud magnificentiſsimum Solomonis non tantùm à Iudæis extrui,ſed etiam à Gentibus: atque hic quodammodo præluditur vocatio Gentium. Cuius etiam rei imaginem Syrophœniſſa mulier geſſit,quæ vt eſt in Euangelio Matthæi,acceſſit ad Chriſtum.

Tyrus.

Amicitia Hirami vtilis fuit Dauidi.

Allegoria.

Et cognouit Dauid quòd confirmaſſet eum Iehouáh Regem ſuper Iſraelem.) Sciebat Dauid autem ex tot promiſsionibus & oraculis Deum id eſſe præſtiturum: nunc autem re ipſa, & experientia videt factum. Rabbini putant,hoc accidiſſe propter recentem legationem potentiſsimi Regis Hirami: ego verò,quòd Dauid videret,ſe non tantùm amicitia externi Regis,ſed etiã nouis gratijs & donis

Quomodo cognouerit ſe à Deo confirmatum.

...quod dixit magis magisq; cumulari: doctus videlicet Rex in expendendis donis Dei. Ea ...ierunt non liberaliter conferuntur, vt cogitemus authorem illorum & largitorem esse ...sunt enim testimonia quædam & indicia diuinæ erga nos voluntatis. Hoc autem non fa...qui ea aut fortunæ & casui, aut suis viribus & consilijs adscribunt, aut qui ea sibi solis da...non ad vsum & commodum aliorum. Dauid autem ea se causa Regem à Deo factum, ...cijs auctum sensit, vt erudiret & institueret populum in Lege Dei, & Regnum illud ...modis amplificaret. Neque enim populum esse propter se, sed se esse propter populum. ...autem longè aliter persuasi sunt nostri principes. Omnia enim ad se rapiunt: & quicquid ...populo, id vniuersum putant esse suum. Dauid autem intelligit, se non sua causa factum ...sed vt liberaret atque ornaret populum suum. Neque id aut fortunæ tribuit, aut ...bus. Semper enim, quicquid agendum est, quærit voluntatem Domini, & illi se cõmittit, ...solo pendet.

Sanctiq; non omnia sanctè gerunt.

Accepit autem Dauid adhuc concubinas & vxores de Ierusalaim.) Sunt quidem sancti & pij vi... imagines quædam aureæ, collocatæ in Deo, tanquam in basi quadam aurea. Sed quantum...pulchri & ornati, homines tamen sunt: & quàmuis sancti sint, non tamen omnia sanctè ge... Id idcirco moneo, quòd videam Dauidem id in hac tanta sua felicitate facere, quod fortasse ...non posit. Adiunxit enim sibi magnum numerũ vxorum & concubinarum. Dixi autem, ...quòd in Deuteronomio cautum sit nominatim, ne Rex sibi vxores multiplicet, plures ...illi vxores habere licuit: multiplicare autẽ vxores non licuit. Duxerat antea sex vxores ...ron, quemadmodum suo loco docuimus: postea adiunxit sibi alias duas Bethsabam, & Su... Deinde addidit decem concubinas: vt in vniuersum habuerit octodecim mulieres, partim ...xores, partim concubinas. De Polygamia autem quid sentiendum sit, suo loco docuimus. ...is autem Dauid haberet tantum numerũ vxorum, non tamen idcirco in illo libido adul... extingui potuit: quemadmodũ postea videbimus de vxore Vriæ. Idq; Deus illi per pro... grauissimis verbis exprobrauit. Hebraica vox פִּילֶגֶשׁ videtur ea esse vnde Latini, & Græ... habuerunt voces pellicem, & παλλακὴν. Latini tamen reddiderunt concubinas. Quanquam ...rti hoc discriminis esse statuunt inter concubinã & pellicem, quòd pellex sit ea, quæ con...em habeat cum eo, qui habet vxorẽ: concubina autẽ, quę consuescat cum homine cælebe. ...quàm hoc discrimẽ non semper videas obseruatũ apud bonos scriptores. Nam Suetonius in ...Galbiani ait, illũ post mortẽ vxoris induxisse sibi multas pellices. Sed quicquid est, in He... vocibus non multum est discriminis. Etsi autem concubina erat aliquo modo vxor (neque ...Dei ferebat adulteria, aut publica stupra) tamen inter iustam vxorem & concubinam ...erat Primum vxor iusta erat materfamilias, & domina, deinde iustis sponsalibus conue... in manum viri: postea contractus confirmabatur tabulis: postremò filij ex ea suscepti erant ...& partiebantur inter se hæreditatem patris. Concubinæ verò, etsi erant vxores, tamen ad ...vxores collatæ, erant quòdammodo famulæ: nec habebant aut sponsalia, aut tabulas: nec li... illis procreati erant hæredes patris. Habuisse Dauidem decem concubinas, constat ex hi... de Absolone. Is enim profligato patre, publicè cum decem eius concubinis, quas ille fu... tellinquerat seruandis ædibus, congressus est. Istas autem concubinas non statim, nec v... nes duxit, sed seorsum, & singulas; vt illi videbatur opportunum. Ex hac multitudine ...binarum nondum videmus, quantùm postea mali sequutum sit. Certè Dauid, quod nunc ...ius ingurgitat, postea coactus est euomere. Istas enim concubinas, postquàm constupra... at à filio, dimisit à se, & abiecit. Asciuit autem sibi istas concubinas ex puellis Hierosoly... Id Rabbini factum putant, vt animos illorum hominum, qui nuper admodum vene... eius potestatem, noua affinitate sibi conciliaret & astringeret. Deinde addunt, illum du... vxores, vt ex magno numero filiorum, vnus saltem esset, qui placeret Deo, & sibi in ...succederet. Et habuit quidem ex illis multos liberos: non tamen ita multos, quin vt ex v... altera vxore potuerit etiam plures suscipere. Aristoteles in magna parte felicitatis nume... : numerasset autem meo iudicio multò potius ἰατρικὸν. Neque enim tàm refert, quàm ...liberos habeas, sed quàm bonos. Nomina filiorum, quæ hic recensentur, cùm illis no... quæ habentur in Paralipomenis, non conueniunt. Discrimen quidam putant ex eo ...quòd illi filij habuerint singuli plura nomina. Chimhi autem id factum putat, quòd hic iu... vxorum filij numerentur, ibi autem concubinarum. In hoc autem censu nec filiæ sunt, ...filiolus paruulus, quem Dauid suscepit ex Bethsaba vxore Vriæ. Is enim mortuus est ...unum diem, cùm iam nec circuncisus esset, nec haberet nomen.

Concubinæ Dauidis.

Filij Dauidis.

17 *Audientes autem Philisthim, quòd vnxissent Danidem in Regem super Israelem, ascenderunt cuncti Philisthim ad quærendum Danidem: quod vbi audiuit Dauid, descendit in arcem.*

18 *Philisthim autem venerunt, & diffuderunt se in valle Rephaim.*

19 *Interrogauit igitur Dauid Iehouam his verbis, Ascendam ne contra Philisthim? tradès ne eos in manum meam? Respondit Iehouáh Dauidi, Ascende, quia tradendo tradam Philisthim in manum tuam.*

20 *Venit itaq; Dauid in Baal-perasim & percussit eos ibi Dauid, dixitq; Diuisit Iehouáh inimicos meos coràm me, iuxta diuisionem aquarum. Idcirco vocauit nomen loci illius Baal-perasim.*

21 *Et reliquerunt ibi sculptilia sua, quæ combussit Dauid & viri eius.*

22 *Rursus autem ascenderunt Philisthim, & diffuderunt se in valle Rephaim.*

23 *Interrogauit ergo Dauid Iehouam: qui respondit, Non ascendes, sed gyra post eos, & venias ad eos ex aduerso mororum.*

24 *Quumq; audieris sonitum incessus in cacuminibus mororum, tunc monebis te: tunc enim egredietur Iehouáh ante te, vt percutias castra Philisthim.*

25 *Et fecit Dauid ita, quemadmodum præceperat ei Iehouáh: & percussit Philisthim à Gibea, vsque dum venias in Gazer.*

Bellum Palæstinum.

Tempus iam erat, vt Palæstini darent pœnas. Nam insolenter sese gesserant de morte Saulis: & omnem eam victoriam non Deo tribuebant, sed sibi, & idolis suis. Deus ergo vno negotio vult & de illis supplicium sumere, & Dauidē nouum Regem magna aliqua victoria illustrare. Debebant potius Palæstini ambire amicitiā Dauidis, vel quòd eum viderent iam magnum & præpotentem esse, vel quòd illum non ita pridem fouissent in exilio. At contra furentes odio Iudaici nominis, accersunt sibi malum, & vltrò se præcipitant in exitium. Deus autem hoc prouidit, ne Dauid prior illis inferret bellū, ne videretur ingratus. Nunc enim non infert bellū, sed refert: nec illos lacessit, sed respondet. Hic videmus, regnū Christi ita esse occupatū, vt semper pugnandum sit in hostem. Nam cùm habeamus tot hostes, tamq; infestos, & mundum, & diabolū, & homines malos, & carnem nostrā, non possumus satis tuto esse otiosi. Dauid ex alta pace reuocatur ad periculosissimū bellū. Non autē debemus ita versari in has historia, vt solemus in alia quauis narratione profana, sed vt semper habeamus Deum ante oculos, & sciamus Deum semper & posse, & velle tueri suos, non minus in bello, quàm in pace. Palæstini cùm audirent, Iudæos inter se ciuili dissensione laborare, cùm alij Dauidem sequerentur, alij Isbosethum, non dubium est, quin magnam ex ea re ceperint voluptatem. Interim noluerunt illis inferre bellum, quòd mallent eos à sese mutuò lacerari: & fortasse prudenter, ne si accessissent externus hostis, illi inter se, vt fit, redirent in gratiam, & ad propulsandum commune periculum conspirarent. Sed siue illi prudenter, siue stultè fecerint, nos id relinquimus Deo. Ille optimè scit, quo quidque tempore sit gerendum. Videbant Dauidem, postquam subiectum sibi haberet totum Israel, & Iebusæos expugnasset, & amicitiam cum potentissimo rege Hiramo coniunxisset, nimis esse potentem & formidabilem. Rati ergo non longius cunctandum, incipiunt omnibus viribus bellum gerere. In textu enim scribitur: *Ascenderunt cuncti Philisthim.*) Tanta autem erat vis hominum, vt cùm prima pars exercitus esset in Baal Perezim, cauda esset in valle Rephaim. Id Dauid cùm videret, descendit, vt quidem potuit in præsidium Sion, vt alij in aliam aliquam turrim. Quicquid est, hoc certum est, illum noluisse statim venire ad manus: non quidem quòd non auderet, aut quòd capturet opportunitatem, sed vt consuleret Dominum. Sciebat enim, equum parari ad diem belli: Dominum autem esse, qui det victoriam. Sciebat etiam, præceptum esse in Lege, vt antequam magni quippiam publicè suscipiatur, consulatur os Domini.

Cur Palæstini bellum hucusq; distulerint.

Cur Dauid non statim pugnârit.

Baal Perezim, locus ille dicitur per anticipationem. Postea enim fusis & cæsis Palæstinis, Dauid hoc nomen loco imposuit, Baal Perezim. Sancti enim viri volunt æternam extare memoriam beneficiorum Dei. Atq; ea causa aras, templa, columnas, trophæa excitant, in quibus ea memoria quàm diutissimè conseruetur. *Diuisit Iehouah inimicos meos coram me, iuxta diuisionem aquarum.*) Diuisit eos, tanquam aquas. Hisce verbis significatur, animos Palæstinorū redditos fuisse molles & effœminatos. Aquæ enim facillimè omnibus modis, vel baculo, vel pede, vel etiam digito secari possunt. Ita illi fugiunt multis vijs dissipati, ac si quis diuisisset aquas.

Cur sancti fidem nominis locis.

Idola dolores dicuntur.

Et reliquerunt ibi sculptilia sua.) Idola Hebraicè rectè dicta sunt dolores, quòd sine vllo v-

...cruciant, & lacerent, & affligant conscientias, & qui summus & maximus animi dolor ...ecent iram & vindictam Dei. Ita Papistæ cum suis meritis, & satisfactionibus, & super-...is culpibus animos miserorum hominum semper conijciunt in solicitudines, & in cruces. ...tus autem noster adfert nobis tranquillitatem animi, & pacem. Est enim pax nostra, vt Pau-...le iustificati gratis pacem habemus apud Deum. Et Deus apud Prophetam ait, Ego cogi-...tationes pacis. Palæstini bis grauiter peccant in eadem re: primùm quòd non colant verum *Palæstini bis peccant.*
...Deinde etiam, quòd idola sua deferant in castra. Symbola enim quæcunq; sunt, non ea cau-...sa sunt, vt circumferantur. Et eo nomine diximus suprà Israelitas grauiter peccasse, quòd ar-...Domini exportassent secum, cùm irent militatum. Palæstini deserti à dijs suis, eos vicissim re-...linquunt in castris, vt essent hostibus prædæ. Ita Esaias futurum dicit, vt homines in magna cala-...mitate abijciant idola sua in cauernas. Quidam hodie imperatores & principes circumferunt se- *Amuleta fugere stulticia.*
...cum pro amuleto aut frustulum aliquod sanctæ crucis, aut reliquias Georgij & Barbaræ, aut por-...ciunculam Euangelij Iohannis, aut panem Eucharistiæ. Sed hæc omnia nihil aliud possunt, quàm ...mouere miseros animos. At bono ista animo faciunt, inquies. Esto. Sed Deus non ex nostro animo *Bona intentio.*
...iudicauit, sed ex verbo suo. Nihil enim inferri voluit ad ornandum tabernaculum, nisi quod ipse ...præcepisset. Adferunt isti in castra deos suos: obliti videlicet, Dagonem suum cecidisse prostratum ...coram Dei. Dauid idola illa & simulachra, quæ Palæstini fugientes reliquerant abiecta in ca- *Lex iubet idola comburi.*
...stris, iussit primo quoq; tempore comburi. Erat enim pius & obseruantissimus legis Dei. Id au-...tem vt fieret Deus in Lege disertè præceperat. Ita enim scribitur in Deuteronomio capite 7. In-...gressus in terram promissionis, aras illorum & statuas euertito: eaq;, quæ ex auro argentoq; con-...flauerint, comburito. Omninò aurum & argentum eorum ne concupiscas. Si quid ex illis, intu-...leris in domum tuam, omnia tua erunt anathema: tantum abest, vt illa tibi vsui alicui esse possint. ...Tanta diligentia cautione Deus præcidere voluit populo suo omnem occasionem idololatriæ. ...Homines enim, cùm habeant idola domi suæ, paulatim inducuntur in fraudem, vt illa incipiant ...primùm venerari, & postremò numinis loco colere. Neq; hoc tantùm in Lege mandatum est, sed ...diligenter factum ante Legem. Iacob enim aduocata familia sua, iussit, vt omnia idola, quæ *Ante legem quoq; abiiciebantur idola.*
...apud eos inueniri possent, comportarentur, & defoderentur sub quercu. Et eadem prudentia & ...Moses combussit & dissipauit vitulum, quem Aaron excitauerat. Contrà autem, qui huic ...exemplo non parùerunt, facilè illecti sunt ad idololatriam: vt apparet in libro Iudicum ex histo-...ria Micha. Cùm enim ille conflasset sibi Teraphim, non multò post impulit ciuitatem suam to-...tam ad idololatriam. Et in historia de Machabæis, illi Iudæi, qui reliquias quasdam anathematum ...tulerant sub vestes suas, miserè in bello perierunt.

Rursum autem ascenderunt Philisthim.) Palæstini ita animo erant inimico atq; infesto erga Iu- *Bellum Palæstinum secundum.*
...dæos, vt ne victi quidem potuerint conquiescere. Ascenderunt secundo in Iudæam. Id autem id-...circò scribitur, quia Palæstini in loco depressiore habitabant. Redeunt in eundem locum, in quo ...antea acceperant tantam cladem: obliti videlicet, bis ad eum lapidem impingere, reprehensum es-...se apud gentes prouerbio. *Et diffuderunt se in vallem Rephaim*, hoc est, Gigantum. Et sanè non im-...meritò. Perinde enim ac si fuissent ex veteri Gigantum stirpe oriundi, Deo ipsi arma infesta at-...tulerant.

Interrogauit ergo Dauid Iehouam.) Dauid victor in priori bello agnoscit authorem victoriæ ...Deum. Nihil autem sibi tribuit, nec magnificè de se sentit. Itaq; petitus etiam secundo prælio à Pa-...læstinis, rem eam retulit ad Dominum: atq; ea pietate & officium suum fecit, & consuluit militi-...bus. Illi enim audita semel voce Domini, non amplius nutant, aut vacillant, sed fidenti animo eunt ...in hostem, quasi qui certi iam essent de victoria. Deus non iubet, vt rectà occurrat hosti: sed vt sese ...hosti abdat post nemus: ita enim fore vt occupet incautos, si tum demùm in illos moueat, vbi ...audierit strepitum in illis arboribus excitari. Non mirum est si Dauid vincat, cùm sequatur strate- *Strategema.*
...gema & ductum Dei. Et ex hoc loco apparet in iusto bello fas esse vti strategematis. Et certè illis ...vsus est ad vrbem Hai: & Israelitæ cùm obsiderent Biniamitas. Dolus enim, vt inquit ille, an ...quis in hoste requirat?

Fecit Dauid ita.) Paret Dauid, nec inquirendum censuit in iussu Dei: magnum sanè, & spe- *Quid sibi voluerit strepitus foliorum.*
...ctatum exemplum obedientiæ. Iubet Deus expectari strepitum arborum, quasi illo sonitu datu-...rum Dauidis classicum, cùm esset procurrendum. Erat ergo ille strepitus sacramentũ quod-...dammodò præsentis auxilij Dei. Quomodo autem hoc acciderit, non omnes scribunt ...eodem modo. Rab. Dauid Ben Gerson putat strepitum illum arborum impedimento fuisse Pa-...læstinis, quò minùs possent aduenientem Dauidis exercitum exaudire: atq; ita deprehensos fuis-...se suos. Fuisse enim arbores illas densas, & ramosas, & impulsas ventis magnos sonitus edi-

disse. Alij putant Deum illo strepitu Palæstinorum animos perterruisse. Id enim pollicitus est in Leuit. 26. se effecturum, vt hostis fugiat à strepitu folij volitantis. Addit R. Ben Gerson, Deum potuisse hoc miraculo aliquo efficere, etiam sine strategemate: sed maluisse hoc exemplo ostendere, huiusmodi opportunitates non esse contemnendas, nec semper esse expectanda miracula. Alij non ventos fuisse putant, qui illos ramos impulerint, sed Angelos. Sed quicquid est, res ea non est tanti. Potuit enim vtroq; modo rectè fieri. Certum est, Deum Angelos suos emisisse, qui pugnarent in Palæstinos. Ita enim in ipso contextu scribitur. Egressus est Deus ante te ad perdendos hostes tuos. Sed quamuis & Deus ipse, & Dauid vnà pugnauerint, vires tamen Dauidis pro nihilo ducendæ sunt, si conferantur ad vires Dei. Dauid hoc prælio non tantùm profligauit & fregit Palæstinos, sed, quemadmodum scribitur in Paralipomenis, omnes vndiq; vicinas nationes perterrefecit, sibiq; magnam nominis celebritatem comparauit.

c. 26. 36.

2. Par. 14.

CAPVT VI.

Par. Vt adducerent arcam è Ciriathiearim.

COllegit autem adhuc Dauid omnem electum in Israele triginta millia.

2 Qui surrexit, & abijt vniuersus populus qui erat cum eo, in Baala Iehuda, vt abducerent inde arcam Dei, super quam vocatur nomen, nomen Iehouæ exercituum, sedentis inter Cherubim super eam.

3 Imposuerunt q; arcam Dei plaustro nouo: & tulerunt eam è domo Abinadab quæ erat in Gibah: Vzza autem & Ahio filij Abinadab deducebant plaustrum illud nouum.

4 Tulerunt inquam eam è domo Abinadab, quæ erat in Gibea arcam Dei: Ahio autem ibat ante arcam.

Par. Totis viribus.

5 Dauid verò & vniuersus Israel ludebant coram Iehouah in omnibus instrumentis musicis, & citharis, & Nablis, & tympanis, & sistris, & cymbalis.

Partitio capitis.

HOC caput rectè diuidi potest in quatuor partes. Quarum in prima describitur Reductio arcæ: in altera interruptio operis inchoati propter mortem Ozæ; in tertia Instauratio operis, & collocatio arcæ in Sione: in quarta Conuitia Micholis in Dauidē. Quod ad primum attinet, si sequi velimus ordinem, qui describitur Paralipomenis, hæc historia videri possit nonnihil perturbata. Ibi enim bellum narratur susceptum post reductam arcam: hîc autem confecto bello, & rebus pacatis, arca reducitur. Quanquam, quicquid est, res ea non debet videri tanti. Hoc operæpretium est cogitare: Dauidem vbi arcem Sionem expugnasset, statim contulisse animum ad studia pietatis. Non enim sibi tum in otio delicijs vacandum arbitratus est, sed multò potiùs instaurando cultui Dei.

Termini terræ Israel.

Dimittit præcones in omnes partes regni: aduocat ad se triginta millia lectissimorum hominum. Postremò iubet adesse totum populum, à Sichor vsq; ad Emath. Isti sunt fines Iudææ ab Austro in Septentrionem. Conuenerant iam antea magno numero ad celebrandam inaugurationem Dauidis. Adhuc tamen Dauid iubet adesse plures. Cùm enim haberet in animo restituere arcam Dei in locum illum, vnde ea mota fuerat negligentia superiorum principum, nihil temerè præcipitare voluit, sed vnà cum grauissimis viris & principibus populi deliberare. Neq; sanè dubium esse potest, illum in consilio commemorasse opportunitatem temporis: omnes iam turbas conquieuisse: fusis & fractis hostibus, summum esse otium. Itaq; cogitandum esse de religione, quæ longo iam tempore ita fœdum in modum sit dissipata. Atq; hæc, vt pium & moderatum principem decuit, agere voluit cum populo. At nostri hodie Cardinales & Episcopi, quoties de religione agendum est, non tantùm populi suffragia, sed etiam Imperatorum & principum, & omnium doctorum virorum iudicia contemnunt. Quicquid ipsi cogitant, aut cupiunt, id statim tyrannico prorsus furore, inuitis omnibus, volunt esse sacrosanctum. Dauid autem nihil sibi in tanta re agendum censuit sine assensu populi. Et quoniam res ea sancta & pia esse videbatur, statim populus vniuersus suffragatur. Est prolepsis quædam, & notio insita atq; infixa in animis hominum, inde petendam esse instaurationem cultus Dei, vnde ducta sunt religionis initia. Quod autem ad cultum externum attinet, primum præceptum datum est de arca fœderis. Omninò Dauid omnia reuocari voluit ad præscriptum verbi Dei. Saul autem tantùm solicitus erat de successione regni: istas autem cogitationes ne floccì quidem fecit: neq; vnquam referre quicquam voluit ad verbum Dei.

Consultat cum alijs de arca reducenda.

Dei. Idq; ex eo satis liquidò apparet, quòd ille; cùm responsa accipere non posset à Prophe-
am sese contulit ad diabolos.

super quam vocatur nomen, nomen Iehouæ exercituum.) Græcus interpres hunc locum ita red-
Ad Arcam inuocatum est nomen Domini. Hebraica autem veritas habet, non Inuocatum *Arca vocata est nomine Dei.*
men Domini, sed vocatum est nomine Domini. Tanta enim fuit dignitas & maiestas arcæ
is, vt appellaretur Deus sabbaoth. Neq; hoc aut rarum cuiquam, aut nouum videri debet.
menta enim gerunt nomina earum rerum, quas significant. Ita in Genesi cap. 17. Altare ap-
ur Deus. Et in historia Iudicum altare, quod Gedeon excitauerat, vocatur Deus. Et Eze-
cap. 18. Erit, inquit, vrbs Hierusalem: Deus nomen eius. Disputat hoc fusè Augustinus in epi-
ad Bonifacium, Sacramenta propter quandam similitudinem illud ipsum appellari, quod si-
ant. Cyprianus quoq; in Sermone de Cœna Domini idem ait nomen esse commune & signis *Tropus in verbis cœnæ.*
bus. Et Cyrillus lib. 4. In Iohan. cap. 10. cùm exponit hæc verba, Panem angelorum manduca-
mo: Panis, inquit, ille Angellorum fuit Christus. Sed quomodo potuerunt veteres comedo
Christum illi præsertim, qui mortui sunt in deserto? Quoniam, inquit, comederunt manna,
gerebat nomen Christi, quem significabat. Idem scribit Theodoretus, & alij patres plerique
. Hæc idcirco dico, vt intelligi possit, quàm turpiter fallantur illi, qui nullum omninò tro-
ferre possunt in illis verbis Domini, Hoc est corpus meum. Ratio etiam ipsa & consensus, qui
rem ipsam, & signum, postulare videtur, vt vtriq; imponatur idem nomen. In Hebraico
vt dixi, non, inuocetur, legitur, sed vocetur. Et Iacob cùm imponeret manus cancellatas E- *Gen. 84*
mo, & Manasse, vocentur, inquit, nomine meo, illi enim vocati sunt Iacobæi, vnà cum alijs fi-
Latina autem translatio habet, Inuocetur nomen meum super pueros istos. Atq; ex eo Pa-
putant constitui posse Inuocationem sanctorum. Sed eadem opera probare possent, oporte
res inuocare maritos suos. Nam ita scribitur in Esaia: Apprehendent septem mulieres vi- *Esa. 4.*
rum, & dicent. Inuocetur nomen tuum super nos. Erat arca illa pleniss ima dignitatis: Deus
ex illa reddebat oracula, & dabat incredibiles gratias. Non tamen ligna ipsa conuertebantur
Deum. Fuerat arca illa primùm in Gilgalis, postea in Silo, post abducta à Palæstinis reuecta est *Loca vbi fuit arca.*
mes, postremò collocata est in Chiriathiearim. Et cùm eam oportuisset haberi in publico
seruata est in priuatis ædibus Abinadabi, hominis fortassè nobilis, & satis splendidi, sed de
hil constet, sacerdos ne fuerit an priuatus. R. Ben Gerson omninò negat Ozam fuisse Leui-
tum in contemptum venerat religio Dei sub Saule. Id Dauid indignè ferens, curauit vt
duceretur in Sionem.

imposuerunt{q} arcam Dei plaustro nouo.) Palæstini cùm remitterent arcam imposuerunt eam in *Quare imposuerint currui.*
m. Ita isti quoq; nunc faciunt. Sed Dominus eam iusserat nominatim gestari à Leuitis. Alia
instrumenta tabernaculi fas erat vehi in curribus: mensam autem, & arcam nefas erat ali-
ri quàm in humeris Leuitarum. Isti autem Leuitæ sequi maluerunt rationem Palæstino-
quàm institutum verbi Dei. Deus in Numeris mandauerat vt Arca portaretur à Caathitis: *Papistarum cultus.*
habebat annulos & vectes, nunc autem illud mandatum contemnitur. Ita hodie Papistæ co- *Ceremoniæ.*
Deum ceremonijs vel à lege Mosaica reuocatis, vel petitis ab Ethnicis: si tamen hoc est co-
non potius Dei nomen contemptissimè violare. Ista enim, quæ videri volunt tanti facere,
lea, suffitus, vestes, vnctiones, vota, delectus ciborum, & alia sexcenta similia, non possunt do
quicquam ad religionem nostram Christianam pertinere. In locis ambiguis & controuersis
deferunt iudicium scripturis sacris, non loca cum locis conferunt: sed sese vel ad philosophos
, vel ad Concilia, & Decreta suorum, vel ad scrinium pectoris sanctissimi. Atqui hoc est *Cur eam gestari humeris voluerit.*
rito, & Palæstinorum more Deum colere. Non sua quidem causa Deus iusserat arcam por-
humeris hominum, sed illorum: ne si gestata in curru fortè aut boum lasciuia, aut ducto-
negligentia cecidisset, vulgus in dubium veniret de Deo, & putaret se infirmũ habere numen.
a per allegoriam non incommodam refert nobis Ecclesiam Dei: quam hodie gestari, & su- *Arcæ allegoria.*
oportuit in humeris Episcoporum. Sed hodie pleriq; Episcopi idem faciunt, quod isti Le-
quibus nunc loquimur. Illi enim, cùm videri velint columina Ecclesiæ, interim totos sese
otio & voluptatibus. Arcam imponunt vicarijs, suffraganeis, commissarijs. quos certè ni-
appellare possis sæpè, quàm brutas & stupidissimas bestias. Quòd arca ad hunc modum
fertur, id nihil Papistis suffragatur, qui hodie magna cum pompa circumferri volũt libum *De circumferenda Eucharistia.*
charisticum. Nam arca illa sacramentum erat præsentis maiestatis & opis diuinę. Eucha-
ristia tota sita est in actione: extra quam ne nomen quidem potest suum retinere. Deinde
oportuit deferri ad certum quendam locũ, quem Dominus celebrando nomini suo
. De Eucharistia autem Christus nihil aliud mandauit, nisi vt homines ad suum præscri-

ptum in cœtu sacro comederent, & biberent. Verùm eò insaniæ peruentum est ad extremum, vt cùm Papa velit proficisci Roma, imponat illud crustulum equo candidissimo, & adhibeat vtrinq; homines cum cereis & tintinnabulis: equum autem illum ita curet instituí, vt postquam ductus est ad templum, sua sponte accedat ad summum altare, & ibi procumbat in genua, quoad illi capsula cum crustulo de tergo auferatur: intolerabilis, & non dissimulanda idolomaniæ. At speciosum tamen est, inquies. Fateor. Et speciosum etiam est, quod hic Leuitæ faciunt. Illi habebant expressum mandatum Dei, de Arca gestanda in humeris: vt nos etiam habemus de comedenda & bibenda Eucharistia. At neque nos apicem vnum habemus in omnibus sacris literis de ista idololatrica gestatione: neque illi de plaustro. Infirmum autem est argumentum. Palæstini ita fecerunt, & placuerunt Deo: ergo istis etiam licuit idem facere. Nam Palæstini fecerunt quod potuerunt, vt qui non haberent verbum Dei. Iudæos autem, & maximè Leuitas, non oportuit esse hospites in religione sua.

Achio præibat, qui currui quodammodo muniret viam: eius frater Oza sequebatur, qui iuuaret currum, si quid opus esset. Dauid interea pulsat organa Musica, & habuit ad eam rem compositos multos elegantissimos Psalmos, vt Arca non solùm magna cum pompa, sed etiam cum musica deduceretur. Videtur musica maximè facta esse ad humanum ingenium. Homines enim in magna lætitia non possunt sibi temperare, quin rideant, gestiant, exultent, cantent, saltent: vt contra in mœrore, tacent, sedent, & deijciunt animos. Exultat Dauid, quòd putet sibi magno honori futurum, quòd possit habere Deum hospitem. Populus etiam vnà triumphat & gaudet, quòd videat, religionem restitutum iri in integrum. Deus quidem non capitur ipse, aut iuuatur cantibus: sed illo pacto hominum tarditati atque ignauiæ consuli voluit. Ita enim effunditur & declaratur animi lætitia. Nec animi ipsi satis sæpè excitantur ad pietatem, nisi hisce artibus impellantur. Homines etiam illarum regionum, vt sunt animis ardentioribus, quàm nos qui habitamus ad Septentrionem, ita musicis instrumentis magis, quàm nos, & vehementiùs capiuntur. Itaq; hodie quoque Christiani, qui sunt in Syria, & in Oriente, in Resurrectione Domini conueniunt inter se in templa cum lyris, & sistris, & illum diem non tantùm cantu, sed etiam saltatione concelebrant. Ecclesias Orientis statim à temporibus Apostolorum in sacro vsu habuisse musicam, apparet ex epistola Plinij ad Traianum. Occidentales Ecclesiæ eam non receperunt in templa ante Ambrosium. Nam cùm Imperator peteret Basilicam à Christianis, quam traderet Arrianis, & Christiani omnes maximo numero confluerent in illud templum, & ibi die noctuque hærerent, nec vellent abire, Ambrosius instituit musicam, vt aliqua suauitate mœstitiam suorum solaretur. Sed de musica, quemadmodum possit adhiberi ad vsum sacrum, dicam aliàs copiosiùs. Dauid cantat, erat enim princeps & flos musicorum. Populus etiam vnà exultat, & canit. Exemplo enim principum inficiuntur quodammodo animi subditorum. Duplici ergo nomine expedit principibus esse pios, vel sua ipsorum causa, vel quòd illorum mores, qualescunq; sunt, deriuentur & maneãt in totum populum.

Musica.

6 *Et venerunt ad aream Nachon: extendit autem manum suam Vzza ad arcam Dei, & retinuit eam: quoniam declinabant boues.*

7 *Propterea iratus est furor Iehouæ contra Vzzam, & percussit eum ibi Deus propter temeritatem, mortuusq; est ibi iuxta arcam Dei.*

8 *Iratus est autem Dauid, eò quòd rupisset Iehoua ruptura in Vzza: & vocauit locum ipsum Peres Vzzam, vsq; in hunc diem.*

9 *Extimuit itaq; Dauid Iehouam in die illa, & dixit, Quomodo ingredietur ad me arca Iehouæ?*

10 *Et noluit Dauid adducere ad se arcam Iehoua in ciuitatem Dauidis, sed diuertere fecit eam Dauid in domum Obededom Gitthæi.*

11 *Et mansit arca Iehouæ in domo Obededom & vniuersa domui eius.*

Nachon.

Area Nachon. In Paralipomenis nominatur area Chidon. Est nomen, loci: cuius etymologiam quidam ex eo ductam putant quòd Iosuè ibi excitauerit clypeum: alij quòd ibi caligauerint oculi Ozæ. Alij Nachon dictum ex eo putant, quòd ibi præparati fuerint Leuitæ à Deo, & imbuti noua robore ad portandam arcam Domini: verùm ista non sunt tanti. Hoc potius cogitandum est: Initia huius pompæ cùm fuerint lætissima, tamen exitum habuisse lugubrem. Bo-

nus

calcitrarunt, aut diſsipati ſunt, aut ſpaſmo conuulſi, quaſi Deus ita monere vellet, non re-
& homines non ſentire id, quod intelligerent etiam beſtiæ: ita Balaamum errantem, & cæ-
admoneri oportuit ab aſina. Cùm currus nutaret, accurrit Oza, & percutitur. Cauſam huius repentinæ occidionis quidam fuiſſe putant, quòd ille attigiſſet arcam. Sed erat alia cauſa & maior, quòd ille arcam impoſuiſſet in currum, & dediſſet cauſam huic neceſsitati. Rabbi- nt hoc accidiſſe, quòd Oza putaret arcam ruituram eſſe è curru, & Deum ita infirmum eſ- poſſet ſe ſuſtinere. Verùm hoc non habent è ſacris literis. De alteris autem illis duabus ominatim cautum eſt: & ne quis arcam contingeret, & ne ea veheretur in plauſtro, ſed in Leuitarum. Petrus Comeſtor, putat hoc factum eſſe, quòd Oza nocte ſuperiore rem ha- cum vxore ſua. Sed ea cogitatio nimis inſipida & diluta eſt. Neq; enim res vxoria ita fœda illi eam fœdiſsimi adulteri videri volunt. Sed ſuſtinere voluit currum, ne rueret. Fateor. Sed debuit efficere, vt ad hanc neceſsitatem peruéniretur. Sunt enim quædam quæ videri poſ- è facta, cùm tamen reipſa proficiſcantur & manent à peccato. Sed bono id conſilio fecit Non dubito. Sed videndum eſt, non tantùm quo conſilio, ſed etiam quo animo quidq; fiat. iam Oza fortaſſe vir bonus. Sed boni quoque peccant. Et iudicium incipit à domo Dei. r enim Deus interdum ſeueriùs agere cum illis, quos maximè amat: ſed id facit, quemad- Paulus ait, ne illi cum hoc mundo damnentur. Ita patres quoque noſtri, & veteres ſcri- Eccleſiaſtici erant viri & docti & boni. Sed homines erant, & errare potuerunt. Sæpè op- puriſsimè ſcripſerunt: ſæpè neſcio quo pio conſilio ablati inciderunt in hyperbolas, & po is magnas dederunt occaſiones ad errores. Oza percuſſus eſt, quòd attigiſſet arcam Do- d enim ne Leuitis quidem fas erat. Arcam enim tantùm ab illis geſtari, non contingi, aut ri oportuit. At Ozam Rabbini ne Leuitam quidem fuiſſe putant. Admonent hîc Papiſtæ, menta indignè & temerè contrectentur. Rectè. Sed cur ipſi idem non faciunt? Cur mu- lacerant Sacramenta Chriſti: aut ea alio modo adminiſtrant, quàm ille inſtituit? Hoc cer- Ozæ temeritatem imitari. Quare caueant in tempore. Non ſemper ferent impunè. Valet us contra ἰδιοθρησκείας, & voluntarios, ac ſuperſtitioſos cultus: quibus certè Deus non placa- offenditur. Abuſus eſt hoc loco fœdiſsimè Papa contra Imperatorem, cùm ille interim ulgaſſet, & aliquid de negotio religionis in Germania conſtituiſſet. Id, ſcilicet, indignè at- patienter tulit bonus Papa: exclamat, non oportuiſſe Cæſarem iſta tractare, & inter alia in- tur illi vindictam Ozæ. Quaſi verò pij principes, Theodoſius, Arcadius, Honorius, Solo- Ezechias, Ioſias, alijque multi, quos longum eſſet commemorare, non tractarint res Eccle- Auguſtinus hoc agit multis, contra Donatiſtas. Nam illi quoque moleſtè ferebant, con- ſuas deferri ad cognitionem ciuilis magiſtratus. Et citat locum illum è Pſalmis, Reges, ant Domino. Seruire autem, inquit, Domino non poſſunt aut magis, aut melius, quàm ſi atq; inſtaurent Eccleſiam Dei. Quomodo percuſſus fuerit Oza, non apparet. Quidam pu- lmine. Hieronymus in Paralip. putat illi brachium atque humerum exaruiſſe: & illam fuiſ- Diuiſionem Ozæ. Cùm enim debuiſſet brachium & humerum ſubijcere arcæ Domini, idque e neglexiſſet, Deum voluiſſe ſupplicium de illis partibus ſumere, quibus offenderat. Augu- us de Mirabilibus ſacræ ſcripturæ, lib. 2. cap. 12. putat ſubitò mortuum & ſuffocatum, vt ſolent, ripiuntur apoplexia.

Quomodo percuſſus fuerit Vzza.

Affectus Dauidis orti ex Vzzæ caſu.

Dauid hîc peccauit.

Iſti affectus Dauidis non ſunt accuſandi.

Mœſtus eſt autem Dauid.) Dauid, qui præfuit huic pompæ, etſi alia omnia rectè & piè fecerit, hîc nonnihil peccauit. Nam ſi aſsiduè, pro eo ac debuit, verſatus fuiſſet in ſacris literis, po- facilè videre, iſta nec ritè geri, nec ex inſtituto Dei. Nomen impoſitum eſt loco, Diuiſio vt illa ipſa commonefactione homines in poſterum excitarentur ad colendam diſciplinam. tanta lætitia conijcitur ſubitò in duos grauiſsimos affectus, iram & metum. Excanduit quidem in Deum: non enim potuiſſet illum accuſare ſæuitiæ aut iniuſtæ vindictæ: ſed con catum, idq; vel ſacerdotum, qui iſta non monuiſſent, vel etiam ſuum ipſius, qui rem tantam egligenter ſuſcepiſſet. Metuit autem ſibi, ne indignus videretur tanto hoſpite: ne ipſe quoq; ſtus eſſet eodem modo: ne Deus non omnem iram ſuam in vnum Ozam deriuaſſet: metuit Hieroſolymitanæ: metuit arci Sioni, ſi eò arca Domini importaretur: ne illa tam atrox vin- alios etiam plures deſæuiret. Veniebant in mentem exempla, quæ Deus aliquando edi- Palæſtinos, qui arcam illam contumelioſè habuiſſent: quæq; in Bethſamitas, qui illam te- & curioſis oculis conſpexiſſent. Dolebat illi haud dubiè caſus Ozæ. Erat enim Dauid pius & ſuorum amantiſsimus. Fortaſſe etiam ratio humana ſubiecit, eſſe iſtum difficilem & Deum, vt coram quo nemo poſſet impunè conſiſtere. In Prouerbijs 14. ſcribitur, flagel- ente ſtultus efficietur ſapientior: quantò autem magis ſapiens? Homines pij toto animo

cõmouentur iudicijs Dei. Stulti aũt aut non mouentur omnino, aut si mouentur, statim redeunt ad ingenium. Sunt enim, vt Paulus loquitur, ἀνάλγητοι, vtq; ita dicam, indolorij. Quidam putant timorem istũ Dauidis fuisse tantùm obseruantiam erga religionẽ & cultum Dei. Re aũt vera erat timor pœnæ. Ipse enim Dauid illud indicat: Quomodo, inquit, ingredietur ad me arca Domini? Atque eã de causa iussit eam deferri ad Obededomum. Iste casus ita repentinus & acerbus multùm fortasse detraxit de authoritate Dauidis apud populũ, quasi videretur indignus tanto hospite, & ista omnia cœpisset inuito atq; irato Deo: quòd omnia ita subitò medio in cursu cõcidissent. Et sanè si quid principibus viris magni quippiam instituentibus aduersi cadat, id illis parùm solet esse honorificum: quasi Deus nolit illorum capita fortunare. Certè hac tam insperata calamitate nonnihil existimatio Dauidis obscuratur. Qua enim ex re sperare poterat magnam famam pietatis, ex ea ipsa nunc periculum est, ne videatur impius: & vbi sperare poterat se habiturum Deum fauentem & propitium, ibi eum habeat infestum atq; inimicum. Non ergo mirũ est, si ille nonnihil animo conturbetur. R. Chimhi ait, Deũ voluisse duobus modis & Dauidem admonere, & totum populum: primùm calcitratione & dissipatione boum, deinde morte Ozæ. Sed quæri potest: Cur non Achio etiam percussus fuerit, qui præibat currui? Responderi potest, quòd Oza, cũ Leuita non esset, tamen manum admouit ad currum, quod Achio, qui præibat, non fecit. Deinde Oza nõ potuit queri sibi factam iniuriam, etiamsi eius fratri parceretur. Et Deus abuti voluit eius morte ad constituendã disciplinam in populo suo. Hieronymus: Si tamen ille est author traditionum in Paralipomena, ait: Abinadabum patrem mandasse Ozæ, vt arcam gestaret in humeris: illumq;, quòd patris mandatum contemneret, percussum fuisse à Domino. Sed hoc non constat, neque ex sacris literis, neq;, quod quidem ego legerim, ex quoquam Rabbinorum interpretum.

Cur non etiam Achio percussus fuerit.

An rectè inceperit Dauid, & rectè desiterit.

Verùm hîc occurrit nobis & satis difficilis, & non dissimulanda quæstio: vtrum factum istud Dauidis probari possit, vel quòd inceperit, vel quòd ita subitò destiterit. Responderi potest, si Dauid conscius fuerit voluntatis Dei, & certò atque ex eius verbo sciuerit, Deum velle deportari Arcam in Sion, non debuit vllo modo ab incepto desistere. Etsi enim fractus illabatur axis, & tota natura rerum commoueatur, & cœlum vniuersum concidat, nullo tamen modo discedere debemus à mandato Dei. Neque enim nos hodie, etiamsi audiamus inflammari animos tyrannorum, & fratres nostros vbique miserum in modum trucidari, & nosipsos ad necem peti, tamen ea causa deserere debemus agnitam & perspicuam veritatem. Implorandum est auxilium Dei, vt adsit suæ causæ. Et si quid calamitatis acciderit, quærenda & præcidenda est causa. At si Dauid incertus fuerit de consilio Dei, incidimus in aliud longè etiam absurdius: omnem, videlicet, hanc pompam, & vniuersum istum apparatum institutum fuisse sine fide. Fides enim est ex auditu, auditus autem ex verbo Dei. Vtrinque ergo laborat Dauid. Nam si nesciebat voluntatem Dei, non debuit incipere. Si certò sciebat, non debuit desistere. Sed certum est ex historia, Dauidem ex isto casu grauiter fuisse animo conturbatum. Et probabile est, eum ita attonitum nonnihil deflexisse de via. Etsi enim erat vir sanctus, tamen homo etiam erat, & peccare poterat.

An liceat quippiam sumere ex doctrina prophanorũ.

Ex hac historia videre possumus, verum cultum non à Palæstinis, aut ab Ethnicis petendum esse, sed ex verbo Dei. Deus enim ex suo præscripto coli vult, non inuentis nostris. Non hoc dico, quòd putem nefas esse, aliquid petere à scriptoribus profanis & Ethnicis. Scio enim Mosen audiuisse consilium Iethronis Cinæi, & Paulum non veritum esse citare carmina è Menandro, Arato, Epimenide. Verùm id tantisper faciendum est, quoad lumen illud naturæ nondum extinctum est, sed congruit cũ lumine verbi Dei: siue illud ad mores pertineat, siue ad dogmata: quòd autem ad cultum Dei faciat, nihil quærendum est extra verbum Dei. Malè enim cessit Ozæ nostro, quòd imitari voluisset Palæstinos: malè Nadabo, & Abiu, quòd in sacrũ Domini intulissent ignem profanum: malè Oziæ regi, quòd suffitum facere voluisset in tabernaculo, cùm nec sacerdos esset, nec omnino de tribu Leui.

Diuertere fecit eam in domum Obededom Gittheæi.) Quòd iubet arcam deduci ad Obededomum, videtur peccare paralogismo, A non causa, vt causa. Non enim arca causa erat eius calamitatis, sed peccatum. Illud inprimis tollendum erat, atque ita statim habiturus erat Deum propitium & sibi & toti populo. Idque Dauid ipse postea cùm causam intellexisset, publicè declarauit pro concione. Obededomus iste, ad quem arca deducitur, fuit Gittheus, & Leuita, ianitoribus, & cantoribus: vt apparet ex Paralipomenis. Melius ergo nunc aliquanto habet arca Domini, quàm antea: est enim in domo Leuitica, cùm antea fuisset apud Abinadabum: de cuius familia nihil constat. Dictus est Obededom Getthæus à ciuitate Geth metropoli Palæstinorum, quo in loco Dauid etiam versatus est, cùm esset in exilio. Quidam putant Obededom eundem vnà ibi exulasse

Scil. huius culpam.

Quis fuerit Obededom.

Cur dicatur Getthæus.

Dauide: quod tamen non est admodum probabile. Fieri potest, vt natus ibi fuerit, & in ea ciuitate exularet. Sed quæri potest, cùm Obededom fuerit Leuita, quomodo reliquerit munus & vocationem, & gentem suam, & versari apud exteros? Hic possumus respondere Israelitæ parerent Palæstinis, fieri posse, vt missus eò fuerit ab illis, vel ad ius dicendum cognoscendas controuersias, vel ad aliud quippiam publici muneris obeundum. Potest fieri, vt cùm omnis religio deserta penè fuisset sub Saule, & tot sacerdotes essent interfecti, ipse quæ consulere voluerit exilio. Sed an oportuit Dauidem, vt seipsum metu liberaret, fratrem conijcere in periculum, & arcam, quam ipse nollet ad se recipere, ablegare ad Obededom? Credibile est, Dauidem habuisse concionem ad populum: Deum nolle nunc arcam recipere Hierosolymam: expectandum esse tempus aliud opportunius: oraſſe, vt aliquis è numero Leuitarum eam interim asseruaret apud se: neminem autem coegisse: Obededomum verò sponte ad se illam prouinciam subijsse. Quæ ex re apparet, eum fuisse virum bonum. Quis enim mittat bona omnia sua, & familiam, & vitam suam in tantum periculum, nisi vir pius & magna fidei?

An Dauidi licuerit proximum in periculum conijcere.

Benedixit Iehoua Obededom & vniuersæ domui eius.) Deus hospitem suum statim omni bonorum genere cumulauit. Id obseruatur à multis, & Dauidi nuntiatur. Populus enim facilè admiratur bona ista externa, quæ incurrunt in oculos. Virtutes autem & animi bona, quoniam nō tantùs curant. Magna est ista Catastrophe, pro certo periculo augeri atq; ornari tot & tam magnis commodis. Sed Deus non est ingratus hospes. Christus dimisit Apostolos suos nudos sine calo aut pera: tamen ipsi confessi sunt, nihil sibi vnquam defuisse. Idq; Deus facit etiam in externis: nisi si quando maiori nostro & Ecclesiæ cōmodo ea nobis aufferri velit: vel quòd nobis in mora esse & noxia, vel vt eo modo constantiam & patientiam nostram exploret, & testimonio probet veritatem doctrinæ suæ. Ita Deus benedicit magistratibus & Rebus publicis quæ præbent sedem & locum Ecclesiæ Christi, vbi possit esse in tuto: quæq; Euangelium Christi recipiunt ad se se. Aut si non in hac mortali vita, tantò multò auctius & cumulatius ponet in cœlo. Qui enim, inquit, vos recipit, me recipit. Non enim diabolus est author hospitum, sed Deus: ille solus est & Dominus, & fons omnium bonorum: & ab illo solo petenda quoniam ista pollicitus est, non deerit promissis suis. Honorificantes, inquit, me honorificabo. Fortunauit duas illas viduas, quæ aluerunt apud se Eliam & Elizæum. Labanus, postquam recepisset ad se Iacobum, cœpit melius habere. Ægypto toti prospectum est hospitio vnius Ioseph. Et quid opus est exemplis? Ciuitates Germaniæ, postquàm voluerunt locum esse apud se Christi, omnibus fortunis & copijs magis ebundant & florent, quàm antea: etsi semper florentissimæ.

Bona externa cur Deus det & auferat.

Deus benedicit illis qui pios excipiunt hospitio.

12 *Renunciatumq; est regi Dauidi in hac verba, Benedixit Iehoua domui Obededom, & omnibus quæ habet, propter arcam Dei. Et abiens Dauid, adduxit arcam Dei è domo Obededom in ciuitatem Dauidis cum lætitia:*

13 *Quum autem progressi essent illi qui portabant arcam Iehouæ per sex passus, immolabat bouem & bubalum.*

14 *Dauid autem saltabat totis viribus coram Iehouah, eratq; Dauid accinctus Ephod lineo.*

15 *Dauid igitur & vniuersa domus Israelis deducebant arcam Iehouæ cum iubilo & sonitu buccinæ.*

16 *Fuit autem arca Iehouæ ingrediente ciuitatem Dauidis, Michal filia Saulis prospexit de fenestra, & videns regem Dauidem subsilientem & saltantem coram Iehoua, despexit eum in corde suo.*

17 *Quum autem adduxissent arcam Iehouæ collocauerunt eam in loco suo in medio tabernaculi quod tetenderat ei Dauid, & obtulit Dauid holocausta coram Iehoua, & pacifica.*

18 *Quum autem finem fecisset Dauid offerendi holocausta & pacifica, benedixit populo in nomine Iehouæ exercituum.*

19 *Et distribuit vniuerso populo, vniuersæq; multitudini Israelis à viro vsq; ad mulierem, vnicuiq; placentam panis vnam, & frustum carnis vnum, & lagenam vnam: & abijt omnis populus vnusquisq; in domum suam.*

Tres menſes arca conſtitit apud Obededomum. Erat id ſatis longum tempus ad faciendum periculum, quid futurum eſſet de illo hoſpitio. Dauid interea audita eius felicitate, abiecto omni timore, magnam cœpit animo voluptatem. Auxerunt autem illi hanc lætitiam, non ista tantùm, quæ narrari audiebat de Obededomo, ſed etiam alia, quæ interea acciderant. Ordo enim hiſtoriæ hîc aliquantò eſt perturbatior: cohærentiùs deſcribitur in Paralip. ibi enim hiſtoria ita texitur: Cùm Dauid dimiſſo iſto conuentu, redijſſet in arcem Sion, veniſſe ad illum legatos ab Hiramo rege: illisq; vix iam diſcedentibus, allatum fuiſſe nuntium de duabus victorijs contra Palæſtinos. Et iſtis tot felicitatibus cœpit cogitare, ſe non eſſe ingratum Deo: nec arcam in cauſa fuiſſe, cur Oza ita percuteretur. Itaq; ibo, inquit, & reducam arcam Domini cum lætitia. Hoc eſt hominum verè piorum, animo læto & tranquillo, & pacata conſcientia ſeruire Deo. Dauid cùm iam prorſus haberet deliberatum de reducenda arca, tetendit illi tabernaculum domi ſuę. Ea enim antea & apud Abinadabum, & apud Obededomum ſub tabulato tantùm erat, ſine tabernaculo. Nam tabernaculum inane ſtabat in Gabaon. Dauid ergo de ſuo iuſſit exædificari locum arcæ, idq;, vt eſt credibile, ſatis ſplendidum & honorificum. Vt ante mœſtus & cõturbatus fuerat de morte Ozæ, ita nunc viciſsim efficitur lætus atq; alacer. Huiuſmodi enim viciſſitudines ſunt in animis piorum hominum, vt modò deijciantur afflicti, modò rurſus excitentur.

Ordo hiſtoriæ.

Imò ipſe interfuit.

Cur Dauid ædificârit nouum tentorium.

Hiſtoria iſta de reductione arcæ, quæ hîc breuiter attingitur, fuſius & copioſius deſcribitur in Paralipomenis, Dauidem videlicet rurſus dimiſsis vndequaq; nuntijs cõuocaſſe populũ, & viros militares vt antea: neq; illos tantùm, ſed etiam Leuitas & ſacerdotes. Dices fortaſſe, ad ornandam iſtam pompam, præſertim in tanta & tam profunda pace, quid opus erat militibus? Dicam. Cùm princeps aliquis primùm ingreditur in regnum ſuum, occurrere & præſtò illi eſſe debent omnes ordines: vt ſignificent, ſe velle illi eſſe ſubditos, & facturos imperata. Ita cùm arca Domini reciperetur in Sion, & quodammodo adiret poſſeſsionem & regnum ſuum, occurrere illi oportuit omnes gradus atq; ordines populi Iudaici: vt Leuitæ ſignificarent, ſe ſtudioſè & diligenter facturos officium ſuum in cultu Dei: milites pollicerentur fortitudinem & robur ſuum: denique populus vniuerſus promitteret fidem ſuam & obſequium. Sed Dauid, cùm antea noluerit recipere arcam, nunc velit, an putat Deum mutatum eſſe? Minimè. Nam ſi mutari poſſet, non eſſet Deus. Sed propter varia effecta, quæ videmus à Deo proficiſci, nos ſubinde immutamur. Nam ſi Deum ex aliqua graui vindicta putamus iratum eſſe, fugimus: rurſus ſi ex aliquo beneficio eum iudicemus placatum eſſe & beneuolum, alacres ad eum redimus. Mutatio iſta in nobis eſt, non in Deo. Deus enim nihil aliud facit, quàm quod decreuit ab initio. Tam breui tempore Deus benedixerat Obededomo mirabiliter. De Abinadabo, apud quem arca prius fuerat, nihil legimus. Sed fortaſſe illum quoq; fortunauit, etſi ea de re nihil nominatim ſcriptum ſit in hiſtoria. Aut fortaſſe ille apud ſe non ſatis honorificè habuit arcam Domini: & ea cauſa Deus nihil eximij beneficij in illum cõtulit. Sed quicquid eſt, non magni refert. Recipiam, inquit Dauid, arcam Domini ad me, vt benedicat mihi & domui meæ. Videri poteſt Dauid non ſatis piè iſta cogitaſſe. Deus enim propter ſe expetendus eſt, non propter bona iſta caduca & fortuita. Verum quidem id eſt, Deum amandum eſſe propter ſe. Sed illa quoq; externa propoſita nobis ſunt, non quidem, vt illorum cauſa colamus Deum, id enim eſſet, Deum poſthabere donis ſuis, ſed vt illis tanquam inſtrumentis quibuſdam & machinis ignauia & tarditas animi noſtri ad officium faciendum excitetur. Prouocant quidem nos nonnihil promiſsiones & comminationes ad ſtudium pietatis: non tamen ſunt veræ cauſæ cur ad Deum accedamus. Optat ergo Dauid iſta, ceu teſtimonia quædam voluntatis erga ſe Dei. Id non erat errare, in rebus iſtis fortuitis ſpectare & prædicare bonitatem Dei. Nam id nobis quoq; in omnibus Dei beneficijs cogitandum eſt. Cùm populus confluxiſſet, Dauid in frequenti concione inſtituit concionẽ ad Leuitas & ſacerdotes, cuius hæc erant capita. Primum caſum illum Ozæ non arcæ vitio contigiſſe, aut quòd Deus eſſet iratus populo: ſed quòd ille non præſtitiſſet officium ſuum: deinde, vt illi pararent ſe ad portandam arcam: ne pompa illorũ cauſa impediretur: poſtremò vt ſeſe ſanctificarent, ne qua immunditia legalis eſſet in mora. Neq; tantùm cõmonefacit Leuitas, verùm etiam pro ſua functione regia & architectonica, diſponit alios cantores, alios lyricines, alios ianitores. Sacerdotes aũt iuſsit inflare tubas. Pſalmos etiam dedit, quos illi canerent ornatiſsimè & elegantiſsimè in eum vſum compoſitos. Sunt nunc Papiſtæ noſtri, & clament tantã religionis nihil ad principis officium pertinere. Sacerdotes & Leuitæ ibant ſeorſim loco ſuo. Dauid ipſe adiunxit ſe ad ſenatores & ad principes. Hîc cùm omnia ordine & ritè fierent, Deus non ſolùm abiecit iram ſuam, ſed etiam iuuit Leuitas, illisq; addidit vires, & robur ad geſtandam arcam, id enim diſertè ſcribitur in Paralipomenis: *Quùm autem progreſſi eſſent illi qui portabant arcam.*) Cùm iam illa pompa proceſsiſſet ſex paſſus, Dauid iuſsit arcam conſiſtere & ſacrificari.

An Deum putârit mutatum.

An Deus etiam benedixerit Abinadabo.

An Dauid rectè optet ſibi benè fieri ex arcæ hoſpitio.

Summa orationis Dauidis.

Cur ad ſextum paſſum ſacrificârit.

Id autem

[illegible] factum putant ad sextum passum, quòd in priori pompa ad sextum passum O-[illegible] fuerit. Nunc ergo cũ confecto simili spacio, nihil mali cuiquàm cõtigisset, mandas-[illegible] vt offerrentur sacrificia, & agerentur Deo gratiæ, & preces publicè adhiberentur, vt [illegible] atq; adesset propitius illi multitudini, totiq; regno.

[illegible] saltabat totis viribus coram Iehoua.) Exultabat quidem mirificè, & in summa lætitiam [illegible]. Timebat tamen nonnihil interim, ne quid à quoquã negligentius ageretur, atq; ita [illegible] periculi crearetur. Lætitiæ quoq; habebant ante oculos exemplũ Ozæ. Saltat Da- *Vnde saltatio Dauidis.*
[illegible] & effusè. Sancti enim viri ita interdũ corripiuntur cœlesti lætitia, vt exiliant & [illegible] & corpus suũ vix habeant in potestate. Cũ Maria veniret ad Elizabetham, infans Ioannes [illegible] in eius vtero, quasi vellet plausũ dare aduenienti Domino. Post longã illã siccitatẽ triũ [illegible] & sex mensiũ, Elias, cũ occurrisset Achabo, & impetrasset à Domino pluuiã, & iussisset re-[illegible] comprimũ fugere equos, & currus, & sufugere: statim enim secuturã esse magnã pluuiam, sta-[illegible] correptus spiritu Domini, procurrit saliens ante currũ eius, quoad peruenissent Izreelũ, [illegible] laudans tanto beneficio. Lucianus [illegible] ait, in Delo nunquã solitũ fieri sacrificiũ si-[illegible] & saltatione. Sed saltationẽ illam fuisse eiusmodi, quę omnẽ vim carminũ, quæ accine-[illegible] exprimerẽt gestibus. Eiusmodi etiam Romæ fuerunt tripudia Saliorũ. In templo Dei ab [illegible] nec saltatio. Dauid quidem & Solomon instituerũt musicam, & in [illegible] mulcorum genera. De saltatione autem sacra nihil memini me legisse. Nunc autem [illegible] reducenda arca Domini, vt testetur summam animi sui lętitiam, saltat totis viribus. Pla-[illegible] & de repub. ait saltationem apud veteres aliam fuisse [illegible], & pyrrhicam, robu-[illegible] & militarem: aliam autem modestam, & compositam, quam appellat [illegible]. Ta-[illegible] Gaditanam, & Sicinnim, & alia obscœna genera saltationum. Crẽdibile est Dauidem no-[illegible] saltasse Pyrrhicam: sacerdotes autem & senes, sedatius & modestius saltasse [illegible]. Ni- *An deceat principem saltare.*
[illegible] ratione aut nugatoriũ. Omnia enim ista referebantur ad gloriam Dei. Si quis hîc quęrat, [illegible] principem virũ saltare publicè: respondeo, si corripiatur eodem spiritu, quo Dauid, sa-[illegible] Alias aũt debet vsitata ratione Deum colere. Neroni vitio data est publica saltatio. Sue-[illegible] Caligulam venisse in theatrũ cũ palla, & desaltasse canticũ, & abijsse: idq; illi probro da-[illegible] populo. Nec iniuria: neq; enim ibi saltatio erat in vsu, neq; ille saltauit ad gloriam Dei. Non [illegible] Dauidem se conijcere in multitudinem, & quo dammodo gerere pro seruo. Nam, etsi alio-[illegible] esset honos regius, tamen in cultu Dei nihil est discriminis. Quamuis ergo esset rex, ta-[illegible] publicè eum hac abiectione maiestatis testari, se esse seruum Dei. Non ita se gerere solent [illegible] Papæ. Nam illi, cùm Deum illum suum circumferri velint in equo, sequuntur ipsi non qui- *Quare indu-tus fuerit epho do.*
[illegible] pedites, sed omninò cum regia pompa, & in equo multò maioris pretij, quàm ipse Deus. Da-[illegible] vt fortius saltaret, induit se ephodo lineo. Posuit interim ornamenta regia, vt significaret [illegible] esse verum Regem Israelis. Carolus V. cùm inauguraretur Bononiæ, primùm indutus est [illegible] linea, quali Papistæ vti solent in suis sacris: vt omninò videretur vnus esse quispiam è nume-[illegible] sacerdotum. Non autem eo consilio Dauid amiciri voluit ephodo lineo, vt videretur sacerdos, [illegible] vt saltaret expeditius: Quod hîc dicitur אפוד בד ephod bad, erat genus pallij linei. Quiddam [illegible] dissimile scribitur supra de Saule: ille enim cùm venisset ad prophetas, abiecit vestẽ regiam, [illegible] cum illis cantauit, & iacuit nudus, hoc est, absq; regijs ornamentis. Hæc erant grata Deo, [illegible] quidem natura sua, sed quòd proficiscerentur ex fide. Quòd si qui erant in ea turba, qui non [illegible] saltabant, quàm vt imitarentur regem, non autem, vt ita ornarent cultum Dei, illi haud [illegible] peccauerunt.

Fuit autem arca Iehouæ ingrediente ciuitatem Dauidis.) Michol interim prospiciens de fene-[illegible] cùm videret Dauidem ita se gerere, putauit illum prorsus insanire, & postea eum acerbissi-[illegible] verbis reprehendit. Ista non sunt inopportuna nostris temporibus. Nunc enim etiam Arca *Allegoria.*
[illegible] reducitur, & ecclesia fœdissimum in modum corrupta instauratur. Hic quoque nobis [illegible] sæpe aduersa cadunt. Oza percutitur: Dauid reprehenditur, & ridetur. Nos, inquam, qui [illegible] reducere volumus cultum Dei: contemnimur à multis, & habemur ludibrio. [illegible] ea causa debemus ab incepto desistere, sed potius redire ad Dominum: & si quid for-[illegible] secus fit, aut minus diligenter procuratum, id corrigere. Appellamur hodie melancholici, fa- *An Michol interfuerit pompæ.*
[illegible] critici, & quid non? Sed hæc & Christus tulit, & Apostoli, & omnes, quicunq; præcesse-[illegible] in regno Dei. Michol despexit per fenestram. Ergo, inquies, non fuit in pompa. Et for-[illegible] aut ægrota fuit, aut alijs iustis rationibus impedita. Verùm id nihil est necesse comminisci. [illegible] enim mulieres, & Dauid in epulo diuisit illis partes. Sed apud Iudæos mulieres semper [illegible] seorsim à viris. Fieri ergo potest, vt cùm Michol esset in agmine mulierum, non vide-

rit, quid Dauid fecerit; postea autem reuersa domum illum contemplata sit de fenestra, & ea, & contempsit factum Dauidis: vt impij solent omnia ea, quæ fiunt ad gloriam Dei. Quid ergo, inquies, dixit Christus, Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui est in cœlis? Quid oportuit ista mandari, si pia non nisi ludibrio nuntur? Cauendo quidem sunt scandala, sed illa, quibus homines in se offendi possunt. Sed si impij suo vitio recte facta rapiant ad calumniam, nos non debemus ea causa desistere. Illi tamen potius cæci sunt, & duces cæcorum. Opera quidem bona eiusmodi sunt, quæ nemo, quamuis possint commouere: & pios quidem homines semper inducunt, ad laudandum Deum. Imò impij quoque, nisi si qui sunt, in quibus lumen ipsum naturæ non prorsus sit extinctum, capiuntur nonnulla admiratione sanctorum operum. Itaque Deus in Deuteronomio: Hæc, inquit, est sapientia vestra in conspectu aliarum gentium. Et dicent de vobis omnes vndique nationes: Hic populus sapiens, & gens magna. Alexander Mammææ, quamuis Ethnicæ rationis, laudare, & sæpe vsurpare solebat sententiam illam Christianorum. Quod nolis tibi fieri, alteri ne feceris. Et cùm audisset, Christianos solitos proponere publicè in suis conuentibus nomina illorum, quos vellent cooptari in ministerium, idque ante aliquot dies, quàm essent eligendi, vt quisque posset ab omnibus in illorum vitas & mores, idem ipse voluit imitari, vt quibus mandandum esset præfecturas, aut magistratus, illorum nomina publicè proponeret in albo, vt diligenter in illorum vitam inquireretur. Ita impij quoque nisi naturam habeant prorsus obrutam, aliquo splendore piorum operum. Reprehenditur Dauid, sed à Michole, hoc est, à carnis inimicitia est aduersus Deum. Verùm, qualia bona, & sancta opera videntur carni? Talia videlicet impia & impura, quantumuis alioqui in hominum oculis nitentia, & splendida. Deo vidolum. Ita Paulus. Mihi, inquit, mundus crucifixus est, & ego mundo. Ego illorum facta digna esse gloriatio, vt illi mea.

Quatenus impiorum ratio habenda in bene agendo.

Cùm autem adduxissent arcam Iehouæ, collocauerunt eam in loco suo.) Collocat arcam in tabernaculo. Verus tabernaculum asseruabatur in Gabaon, quemadmodum apparet ex Paralipomenis. Vtrum autem illud Gabaonense idem illud fuerit, quod Moses curauit ædificari in deserto, nescio. Intercesserant enim iam plus minus ducenti anni à morte Mosis. Potuit tamen interea vtcunque refici, & ita seruari. Sed quicquid est, non est tanti. Sed cur tentorium ædificarit potiùs, quàm sacellum? Quia intelligebat, Arcam adhuc esse vagam & peregrinam. Destinarat quidem iam tum Dauid animo templum illud, quod postea extructum est à Salomone. Interea cùm Arca non haberet certam aliquam sedem, iudicauit optimum fore, vt staret sub tabernaculo.

Cur non ædificarit sacellum.

Benedixit populo in nomine Iehouæ exercituum.) His rebus confectis ex sententia, benedixit, hoc est, benè precatus est populo, postquam omnes iam accepisset magnifico & splendido epulo. Habuit orationem ad multitudinem, cùm eam dimitteret: sed quibus verbis, non apparet. Non autem credo illum vsurpasse illa verba, quæ sunt scripta in Numeris, Benedicat te Deus, & custodiat te, illuminet faciem suam super te, & benedicat tibi: Hæc enim verba erant propriè attributa pontifici. Benedixit quidem Dauid populo, sed suo modo. Solomon quoque cùm consecrasset templum, stans benè precatus est populo. Coniunctæ erant functiones Regis, & Pontificis, itaque mirum non est, si multa illis fuerint inter se communia. Vterque benedixit populo: vtriusque munus salus, & incolumitas populi debuit esse curæ. Pontifices docebant, & admonebant populum. Reges etiam pro suo officio, & potestate [illegible] & admonebant interdum, & docebant, vt Dauid, Solomon, Ezechias, Iosaphat, Iosias & alij. Quidam satis se putant functos esse officio suo, si benè precentur suis. Sed Dauid non tantùm benedicit, sed etiam benè facit. Vniuersam illam multitudinem, quam credibile est fuisse frequentissimam, excipit magnifico epulo: quod etiam Solomon postea fecit, cùm consecrasset templum. Non hoc fecit Dauid antea, neq; cùm declararetur Rex à tribu Iuda, neq; cùm inauguraretur à toto populo, vt præesset vniuerso Israeli. Nec mirum. Plus enim tribui voluit aduentui Dei, quàm honori suo. Hæc magnificentia ornata est duabus virtutibus alijs, pietate & prudentia. Pietate quidem, quia omnia referebantur ad cultum Dei, videlicet, vt populus lætaretur & epularetur coram Domino. Prudentia autem, quia ratio habita est & loci & temporis, & quid, & quantum cuiq; conueniret. Alij principes abijciunt & profundunt opes suas in spadones, in scorta, in ædificia, in conuiuia non necessaria, in venationes, in gymnasia. Alij perfodiunt isthmos, alij maria iungunt pontibus. Interim ringitur & exhauritur miser populus, idq; nullum in vsum Reipublicæ. Dauid autem istis sumptibus non solùm [illegible] tempora suorum, & eos instituit ad pietatem, sed etiam animos, qui antea studio partium [illegible] debantur, inter se coniungit, & omnium beneuolentiam sibi conciliat.

Quomodo benedixit populo.

Regum et Pontificum coniuncta officia.

Regium consilium.

In Psalmos

Postea conuersus est Dauid vt benediceret domui suæ: egressa est autem Michol filia Saulis in occursum Dauidi, & ait: Quàm gloriosus fuit hodie Rex Israel, qui reuelauit se hodie in oculis ancillarum seruorum suorum, vt solet se discooperire vnus

Et ait Dauid ad Michal: Coram Iehouah qui elegit me potius quàm patrem tuum, & quàm vniuersam domum eius, præcipiendo mihi vt essem dux super populum Iehouah super Israelem, & Iudam coram Iehouah:

Et vilior fiam amplius quàm hoc, & ero humilis in oculis meis, & apud ancillas quibus loquuta es, glorificabor.

Proinde ipsi Michal filiæ Saulis non fuit natus vsq; ad diem quo mortua est.

deinde domum, vt exhilararet suos: Etsi enim esset rex, & suscepisset curam totius Reipublicæ, tamen curare debuit etiam rem œconomicam. Domi verò, vbi speraret se vtcunque a tumultibus conquiescere, necesse habuit Micholis vxoris suæ ferociam castigare. Iosephus illam honoris causa egressam esse Dauidi obuiam. Cætera enim illi omnia mirificè placuisse, hoc vnum malè illam habuisse, quòd Dauid saltasset ante Arcam, idque posita maiestate regia: quæ nunquam, cùm per animi impotentiam tenere se non posset, euolasse foras, vt tum male postularet. Reprehensio ea constat tribus capitibus: primùm, quòd Dauid non retinuisset secum in illa tumultuaria saltatione: deinde, quòd abiecisset ornamenta Regia: postremò, quòd nihil fuisset discriminis inter illum & quemuis è populo, aut stultum. Erat alioqui Michol mulier non mala. Nam & impensè amabat maritum, & cùm ille quæreretur à Saule ad necem, eius rei cum periculo suo consuluerat. Hac tamen vna in re grauiter peccat. Nimiùm enim refert mores & ingenium patris. Nam Saul in rebus gerendis nihil aliud quærebat, quàm gloriam suam: Dauid autem solam sibi propositam habuit gloriam Dei. Reprehendit Michol Dauidem, quòd deposuisset ornamenta Regia, oblitá interim, patrem suum Saulem idem fecisse, cùm versaretur inter prophetas. Itaq; hoc loco non vxor Dauidis appellatur, sed *Filia Saulis.*) Patris enim multò meminerat, quàm mariti. Volebat in illo spectaculo maritum suum incedere quàm ornatissimum. Sed Dauid meminerat, festiuitatem illam non suam esse, sed Dei: eoq; posthabita maiestate regia omnem gloriam ad illum solum retulit. (*Quàm gloriosus fuit hodie Rex Israel*) O quàm gloriosus fuerat hodie maritus meus. Ita acerbissima ironia Dauidem perstringit. (*In oculis ancillarum.*) Quidam ancillas illas intelligunt concubinas Dauidis. Verùm id non videtur conuenire. Quia in contextu habetur, *Et in oculis ancillarum seruorum suorum.*) Neq; facilè id recipio, quòd quidam putant, Micholem ista dixisse conuitiosiùs in Dauid, quasi ille voluerit corpus suum, quod habebat pulcherrimum, oculis muliercularum ostentare. Credibiliùs est, illam nihil aliud in eo reprehendisse, quàm quòd oblitus maiestatis suæ, sese immiscuisset in turbam saltantium. Rex, inquit, Israel, & maritus meus, iam factus est fabula, non tantùm plebi, sed etiam ancillis. Ita deprauatum Dauidis: quodq; ille summa cum religione fecerat in conspectu Dei, id factum ait esse conspectu ancillarum.

(*Quasi vnus è fatuis.*) Hoc est, stultis & morionibus, qui vbiq; saltant: vel tanquam vnus è morionibus, qui frusto panis conduci possint, vt quiduis faciant. Hac hodie de causa Episcopi, abbates, pontifices rident nos, qui profitemur Euangelium: nos iam abiectis omnibus ornamentis pristinis indos, & quasi moriones verba facere ad stultam plebeculam: nam ipsi interim, equis, mulis, lombardis & regio comitatu ac strepitu magnificè agunt Episcopos.

(*Et ait Dauid ad Michal.*) Ista mulierecula ridet Dauidem: primùm maritum suum, deinde Regem, postremò Prophetam Dei. Sed illis conuitijs Deus interim ipse petebatur. Itaque Dauid defensionem suam: se rectè atque ordine fecisse. Non enim coram ancillis saltasse, sed coram Domino. (*Iehouah elegit me potius quàm patrem tuum: vt essem dux super populum Iehouæ.*) Hoc est effectum diuinæ electionis, non causa. (*Vilior fiam amplius quàm hoc.*) Tenuùm abest, vt ista importuna eloquentia mihi quicquam persuaseris. Vilior inquam, ero, non ex fuco, aut simulatione, sed in oculis meis, & ex animo. Apud ancillas autem, quas tu mihi obijcis, ero etiam humilior. Illæ enim si sapiant, magnificentiùs de me loquentur & sentient. Ita Dauid omnes obiectiones diluit. Certè mulieri prudenti magis placere debuisset hæc electio, quàm ista pompa Regia. Gregorius enim pulchrè scribit: Magis miror Dauidem saltantem, quàm pugnantem. Pulcher quidem erat, cùm occideret leones, sterneret Goliathum, profligaret Philistæos. Multò autem nunc est pulchrior, cùm omnem istam dignitatem abijcit coram Domino.

Cur Michol obuiam egressa sit Dauidi.

Capita reprehensionis Michol.

Defensio Dauidis.

Alibi alios vicerat: nunc, quod pulcherrimum est, vincit seipsum. Multa accepturus, & præclara dona à Deo: eoque se tanto demissius gerit. Erat etiam acceptarus plura, Itaque in quo se in posterum magis etiam humiliabat. Nam qui se humiliat, exaltabitur: vtque Salomon ait, ante gloriam est humiliatio. Christus etiam cùm saltaret crucem & mortem suam, ridebatur. Sed postea surrexit infinitis partibus glorioſior, & ascendit in cœlum. Theodosius etiam Imperator cùm abiecta Imperatoria maiestate publicè saltaret pœnitentiam, non dubium est, quin irrisus fuerit à multis. Ita omnibus accidit, qui volunt piè viuere in Christo Iesu. Rident quidem hominem religiosum nunc: sed posteà canent Palinodiam: illam, inquam, Palinodiam quæ extat scripta in libro Sapientiæ. Isti, inquient, sunt, quos aliquando habuimus ludibrio. Visi sunt hominibus mori: illi autem sunt in pace.

Michol Deum contumelia afficiebat.

Michol, cùm ista petulanter iaceret in Dauidem, contumelioſa erat in Deum ipsum: quasi Deus indignus esset illo tanto honore. Nam qui ridet hominem religiosum, religionem ipsam ridet. Et qui contemnit Euangelistam, contemnit Deum, cuius ille docet Euangelium. Itaque eam Dauid acrius castigat & repungit opprobrio domus suæ: non quidem vt expleret odium suum, & animo suo satisfaceret, sed quòd illa digna esset, quæ non alio modo corrigeretur. Adfuit autem Deus istis verbis, & castigationem fecit efficacem. Leguntur nunc ista vbique: & nemo est, qui, cùm ista audiat commemorari, non dicat, aut iudicet, Micholem grauiter peccasse. Deinde etiam illa destituitur sobole, qui est maximus fructus matrimonij. Ita qui rident Ecclesiam, erunt stulti, & steriles. Non peperit vsque in diem mortis suæ. Iosephus putat illam peperisse quinque liberos ex altero viro: nullum autem ex Dauide. Alij putant, eam prius quidem suscepisse liberos ex Dauide: eam enim eandem esse, quæ alio nomine appelletur Egla: sed posteà fuisse sterilem. Alij suspicantur, mortuum eam esse in partu: atq; ita veram fuisse prædictionem Dauidis, illam non perituram vsq; ad diem mortis suæ.

CAPVT VII.

FVit autem, quum sedisset Rex in regia sua, & Iehouah requiem dedisset ei vndiq; ab omnibus inimicis eius.

2 Dixit Rex ad Nathan Prophetam: Vide quæso, ego habito in regia cedrina, arca autem Dei habitat in medio cortinæ.

3 Nathan verò ait ad Regem: Quicquid est in corde tuo, vade, fac, quia Iehouah tecum est.

Distributio capitis.

SEPTIMVM caput distinguitur in tria membra. Primo loco proponitur Dauidem cogitasse de ædificando templo, & ea de re consuluisse Nathanem: deinde Deum respondisse Nathani per somnium. Postremò Dauidem de magnificis illis promissionibus, quas acceperit, egisse gratias Deo. Quod ad primũ attinet, Dauid nactus aliquando quietem atq; otium, cùm videret omnia sibi feliciter atq; ex animi sententia contigisse, & sciret tot beneficiorum vnicum authorem esse Deum, ne videri posset ingratus, voluit illi gratias agere, idque non verbis tantùm, sed etiam rebus ipsis. Itaque decreuit omninò pro tot beneficijs aliquid reponere, & si posset, par pari referre. Sic enim secum in animo cogitauit: Deus dedit mihi domum: Ego etiam illi dabo vicissim domum. Dedit mihi otium à bellis: Ego illi dabo otium à peregrinationibus: non quòd putaret, Deum posse in domo aliqua acquiescere: sciebat enim eum immensum, & vbiq; esse: sed quòd cogitaret ista præstare externo symbolo, hoc est, Arcæ Domini: Ea enim antea, vt scribitur in Paralipomenis, peregrinabatur ex loco in locum, & ex tabernaculo in tabernaculum. Hæc ad verbum scribuntur, & per Mosen prædicuntur in Deuteronomio: Ponam nomen meum ibi, & invocabitis me, & eò sacrificia vestra deferetis. Hinc Dauid, vt erat studiosissimus legis, intelligebat fore vtinq; vt esset Rex, cogitabat id maximè esse officij sui: & cùm id aliquando futurum non dubitaret, optabat, vt suo maximè tempore, suisq; auspicijs euenire. Sed quoniam, vt est in Prouerbijs, sapiens non nititur sapientiæ suæ, aduocauit ad se Prophetam Nathanem. Noluit enim tanta de re cum paucis & seorsim deliberare, quòd falsæ quædam filij pestibus ex stultis insani fiunt, sed cum Propheta, viro graui, & pio, & prædito spiritu Dei, habebat ante Gaddem cuius consilio vteretur: nunc habet Nathanem. Non est autem hic Nathan filius Dauidis, sed Propheta, de quo in hac ipsa historia auditurus sumus plura.

Cur cogitârit de ædificando templo.

Cur Prophetam aduocet.

Quum

Ipse Israël requiem dedisset ei vndique ab omnibus inimicis eius.) Quomodo potuit hoc dici, quòd pacem habuerit, quæ postea tot bella gesserit? Quidam putant ideo hoc dici, quòd pro illo tempore haberet pacem. Sed Chrisostomus videtur mihi rem acutius considerasse. Ait enim anteà Palæstinos incursiones fecisse in Iudæam, & Dauidem ad bellum prouocasse. Posteà autem Dauidem, cùm bellum suscipere, ipsum sua sponte, & priorem in illos, atque in alios inuasisse. Nam post secundum illam victoriam, quam reportauerat de Palæstinis, omnes vicinas vndique nationes nomine ipso Dauidis territas conquieuisse. Dauidem autem bella gessisse, non quòd esset lacessitus à quoquam; sed vt asereret libertatem, & ius suum populo Dei.

Quomodo pacem habuerit, qui postea tot bella gesserit.

Ego habito in regia cedrina.) Argumentum Dauidis in hac deliberatione est huiusmodi: Indignum est, hominem splendidiùs habitare, quàm Deum. Est quidem ista ratio probabilis. Habebat Dauid Regiam pulcherrimam, & magnificè extructam, idque tabulis, & trabibus cedrinis. Indignum ergo esse iudicabat, vt Arca iaceret sub pellibus. Quòd autē dixit Arcam Domini sub pellibus habitare, alludit ad institutum & præscriptum Domini cap. 26. Exodi. Ibi enim Dominus mandauit, vt tabernaculum interius, quod constaret ex purpura, bysso, cocco, hyacintho, auro, & gemmis, contra iniurias cœli vestiretur foris duplici ordine pellium, primùm arietinis rubricatis, deinde taxorum. Inter domum & tabernaculum hoc intererat: quod domus esset fixa, & certa habitatio: tabernaculum autem temporaria tantùm, & incerta mansio hominum peregrinantium. Comparat ergo Dauid seipsum cùm Deo: & domum suam cedrinā cùm vilibus pellibus arietinis. Exemplo quidem sumi videtur ab honesto. Mentionē autem facit solius Arcæ: non quòd nollet eam Mensam, & Candelabrum: & reliquum apparatum tabernaculi deferre in templum: sed cùm reliquum omne instrumentum institutum esset propter Arcam, satis habuit Arcam solam nominare. Reprehendit Dauid præposteram suam diligentiam. Ego, inquit, mihi iam prospexi de commodis ædibus. Sed adhuc Arca Domini, cui in primis prospectum oportuit, habitat sub tentorio. Et certè, si hæc ratio satis firma esset, Dauid grauiter peccasset, qui se ipsum prius curarit, quàm Deum. Sed ita comparata est hominum natura, vt nisi illis præluceat fax verbi Dei, ea in se reprehendant, quæ non debeant vsque adeò reprehendi: ea autem, quæ re vera reprehendenda sint, prætereant. Absque enim illa face putant, Deum illis ipsis rebus delectari, quibus ipsi capiuntur. Itaque homines Ethnici cùm ipsi gauderent stupris & adulterijs, eadem flagitia adscripserunt etiam dijs suis. Et quoniam magnates solent in pompa magnificè circungestari, idcircò hodiè Papistæ eodem ritu circumferunt placentam illam suam, quam coli volunt loco numinis. Ædificare templum Domino sua natura non erat malum. Id tantùm reprehendendum erat in Dauide, quòd anteuertere voluerit mandato Domini. Sic enim debemus cogitare: Deus cùm sit incorporeus & infinitus, non potest in domum aliquam includi: cumque amplissimus & maximus, nullum potest eius maiestate dignum domicilium inueniri. Domus ergo illa, quam iam Dauid in animo designauerat, non plus habitura erat dignitatis, quàm quantum constaret ex verbo Dei. Verbum autem Dei de hac re adhuc nullum habuit. Ergo quicquid extruxisset, quantumuis id esset magnificentissimum, indignum futurum erat Deo. Illud enim, cùm non haberet authoritatem ex verbo Dei, tantùm spectandum erat ex natura sua. Non erat Dauid ignarus, Messiam fore verum templum Dei, in quo habitatura esset omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: aut homines omnes pios esse Dei templa. Sed cogitabat, hæc symbola pro tempore fore satis: & Deum interim coli voluisse, quibusdam vmbris. Sed deerat adhuc verbum de ratione ædificandi, de authore, de tempore, de loco. Habemus hic duo egregia exempla, quæ ponamus ob oculos. Dauid nactus iam tranquillitatem & otium, non tradit se luxui, & libidini, sed statim cogitare cœpit de instauranda religione. Ita nos quoque diebus festis, postquàm aliquid otij contigit à molestijs & laboribus, animum referre debemus, non ad lasciuiam, aut ad pocula, sed ad propagandū cultum Dei. Idq; quàmuis omnes pij studere debeant, tamen imprimis debent principes. Deinde Dauid de re magni momenti deliberat cum Nathane propheta. Ita principes, quàmuis ipsi interdum maximè sapiant, tamen consilium capere debent à viris pijs. Ista cogitatio Dauidis, etsi erat humana, tamen proficiscebatur à radice pietatis. Ille enim semper habuit animum obseruantem in religione & cultu Dei. Quare, quàmuis conclusio ipsa Deo non placuerit, tamen cogitatio ea erat illi non ingrata.

Argumentum Dauidis.

An peccârit fidei prius edificando domum quàm Deo.

Error Dauidis

Cura religionis instaurandæ.

Deliberatio cū propheta.

Nathan vero ait ad Regem.) Nathan, cùm videret consilium esse bonum, statim annuit. Dolus inest, quòd ait, est tecum. Et certè, quis eiusmodi institutum non probasset? Verùm non ita æstimanda sunt facta nostra. Spolianda ea, & nudanda sunt, & ad viuum vsque resecanda: vt, si quid in illis vitij intelligamus. Ita Socrates apud Platonem monet, quoties nobis offertur argumentum, iniiciendas illi esse manus, vt bene illud & fortiter constringamus, & si quid habeat captio-

Consilia & facta nostra examinanda.

nis, aut vitij, ne patiamur elabi. *Quicquid est in corde tuo, vade, fac.*) Fac quod bonum videtur oculis tuis. Mirum est, Nathanem inconsulto Domino, ita temerè voluisse pronunciare: an hoc quidem addiderit, quantum ego adhuc video, aut scio. Lyranus putat, Dauidem amicè tantùm, & familiariter deliberasse cum Nathane, vt solent homines cum amicis: non autem voluisse per eum consulere Dominum. Tamen Chimhi putat, eum orasse, vt consuleret Dominum, & de ædificando templo, & de loco. Quare cùm inter se deliberarint familiariter, & humano more, non est mirum, si vterque falsus fuerit. Nam cùm mulier illa accessisset ad Elizæum, & supplex se ad eius pedes abiecisset, & Giezi voluisset eam amoliri: Sine, inquit Elizæus, illam, in amaritudine animi est: & Dominus hoc me cælauit. Samuel quamuis esset summus propheta, & quicquid diceret, eueniret, & non caderet quicquam irritum, quod ille futurum prædixisset, tamen cùm venisset ad Isai, & videret Eliabum maximum natu ex eius filijs, pulchrum, & procerum inuenerat, putauit statim illum esse, quem Deus vellet vngi regem. Hic est, inquit, Christus Domini. Itaque summi prophetæ falli possunt, cùm niti velint humana ratione. *Quia Iehoua tecum est.*) Male colligit Nathan. Est enim paralogismus à secundum quid ad simpliciter. Dominus tecum est in rebus gerendis, & in ordinanda Republica. Ergo nunc quoque tecum est. At vt esset firmum argumentum, oportuit primam propositionem vniuersalem esse: vt ita diceret, Dominus vbique & omnibus in rebus tecum est. Ergo hîc quoque tecum erit. Verùm hoc nemini vnquam contigit in hac vita. Huius temeritatis Nathan postea dedit pœnas: coactus enim est ad palinodiam. Hic videmus duos insignes prophetas errare ac decipi. Id nobis magno solatio est, si nos quoque interdum decipiamur. Quod si ad fontem ipsum erroris nostri velimus recurrere, non diu inueniemus, quàm illum, vnde fluxit error Dauidis, & Nathan.

Prophetæ aliquando ignorãtia laborant.

Paralogismus Nathanis.

4 *Porrò ea nocte fuit verbum Iehouæ ad Nathan, dicendo.*

5 *Vade, & dic seruo meo Dauidi, Sic dixit Iehoua: Numquid tu ædificabis mihi domum, vt habitem?*

6 *Non enim habitaui in domo à die qua adduxi filios Israel de Ægypto, vsq; in hunc diem, sed ambulaui in tentorio & tabernaculo.*

7 *In omni quo ambulaui cum omnibus filijs Israel, num verbum vllum feci cum aliqua è tribubus Israelis, cui præceperim vt pasceret populum meum Israelem, dicendo: Vt quid non ædificauisti mihi domum cedrinam?*

8 *Et nunc sic dices seruo meo Dauidi, Sic dixit Iehoua exercituum: Ego tuli te è tugurio postq; ones, vt esses dux super populum meum, super Israelem.*

9 *Fuiq; tecum in omni quo perrexisti: excidi insuper inimicos tuos à facie tua, feciq; tibi nomen magnum iuxta nomen magnorum qui sunt in terra.*

10 *Constituam quoq; locum populo meo Israeli, & plantabo eum, habitabitq; in loco suo, nec mouebitur amplius, neq; addent filij iniqui affligere eum vt prius.*

11 *Et ex die qua præcepi Iudices super populum meum Israelem: sed requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis. Præterea annunciat tibi Iehoua, quòd domum tibi faciat ipse.*

12 *Quum expleti fuerint dies tui, dormieristq; cum patribus tuis, statuam semen tuum post te, quod egredietur è ventre tuo, & firmabo regnum eius.*

13 *Ipse ædificabit domum nomini meo, & firmabo solium regni eius vsq; in seculum.*

14 *Ego ero illi in patrem, & ipse eris mihi in filium: qui quum iniqua egerit, arguam eum virga hominum, & plagis filiorum hominum.*

15 *Misericordia autem mea non recedet ab eo, quemadmodũ abstuli à Saule, quem sustuli à facie tua.*

16 *Et firma erit domus tua, & regnum tuum vsque in seculum coram te: thronus tuus erit firmus vsq; in seculum.*

17 *Iuxta omnia verba hæc & iuxta omnem visionem hanc: sic loquutus est Nathan ad Dauidem.*

Deus non patitur suos diu decipi, cùm videat illos simpliciter errare. Nostis ergo [illegible]

quietem. Solet etiam cùm suis agere interdum vigilantibus, interdum per so-
lub. ait cap. 33. In somnio per visionem nocte aperit Deus aurem virorum. Vidit Deus Da-
uid, & ferri magno desiderio. Et credibile est illum, cùm accepisset consilium Nathanis,
templum: quod etiam potest colligi è Psal. 132. Iurauit Domino Dauid: votum vo- *Votum fecerat Dauid.*
introiero in tabernaculum domus meæ: si ascendero in lectum strati mei: si dede-
meis, & palpebris meis dormitationem, donec inuenia locum Domino, & tabernacu-
Hoc Dauid tàm ardenter optauit, quòd sciret, Dominum in Deuteronomio promi-
quando, vt Arcæ, ac tabernaculo certa aliqua sedes constitueretur, eáq; coniuncta esset
Reipub. Optat ergo hoc non tàm sua ipsius causa, quàm totius populi, & in primis
cultus Dei. Alij tamen putant eum non hoc tempore nuncupasse illud votum, sed
consum illum populi, qui Deo tempore displicuit, pestis per omnes partes regni grassa
enim Dauidem omisseareâ Aream, & concepisse votum de ædificando templo. Verùm
videtur verisimile. Illa enim contigerat longo post tempore, quàm ista facta essent. Quo-
ergo potuisset postea vouere, se extructurum esse templum, cùm iam antea diuino iussu &
admonitus esset, ne id faceret? Videtur magnâ fuisse in illo voto hyperbolem, cùm hisce *Hyperbole in voto Dauidis.*
concipitur, si dedero somnum oculis meis, si ascendero in lectum strati mei, si introiero in ta-
culum domus meæ, donec inueniam locum Domino, & tabernaculum Deo Iacob. Natura
& palpebras humani corporis non patitur quenquàm diu insomne esse. Sed Dauid hoc
uoluit, se quicquid ageret, & vbicunq; esset, semper versaturũ in ea cogitatione. Quam-
ardens & assiduus esset cultor Dei, tamẽ Deus illud votum nõ probauit. Ita votum,
Dei temerè susceptũ est, Deo ipso authore rescinditur. Deus autẽ, vt retrahat Dauid *Argumẽta quibus Deus reuocat Dauidem.*
incepto vtitur duobus argumentis: quorum alterũ ducit à persona sua, alterum à persona
Quod ad prius argumentũ attinet, ego, inquit, hactenus versatus sum in tabernaculo, &
sacerarii patribus, & illa qualicunq; mansiuncula contentus fui. Neq; illa causa minus fui
aut minus illos iuui in tempore. Mea ergo causa nihil est, quod solicitus sis de templo. Quod
ad te attinet, scire debes multos fuisse principes in Israel ante te, quorũ tamen ego nemini vn
hanc curam imposui. Quid ergo tu solus hoc suscipis, quod ego nemini, imò nec tibi quidem
mandaui? Non dixi vni alicui ex tribubus. Vni, inquit, quoniã iudices ex tribubus eligeban-
tur, & hactenus scribitur in Paralipomenis. Dixerat quidẽ Deus iam olim in Deuteronomio, vnũ *Obiectio.*
futurum esse locum, vbi coli vellet, quis autem ille locus futurus esset, id non prædixerat. Quare
expectandum erat oraculum & certum verbum Domini. Sæpè enim mandatur aliquid, &
non statim in præceptis, vt appellant affirmatiuis, quod non debet statim suscipi. Apostoli iube-
antur ire ad gentes: sed quo tempore eundum esset, expectandum erat aliud mandatũ Domini.
cùm accepissent manifestum signum diuinæ voluntatis in Cornelio, & postea, cùm vidissent
templum funditus euersum esse à Romanis, nihil iam amplius cunctandum esse existimabant.

Ambulaui in tentorio & tabernaculo.) Quod propriè tribuendum erat symbolo, id hîc tri-
buitur rei ipsi. Arca enim Domini peregrinata fuerat in deserto cùm populo, & sedes subinde mu-
tabatur. Deus autẽ, quamuis esset vbiq;, & impleret omnia, tamẽ id adscribit sibi, ac si ipse vagatus *Deus non peregrinabatur ieo Arca.*
esset cùm populo per desertum, & modò in hoc loco, modò in alio constitisset. Est enim magna
& similitudo inter symbola, & res ipsas, quæ in illis repræsentantur. Ita quamuis cor-
Christi gloriosum sit & impassibile, tamen illud dicimus frangi in Eucharistia, quòd eius ibi
gerat symbolum. Alioqui rectè dicimus, Deum adesse alicui, quoties adest sua bonitate & gra-
Ita Moses in Exodo orat, atq; exorat etiam Deum, vt ipse veniat, & adsit, & sequatur populũ
Hanc societatem cùm Deo, Iacob in cap. 33. Genes. sit, se expertum esse, cùm iret in Mesopo-
sit enim, se, quicquid institueret, semper comitẽ habuisse Deum. Quidã putant, magnam
emphasim in illa voce, *Mihi*: quasi Deus ita dicat, An tu putas te ædificare posse domum mihi,
infinitus sim, & capi loco non possim? Est ea quidẽ pia expositio quantum autẽ ad rem faciat,
non video. Neq; enim Dauid ea de re monendus erat. Satis enim sciebat Deum infinitũ, atq; im-
mensum esse. Neq; id agebat, vt illũ aliquo certo in loco cõcluderet, sed vt sibi à populo colendo
inquies: idem Deus, qui hic vetat Dauidẽ ædificare sibi domũ, postea in Aggæo repre- *Dauid retrahitur & Iudæi iubentur ædificare templum.*
Iudæos reduces, quòd non ædificent. Idem ergo hîc prohibet, ibi iubet. Ista vix videtur in-
conuenire. Imò optimè conueniunt. Hîc enim Dauid retrahitur ab instituto, quòd non ha-
verbum Dei. Iudæi autẽ apud Aggæũ reprehendebantur, quòd quamuis admoniti à prophe-
& verbo Domini, tamen ædificationẽ contemnerent. Cùm ergo diuersa esset causa, nõ
diuersũ fuerint effectus. Antichristus hodie inuenit viã, quomodo posset vtrunq; fane
ædificare, & non ædificare. Dimittit vndiquaq; terrarum bullas suas, & diplomata, &

colligit incredibilem vim pecuniæ ad fabricam templi Diui Petri. Cumq; hi annibus aliquot locis secula vsus sit, tamen opus nihil procedit. Ita ille & ædificat, & non ædificat.

Cur Dauid non ædificarit templum.

In primo Melachim cap. 5. Solomon ait, patrem suum habuisse quidem in animo, vt ædificaret domum Domino, sed non potuisse cogitata perficere, quòd semper impediretur bellis quibus dis. Se autem id opus suscepisse, & quòd haberet certam pacem & otium ab hostibus, & quòd ad monitus esset verbo Dei. At in primo libro Paralip. cap. 22. Dauid ait, se non ædificasse templum Domino, quòd esset vir sanguinum: non quidem quòd peccasset gerendo iusto bello, sed quòd oportet illam ædificationem inseruire typo Christi. Quemadmodum enim Christus noster & princeps pacis, & abhorrens à sanguine ædificauit Ecclesiam, ita oportuit Regem pacificum & increatum Solomonem ædificare templum. Atq; hæc etiam causa fuit, cur nullus ex Iudicibus ædificium illud instituerit. Omnes enim impediebantur bello, & sese contaminarent hostili sanguine. Verùm si Papistarum ratio certa esset, Dauidem non extruxisse templum, quòd bella gerendo fœdus esset irregularis, id hodiè ne Episcopis quidem permitti posset. Illi enim & bella gerunt, & incendunt principes, & turbant vrbem terrarum. Sed illi non prohibent; sed vrgent atq; impellunt sanguinarios principes ad huiusmodi ædificia. Papa enim coegit Henricum secundum eius nominis Anglię Regem, quòd curasset occidi Thomam Archiepiscopum Cantuarien. vt ædificaret, nescio quot, amplissima monasteria. Imò nulli vnquam condiderunt plura templa, quàm qui plurimum hauserunt humani sanguinis. Illi enim, cùm agantur conscientia scelerum, hoc pacto putant se habituros Deum propitium. Sed Solomon in 1. Melachim cap. 8. ait, patrem suum adiecisse animum ad ædificandum templum Domino & voluntatem eam Domino placuisse: id q; apparet ex eo, quòd Dominus illam voluntatem amplissimis promissionibus comprobârit. Quid ergo, inquies: Probauitne Dominus institutum Dauidis, & tamen illud noluit perfici? Respondeo. Cogitatio illa Dauidis, si radicem spectes, pia erat, proficiscebatur enim à studio religionis. Erranit autem in eo, quòd non haberet verbum Dei. Non enim Deo morem gessit, sed animo suo. Voluntas illa bona fuit, & placuit Deo, quia proposuit sibi verbum illud Dei, quod extat scripturum in Deut. Quoniam autem non totum illud verbum complexa est, nec locum, nec tempus, nec peculiare mandatum expectauit, idcirco non placuit Domino. Non enim, si quid mandetur in lege, statim oportet admouere manum. Prius enim diligenter considerandæ sunt circumstantiæ. Quid ergo, inquies, cùm Paulus ad Philip. dicat, Quæcunq; pia, quæcunq; honesta, quæcunq; boni nominis, hæc facite: an expectandum, vt alio singulari præcepto admoneamur? Minimè. Nam ista vniuersum & generaliter proponuntur, & ab omnibus curari debent, & omni tempore. Hoc autem factum Dauidis singulare erat, & pertinebat ad sacramentum, & ceremoniam, & cultum Dei. Itaq; in eo habenda erat ratio personarum, loci, & temporis. Itaq; Christus rectè percunctatus est Pharisæos, Baptismus Ioannis è cœlone est, an ex hominibus? Baptismus enim Ioannis erat nouæ ceremoniæ, & nouus cultus Dei. Significare autem volebat Christus, sacramenta non ab hominibus instituì posse, sed à solo Deo. Sed obijcies: postquàm sacramenta iam à Papistis corrupta sunt, non possumus ea restituere in integrum sine nouo verbo Dei? Imò satis nobis in hac re esse debet prima Christi institutio: nec dubitare debemus omni loco, atq; omni tempore, quæcunque hominum vitio corrupta sunt, ad eam reuocare.

Deus probat interdum quæ nõ vult perfici.

Quatenus singulare præceptum expectandum sit.

Propheta cur opus habeat altero propheta.

Cùm Dauid esset propheta, quid illum oportuit per alium prophetam Nathanem admoneri, ac non potius, vt loqui solent, immediatè ipsum per se? Respondeo. Quia Deus iudicare voluit, quanta sit coniunctio membrorum Ecclesiæ inter se, & neminem tàm sanctum, neque omnibus virtutibus & præsidijs cumulatum esse, vt non opus habeat alio. Hanc coniunctionem Paulus sequutus est, cùm diceret, An potest caput dicere pedibus, mihi nihil opus est vobis? Eandem expressit Menenius Agrippa, cùm plebem patribus conciliaret. Petrus etiam in Nouo Testamento, quàmuis accepisset arcana illa & cœlestia mysteria de Messia, idque, vt Christus ipse testatus est, non à carne & sanguine patefacta, sed ab ipso Deo, tamen passus est se admoneri à Paulo, & à pernicioſa simulatione reuocari. Et Dauid ipse quàmuis eadem omnia iam antè diuinitùs accepisset de regno Christi, tamen de re longè leuiori admonendus erat per Nathanem. Nemo ergo est tàm excelso loco in Ecclesia Dei, vt indignè ferre debeat, si à fratre quàmuis longè inferiori reuocetur in viam.

Ceremoniarũ dignitas ex verbo.

Ex hoc loco intelligimus, ceremonias, quicquid habent dignitatis, id omne habere ex verbo Dei. Alioqui Deus cùm intimè amaret Dauidem, & illum inuenisset virum secundum cor suum, non prohibuisset eum ædificare sibi domum. Stulta ergo erat illa fiducia hypocritarum, quam describit Hieremias. Ille enim, cùm audirent minas prophetarum de excidio Reipublicæ, & abolitione populi, obijcere solebant, nunquam id posse euenire: Deum enim non posse desinere templum

Est, inquiunt, templum Domini: Est templum Domini: Est templum Domini. Quàm habebimus incolume, nihil aduersi nobis accidet. Verùm ista nihil prosunt, nisi illis re- ur. Vti autem illis rectè non possumus, nisi vtamur ex fide. Fides verò nulla est, nisi ficitur ex verbo Dei. Itaque, cùm iam omnia essent depraua à pontificibus, Christus linquetur vobis domus vestra deserta.

Esto ut fides seruo meo Dauidi.) Dauid ergo iussu & voce Dei exclusus est ab ædificio, id- uis fortasse leue fuisset alijs, tamen illi credibile est fuisse acerbissimum. Quare Deus il- lictum consolatur. Non se inimico animo id prohibere, idque se effecturum, vt Da- intelligeret. Commemorat ergo beneficia, & quæ anteà illi dederit, & quæ posteà sit da- Numerat quatuor præclara beneficia, quæ Dauid iam anteà acceperit. Primùm, inquit, te ex humillimo loco, è tugurio, videlicet, pastoritio. Deinde semper fui tecum. Præterea perdidi hostes tuos. Postremò conciliaui tibi præclaram nominis famam. Hæc autem circò commemorat, vt Dauid, cùm meminerit se hæc omnia accepisse, speret se ea quoq; superfint, accepturum: & cùm iam toties expertus sit bonitatem & clementiam erga se Dei, eam in posterum non mutaturum esse voluntatem.

Consolatur Deus Dauidē.

Beneficia Dauidi collata.

Extuli te è tugurio post oues, vt esses dux super populum meum, super Israelem.) Primum beneficium Deus amplificat ex comparatione. Anteà, inquit, pascebas oues: nunc pasces homines: neque quoduis homines, sed Israelitas, hoc est populum, quem ego alijs omnibus na- tionibus antepoſui. Anteà fuisti pastor: nunc ego te Regem feci, & Regem longè potentissimum. Electus autem Dauid est è tugurio, cùm Samuel missus esset ad vngendum aliquem ex filijs Iesse. Eo enim tempore Dauid, vt natu minimus, & cuius nulla ratio duceretur, veriabatur inter

Amplificat beneficium hoc ex comparatione.

Fuisque tecum in omni quò perrexisti.) Non solùm, inquit, te ex humili fortuna Regem fe- sed etiam omnes res tuas fortunaui. Cùm Goliathum occideres, cùm è Saule malum spiri- expelleres, cùm gener Regis efficereris, cùm Palæstinos cæderes, cùm ducenta præputia re- res, cùm bella gereres, cùm à Saule ad necem quæreris, cùm apud Palæstinos latitares, ego semper adfui. Ego te Regem constitui primùm in Hebron super tribum Iuda, deinde super Israel. *Excidi in super omnes inimicos tuos à facie tua.*) Perdidi hostes tuos, Saulem, eius fi- Doegum, alioſque, quæ omnibus machinis petebant vitam tuam, teq; sæpissimè eripui è cer- præsente morte. *Feciq; tibi nomen magnum.*) Ego tibi conciliaui præclaram nominis famam apud omnes vndiq; nationes: effeciq; vt & Rex potentissimus, & bellator fortissimus, & prophe- sanctissimus, haberēris. Nam in Paralipomenis scribitur, nomen Dauidis exijsse in vniuersam terram. Et certè Regum permagni interest, vt benè audiant, & illustri fama quàm latissimè cele- bentur. Hæc commemoratio non est exprobratio beneficiorum, sed significatio perpetuæ be- nevolentiæ. Dedit quidem multa: sed dabit plura: non enim mutat factum. Vincit enim infinitis modis expectationem nostram, quamuis maxima nobis de illo polliceamur.

Cur hæc beneficia commemorentur.

Constituam quoque locum populo meo Israeli.) Pollicetur se perditurum hostes Dauidis, & da- turum regnum filio eius: qua in re intelliguntur illustrissimæ promissiones, non solùm de Solo- mone, sed etiam de Christo Permagni refert ad decus principis, vt imperet felici, & florenti po- pulo. Verùm istam, inquies, felicitatem Deus iam anteà promiserat, & dederat populo suo. Fa- teor. Sed nunc, inquit Chimhi, Deus pollicetur vberiores & lætiores influxus cœli, & omnia lon- giciora, quàm antea vnquam fuerint, siue ad fertilitatem agrorum, siue ad firmitatem im- perij. *Plantabo eum*, inquit.) Quæ plantata sunt, non facilè à radicibus auferuntur. Id Deus fu- turum pollicitus est Mosi capite 15. Exodi. Adducam, inquit, populum in terram, quam pro- mitto eis, & plantabo eos ibi. Alij putant istam felicitatem promissam esse propriè ciuitati Hieruſa- lem. Mihi autem ea videtur pertinere promiscuè ad vniuersam terram Chenaan. Tota enim illa terra ab Dauide & Solomone pacatissimè habuit. Posteà autem & decem tribus abductæ sunt ab Assyrijs, & tribus etiam Iuda, interdum vehementer afflictata est, & concussa ab hosti- bus. Quomodo ergo, inquies, stetit Deus promissis suis? Promittit quidem ista Deus: at non ita, vt sibi potestatem castigandi, si quid illi deliquerint. Largiri enim vult, non profundere & perdere beneficia sua. Nam vt habetur Extra. de priuilegijs, cap. Priuileg. & in ff. de Minoribus, le- gem illum, Qui abutuntur beneficio, indigni sunt beneficio. Et qui contemnit legem, non po- test beneficio legis. Sunt quidem istæ promissiones magnæ: sed habent adiunctā conditionem. Ista adumbrata tantùm sunt in regno Dauidis: perficiuntur autem in Regno Christi, & populo Christiano. Vexati quidem illi ab hostibus sæpè sunt vsq; ad Christum natum: at non ita vt prorsus extinderentur. Deus enim illis semper adfuit. *Neque addent filij iniqui affli-*

An Deus istis promissis steterit.

Ista intelligenda esse comparatione.

gere eum.) Intelligit idololatras, incircuncisos, & alienos à Deo. Eadem sententia habetur Psalm. 89 Filij iniquitatis non apponent nocere illis. Multa quidē acciderunt aduersa post Salomonem, cùm iam vires regni essent dissipatæ: minora tamen multò, & pauciora, quàm antea. Ista ergo intelligenda sunt ex comparatione superiorum temporum. Nam sub Iudicibus sæpe grauiter afflicti sunt à Syris, Mesopotamijs, Moabitis, Palæstinis, Chananæis. Quanquam tum quoq; habuerint subinde à Deo assertores, qui eos in libertatem vendicarent. At multò feliciùs & tranquillius egerunt sub Dauide & Solomone. Imò, inquies, in historia Iudicum scribitur, eos sub Ehuddo habuisse perpetuam pacem per octoginta annos. Id autem tempus æquat regnum Dauidis & Solomonis. Æquè ergo commodè egerunt antea atq; nunc.

Obiectio.

Minimè. Etsi enim habuerint pacem sub Iudicibus, tamen hostem nondum eiecerant. Chananæi enim & Palæstini habitabant adhuc inter Iudæos.

Obiectio.

Extirpabo hostes tuos. Subinde enim pullulabunt noui. Sed ego illos, quicunq; erunt, auferam è medio. Imò, inquies, Dauid habuit hostem grauissimum filiū suum Absolonem. Fateor. Sed ista exigenda sunt ad superiorem responsionem. Non enim Deus ita ista pollicetur, vt sibi eriperet potestatem castigandi, si quid Dauid deliquisset.

Cur repetat promissiones.

Annunciat tibi Iehoua, quòd domum tibi faciet ipse.) Non solùm, inquit, nunc promitto, sed etiam recipio, me ista in posterum tibi deinceps promissurum. Sic enim, inquiunt, [illegible]. Et decies repetita placebunt. Propter hebetudinem enim nostram opus est, vt promissiones Euangelicæ nobis iterum atq; iterum inculcentur.

Domus firma.

Domum firmam Paraphrastes Chaldaicus exponit regiam. Præclarum est habere domum firmam, & familiam bene constitutam: at regiam habere domum, & eam habere in populo Dei, id verò est longè præclarissimū. Id nulli è Iudicibus, imò ne Sauli quidem contigit. Gedeoni quidem, & eius familiæ oblatum est regnum à populo: sed ille eam dignitatem recipere noluit, quòd eam videret non constare cum verbo Dei. Reges etiam decem tribuum ex alijs atq; alijs tribubus eligebantur, vt nō possint dici habuisse firmam, & stabilitam domum. Tu decreueras ædificare mihi domum, inquit Deus, at ego domum ædificabo tibi. Illud beneficium quantum fuerit, principes illi sentiunt, qui moriuntur sine liberis. Certè nullus ex Imperatoribus Romanis à Iulio Cæsare vsque ad Antoninum, suscipere potuit filium, quem relinqueret in imperio. Vnum excipio Vespasianum, qui cùm habuerit duos filios Imperatores Titum, & Domitianum, tamen imperium transmittere non potuit ad nepotes. Sed Turcæ hodie obtinent imperium in vna familia plus minus 250. annos. Est ita: sed per vim & violentissimam tyrannidem. Pater enim occidit filium, & frater fratrē. At familia Dauidis obtinuit regnum 400. annos, idq; in legitimo imperio. *Domum tibi faciet.*) Regnum tuum erit: quoniam pater regnat quodammodo in filijs. Et in Paral. scribitur, filijs eius dabò thronum firmum.

Felicitas domus Dauidis.

Implere dies.

Quum exacti fuerint dies tui, dormieris cum patribus tuis.) Non tolleris violenta aut intempestiua morte: implebis enim dies tuos. Omnes quidem implent dies suos, quod attinet ad prædestinationem Dei, quacunque ætate moriantur. Sed illi dicuntur implere dies suos, qui tam diu viuunt, quoad humor ille, quem appellant radicalem, exiccetur.

Regnum non pertinebat ad Adoniam aut Absolomum.

Statuam semen tuū post te, quod egredietur ex ventre tuo.) Nescit adhuc, quem ex filijs suis habiturus sit regem. Nondum enim natus erat Solomon. Imò Dauid nondum duxerat Bersabeam vxorem. Post ex Nathane intellexit, Solomonem fore regem. Itaq; eum appellauit Idida. Filius, qui nasciturus est ex te. Ergo Adonias, & Absolon, cùm inuaderent regnum, fecerunt contra verbum Dei. Illi enim iam antea nati fuerant.

Quomodo habuerit regnum perpetuum.

Firmabo solium regni eius in seculum.) Dabo illi regnum instructissimum diuitijs, potentia, sapientia. עולם. Chimhi putat non sempiternum significare tempus, sed longum. Et certè spatium 80. annorum esset satis longum tempus. At si intelligere volumus perpetuitatem imperij, hæc omnia referenda sunt ad regnum Christi. Ille enim regnabit in domo Dauid in æternum: & regni eius non erit finis. Verùm Solomon, inquies, senex factus desipuit, & cœpit colere idola, & habuit æmulos & aduersarios, & vidit decem tribus auferendas esse à filio suo. Impij ergo dicent promissa ista Dei fuisse vana. Esto. At pij ea ad Christū transferent, & in eo dicent fuisse vera. Itaq; Iudæi, quamuis obscurent de industria omnes scripturas, quo facilius errores suos tueantur, tamen fatentur, ista non esse impleta in Solomone, sed aliquando implenda in Messia, nescio quem somniant venturum, & sibi ædificaturum templum.

De allegorijs. Hæc de Christo dicta esse.

Obiectio.

Scio esse, qui obijciant, nos, quòd non possimus satis commodè aliter exponere, detorquere ad allegoriam. In ea autem nihil esse solidi argumenti. Ego verò respondeo, hanc rationem ponendi, quam sequimur hoc loco, non esse propriè allegoriam. Deus enim in hac historia voluit describi nobis, non minus, imò multò etiam magis, Christum Iesum seruatorem nostrum, quàm Solomonem? Neque tamen omnes in vniuersum allegoriæ sunt inutiles. Illæ quidem, quæ tantùm

gitata sunt ab hominibus, quales sunt, quibus non infeliciter lusit interdum Origenes, ...um momenti ad probandum adferunt. Illæ autem, quæ perspicuè proponuntur, aut ex ...r in sacris literis, non possunt non esse firmæ. Paulus enim ad Galatas ex eo, quòd Abra... duos filios, vnum ex ancilla, alterum è libera, quæ fatetur esse dicta per allegoriam, ... colligit argumentum. Et ex eo, quòd scribitur, Ionam fuisse triduum in ventre piscis, Chri... ostendit, se futurum tres dies in corde terræ. Itaque ea, quæ scribuntur de Solomone, ...sunt in Christum. Christus enim est Solomon: imò verò plus quàm Solomon. Et author ... ad Hebræos sequutus est hanc rationem, vt quæ hic narrantur de Solomone, mul... ex... transferret ad Christum. Hoc ergo genus allegoriæ non est inutile. Quare in hac historia, ...que conuenire possunt in personam Solomonis, illi maximè sunt tribuenda. At si quæ ... multa sunt, quæ ab illo facta non sint, nec omnia fieri potuerint, ea multò tutius & me... commodanda sunt ad Christum. Tamen quòd in Psalmo septuagesimo secundo scribitur, ...nabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad fines orbis terrarum, in Christo quidem ... est, nam ille ad vltimos vsque fines orbis terrarum propagauit Ecclesiam, & regnum suum: ... autem modo in Solomone. Vt ergo duplex est semen Abrahami, & duplex Israel, ita est e... duplex Solomon.

Allegoria Solomonis ad Christum.

Sed quòd in historia scribitur, *Cùm expleti fuerint dies tui, & dormieris cùm patribus tuis, ...semen tuum post te, &c.*) Id quidam negant vllo modò referri posse ad Solomonem. Il... enim natum esse adhuc viuente Dauide, non autem post cùm ille dormisset cum patribus. ...dem hoc nihil probat. Nam illa suscitatio, de regno adipiscendo intelligenda est, non de ...ore nascendi. Deus enim pollicetur, se aliquem ex filijs Dauidis velle suscitare ad re... , postquàm ille iam dormierit. Imò, inquies, apparet ex primo Melachim, Solomo... inauguratum fuisse Regem, cùm Dauid adhuc viueret, & Dauidem egisse Deo gratias, ... aliquem ex filijs suis videre posset regnantem in solio suo. Atqui Solomon, vt apparet ... historia, designatus tantùm erat Rex, cùm pater adhuc viueret: non autem adhuc cœpe... regnare. Quòd autem scribitur, Et qui egredietur de ventre tuo, non intelligendum est de post ... aliqua prole, sed de filio, qui post ea verba esset nasciturus. Ille autem filius erat Solomon. ...re hæc ratio loquendi nihil impedit, quò minus ista possint conuenire in Solomonem. Quan... non sum oblitus, & Ambrosium, & Augustinum contra sentire. Et vt ab Augustino pri... ordiar, is lib. decimo octauo de Ciuitate Dei capite decimo, Qui putant, inquit, ista intelli... de Solomone, illi id spectant, quòd Solomon ædificârit templum. Sed illud non conside... quod sequitur, Et dabo tibi domum fidelem, & Regnum quod mansurum sit in æternum. ... Solomon accersiuit ad se mulieres alienigenas, coluit idola, desipuit, breuiter, non habuit fi... domum. Nec regnum eius durauit in æternum. Et Deus sciebat Solomonem peccaturum, ... promissiones non potuerint in illo esse verę. Deinde illud etiam addit, quod ego suprà com... raui, Iudæos ipsos expectare alium quendam Messiam, quem sperant sibi exædificaturum ...emplum, quod duraturum sit in æternum. Itaq; concludit Solomonem gessisse vmbram tan... aliquam, & imaginem Christi: & quòd satis sanctè regnauerit ab initio, & quòd ædificauerit ...plum, & quòd pacem perpetuam coluerit. Ea autem causa ait illum cœpisse regnare, cùm pa... adhuc viueret, vt nos intelligeremus, ista ad illum non pertinere. Ambrosius autem cuius sen... vt alibi, ita hîc quoq; August. sequutus est, lib. 3. in Lucam, tractans Genealogiam Christi, ...nes, inquit, Solomonis prolati sunt extra Iudæam, nec pax eius erat æterna. Deinde etiam ... est, & regnauit viuente patre. Quare istæ promissiones nõ possunt spectare ad illum. Ita... inquit, errauit Solomon, ne nos erraremus, & peccauit, ne nos peccaremus: quasi ex vsu ... fuerit eius error, ne, quod in Christum solum conueniat, in illum transferamus. Verùm ...adducenda ea sunt, quæ suprà diximus de re ipsa, & de typo. Nam nisi ista aliquo modo ...nirent in Solomonem, labàsceret fides historiæ. Certum est hîc agi de externo ædificio ...li, & Dauidem accepisse oraculum à Deo de templo visibili. Et si quis de ea re dubitet, legat ... Paralipomenon. Ibi enim Dauid ad hunc modum alloquitur Solomonem: se quidem ...sse in animo, vt ædificaret templum Domino, sed ab instituto fuisse oraculo reuocatum. De ...m, inquit, Dominus mandauit, vt tu ædificares templum nomini suo. Tu eris illi in filium, ... tibi erit in patrem. Quamuis ergo multa ex istis tribuenda sint Christo, multa tamen etiam ... possunt Solomoni. Neque enim aut typus à reipsa detrahendus est, aut res à typo. Errant ... miseri Iudæi, qui adhuc etiam expectant Messiam alium, quem sperant sibi ædificaturum es... plum. Et commodum mihi succurrit responsum iurisperiti Casellij. Cùm enim duo mer... apud eum inter se litigarent de naui, & postremò eam vellent diuidi, vt vterque haberet

An hæc Solomoni conueniant.

Augustini sententia hæc non dicta esse ac Solomone.

Ambrosij sententia.

Hæc aliquo modo Solomoni conuenire.

partem ſuam, minimè, inquit. Sic enim neuter veſtrûm habebit nauem. Ita ſi Scripturæ lacerentur & diſtrahantur in partes, erunt inutiles: & neque Iudæorum erunt, neque noſtræ. Hos idcircò commemoro, quòd ſciam, Iudæos ita ſolere nobis inſultare, quando veſter Chriſtus ædificauit templum? Nobis autem procliue eſt, & ad quæſtionem reſpondere, & illos refutare. Illi enim in eo miſerè cæcutiunt, quòd non intelligant aliud ædificium, quàm quod conſtet ex cemento, & lapidibus. Atqui Zacharias deſcribit templum, cuius ædificium conſtet ex pijs hominibus. Nomen, inquit, eius vocabitur Oriens, & ipſe ædificabit mihi domũ. Et epiſtola ad Hebræos: Moſes, inquit, fuit fidelis ſeruus in domo Dei: Chriſtus autem vt filius adminiſtrauit totã domum. Et Paulus ad Timotheum: Hæc, inquit, ſcripſi, vt ſcires, quemadmodum te oporteat verſari in domo Dei, quæ eſt eccleſia Dei viuentis. Et ipſi Iudæi, cùm audiunt domum Abrahami, Iſaaci, Iacobi, non ſunt ita cæci, opinor, vt intelligi velint domum aliquam materialem. Chriſtus ergo verus & vnus Meſſias non lapideam, & perituram domum ædificaturus erat, ſed ſpiritualem & æternam.

Quomodo hæc Chriſto conueniant, cum templum non ædificârit.

Ego ero illi in patrem.) Hæc ad Chriſtum optimè accommodauit author epiſtolæ ad Hebræos. De Chriſto enim dictum ait: Ego ero illi in patrem, & ille erit mihi in filium. Quanquam eadem conueniunt etiam, vt dixi, in Solomonem: & ea cauſa dictus eſt Idida. Maximè tamen, & ſingulariter conueniunt in ſolum Chriſtum. Itaque Chriſtus ipſe, cùm ageret cum Phariſæis, & interrogaſſet, cuius filius eſſet Chriſtus, & illi reſpondiſſent, Dauidis. Cur ergo, inquit Dauid ipſe in ſpiritu illum appellauit Dominum? Oſtendit enim illis verbis, Chriſtum non propriè Dauidis eſſe filium, ſed Dei. Eſt enim ex ſubſtantia ipſa patris, & illi conſubſtantialis. Solomon autem erat filius Dei tantùm ex adoptione, non alter quàm alij ſancti viri: niſi quòd ille habebat pluſculum diuinæ gratiæ quàm alij. *Ero illi in patrem.* Hæc pulchrè conueniunt in Solomonem. Erat enim adhuc puer admodum, & cui propter ætatem, mortuo præſertim Dauide, opus eſſet tutore ac patre. Itaque Deus pollicetur, ſe illi futurum loco patris. Pulchrè etiam ea quadrant, quæ ſequuntur. *Et cùm iniquè egerit, arguam eum virga hominum.*) Patris enim eſt, non tantùm amare filium ſuum, ſed etiam errantem caſtigare. Nam qui parcit virgæ, odit filium. Ergo, inquiunt Iudæi, Chriſtus veſter, ſi erat Solomon, peccauit, & erat verberibus caſtigandus. Reſpondeo, Chriſtum dupliciter intelligi poſſe habuiſſe peccatum: non quidem in natura ſua: ita enim peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius: ſed vel quia ſuſcepit in ſe, & luit peccata noſtra in ſuo corpore. Ita enim Eſaias ait, illum portaſſe languores noſtros, & nos eius liuore ſanatos eſſe. Et Paulus ait, Deum feciſſe illum peccatum, cùm ille peccatum non nouiſſet: & de peccato damnaſſe peccatũ: & Chriſtus ipſe in Pſalmo vigeſimo primo, ita queritur de noſtris peccatis, tanquam de ſuis. Longè à ſalute mea verba delictorum meorum: vel, quia peccata, quæ hærent in corpore, & in membris, videri poſſunt aliquo modo pertinere ad caput. Nos enim, etſi ſumus regenerati, & iam facti membra Chriſti, tamen quandiu ſumus in hac vita, non caremus peccato: & eccleſia, etſi aliquando futura ſit ſine ruga, aut macula, interim tamen habet ſuas quaſdam infirmitates, & labes. Benè tamen habet, quòd quicquid eſt in nobis corruptelæ, & vitij, id omne nobis propter Chriſtum condonatur. Nulla enim iam ſupereſt damnatio illis, qui ſunt in Chriſto Ieſu: Et, Qui credit, inquit Chriſtus, non veniet in iudicium. Caſtigat autem nos Deus: partim ne videatur fauere peccatis, partim, ne animi noſtri eius facilitate corrumpantur. Itaque Paulus ait: Dum iudicamur à Domino, corripimur, ne cum hoc mundo damnemur. Deus enim facit, quod ſolent agricolæ. Amputat vitia noſtra, vt illi inania ſarmenta: idque vt fructus reddamus meliores. Nam eccleſia, tanquam reſpublica, duabus rebus, vt Democritus ait, continetur: præmio, & pœna. Itaque & rectè facta noſtra afficiuntur præmijs, & peccata caſtigantur. Duabus ergo iſtis rationibus reſpondere verè poſſumus, Chriſtũ habuiſſe peccatum. Vtra autem illarum ſit verior, non habeo dicere. Poſterior tamen mihi idcirco videtur veriſimilior, quòd in Pſalmo 89. vbi extant eædem iſtæ promiſsiones: hæc omnia videam proponi in numero multitudinis, quæ hîc afferantur in ſingulari: ſi dereliquerint filij eius legẽ meã, & in iudicijs meis non ambulauerint: ſi iuſtitias meas profanauerint, & mandata mea non cuſtodierint, viſitabò in virga iniquitates eorum. At ſi iſta omnia referre volumus ad Solomonem, quomodo ille correptus fuit virga hominum? Videtur enim regnaſſe ſatis feliciter, nec vnquam afflictus fuiſſe calamitatibus. Imò videri poteſt fuiſſe aliquo modo caſtigatus. Nam, vt apparet in capite penultimo prioris libri Melachim, Deus excitauit illi aduerſarios, primùm Adadum ex ſtirpe regum Edomideinde Razon ex ſubditis Adadezer regis Syriæ: poſtremò etiam Hieroboamũ: cui Deus per prophetam pollicitus eſt decem tribus. Hoc aũt cùm futurum Solomon reſciiſſet, ita exarſit, vt Hieroboamum omnino voluerit interficere.

An Chriſtus filius Dauidis habuerit peccatum.

An Solomon ipſe fuerit caſtigatus.

Miſeri-

Misericordia autem mea non recedet ab eo.) Ex his verbis quidam vocant in quęstionem. Vtrum Salomon seruatus sit. De ea re dicā alibi suo loco. Hoc tantùm indicabo, illos qui putant eum esse perditum, misericordiam accipere hoc loco tantùm de continuatione regni. Nam regnum constitutum in familia Dauidis vsque ad Christum. Atque huic expositioni id videtur nonnihil suffragari quod additur: Non auferam illi regnum, sicut abstuli Sauli à facie tua. Sed cur, inquies, non interminatur Deus eadem ista Dauidi? Nam ille quoq; erat grauiter peccaturus. Id non est tanti. Nam quæ dicuntur de filio, conueniunt etiam in patrem. Et ille, cùm peccasset, correptus est conspiratione Absolonis. Sunt ergo vera hæc omnia etiam in Dauide: paulò obscuriora in Solomone: sed in posteris regibus, qui miseris modis oppressi atq; afflicti sunt, & abducti in captiuitatem, illustrissima. Ecclesiam etiam, quoniam interdum videtur pace & otio nimiùm lasciuire, Deus castigat: sed misericordiā suam non aufert ab illa. Quare si vocem עולם volumus significare perpetuitatem, hæc transferenda sunt ad Christum: sin longum spatium temporis, ad Solomonem. Sed Paulus ad Corinth. ait, Christum ad extremum daturum regnum Deo, & patri. Ergo eius regnum habiturum est aliquem finem. At non ita Paulus ait Christum abdicaturum esse sibi regnum, vt non ipse etiam vnà regnaturus sit cum patre. Idcirco autem Paulus ait eum traditurum esse regnum, quòd tùm omnia futura sint absoluta. Nam reges in eum vsum instituti sunt, vt curent infirmitatem & errores populi. Vbi autem nihil erit amplius erroris, aut infirmitatis, nihil amplius opus erit regibus. Quod, quoniam in patria futurum est, idcirco Paulus ait desiturum regnum Christi. Quod autem ad fructum & effectum regnandi attinet, regnum eius non habet finem. Daniel enim de Christo pulcherrimè scribit: Potestas eius potestas æterna: & regnum eius regnum omnium seculorum. Verùm Solomon, inquit Augustinus, habuit in domo sua mulieres infideles, & meretrices: itaq; non potest dici, domum eius fuisse fidelem. Sed vox ea fidelis, nihil aliud hoc loco sonat, quàm constantem, stabilem, & duraturam. Domus autem & familia Solomonis stetit & durauit vsq; ad Christum. Christi autem regnum æternum est. Hoc ergo loco nihil est, quod non possit in Solomonem ipsum rectè conuenire.

An Solomō fuerit seruatus.

Hæc etiam in Dauide vera sunt.

Christi regnū quomodo æternum, si illud dabit Deo et patri.

Iuxta omnia verba hæc & iuxta omnē visionem hanc, sic loquutus est Nathan ad Dauidem.) Idcirco addita est hæc clausula, vt intelligamus integritatē prophetę. Is, quamuis ante cohortatus esset Dauidem, vt persequeretur institutū, Dominum enim esse cùm eo, hîc tamē non dubitat sententiā illam suam reuocare, & canere palinodiam. Alij autem homines, quæ est deprauatio naturæ nostræ, quiduis potius facere & pati solent, quàm vt videantur aliquando non rectè sensisse. Inde tot sunt, fueruntque semper extortæ expositiones, contortæq; sententiæ. At Esaiam, cùm monuisset regem Ezechiam, vt disponeret domum suam, & sciret se statim esse moriturum, non puduit postea redire, & reuocare sententiam. Augustinus in Præfatione Retractationū, Prima, inquit, pars prudentiæ est, ne dicamus pœnitenda: secunda est, vt, si quid non satis considerate dixerimus, agamus pœnitentiam. His exemplis & facto Nathanis nostri admonemur modestiæ, vt si quid temerè docuerimus, id ne dubitemus rescindere & reuocare. Ionas mori potius voluit, quàm vt videret minas suas abire irritas: & quamuis tangeretur affectu humano, tamē cupiditati suæ præteribat studium Dei & religionē: quasi si propheta fuisset falsus, nonnihil decessurum esset de honore Dei. Id hodie etiam multis impedimento est, quò minus agnoscant & repudient errores suos. Malè, inquiunt, audiet posthac & infame erit ministerium meum, si ita fecero. Hîc autem nos & modestiam discere possumus ex Nathane, & consideratam ac piam prudentiam ex Dauide. Alius enim Rex dixisset, Qualem ergo hîc prophetam habeo? modò hoc dicit, modò illud: nihil habet certi. Dauid autem Nathanem habuit in honore & pretio non minus cùm ista dixisset, quàm habuerat antea. Satis enim id sibi putabat esse, quod propheta loqueretur ex verbo Dei.

Nathanis integritas.

Errores reuocandi.

Dauidis pia prudentia.

18 *Ingressus itaq; rex Dauid, sedit coram Iehoua, & ait, Quis Domine Iehoua, & quæ domus mea, quòd adduxisti me hucusq;?*

19 *Et parum adhuc hoc in oculis tuis Domine Iehoua, & etiam locutus es super domum serui tui in longinquum: at ista est lex hominis Domine Iehoua.*

20 *Et quid addet vltra Dauid loqui ad te? & tu nosti seruū tuum Domine Iehoua.*

21 *Propter verbum tuum, & secundum cor tuum feciſti omnem magnitudinē hanc, vt notam faceres seruo tuo.*

22 *Ideò magnificatus es Iehoua Deus: quia non est sicut tu, nec est Deus præter te iuxta omnia quæ audiuimus auribus nostris.*

23 *Et quis sicut populus tuus, sicut Israel, gens vna in terra, propter quam iuit*

Deus vt redimeret sibi in populum, & poueret sibi nomen, faceretq; vobis magnitudinem, & terribilia terræ tuæ à facie populi tui quem redemisti tibi ex Ægypto, ex Gentibus & dijs eius.

24 *Et confirmasti tibi populum tuum Israelem, tibi populum vsque in seculum: & tu Iehoua fuisti eis Deus.*

25 *Nunc igitur Iehoua Deus, verbum quod locutus es de seruo tuo, & de domo eius suscita vsq; in seculum, & fac secundum quod locutus es:*

26 *Et magnificetur nomen tuum vsque in seculum, dicendo, Iehoua exercituũ Deus super Israelem: & domus serui tui Dauidis eris firma coràm te.*

27 *Tu enim Iehoua exercituum Deus Israelis reuelasti aurem serui tui, dicendo, Domum ædificabo tibi: ideò inuenit seruus tuus cor suum vt oraret te oratione hac.*

28 *Nunc itaq; Iehoua Deus (tu es Deus, & verba tua erunt veritas, & locutus es de seruo tuo bonum hoc.)*

29 *Nunc inquam velis, & benedic domui serui tui, vt sit in seculum coràm te, quia tu Domine Iehoua locutus es, & benedictione tua benedicatur domus serui tui in seculum.*

Quid Dauid Nathani responderit, non apparet: quid autem responderit Deo, adscribitur in hi-
Diuisio orationis Dauidis. storia. Primum enim agit Deo gratias: deinde adhibet preces, & vota, vt Deus promissa sua perficiat. Istam orationem cùm profecta sit ex fide, necesse est gratam fuisse Deo. Ex fide autem profectá, non potest ambigi: nisi enim credidisset verbis prophetæ, nõ egisset Deo gratias. *Sedit coràm*
An liceat sedendo orare. *Iehoua.*) Hîc quæri potest, liceat ne sedendo orare Deum. Id quidam referunt ad mysterium: quasi illo gestu significetur, omnes res creatas idipsum quod sint, & constent, ac maneant, habere à Deo, alioqui statim perituræ, nisi ab illo conseruentur. Alij malunt in Dauide ita sedente fuisse typum Christi sedentis ad dextram patris: alij malunt illum habitum significasse animum quietum & attentum. Forma enim ipsa corporis aut stantis, aut strati, sæpè perturbat animum. Verùm ista non sunt tanti. Sacræ quidem literæ iubent, vt oremus: nihil autem præcipiunt de gestu corporis. Canonibus quidem cautum est, ne quis flecteret genu in cœtu à Paschate vsque ad Pentecosten, vt illo habitu quodammodo testarentur, Christum ascendisse in cœlum. Sed illud, quicquid erat, tantùm aut ad ministrum pertinebat, aut ad preces publicas. Orauit ad Arcam: potuisset quidem Dauid orare alibi, sed cùm Arca esset sacramentum, & haberet adiunctas promissiones, non erat ea res contemnenda. *Quis ego sum?*) Facit ista interrogatio ad emphasim. Con-
Humiliter de se sentit. siderat enim Dauid & magnitudinem donorum Dei, & indignitatem suam. Quàm autem ille semper de se humiliter & demissè senserit, apparet ex multis alijs eius dictis, & propemodum ex omni vita. In priori libro Samuelis, cùm audiret se ducturum vxorem Micholem puellam regiam, Quis ego, inquit, sum? Et quę est familia patris mei? An hoc vobis leue videtur esse fieri generum regis? ego enim pauper sum, & tenuis. Impij inflantur & superbiunt donis Dei: pij autem magis
Christum. magisque deijciuntur. Si Dauid tantus vir, & tàm sanctus propheta, tamen mereri non potuit
Cõtra merita. à Deo ista dona, quid ita hodie insaniunt nostri sanctuli, vt propter suas, nescio quas, opellas, poliiceantur sibi regnum cœlorum? *Quod adduxisti me hucusque?*) Intelligit non tantùm dignitatem regiam, sed etiam omnia superiora Dei erga se beneficia. Est autem magna emphasis in illis verbis, Qui deduxeris me. Significare enim vult, se suis viribus nunquam potuisse ad illum gradum aspirare. Beatus autem est, qui quicquid suscipiat, semper ex animo, & verè sentit, se deduci à Deo.

Et parum adhuc hoc in oculis tuis.) Hoc quidem, ipsum inquit, erat maximum: tanta tamen est tua erga me bonitas, vt hoc totũ tibi parùm visum sit, nisi alia in me & longè plura, & multò ma-
Domus Dauidis vsq; ad Christum. iora contulisses, & domui meæ prospexisses in longinquum. Credibile est, Dauidem sensisse, hanc promissionẽ pertinere ad posteritatẽ suam, non tantùm quæ habitura esset regnum, sed etiam quę duratura esset vsq; ad Christum. Durauit autem ea tàm diu, non quidem semper in regno, sed partim in principatu, cùm iam regnũ sublatũ esset, partim in senatu. Ita enim paulatim imminuta est vsq; ad Herodem. Nam ille publicum Concilium, & ordinem senatorium prorsus dissipauit, ac su-
Lex hominis id est summa dignitas. stulit. Atq; ita comprobata est prophetia Iacobi: Non auferetur sceptrum de Iuda, donec veniat, qui mittendus est. *Hæc est lex hominis.*) Est hæc sententia satis obscura: itaque in eam multiplices feruntur expositiones. Quidã sic eam explicant. Hic est summus gradus dignitatis, qui homini

contingere

assingere possit in hac vita, vt & ipse versetur in magnis honoribus, & eosdem transmittat ad posteros. Et vox illa Hebraica, quæ sonat legē, hoc loco sit scopus. Quasi Dauid velit dicere, Ad hunc scopum homines maximè collimant, & huius rei causa & faciunt, & patiuntur omnia. Sed dices, An Dauid putauit, hæc ita esse summa bona, vt nihil iudicaret esse præterea expetendū? Respondeo, Dauidem hoc loco egisse tantùm de externis bonis. Etsi autem illa varia sint, & multiplicia, tamen nihil est quod conferri possit cùm dignitate regia. Neq; enim agebatur hoc loco de animi, aut cœlestibus bonis. Sed huiusmodi bona cadunt etiā sæpè in homines impios. Fateor. Sed Dauid vidit ita sibi dari à Deo amico & propitio. Id impij cùm non videant, quamuis & ipsi vtantur summis honoribus, & eosdem relinquant liberis suis, & posteris, tamen non possunt videri habuisse tam præclara bona. Itaque Dauid attonitus quodammodo, Et quid, inquit, possum petere præterea? Chimhi vocem illam תורת exponit conditionem, aut dispositionem, aut gradum: quasi Dauid ita dixerit, Hæc est conditio magnorum, & principum virorū. Idq; colligit ex libris Paralipomenon, vbi Dauid ita loquitur: Respexisti me secundum dispositionem hominum præstantium. Verum illud, secundum dispositionem aut gradum excellentis viri, potest multò rectius referri ad Christum. Is enim est verè excellentissimus, vtque Paulus loquitur, secundus Adam. Ita sensus erit, Deus mihi istā, non secundùm merita & virtutes meas, sed propter Christum illum eximium, & præstantem hominem. Rabbi Solomo legit hanc sententiam per interrogationem, vt sit oratio admirantis, & Dauid ita dicat, An est hæc conditio hominis, vt tu illum tanta charitate complectaris? Hæc autem optimè conueniet, si transferatur ad Christum ad hunc modum: Est ne hæc mea conditio vt Christus ex mea stirpe sit nasciturus, & ego sim pater filij Dei? Idq; aptissimè cōgruit cum eo, quod sequitur: Quid adijciam petere? Nam, vt Paulus ait, Cùm Deus filium suum nobis dederit, quomodo non cùm eo omnia nobis donauit? Hæc ergo sententia, vti iam exposita est, vel in Dauidem rectè potest conuenire, vel in Christum.

Lex id est conditio hominis.

Hæc interrogatiuè legenda esse.

Tu nosti seruum tuum.) Duplex est notitia Dei: altera absoluta, qua omnia videt ac nouit: altera approbationis, qua illos tantùm nosse dicitur, quos amat. Ita Deus respondet Mosi, ego noui te de nomine. Ita ergo, inquit Dauid, nouisti me seruum tuum, vt non tantùm me in regno collocares, sed etiam vt velis ex mea stirpe Christum nasci. Nihil opus est pluribus: tu nosti cor meum: tu nosti seruum tuum, quamuis omnibus modis tali Domino indignum. Quantacunque tamen est mea indignitas, tu facies hoc *Propter verbum tuum, & secundum cor tuum.*) Primum propter verbum, quod Deus loquutus fuerat per Samuelem, & Nathanē: oportet enim omnino perfici promissa Dei. Nam cœlum & terra transibunt: verbum autem Domini non transibit. Hoc est, quod Dauid ait in Psalmo, Et vincis, cùm iudicaris, hoc est, quamuis nos mali simus, & indigni, tu tamen facis, quod promisisti. Alterum est, Secundum cor tuum. Ita enim Deus bonus est, vt non expectet nostra merita, sed sua solius voluntate, & mera misericordia moueatur. Itaque Paulus ad Ephesios ait, Deum operari omnia secundum consilium voluntatis suæ. *Vt notam faceret seruo tuo magnitudinem hanc.*) His verbis agit Deo gratias, non tantùm quòd frui & vti possit tantis & tàm præclaris beneficijs, sed etiam quòd imbutus sit eo animi lumine, vt possit ea intelligere. Multi enim sunt, qui cùm habeant summa Dei beneficia, ea tamen non considerent, sed tanquàm suos oculos in terram deijciant, nunquam autem suspiciant in cœlum, aut cogitent vel quæ nam illa sint, vel à quo data sint. Nec sanè mirum, præsertim cùm sint alieni à Christo, nec habeant spiritum Dei. Sic enim Paulus scribit ad Corinthios: Non accepimus spiritum huius mundi, sed spiritum qui ex Deo est, per quem scimus quæ à Deo data sint nobis.

Dei notitia duplex.

Duæ causæ beneficiorum.

Magnum donum cognoscere dona Dei.

Idcò magnificatus es Iehoua Deus.) Maximè apparet, & lucet clementia & bonitas Dei in dando, & præsertim cùm magnum aliquod beneficium confert in indignos. Crescit autem Deus, non quidem natura sua, nam ea infinita est, & semper eadem, sed iudicio & opinione hominum. *Quia non est sicut tu, nec est Deus præter te.*) Auget bonitatem & potentiam Dei ex contentione cùm alijs dijs. Tu inquit, nec superiorem te Deum vllum habes, nec parem. Nam si alterutrum haberet, non semper faceret omnia secundum cor suum. Necesse enim esset, vt illi alteri pari, aut superiori Deo aliquid pe suo iure concederet. Ex his verbis confutantur illi, qui statuunt, prædestinationem Dei pendere ex operibus hominum præuisis. Deus enim facit, non secundū hominum opera, sed secundum cor suum. Sed dices, Deum ab initio decreuisse, neminem saluum fore, nisi qui rectè vixerit, atque ita illum cùm prædestinet ex operibus præuisis, prædestinare etiam secundum cor. Verum quidem est, Deum quemadmodū prædestinat nos ad æternam vitam, ita etiam prædestinare ad opera bona. Sed opera illa nostra, non causæ sunt prædestinationis, sed effecta. Gratia enim, inquit Paulus ad Ephesios, seruati estis: & hoc non ex vobis: opus enim Dei est, ne quis glorietur. Conditi enim sumus à Deo in operibus bonis, vt in illis ambulemus. Imò, inquies,

Prædestinatio non pendet ab operibus præuisis.

hominis est, sese applicare ad gratiam. Imò illud ipsum, est opus Dei. Deus enim est qui operatur in nobis, & velle & perficere, pro sua voluntate: &, Quid habes, quod non accepisti? Atque hoc illud est, quod Dauid ait, Deum facere secundùm verbum, & secundùm cor suum. Non est Deus sicut tu. Angeli, & homines quidam, præsertim boni, quàmuis magnam habeant similitudinẽ cum Deo, multa tamen interim habent dissimilia. Itaq; idola illa, quæ aut ex hominibus, aut etiam ex angelis excitata sunt, non possunt verè appellari Dij. Longè enim absunt à numine ac potestate Dei. *Iuxta omnia quæ audiuimus auribus nostris.* Sensus est: Si facta aliorum deorum ex annalibus & monimentis repetamus, nullum inueniemus Deum, qui tecum conferri possit.

Israelitarum gloria.

Et quis sicut populus tuus, sicut Israel?) Quemadmodum tu summus es Deus, ita delegisti tibi nobilissimam nationem. Hac prædicatione Moses quoq; vsus est in Deuteronomio: Quæ est natio tam sapiens, quæ habeat talia instituta, & tales leges, quæq; habeat deos appropinquantes sibi, quemadmodũ Deus adest omnibus orationibus nostris? Ratio ita nectitur: Tanti est natio quæq;, quanti fit à Deo. Deus aũt delegit nos sibi populum peculiarem: & est ipse summus Deus. Quare necesse est nationem nostram esse nobilissimam. *Iuit Deus, vt redimeret sibi populum.)* Certè Deus vltrò, & prior ad nos venit: quòd nisi faceret, nos nunquam veniremus ad illum. Verba ista, Iuit Deus, quæ ad verbum ita habent: Dij venerunt, malè vrunt Hebræos, qui nolunt agnoscere tres personas in diuina natura. Quidam, quod hîc dicitur, Dij, referunt ad opinionem, & existimationem hominum. Quale est illud Pauli, Sunt dij multi & domini multi. Neq; enim recipere aut probare possunt multitudinem deorum. Sed cùm hîc agatur de singulari facto, omnino oportet hunc locum intelligi de vero Deo. Chimhi putat Dauidem honoris causa dixisse, Dij, quemadmodũ homines quoq;, vt blandius & ciuilius loquantur, sæpe vti solent numero multitudinis pro singulari. Sed si ita est, quæ Dauidem statim incessit noua religio? cur statim subiecit: Tu Domine, in numero singulari? Nam Deus semper debet omnibus honoribus cumulari. Alij hoc referre malunt ad Mosen, & Aaronem, qui missi fuerint ad liberandum populum ex Ægypto. Verùm id non potest consistere. Nam in Paralipom. hæc omnia dicuntur nominatim de ipso Deo. Sic enim ibi Dauid loquitur: Tu venisti ad redimendum populum. Multò ergo rectiùs, & veriùs intelligemus ex hoc loco tres personas in vna natura diuina, patrem, inquam, filium, & spiritum sanctum: quæ cùm sint tres ὑποστάσεις, tamen concluduntur in vnam essentiam. Hæc sententia, vel inuitis Hebræis, vera est, & sana, & catholica. *Faceretq; vobis magnitudinem.* Quidam hæc per apostrophen referri volunt ad Iudæos, Quod mihi non sit verisimile. Non enim Dauid loquebatur ista cum populo, sed seorsim cum Deo. Itaq; malo ita de ipso Deo intelligere, & ista mirabilia adscribere vni Deo in tribus personis. Venit autem Deus ad liberandum populum, cùm mitteret ad eos Mosen & Aaronem. Nam cùm ad eos legaret Mosen: addidit: Et ego ero tecum. Est quidem Deus semper vbique: tum autem dicitur venire, cùm aliquid magni, aut noui facit. Ita dicitur adfuisse Iudæis, cùm Ægyptios, & illorum primogenitos percuteret. Deinde, cùm Pharao persequeretur Iudæos exeuntes ex Ægypto, & illi se putarent iam iamq; perituros, & inciperent murmurare, Moses ita eos cohortatus est: Deus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Imò Ægyptij etiam ipsi id senserunt, Nam, fugiamus, inquiunt: quoniam ipse pugnat pro illis. Imò postea cùm populus adorasset vitulum, & Deus iratus nollet cum illis proficisci, Moses tamen eum exorauit, vt vnà iret. Venerunt ergo ad liberandum populum, & Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Quàmuis autem illa opera fuerint tribus personis communia, tamen seorsim, & singulariter ascribuntur Filio. Itaq; Paulus ad Corinthios ait: Petram illam, vnde aquæ fluxerunt, fuisse Christum. Et ne tentemus, inquit, Christum, sicut quidam illum tentauerunt. Ex illis Pauli verbis perspicuè colligimus, Iudæos murmurasse contra Christum. Quod cùm ita sit, ex hoc loco optimè confutari possunt Arriani. Nam si ille, qui venit ad liberandum populum, fuit Christus, vt certò fuit, quomodo dicere potest Dauid, Non est Deus alius sicut tu, si Filius, aut creatura sit aut minor Patre? Hoc argumentum, etsi non teneat Iudæos, qui Paulum non recipiunt, tamen Arrianos, qui Paulum repudiare non possunt, tenet. *Vt poneret sibi nomen.)* Hic finis est, cur Deus opera tam præclara fecerit. Itaq; in Numeris scribitur cap. 14. Et replebitur omnis terra gloria Dei. Et Esaias cap. 63. Scidit, inquit, mare coram illis, vt faceret sibi nomen sempiternum. In Paralipomenis autem ista referuntur, non tantùm ad ea, quæ facta sunt in Ægypto, & in deserto, sed etiam ad ea, quæ postea sequuta sunt in terra Chanaan. Sic enim scribitur: Ad ejiciendas nationes à facie tua. *Redemisti ex Aegypto, ex gente, & dijs eius.)* Erepti sunt, non tantùm ab Ægyptijs, sed etiam ab idololatria Ægyptiorum. Nam, quemadmodum apparet ex 2. cap. Deut. & 16. cap. Ezechielis, Iudæi in Ægypto coluerunt idola. Quidam per vocem illam אלהים intelligunt proceres, & principes, & sensum putant esse, Deum liberasse populum suum, non solùm à populo, sed etiam à principi-

Dij venerunt.

Trinitas.

Quomodo Deus dicatur venire.

Contra Arrianos.

ibus Ægyptiorum. Sed quoniam vtraq; vox potest esse accusatiui casus, אלהים significare potest Deum, vt sit ista sententia: Deum & populum Iudæorum liberasse, & illorum Deum. Tanta enim bonitas Dei, vt dici velit, vnà & affligi, & liberari cum populo suo. Alij per אלהים puto intelligi posse Mosen & Aaronem, qui fuerint principes populi, quos Deus vnà cum populo ex Ægypto liberârit.

Et confirmasti tibi Israelem populum in seculum, & tu Iehoua fuisti eis Deus.) Hæc summa est foederis inter nos & Deum, vt nos illum inuocemus, illi fidamus, illum honoremus: & vicissim vt ille det nobis vitam, salutem, atq; omnia bona: eaq; non huius tantùm vitæ, sed etiam futuræ. Hinc Christus rectè probat resurrectionem ex eo, quòd Deus appellari voluerit Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. Dat enim salutem, non mutilam, aut imminutam, sed totam, eamq; non parti alicui hominis, sed homini toti. Non est autem Deus illorum, quos & anima, & corpore velit perditos. *Summa fœderis.*

Verè quidem Deus ita venisse dicitur, vt modò diximus. Propriè tamen & singulariter venit Filius Dei, qui ipse est verè Deus, in naturam humanam ad seruandum humanum genus. Etsi enim Deus sit vbiq;, tamen eum venisse dicimus: quoniam induit naturam humanam. Atq; ita dicimus venisse ad nos, & Iesse nobis repræsentasse & Patrem & Filium, & spiritum sanctum. Etsi enim opera Trinitatis, quod ad interna attinet, sint singularia: qualia sunt generare, spirare, procedere, ista enim fiunt à vi diuina, quæ tribus personis est communis: tamen ea, quod ad externa attinet, sunt indiuisa. Cur ergo, inquies, solus Filius dicitur incarnatus? Hîc duo cõsideranda nobis sunt, Actio & Opus. Quod ad opus ipsum attinet, Christus solus assumpsit humanam naturam. Nam illa natura coniuncta est cum sola hypostasi Filij. Ad actionem autem accessit & Pater, & Spiritus sanctus. Efficiens enim causa & actio ad tres personas pertinuit. Idq; probari potest è scripturis. Esaias enim ait: Misit me Dominus, & spiritus eius. Et Paulus ad Galatas: Cùm venisset plenitudo temporis, misit Deus Filium suum. Et apud Lucam angelus ait: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Et postea apud Matthæum: Inuenta est grauida è spiritu sancto. Ex his testimonijs apparet, Christum & à Patre missum fuisse, & à spiritu sancto. Adhæc Filius ipse causa fuit aduentus sui. Durũ quidem illud videri potest, idem esse & efficientem causam, & effectum: probari tamen potest multis modis. Primùm enim, quod ad sanctificationem attinet, in decimo capite Ioannis ita legitur: Quem misit Pater & sanctificauit, vos dicitis, quòd blasphemet: quia dicit: Filius Dei sum. Postea in capite 17. Christus idem ait: Ego pro illis sanctifico meipsum. Idem dici potest de morte Christi. Paulus enim ad Romanos scribit: Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Ad Galatas autem ait: Qui dilexit me, & tradidit semetipsum propter me. Idem de Resurrectione. Nam Paulus ad Romanos scibit: Qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, resuscitabit & mortalia corpora vestra. Christus tamen ipse apud Iohannem ait: Soluite templum hoc, & ego in triduo reædificabo illud. Et habeo potestatem ponendi animam meam, & iterum sumendi eam. Et, Omnia per ipsum facta sunt. Idem etiam dicere possumus de Incarnatione Christi. Nam Paulus ad Galatas ait: Cùm venisset plenitudo temporis, misit Deus filium suum. Idem ad Philippenses ait: Exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens. Videmus ergo, satis constare ex sacris literis, Christum fuisse, & efficientem causam, & effectum. Venerunt ergò tres, quod ad causam efficientem attinet: quamuis opus ipsum pertineret ad solum Filium. Scribit hac de re Augustinus fusè lib. 2. de Trinitate cap. 4. & contra Felicem Arianum cap. 14. vt probet Christum & efficientem esse causam, & opus. Illud autem, quod Christus apud Iohannem de se loquitur, Ego non veni à me ipso, vel explendum est adiectione istius vocis, solùm, quasi ita dicat, Ego non solùm à me ipso veni: vel intelligendum est de natura humana. *De incarnatione seu aduentu filij Dei.*

Nunc igitur Iehouah Deus.) Orat Dauidem, non quòd parùm magnam fidem habeat illius verbis, sed quòd cupiat illa promissa quàm primùm præstari. Tria nobis in hac petitione consideranda sunt: primùm quis sit huius petitionis finis: deinde quid eum inducat ad petendum: postremò quid petat. Quod ad finem attinet, Vt magnificetur, inquit, nomen tuum: non enim Dauid suam gloriam quærit, sed Dei: & vt fit Deus in Israel: hoc est, vt omnis terrarum orbis intelligat, te tibi illud regnum delegisse: & Israelitas magno cum iudicio tali se Deo subiecisse: & postremò te ad illam nationem nominatim missurum esse Messiam tuum. Alter finis, *Et domus seruorum Dauidis erit firma coram te.)* Chaldaicus interpres addit, In iustitia & sanctitate: videlicet, vt iusti & sancti semper ambulent coram te. Id autem, quod secundo loco diximus quærendum esse, quid Dauidem impulerit ad orandum, magno nobis vsui esse potest. Quidam enim putant materiam nostrarum precum esse notitiam miseriæ & infirmitatis, atq; etiam necessitatis no- *Cur oret.* *Finis petitionis.* *Quæ inducant ad petendum.*

ſtræ. Verùm id per ſe non eſt ſatis: adigeret enim nos ad deſperandum ſæpiùs, quàm ad orandum. Addenda eſt ergo notitia & certa perſuaſio de bonitate Dei. Itaq; Dauid ſubiecit, *Tu reuelaſti auriculam meam: & ego apprehendi cor meum.*) Magna eſt emphaſis in illa voce Apprehendi. Eſt enim labile & fugax cor noſtrum: & niſi apprehendatur à nobis, & quodammodo ſtringatur, & vinciatur, non conſiſtit. Hinc eſt, quòd homines pij ita fideiter orant Deum ſuum. Niſi enim ille nobis reuelaret auriculam noſtram, nunquam auderemus ad illum accedere. Itaq; Paulus ad Epheſios ait, per quem habemus aditum in fiducia per fidem. Fiduciam illam habemus ex fide: fidem autem habemus ex reuelatione auriculæ, hoc eſt, ex verbo Dei. *Tu es Deus: & verba tua ſunt veritas.* Tu, inquit, & potes iſta dare, & promiſiſti te daturum: ergo licet mihi iſta à te petere. Bileam enim in libro Numerorum, Non eſt, inquit, Deus vt homo, vt mentiatur. Diabolus duobus modis conatur debilitare preces noſtras. Primùm enim ſuggerit nobis cogitationes, nos ea petere, quæ nobis non conueniant, & quibus ſimus indigni: deinde ea, quæ omninò non poſſint fieri. Nos autem vtrinq; oportet occurrere: primùm vt certò ſciamus, Deum omnia poſſe: Deinde illum ſtaturum eſſe promiſsis ſuis, etſi nos ſimus indigni. Videtur Dauid his verbis ſeſe modeſtè excuſare: quaſi ita dicat: Non eſt hoc arrogantiæ, quod ita audacter ad te accedo. Tu enim mihi animum addidiſti: tu me impuliſti ad orandum.

Quid noſtræ indignitati ſit obijciendum.

Quid petat.

Nunc inquam velis.) Hoc illud eſt, quod petit. Spero quidem, inquit, hæc futura eſſe: ſed velim ea quàm primùm fieri: *Benedicito domui ſeruitui tui:* & ſpiritualibus, videlicet, & temporarijs bonis. Horum omnium agnoſcit Deum ſolum authorem eſſe: alioqui enim ea ab illo non peteret. Dauid precatur ea, non quæ ipſe cuperet, ſed quæ videbat Deum velle: idq; maximè ſpectandum eſt in precibus, ſi illas exaudiri volumus, & gratas eſſe Deo. Sed dices. cùm Dauid ſciret Deum iſta vltrò daturum eſſe, quid opus erat precibus? Duplex eſt reſponſio. Interdum enim promiſsiones Dei adiunctam habent conditionem: vt hoc aut illud euenturum ſit, ita tamen, ſi nos piè ac ſanctè geramus. Hac de re multa habentur in 18. capite Hieremiæ. Dauid ergo orat, vt auferantur impedimenta, & poſteri ſui ſanctè poſsint viuere, & frui iſtis promiſsionibus Dei. Itaque & promiſsiones, & minas Dei dicimus alias abſolutas eſſe, & pendere à prædeſtinatione: alias autem annexam habere conditionem pro præſenti vel iuſtitia, vel iniuſtitia hominum. Iſtæ autem, inquies, promiſsiones ad vtrum genus referendæ ſunt? Reſpondeo promiſsiones iſtas eſſe varias, vt de illis non poſsit reſponderi eodem modo. Primum enim quod Deus pollicetur de Meſsia, id nullo modo poterat eſſe irritum. Meſsias enim ex poſteris Dauidis quamuis nequiſsimis & ſceleratiſsimis, omninò naſci voluit. Atque hoc illud eſt, quod Paulus ſcribit ad Romanos: Quid ſi quidam illorum non crediderunt? Num incredulitas illorum fruſtrata eſt fidem Dei? Abſit: Eſt enim Deus verax: omnis autem homo mendax. Erat altera promiſsio de ſtirpe Dauidis duraturæ in regno vſque ad Chriſtum. Ea quoque fuit abſoluta & certa. Caſtigati quidem ſunt poſteri Dauidis ſæpè ſeueriſsimè cùm peccaſſent, ſemper tamen in illo populo aliquam dignitatem retinuerunt. Tertia promiſsio fuit, illos feliciter & proſperè regnaturos: ſed hæc coniuncta fuit cum conditione, ſi piè ac ſanctè viuerent. Non ergo Dauid fruſtra orauit: voluit enim ſuos ſanctos eſſe, & feliciſsimè imperare. Altera reſponſio eſt, Deum etſi aliquid certò daturus ſit, tamen omnino velle interponi iſta media. Vult enim ſeruare ſuos, ſed fideles, ſed ſanctos, ſed pios. Ita Chriſtus precatur in Iohanne: Pater glorifica Filium tuum, & da illi gloriam, quam habui apud te, antequam mundus crearetur. Certè Deus omnino daturus erat iſta Filio ſuo, ſed vna volebat, vt pro ipſis oraret. Vnde Chriſtus non alienum putauit eſſe, vt illa peteret. Adhęc Dauid orat, vt regnum continuetur in ſtirpe ſua vſque ad Chriſtum. Hoc autem nihil aliud erat, quàm dicere Adueniat regnum tuum. Cæterùm, inquies; nimis multus & verboſus eſt. Quid ni? Lætus enim erat de iſtis promiſsionibus Dei. Cùm autem læti ſumus, cor amplificatur: nec poſſumus non multa effundere. Non tamen iſta verba Dauidis aut inutilia ſunt, aut caſſa, aut fuco & hypocriſi colorata. Sancti enim, cùm varios habeant & multiplices affectus pios, illos variis modis exprimunt. At Chriſtus, inquies, monuit, ne orantes multa loquamur. Memini. Sed reſpondere poſſumus: Primùm, preces iſtas Dauidis non ita eſſe longas. Gratiæ quidem, quas agit, prolixæ ſunt: ſed preces ſunt ſatis breues. Deinde ſcire debemus, Chriſtum, cùm iubet, ne verboſi ſimus in orando, cauſas addere, cur ita iubeat. Nolite, inquit, verboſi eſſe, vt Ethnici eſſe ſolent. Putant enim, ſe propter multiloquium eſſe audiendos. Eſt autem illa ſtulta cogitatio. Deus enim audit nos non propter noſtra verba, ſed propter bonitatem & clementiam ſuam. Altera cauſa eſt, ſi velimus quaſi præſcribere Deo, & illum docere, quibus rebus nobis opus ſit. Deus enim ſcit quibus rebus egeamus, etiam antequam incipiamus precari. Remotis his duabus cauſis orare poſſumus, quantum volumus. Quatenus autem orationes noſtræ aut breues aut prolixæ eſſe

An promiſsiones hæ fuerint ex conditione.

An ſit nimis verboſa oratio Dauidis.

lum esse debeant, Augustinus pulchrè scribit ad Pròbam. Fratres, inquit, in Ægypto habent preces crebras & breues, tanquam eiaculationes quasdam animorum: idque, inquit, ne intentio illa emolleſcat. Itaque addit, Si videamus studium nostrum atque impetum ad precandum, incipere fatiscere, non esse assiduitate hebetandum: at si attentio nostra alacris & erecta sit, non esse abrumpendam. In summa, Oratio, inquit, multa esse debet, loquutio pauca. Eos autem ait, multos esse in orando, qui necessaria quidem petunt, sed verbis superfluis. Eam verò orationem esse multum, si excitato corde assiduè pulsemus eum, quem precamur. Magis autem lachrymis quàm verbis agendum esse: & fletu magis, quàm affatu. Verba enim non in alium vsum adhiberi, quàm vt nos ipsos incitemus, vel alios. *Quomodo oratio longa aut breuis esse debeat.*

CAPVT VIII.

Posthac autem percussit Dauid Philisthim, & humiliauit eos: tulitq; Dauid Methegammah de manu Philisthim.

2 Et percussit Moab, & mensus est eos funiculo, iacere faciendo eos super terram: & mensus est duos funiculos ad interficiendum, & plenum funiculum ad donandum vita: fueruntq; Moabitæ Dauidi in seruos, portantes munus.

3 Adhæc percussit Dauid Hadadezer filium Rehob regem Sobah dum proficisceretur vt constitueret terminum suum in flumine Perath.

4 Cepit autem Dauid ex eis mille & septingentos equites, & viginti millia virorum peditum, & subneruauit Dauid omnem currum, & reliquit ex eis centum currus.

5 Venit autem Aram Dammesec vt opem ferret Hadadezer regi Sobah, & percussit Dauid de Aram viginti & duo millia virorum.

6 Et constituit Dauid præfectos in Aram Dammesec, fueruntq; Aramæi Dauidi in seruos portantes munus: & seruauit Iehouah Dauidem in omni ad quod perrexit.

7 Tulit quoq; Dauid clypeos aureos qui erant super seruos Hadadezer, & detulit eos Ierusalaim.

8 De Betah verò & Berothai vrbibus Hadadezer tulit rex Dauid æs multum valde.

HOC caput diuiditur in duas partes: in priori narrantur bella, quæ à Dauide gesta sunt contra multas nationes: in altera describuntur instituta ciuilia, quemadmodum, & per quos & Respublica administrata sit, & Ecclesia. Hæc historia rectè continuatur cum illis, quæ suprà narrata sunt. Dauid, quamuis acsepisset illas promissiones, quas diximus, tamen noluit esse otiosus, quasi Deus omnia sibi dormienti esset confecturus. Ipse sese armat, & pugnat in hostem. Ista bella cùm susciperentur ex fide, & niterentur Dei promissionibus, non est dubium placuisse Deo. Sancti enim per fidem, vt est in Epistola ad Hebræos, vicerunt regna. *Partitio capitis.*

Palæstinis eripuit Metheg-ammah. Id quidam exponunt Aquæductus, vnde aquæ ad alias ciuitates deriuarentur. Verùm id, vt suprà monuimus, non satis constat ex Hebræo. Ego libentiùs interpretor ex libro Paralipomenon, Dauidem cepisse Gath cum filiabus suis, hoc est, cum vicinis vicinis. Metheg significat frenum. Primarię autem vrbes, & metropoles, sunt quasi frenum quoddam, quò minores ciuitatulæ & pagi continentur in officio. Et illi pagi collati ad metropolim erant quodammodo loco ancillarum. Hoc tertium est bellum, quod Dauid gessit cum Palæstinis. Illi etsi Dauidi fortasse vtcunq; cuperent, tamen vetus illud suum odium tyrannicum erga nomen Israeliticum non poterant deponere. Et Dauid fortasse propter vetus hospitium, quod habuerat apud eos, maluisset ab istis bellis abstinere. Sed sciebat, amicitiam nō longiùs colendam esse, quàm vsq; ad aras. Fregit ergo eos, & redegit in potestatem Iudæorum. *Metheg-ammah.* *Bellum Palæstinum tertium.*

Et percussit Moab.) Moabitæ & Ammonitæ oriundi erant ex incesto concubitu filiarum Loth. Et quia aliqua necessitudine coniungebantur cum Israelitis, illi enim genus suum referebāt ad Abraham: Deus monuit Israelitas ne illis infesti essent. Itaque Moses, cùm migraret ex Ægypto, quamuis malè ab illis acceptus, tamen noluit illos attingere. Cur ergo, inquies, Dauid nunc illis infert bellum? Respondeo: Deus quidem noluit illos vexari vt amicos & socios: at cùm iam hostes essent hostes, noluit illos abire impunè. Et certè illi iam antea Iudæis multis modis mo- *Cur contrà præceptum de non attingendis Moabitis, bellum illis inferat.*

lesti fuerant. Nam cùm viribus & armis non valerent, conduxerunt aduersus eos Bileam, qui illos diris & execrationibus defigeret: deinde, cùm hac arte nihil promouerent, suasu Bileami immiserunt illis meretrices, quæ illos abducerent à Deo suo. Itaque Deus monuit Mosen, vt de illis sumeret vltionem. Et in historia Iudicum; cùm Iudæi ab illis vehementiùs premerentur, Deus excitauit Ehuddum, qui Regem illorum Eglonem confoderet. Toties ergò de Iudæis malè meriti, & præsertim, cùm se coniunxissent cum hostibus Iudæorum, & contra fratres suos bellum gererent, digni erant, qui aliquo malo mulctarentur. Dauid tamen coluit cum illis amicitiam, quoad potuit: Nam cùm fugeret Saulem, parentes suos apud illos deposuit, & munera ad illos sæpe misit. Mitto enim fabulam Rabbinorum. Illi enim addunt, Moabitas parentes Dauidis occidisse. Sed quicquid est, id non constat ex historia. Præceptum ergo illud de non attingendis Moabitis habuit annexam conditionem, modò ne illi Iudæos vltrò & priores lacessissent. Imò Deus ipse cap. 23. Deuteronomij iubet ne Iudæi pacem faciant cum Moabitis, aut illos in cœtum suum recipiant, quòd malè tractassent eos in itinere, & conduxissent aduersus eos Bilaamum, & immisissent scorta, quæ animos illorum peruerterent. Hoc tamen cauit, ne Iudæi illis auferrent terram. Neque certè legimus, Dauidem illorum agros viritim diuisisse. Fecit quidem illos tributarios, & tertiam tantùm illorum partem reliquit superstitem, vt neue rebellarent, nèue sese adiungerent ad hostes, ne regio illa deserta & vacua relinqueretur. Credibile est, Dauidem obscuros tantùm quosdam & ignobiles reliquisse, qui propter ignauiam minimè studerent vltioni. Nobiles enim isti centauri, iniurias & studium vindictæ nunquam exuunt ex animo.

Sobah.

Adhæc perexußit Dauid Hadadezer filium Rehob regem Sobah.) Sophenæ sunt magna regna & vltra & citra Taurum, ibi cùm habitaret rex potentissimus Adadezer, amplificare voluit fines suos, & transmisso Euphrate, occupare agros Iudæorum. Nam fines Iudæorum patebant à Sichore vsq; ad Euphratem. Non tulit hanc iniuriam Dauid: instruxit militem: occurrit: & edita magna illorum strage, multos captiuos abduxit. Sed cur, inquies, aliquos ex illis seruauit viuos? Nonne erant hostes Dei? Erant quidem: sed ex illis non erant hostibus, Chananæis, Pherezæis, Iebusæis, quos Deus iusserat prorsus deleri. Eam regionem redactam in formam prouinciæ, & occupatam à Dauide posteri eius amiserunt. Habuit Adadezer amplissimam regionem, eam videlicet partem Syriæ, quam dixi appellatam esse Sophenam, inter vtranq; Armeniam. Regia ciuitas erat Emath, quæ postea ab Antiocho Epiphane dicta est Epiphania. Strabo eam, quòd constaret quodammodo ex quatuor ciuitatibus, ait dictam fuisse τετράπολιν. Transmisit Adadezer Euphraten, vt proferret fines suos. Fortasse putauit Iudæos auito iure ad se pertinere; quòd Abrahamus oriundus è Syria, in illa regione domicilium suum constituisset. Posteros ergo eius iure optimo posse in suam potestatem & ditionem reuocari. Meminerat etiam fortasse, Israelitas aliquando seruijsse regibus Mesopotamiæ. Nam vt scribitur in historia Iudicum, Deus iratus Israelitis, quòd à suo cultu defecissent, tradidit eos in potestatem Cusan-risathaim regis Mesopotamiæ: cui illi coacti sunt seruire octo annos: Fuisse regem istum præpotentem & diuitem, apparet & ex numero militum, & ex ratione armorum. Habuit enim milites Chrysaspidas. Eum Dauid profligauit, & facta magna cæde, cepit mille & septingentos equites captiuos. In Paralip. scribitur, Dauidem cepisse septem millia equitum. Itaq; isti numeri non consentiunt. Sed ista varietas ita potest non incommodè conciliari, vt hìc intelligamus numerari tantùm præcipuos quosq; equites, in Paralipomenis verò censeri vniuersam multitudinem. Et ne cui id nouum aut insolens videatur, hodie quoq; solet ita fieri. Singulis enim cataphractis attribuuntur minimùm tres equites: vt vbi sint mille equites, ibi necesse sit numerare quatuor millia. Numerus quadrigarum non attingitur. Tantùm hoc scribitur, Dauidem seruasse sibi centum quadrigas. In Paralipomenis numerantur mille falcati currus. Dauid equos subneruauit, & inutiles reddidit. Non erat hoc inuentum Dauidis. Dominus enim idem mandauit Iosue de equis hostilibus, vt apparet cap. 11. libri Iosue. Non ita incidit equorum neruos, quin possent alicui esse vsui in opere rustico. Tantùm eos inutiles reddidit ad rem bellicam. Noluit autem illos seruare sibi, quòd sciret Deum vetuisse lege regia in Deuteronomio, ne rex sibi multiplicaret equos. Nec erant occidendi, cùm præda illa non esset Cherem aut anathema. Hoc ergo tantùm superfuit, vt illis nerui inciderentur. Seruauit tamen sibi centum currus: ad quos singulos si attribuamus quatuor equos, habuit equos quadringentos. Sed ille numerus non erat tanti. Non enim vetitum erat, ne Rex vllos omninò haberet equos, sed ne in ea re excederet modum. Ad singulos autem currus dandos fuisse quatuor equos, Hebræi satis argutè probant ex primo libro Malachim. Nam cùm Solomon abduceret equos ex Ægypto, in singulos currus dabat sexcentos siclos: in singulos autem equos siclos centum quinquaginta: illa autem est quarta

Cur aliquos in vita seruârit.

Sophenæ.

Causa belli.

Conciliatio Paralip. cum præsenti loco.

Cur equos subneruârit.

Quare currus & equos seruârit.

pars

septentorum. Apparet ergo ex illa proportione ad singulos currus attributos fuisse quatuor equos.

Venit autem Aram Damascum vt opem ferret Hadadezer.) Rex Damascenæ, cùm sciret ruinam suam Hadadezer nonnihil ad se pertinere, statim conscripsit militē, vt illi veniret subsidio. Sed fusus & fugatus à Dauide coactus est se recipere. Damascus erat primaria ciuitas Cœlæ Syriæ. Itaq; Damascus. Plinius ait, Caput Syriæ Damascus. Huius ciuitatis mentio fit in Genesi. Seruus enim Abrahami, cui ille habiturus erat hæredem, nisi natus fuisset Isaac, erat Eliezer Damascenus. Nomen isti regi Damasceno Iosephus ex Nicolao quodam veteri historico ait fuisse Adado: & ab illo posteros omnes reges Damasci dictos fuisse Adados, vt à Ptolemæo Reges Ægypti appellati sunt Ptolemæi. Illum autem Adadum, quamuis succubuerit Dauidi, tamen magnam partem imperij, & summam dignitatem retinuisse: & regnum in eius stirpe ad decimam vsq; generationem perstitisse. Hadad autem rex tertius ab isto, vt hanc notā eluceret, mouit in Israelitas, & obsedit Samariam. Dauid autem non tantùm grauiter afflixit Adadum, sed etiam illum sibi fecit tributarium: & in eius regnum præfectos & præsidia collocauit. Achab etiam Rex habuit in regno Damasceno plana & loca munita, quibus populum illum in officio contineret. *Et seruauit Iehouah Dauidem in omni ad quod ille se contulisset.)* Hoc videlicet erat robur Dauidis. Non enim sibi militabat sed Deo. Vicit ergo non suis viribus, sed ductu & auspicijs Dei. Ex eo autem quòd legimus Dauidem libenter esse à Deo, intelligere possumus illum versatum esse in magnis periculis. Retulit Hierosolymam magnam vim auri, argenti, & æris, partim ex præda Adadezer, partim ex duabus amplissimis ciuitatibus Berothai, & Bethaca.

Adad rex Damasci.

9 *Audiens autem Thoi Rex Hamath quòd percussisset Dauid omnem exercitum Hadadezer:*

10 *Misit Thoi Ioram filium suum ad regem Dauidem, vt salutaret eum pacificè, & benediceret ei quòd pugnasset cum Hadadezer, ac percussisset eum: (gerebat enim bellum Thoi cum Hadadezer) & in manu eius erant vasa argentea, & vasa aurea, & vasa æris.*

11 *Quæ etiam sanctificauit rex Dauid Iehouæ cum argento & auro, quæ sanctificauerat de vniuersis gentibus quas subegerat.*

12 *De Aram, & de Moab, & de filijs Ammon, & de Philistæis, & de Amalec, & de spolijs Hadadezer filij Rehob regis Sobah.*

13 *Fecit itaq; Dauid sibi nomen quum reuerteretur à cædendo Aram in Valle salis, octodecim millibus.*

14 *Constituit deniq; in Edom præfectos, in tota inquam Edom constituit præfectos: fueruntq; omnes Edomæi serui Dauidis: & seruauit Iehouah Dauidem in omni ad quem perrexit.*

Thoi rex vicinus princeps Emath, audita hac tam insigni victoria, misit ad Dauidem gratulatum. Ex hac vrbe erat Euphrates philosophus, qui cùm grauissimè laboraret, nec ferre posset vim morbi, impetrauit ab Adriano Cæsare, vt liceret sibi adferre manus. Nam alioqui sciebat, confiscatum iri bona sua. Erat Thoi hostis Adadezeri: eaq; causa tantò magis Dauidi gratulatus est, & primum legationis misit filium suum. Hæc amicitia fundata est in vtilitate. Aristoteles in 2. lib. Posteriorum ait, solertiā esse facilem rationem inueniendi mediū. Vt si quis quærat, cur duò repentè duo fiant amici, & alter respondeat, quòd habeant communem hostem. Quæri hoc loco potest, liceat ne voluptatē capere ex calamitate inimici. Hoc primùm in vniuersum respondeo. De ruina & perditū nō tantùm non gaudendū, sed etiam vehementer lugendum esse. De aduersis autem re hostis nonnihil dubitari. Solomon ait in Prouerb. cap. 24. Si ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas & in ruina eius ne exultet cor tuū: ne videat Dominus, & displiceat illi, & auferat iram suam ab illo. Quomodo ergo, inquies, Moses, perdito & mortuo Pharaone, cecinit triumphale illud carmen, Cantemus Domino? Nec tantùm animo lætatus est, sed etiam instituit choreas & tripudia. Eandem hanc quæstionem ita distinguunt: quoad hostis affligitur, quòd incertum sit de voluntate Dei, non esse gaudendum. Oportere enim quenq; meminisse, se quoq; esse hominem: eadem sibi quoq; posse accidere: nihil enim humani à se alienū esse. At postquàm occidione & exitio hostis nostri Deus voluntatem & consilium suum declarauit, ibi esse exultandum. Hæc illi. Ego verò dico, cùm in gaudeas, videndum esse, tua ne an non tua quæras. Sunt enim, qui de suis tantùm re-

Thoi sit amicus Dauidi.

Causa huius amicitiæ.

An liceat gaudere inimicorum interitu.

bus cogitent: & cùm hostis affligitur, putent suas iniurias à Deo vindicari. At si animũ abducas ab his cogitationibus ad gloriam Dei, & cõsideres Deũ idcirco vlciſci cauſam ſuam, vt inimicus tuus fiat melior, vt peccata impediantur, ne amplius turbetur Euangeliũ, aut reprimatur verbum Dei, ibi ſeriò, atq; ex animo gaudendum eſt. Neq; verò in hac re exempla à ſanctis viris ducenda ſunt, ſed à lege Dei. Nam Dauid in morte Abſolonis, Abneri, Saulis fleuit: in morte Nabalis exultauit. Samuel Saulem luxit, Agagũ non luxit. Ita enim in pijs hominibus ſequuntur varij affectus, prout illi variè incitantur, à ſpiritu Dei. Omnino in iſtis affectibus quærendum eſt, non quid nobis ex vſu ſit, ſed quid faciat ad ſalutem proximi, & ad gloriã Dei. Imò iſti duo affectus ſæpe coniungũtur in vno homine. Quatenus enim videmus inimicũ noſtrum hominem, humanitas ipſa facit, vt eius calamitatem lugeamus: at ſi ex altera parte oculos adijciamus ad voluntatẽ Dei, pietas faciet, vt eius iudicijs applaudamus. De iſto autem Thoi nihil poſſumus ſtatuere: neq; enim ſcimus, quo conſilio, aut quo animo iſtud fecerit.

Dauid coacer-uauit aurum ad ædificandum templum.

Dauid clypeos illos aureos Adadezeri, & quicquid auri, argenti, & æris collegerat ex Berhgan, & Berothai, & à rege Thoi, vniuerſum conſecrauit Domino. Ita in libro Numerorum Iſraelitæ quicquid argenti eripuerant Moabitis, cõſecrauerunt tabernaculo. Rectè fecit Dauid, vtq; decuit pium regem. Etſi enim prohibebatur lege regia, ne coaceruaret ſibi theſauros, nihil tamen obſtabat, quò minus ea conquireret & aſſeruaret, quibus ædificari & ornari poſſet templum Dei. Imò ex ſpolijs Ægypti Moſes conflari iuſsit omnia vaſa tabernaculi. Deus ante prohibuerat Dauidem, ne ſibi templum ædificaret: at ne materiam ad illud ædificium comportaret, non prohibuerat.

Regum eſt ecclesiam ædificare.

Pij reges omnia conferunt ad ædificandam & illuſtrandam eccleſiam Dei: & interim externa ornamenta templorum non contemnunt. Impij verò Nabucadnezares, & Dionyſij, etiam cum contemptu Dei omnia diripiunt. Nec mirum, in diſsimilibus animis ſtudia etiam ſunt diſsimilia. Dauid aũt & alij pij principes, quibus iſta erant curæ, nihil aliud ſignificare voluerunt, quàm ſeſe approbare cultũ Dei. Ita hodie quoq; faciũt, & ſemper fecerũt principes papiſtici: idq; ſæpe ex bonis malè partis. Dauid aũt iſta reportauerat ab hoſtibus: idq; ab illis hoſtibus, quos ſciret damnatos eſſe & proſcriptos à Deo, vt nõ poſsit videri feciſſe quicquã cõtra legẽ Dei. Ad ornandum tabernaculũ, populus multas attulit votiuas oblationes: multò id magis facere debebant reges. Ita Ethnici quoq; ſpolia opima cõſecrabãt Ioui Feretrio: & quæcũq; eripuiſſent hoſtibus, partẽ ex illis aliquã attribuebant dijs ſuis. Iſta ſatis magno argumento eſſe poſſunt, Dauidẽ non cupiditate adductum ſuſcepiſſe hoc bellũ, ſed tantùm, vt amplificaret gloriam Dei. Ita Chriſtus noſter verus Dauid, cùm domũ fortis & armati hoſtis ſui diripuiſſet, omnia eius ſpolia conuertit in vſum ſuũ, & ex illis, quos ille antea tenuerat captiuos, fecit alios Apoſtolos, alios Euangeliſtas, alios doctores, & bonas artes, vt Dialecticam, Rhetoricam, Philoſophiam, quæ antea ſeruierant dæmonibus, contulit ad ædificandam atq; ornandam eccleſiam ſuam.

De Moab, & de filijs Ammon.) Probabile eſt, Ammonitas ſeſe adiunxiſſe ad Moabites. *Et de Amalec.*) Iſti fortaſſe vlciſci volebant veteres iniurias. Dauid enim cùm exularet apud Palæſtinos, & fingeret ſe prædas agere ex vicinis finibus Iudęorum, incurſiones fecerat in iſtorũ agros.

Oracula completa in Dauide.

Hoc tempore completum eſt, quod Dominus ante tot annos promiſerat. Nam in Geneſi pollicetur Abrahamo, terminos poſterorũ eius fore Euphratem. Et in libro Nume. Bilaam prædixit, Amalechitas, Moabitas, & filios Sethi, hoc eſt, Syros ſeruituros eſſe Iſraeli. Idq; adumbratum eſt in partu Rebeccæ, cùm oraculũ illi redderetur, maiorem ſeruiturũ eſſe minori. Iſta nunc omnia complentur in Dauide. Quare, etſi Deus interdum differat promiſsiones ſuas, nõ tamen ea cauſa oportet de eius fide deſperare. Si moram fecerit, inquit Eſaias, ſperate in eum. Veniens enim veniet.

Fecit ſibi nomen, Dauid ſibi nomen.) Id Hieronymus refert ad arcum, aut fornicem triumphalem: quod tamen non conſtat ex ſacris literis. Rabbi Shelomo ex eo factum putat, quòd Dauid iuſſiſſet Idumæos mortuos ſepeliri. Ego potius intelligi arbitror illuſtrem nominis prædicationem, quam ſibi rebus geſtis pepererat. Scio in primo Machim cap. 11. aliquid commemorari de ſepultura Idumæorum, illoſq; victos ſeruiſſe Dauidi. At cùm poſtea rebellaſſent, ita fuiſſe cæſos à Ioabo, vt ne vnus quidem maſculus ſuperfuerit.

Bellum Idumæum.

Vnum bellum ſimul geſtum eſt cum duabus nationibus Idumæis & Syris à Ioabo, & eius fratre Abiſai auſpicijs Dauidis. Abiſai ſex illorum millia interfecit: Ioab autem duodecim millia: vt habetur in inſcriptione Pſal. 60. *In valle Salis.* Credibile eſt intelligi lacum Aſphaltiten. Ibi enim aqua, quæ inundauerat, calore Solis conuertitur in ſalem. Ille fortaſsis locus eſt, in quo Abraham feliciter pugnauit. Nam in Geneſi dicitur bellum geſsiſſe in valle Salis. Deus aderat Dauidi in omnibus, ad quæ ille ſe contuliſſet. Ex hoc ipſo intelligere poſſumus res iſtas fuiſſe Dauidi valdè periculoſas: vt ex quibus ille euadere non potuerit, niſi auxilio Dei.

15 *Regnauit igitur Dauid super vniuersum Israelem: faciebatq; Dauid iudicium & iustitiam vniuerso populo suo,*

16 *Ioab autem filius Seruiah erat super exercitum: Iehosaphat verò filius Ahilud à commentarijs.*

17 *Sadoc verò filius Ahitub, & Ahimelech filius Ebiathar sacerdotes, & Seraiah scriba.*

18 *Benaiahu autem filius Ieboiada, & Cherethi, & Pelethi, & filij Dauidis principes erant.*

In altera parte capitis commemoratur, quibus artibus Dauid Rempublicam ordinauerit in pace. Regnauit super omnem Israelem. Domi iam familia tota Saulis prorsus extincta erat: foris autem hostes vndiq; victi & profligati manus dederant. Habebat ergo Dauid pacatam, & ex omni parte tranquillam Rempublicam. Alij in tanto otio quasi defuncti laboribus, sese ad venationes, & ad libidines contulissent. Ita enim Alexander profligato Dario eneruatus est luxu. Longè autem aliter se gessit Dauid. Non enim satis putauit esse fudisse hostem. Intestina etiam mala, & iniurias domesticas, ratus est ad suum officium pertinere. Res enim publica, sicuti humanum corpus, non tantùm externis incommodis, sed etiam sæpè interioribus malis, tanquam noxijs quibusdam humoribus corrumpitur: Imò ille debet esse finis belli, vt pax inter ciues, & disciplina domestica constituatur. Itaq; Iustinianus in Præfatione in institutiones iuris ciuilis. Imperatoriam, inquit, maiestatem non solùm armis decoratam, sed etiam legibus armatam esse oportet: vt vtrumque tempus cùm bellorum, tùm pacis, rectè possit gubernari, & princeps Romanus non solùm victor existat de hostibus in prælijs, sed etiam per tramites rectos calumniantium nequitias expellat, & fiat tam iuris religiosissimus, quàm victis hostibus triumphator magnificus. *Dauid ordinat Rempublicam.*

Faciebatq; Dauid iudicium & iustitiam.) Iudicium hoc loco exponunt ius. Et est ius non hominum opinio, vt quidam stultè putauerunt, sed præceptio sempiterna à natura duce profecta & lege. Quod autem hîc de natura dicitur, id nos multò verius de Deo ipso intelligimus authore naturæ. Quod enim Deus dictauit, id nobis ius esse debet. Illud autem ius homines sæpè intelligunt nomine aliquo naturæ, vtque Cicero dicit, longo vsu negotiorum, & Rerumpublicarum administratione. Res enim ita à viris prudentibus animaduersæ, literis consignatæ, generibus illustratæ, partibus distributæ, fiunt postremò ars quædam, aut certè nonnulla artis similitudo. Vlpianus in Digestis in tit. de Iure & Legibus, ait, ius dictum esse à iustitia. Id non conuenit cum Grammaticis. Illi enim statuunt vocabulum Iuris, simplex esse: quodque iure fiat, illud demùm esse iustum: vt iustitiam à iure ductam putent, non ius à iustitia. Sed missa ista facio. Hoc certum est, illud prius esse, quod dictat aliquid: proximum autem esse, quod dictatum exequitur atque efficit. Illud Aristoteles appellat δικαίωμα, ἢ διακριτήριον. Deinde sequitur habitus quidam, & procliuitas faciendi, quicquid dictetur. Idem ex eo etiam probari potest, quòd in omnibus artibus prius est dictum, quàm scientia. Numerus enim prior est, quàm Arithmetica: & cantus prior, quàm Musica: & omninò omne scibile prius est scientia. Ius ergo antecedit iustitiam: nam δικαιοσύνη est quasi habitus animi. Scio esse quosdam, qui defendant Vlpianum, dicantq; illum non considerasse naturam ipsam rerum in se, sed ita vt educitur & erumpit in actum. Sed quicquid est, non est tanti. In primis curare debet princeps, vt ius reddat, idq; vt animo bono & iustè reddat. Non enim satis est aliquid boni fieri, nisi illud benè etiam fiat. Id autem qui faciunt, Vlpianus ait appellari posse sacerdotes. Sunt enim sacerdotes, & antistites legum. Leges autem sunt res sacræ: vt habetur in Cod. de legibus, leg. Leges. Pronuntiare ergo sententiam, & ius dicere sacra res est. Quidam illud quod scribitur, Dauidem fecisse ius & iustitiam, ita exponunt, vt intelligant, illum non omnia pronuntiasse ex scripto iure, sed etiam multa ex æquo & bono: id enim esse, facere iustitiam. Sed æquo & bono nihil loci est, nisi vbi nihil est cautum legibus: hoc est, vt nec præmium rectè factis, nec pœna sceleribus nominatim constituitur. In primis autem obseruandum est quod adscribitur, *Vniuerso populo suo.*) Id enim significat, illum dixisse ius sincerè & verè, sine vllo respectu personarum. Hoc autem est ita dominari, vt iuues populum. Solomon in Prouerb. Iustitia, inquit, solium Regis stabilietur in æternum. Contrà tyranni propter iniquitatem facilè auferentur. Facies autem iustitiam multiplex est, & multas habet partes. Oportet enim & patienter audire, & prudenter cognoscere, & rectè sententiam pronuntiare, & iudicatum fortiter exequi. Multi enim sæpè rectè pronuntiant: sed propter ignauiam, sententiam tantùm habent in chartis. Videndum est, vt sontes puniantur, vt disciplina constituatur, vt bonæ leges vigeant, vt boni mores conser-

Quid sit ius.

Ius antecedit iustitiam.

Ius quomodo reddendum.

Personarum acceptio.

Partes recti iudicij.

uari posſint. Hæc virtus longè vtiliſsima eſt nõ tantùm in pace, ſed etiam in bello. In primis autem iſta præſtare debet princeps ipſe. Eſſe enim debet princeps quodammodo ius quoddam animatũ. Contrà aũt impiè faciunt, qui putant cognitionem cauſarum, nihil ad ſuum officium pertinere. Huiuſmodi fuit Antoninus Caracalla, qui nunquam voluit ius dicere. Et Adriano, cùm ſeſe excuſaret, quòd non eſſet ocium, muliercula ſubiecit, Noli ergo imperare.

Per quos Dauid rempublicam rexerit.

Ioab autem filius Seruiah erat ſuper exercitum.) Quoniam autem vires principis & finitæ, & imbecillæ ſunt, idcirco opus illi eſt multis oculis, multis manibus, multis pedibus. Hic ergo deſcribitur, per quos Dauid rexerit rempublicam, non tantùm, quod ad profana negotia, ſed etiam quod ad rem eccleſiaſticam pertineret. Imperio & rei militari Ioabus præfuit, vir fortis, & ſciens artis bellicæ, & cognatus Dauidis, & exploratæ fidei. Illud munus debebatur ei ex pacto, quòd primus percuſſiſſet & fudiſſet Hiebuſæos. *Iehoſaphat verò filius Ahilud à commentarijs.*) Dauid præterea, ne quid perturbatè faceret, aut memoria laberetur, habere voluit quendam à cõmentarijs, aut à libellis ſupplicibus, qui ſummoneret de cauſis & priuatis, & publicis. Illum Itali appellant Referendarium, Galli *Maiſtre, des requeſtes.*

Duæ familiæ ſacerdotum inter ſe certabant.

Sadoc verò filius Ahitub & Ahimelech filius Ebiathar ſacerdotes.) Poſtea conuertit animũ ad rem eccleſiaſticam, & duas familias ſacerdotũ diſſentientes inter ſe cõpoſuit. Illæ enim, quod inter Eccleſiaſticos viros fieri perſæpe ſolet, contendebant inter ſe de prima ſede: quæ de re etſi magnæ contentiones eſſe ſoleant inter profanos principes, nuſquã tamẽ ſunt maiores quàm inter illos, qui huiuſmodi ineptias maximè debebant contemnere. Duæ familiæ Ithamari & Eleazari certabant inter ſe de ſummo ſacerdotio. Ne aũt putemus, duos fuiſſe ſummos ſacerdotes, ſcire debemus, vnũ fuiſſe tantùm Abiatharũ, cuius filium Achimelechũ Dauid æquauit cum Sadocho: vt illi duo proximi eſſent ſummo ſacerdoti. Quidã tamen putant, illos duos fuiſſe quodammodo Sacellanos regios, vt vbicunq; ille eſſet, ſiue domi, ſiue foris, ſemper haberet, per quos cõſuleret Dominum. Poſtea tempore Solomonis Achimelechus coactus eſt cedere functioni, & in eius locum ſucceſsit Sadoch. Deus iam olim mandauerat, vt ſacerdotes eligerentur ex familia Aaronis. Dauid ergo non admiſcet alias familias, ſed tantùm ſequitur præſcriptum legis Dei. Hoc hodie Papa non pateretur, vt Imperator ordines inter Epiſcopos, & Cardinales conſtitueret. Fecit tamen id Dauid, & nihil ſe putauit facere ab officio ſuo alienũ. *Seraiah ſcriba.* Habuit ſcribam, fortaſſe quæſtorem ærarium, qui rationes agrorũ & reddituum regiorum referret in tabulas, aut qui leges & acta conſcriberet. Magnum erat illud munus, & opus magnæ fidei.

Scriba.

Qui fuerint Cherethi & Pelethi.

Cherethi Pelethi.) Ioſephus putat fuiſſe συμπροφύλακας Dauidis. Eius arbitror fuiſſe cohortem prætoriam, cui Dauid maximè confideret. Tanta fuit eius cohortis authoritas in Romano imperio, vt ab illis penderet ſæpe ſumma rerum, & illi pro ſuo arbitrio Imperatores eligerent. Chaldæus interpres, putat fuiſſe funditores, aut ſagitarios. Alij putant Cherethi dictos à verbo כרת quod eſt, excindere. Pelethi autem à verbo פלט, quod ſonat, tueri: quòd illorum eſſet mactare ſontes: horum autem tueri & conſeruare inſontes. Alij putant fuiſſe nomina familiarum: alij Sanedrim, hoc eſt, conſeſſum, Iudicum. Quidam alij duci volunt etymon prioris vocis à כרת, quòd eſſent confœderati regis, & פלא: quæ vox ſignificat eximium, aut præſtans, quòd eſſent viri præclari & egregij. Chimhi exponit per vrim, & thumim, quòd eſſent illuſtres & integri. Sunt, qui ſuperiorem illam etymologiam ab excindendo nõ probent, quòd פלט, cùm ſignificet liberare, ſcribendum ſit per ט thet, hìc autem ſcribitur per ת tau. Itaq; aiunt, veriſimilius eſſe Cherethos, & Pelethos fuiſſe populos quoſdam vicinos Hebræis, ex quibus Dauid ſibi delegerit cuſtodes corporis, vt hodie principes multi ſolent ex Scotis & Heluetijs. Cheretim autem fuiſſe populum vicinum in finibus Iudææ, probant ex cap. 16. lib. 1. Samuelis. Dauid enim interrogatus ab Achis, in quos irruiſſet, reſpondit in Cheretim, & Siclag. Et 25. Ezechielis: Væ Palæſtinis, fuccidentur Cheretim. Idem etiam habetur in 1. cap. Zophoniæ Hæc ille. Mihi tamen non ſit veriſimile, Dauidem voluiſſe vti Ethnicis cuſtodibus corporis, eoſq; habere apud ſe primo loco. Neq; illud argumentum ſatis firmum eſt. Erat populus aliquis eo nomine: ergo iſti ſunt ex illis. Etquàmuis Cherei numerentur inter populos vicinos, tamen idem nõ poteſt dici de Pelethis. Ego potius ſubſcribo Paulo Burgenſi, dictos fuiſſe ab excindendo & ſeruando. Quod autem attinet ad literas illas duas tau & thet, reſpondeo, illas eſſe vicinas, & mutabiles. Idq; quàmuis multis oſtendi poſſit, tamen hìc vno tantùm exemplo contentus ero. Nam in coniugatione Hithpael ט tau quandoq; conuertitur in ט thet. Verùm iſta omnia non ſunt tanti. Quicquid eſt, milites erant, & cuſtodes corporis. Pluribus autem iſta mihi putaui diſcenda eſſe, quòd voces iſtæ in hac hiſtoria ſæpe occurrant.

Filij Dauid erant principes. In Paralip. ita legitur: Erant primi ad manum regis, vt Græcus reddidit, erant συνήγοροι, & principes in aula. Voluit Dauid filios ſuos aſſuefieri reipublicæ, ne poſtea no-

rudes & imperiti accederent ad res administrandas. Non ita erant sacerdotes, vt sacrificia curarent, & versarentur in ministerio Domini. Id enim ne Leuitis quidem omnibus fas erat, sed tantùm illis, qui oriundi essent ex familia Aaronis. Nam Epistola ad Hebræos testatur, tribum Iudæ non potuisse attingere sacerdotium. Duæ enim tribus erant in illo populo primariæ: altera sacerdotalis, altera regia, quas nemo vnquam turbauit, aut miscuit sine suo magno malo. Ozias rex cùm vellet incensum facere, percussus est lepra. Assamonæi Leuitæ, cùm occupassent regiam dignitatem, quas turbas in familia sua, & quàm horribiles tragœdias excitarint, testis est Iosephus. Filij ergo Dauidis dicti sunt כהנים quòd tractarent partem aliquam reipublicæ, & primum locum tenerent in aula. Id autem intelligendum est de filijs eius adultioribus, quos susceperat in Chebron. Nam alij per ætatem non poterant adhuc versari in republica. Non satis feliciter Dauidi cessit ista præmatura dignitas filiorum. Nam illi postea ex istis functionibus cœperunt conciliare sibi populum, & ambire principatum. Absolom enim, cùm valeret gratia apud multitudinem, Dauidem patrem exuit regno. Adonias conatus est ijsdem artibus Solomoni præripere imperium. Dauid tamen nihil fecit alienum ab officio boni principis. Oportuit enim ineuntem ætatem filiorum suorum assuefieri administrationi rerum. Quòd si pium & sanum consilium patris incidit in istos malos, id non eius culpa factum est, sed illorum. Alij exponunt sacerdotes, discipulos sacerdotum. Vt autem discipuli prophetarum dicebantur prophetæ, ita, inquiunt, discipuli sacerdotum appellabantur sacerdotes. Ita autem Dauid eos curauit instituri, ne postea accederent ad rem publicam, rudes & imperiti legum. Vtraq; expositio satis constat, sed meo iudicio prior est consentientior sacris literis: videtur enim ducta ex libris Paralipomenon.

Filij Dauidis sacerdotes.

NB

CAPVT IX.

Dixit autem Dauid: Estne adhuc qui superfit è domo Saulis, vt faciam cum eo misericordiam propter Iehonathan?

2 *Erat verò de domo Saulis seruus, cuius nomen erat Siba, quem vocauerunt vt veniret ad Dauidem: & ait Rex ad eum, Túne es Siba? Respondit, Seruus tuus sum.*

3 *Dixit item Rex; Estne adhuc aliquis è domo Saulis vt faciam cum eo misericordiam Dei? Respondit Siba Regi, Superest adhuc filius Iehonathan claudus pedibus.*

4 *Dixitq; Rex, Vbinam est? Et dixit Siba ad Regem: En est in domo Machir filij Ammiel de Lo-debar.*

HOC caput diuiditur in tres partes. Primùm, Dauid quærit, superfitne aliquis ex familia Saulis. Deinde adducitur ad illum Mephibosethus filius Ionathæ: postremò Dauid donat illum agris, & bonis paternis, & adhibet ad mensam suam. In proximo capite non tantùm bella describuntur, sed etiam facies aliqua proposita est pacatæ reipublicæ. Hìc ergo rectè continuatur filum historiæ. Id enim Dauid nunc in pace præstat, quod antea pollicitus fuerat Ionathani, se illum habiturum secundo loco apud se.

Distributio capitis.

Contulerat Deus in Dauidem multa præclara bona, ea nunc ille exerit, atque declarat. Actio hominũ, quamuis alioquin sint innumerabiles, tamen quod ad hanc rem attinet, possunt breui distinctione comprehendi. Aut enim simplices sunt & absolutæ: vt si quis religiosè colat Deũ, aut temperanter viuat: aut spectant alterum, vt si quis aut emat, aut vendat, aut promittat, aut seruet, aut fallat fidem. Hìc sita est iustitia ciuilis, quæ duabus maximè in rebus spectari solet, vel in persoluendis præmijs, & infligendis pœnis: vel in rerum commutationibus. Hæc omnia Dauid diligenter præstitit. Nam, vt alia præteream, quod ad commutationes attinet, reddidit cuiq; quod suum cuiusq; esset. Præclarum quidem est, si princeps dat operam, vt ciues inter se ita faciant, & suum cuique restituant: multò autem præclarius est, si ipse velit sibi ius dicere, neq; quicquam apud se retineat alienum. Dauid acceperat magna beneficia, & à Ionathane, & à rege Ammonitarum. Id ergo nunc illi curæ est, vt illis mutuò respondeat. Et Ionathæ quidem omnia summa promiserat, si vnquam ad regnum peruenisset. Quare curandum erat, ne, cùm alia omnia recta & laudabiliter administrasset, vel periurus, vel ingratus videretur. Reddere ergo voluit cuiq; quod debebat. Non enim summam illam pacem ad ignauiam & ad libidinem, sed ad laudem, ad decus, & ad pietatem contulit. Alij autem, postquam peruenerunt ad honores, statim obliuiscun-

Diuisio humanarum actionum.

tur & sui, & amicorum. Ita bonus res hominum occæcant animos. Dauid autem, vt anteà se præstitit bonum principem, ita nunc etiam præstat bonum virum. Quæri solet à quibusdam idemne sit, bonum esse principem, & virum bonum. Responderi facilè potest, non esse idem. Multi enim boni viri, cùm imperiti sint rei bellicæ, nec teneant rationem administrandæ Reipublicæ, non possunt esse boni principes. Princeps autem bonus, qui vir bonus non sit, esse nullo modo potest. Quidam autem putant, vt sis bonus princeps, satis esse posse castra metari, locum commodè capere, cum hoste confligere. At Christus noster ait, qui sibi est nequam, quomodo potest alijs esse bonus? Et Paulus, qui non rectè præest domui suæ, quomodo reget Ecclesiam Dei? Ita qui se ipsum non benè regit, quomodo tandem reget alios? Saul pollicitus est Dauidi: idq; semel atq; iterum, nolle se amplius persequi: sed promissis non stetit. Dauid promittit Ionathani, & seruat fidem. Sed de Saule nihil est mirum. Nam qui fidem toties fefellerit Deo, quid mirum si eandem fallat hominis? Dauid autem quia Deo fidelis erat: etiam fidelis erat hominibus. Si objcias, Dauidem nimis diu distulisse promissa sua, sciré debes, non omnia exponi eodem ordine, quo sint facta. Deindè autem impeditus erat curis bellicis: quo tamen toto tempore credibile est illum nunquam dimisisse ex animo, quid Ionathani promisisset. Præstare tamen promissa sua in tanta iactatione Reipublicæ non potuit. Omnia enim tempus habent.

An idem sit esse bonum virum & bonum principem.

An nimis diu distulerit promissa.

Vt faciam tum eo misericordiam propter Iehonathan.) Quærit ecquis superstit ex familia Saulis, cui posset benefacere propter Ionathanem, Cùm dicit Ionathanem, non excludit Deum. Imò quod Ionathanis causa facit, pietatis maximè, & Dei causa facit. Ita Deus dicit, se velle benefacere populo Iudaico propter fœdus, quod pepigerat cum Abrahamo. Non tamen excludit bonitatem suam. Imò maximè includit. Fœdus enim illud profectum erat ex mera bonitate & misericordia Dei. Sed cur inquies, dicit se velle benefacere alicui ex Saulina stirpe propter Ionathanem, ac non etiam propter ipsum Saulem? Nam cap. 24. libri superioris cùm fimbriam chlamydis Saulinæ præcidisset, adactus iureiurando à Saule promisit, se nolle eius semen excindere. Obstringebatur ergo non tantùm Ionathani, sed etiam Sauli. Quidam respondent, Dauidem solutum iam fuisse iureiurando suo, quòd Saul fidem illi non seruasset, sed eum maximis iniurijs affecisset. Nam frangenti, inquiunt, fidem, fides frangatur eidem. Et Cicero in tertio De Officijs, citat carmen ex Accio veteri poeta. Fregisti ne fidem? Respondet Atreus, quem ille loquentem introducit, neque dedi, neque do fidem infideli cuiquam. Verùm hoc non semper totum est. Nam si alter sit impius & perfidus, tu tamen non debes ea causa discedere à promissis tuis. Deus enim sæpè seruat fidem nobis etiam malè facientibus: Promisit se velle continuare Regnum, aut magnam aliquam dignitatem in familia Dauidis vsque ad Messiam: promisit se daturum esse filium, qui redimeret humanum genus. Homines quidem erant mali & perfidi & indigni quibus promissa seruarentur. Tamen hæc illis optima fide præstitit. Quidam ita respondent: præstari quidem oportere à nobis fidem etiam homini malo & perfido, modò ille erga alium quemuis, non autem erga nos ipsos sit perfidus: aut etiam si nos ipsos lædat, modò ne in illa ipsa re, qua de inter nos conuenerit. Imò etiam si in eo ipso, quod conuentum sit, fallat, tamen à nobis seruandam esse fidem, modò ne illa ratione aut eius malitia augeatur, aut illi maior lædendi facultas offeratur. Absolumur ergo promissione nostra, si fieri non possit, quod promisimus: aut si illi ipsi malè cesserum sit, cui facta sit promissio: vt si tradas gladium furioso, quem promiseris sobrio: aut si ille pergat esse deterior, quasi fructum capturus perfidiæ suæ ex tua patientia: aut si id promiserimus, quod pugnet cum verbo Dei, vel cum commodo Ecclesiæ aut Reipublicæ. Itaque 22. quæst. 2 scribitur: In malis promissis rescinde fidem. Maximè verò absoluimur, si fraude aliqua circumuenti promiserimus aliquid quod non oportuerit: aut si res ipsæ iam mutatæ sint. Addiderunt quidam, si vi & metu adactus promiseris aliquid quod nolueris. Sed vix videtur, tantam vim & metum incidere posse in virum fortem & bonum, vt promittat id, quod sit contra aut officium, aut verbum Dei. Tamen si quis ita lapsus sit, absoluitur. In primis autem videndum est, ne astutè promissa nostra coloremus, & per fucum & fraudem quæramus nos ipsos explicare. Fraus enim, vt rectissimè dixit Cicero, non dissoluit, sed astringit periurgium. Dauid, cùm fortasse multa posset, nihil tamen voluit comminisci, quò infirmaret promissa sua. Nam cùm esset pius princeps, maluit veritatem sequi & fidem. Similis quidem est harum duarum virtutum natura & ratio, non tamen prorsus eadem. Quid autem inter eas conueniat, quidque discrepet, paucis dicam. Veritas est virtus, qua propensi sumus ad dicendum ea, quæ animi nostri sensa & cogitata exprimant. Ex eo enim, quæ illa dicimus, quæ sentimus, appellamur veridici & veraces. Fides autem est virtus, qua efficimur, vt facta nostra promissis respondeant. Vtrinque est aliqua conformatio: in veritate quidem verborum cum sensis animi: in fide autem factorum cum promissis. Itaque veritati opponitur mendacium

Quare non dicit propter Saulem cui iuraverat.

Veritas & fides quid discrepent.

fidei perfidia. Nam Cicero fidem ex eo dictam putat, quòd fiat id, quod dictum est. De-
finitum eam vt cunque ad hunc modum. Fides est dictorum & conuentorum constantia.
Alij, fidem esse veritatem dicti. Plenior autem definitio erit ista: Fides est habitus bonus se-
cundum rectam rationem, qua proclines sumus ad faciendum ea, quæ promisimus. Hæc defini- *Fidei definitio.*
tio dixi, plenior est, constatque ex genere & differentia. Pertinet autem fides ad iustitiam:
nam efficit, vt reddamus cuique quod suum est. Quod enim alicui promiseris, id eius iam
fit, cui promiseris. Idque nisi præstes in tempore, retines alienum. Tanta autem vis est fi-
dei, vnà complectatur omnes partes humanæ vitæ. Nam nec matrimonia, nec contractus ci-
uiles inter se, nec vlla pars Reipublicæ constare potest sine fide. Differt, vt dixi, à veritate: etsi mul
tum cum ea similis. Materia enim veritatis infinita est. Omnia enim quæ dicimus, aut ve ra,
aut falsa sunt, siue ea præterita siue præsentia, siue futura. Fides autem tantùm versatur in promis-
sis. Quod promissa eò oportet esse de re bona: non autem de re mala, aut impediente bonum. Alio-
quin deberent esse firma. Fides ergo eosdem habere debet comites quos iusiurandum: nimirùm
pietatem, iustitiam, & iudicium. Quare qui promissum violat, non tantùm in eo ipso peccat, sed
etiam restituere debet damnum, quod eius perfidia, alter, cui promisit, acceperit. Dauid quoniam
omnibus ornatus erat istis virtutibus, noluit à promissis suis discedere. Nam & sponte promise-
rat, nullo adactus vi aut metu: & quod promiserat, nec pugnabat cum verbo Dei, nec erat obfutu-
rum Reipublicæ. Erat enim res boni exempli, vt tantus rex promissum faceret: nec periculum e-
rat illi, quibus promiserat, fierent eius fide deteriores. Erant enim iam mortui. Nihil ergo erat,
quod posset tergiuersari. Et quis volebat etiam Sauli præstare promissa, ideò quærebat ecquis-
nam staret ex eius familia, cui posset benefacere. Nominatim autem dicit Ionathanem, quòd illi
non tantùm promissi, sed etiam amicitiæ & arctissimæ necessitudinis vinculo obstrictus esset. Ille
autem qui fallit fidem, indignus est, cui à nobis seruetur fides. Nos tamen in primis spectare de-
bemus istas circumstantias, ne propter alterius malitiam nos quoq; efficiamur mali, neue quæra-
mus latebras ad periurium.

Erat autem è domo Saulis seruus, cuius nomen erat Siba.) Cùm Dauid requireret ecquis super- *Quis fuerit iste Siba.*
esset ex familia Saulis, indicatus est illi Siba, qui, quamuis seruili conditione, tamen bono loco fue
rit apud Saulem. Iosephus putat, illum à Saule fuisse manu missum: quod tamen mihi non fit ve-
risimile. Nam si ita fuisset, nunquam Dauid illum in seruitutem reuocasset, aut illum Mephibose-
thi seruum tradidisset. Erat seruus, atrienſis fortasse, cui commissa erat cura familiæ. Videtur fuis-
se Chananæus, aut ex aliqua vicina natione. Nam si fuisset Israelita, non potuisset teneri in seruitu-
te plus quàm sex annos. Tanta enim erat æquitas & humanitas legis Dei, vt mandauerit seruos Is-
raelitas septimo quoque anno dimitti liberos, idque non sine aliquo munusculo, vt haberent
vnde postea vitam tuerentur. De alienigenis autem, vt scribitur in Leuitico, licebat facere seruos
& famulos. Imò si annus Iubilæus intercurrisset, dimittebatur seruus Israelita etiam ante septi-
mum annum. At si nollet exire & frui libertate, sed mallet manere apud dominum suum, perfora-
bat illi aurim, & addicebatur domino suo seruus in æternum. At iste seruierat Sauli cùm adhuc
viueret, & nunc Dauid à morte Saulis regnauit minimùm septem annos: apparet ergo non fuis-
se talem.

Respondit Siba Regi, Superest adhuc filius Ionathan claudus pedibus.) Dicit superesse Me- *Claudicatio Mephiboſethi.*
phiboſethum filium Ionathanis, illum, videlicet, quem Patris causa Dauid maximè cupiebat. Is
quidem esset claudus & abiectus, tamen curæ erat Deo. Claudicatio illa effecerat, vt regno inuti-
lis haberetur. Ea tamen illi Dei beneficio benè cesſit. Fuit enim posteà apud Dauidem filij loco.
Hoc enim erat suspicio, illum aliquando affectaturum esse regnum. In Paralip. cap. 8. appellatur
Meribaal. Et fortasse hoc illi erat nomen proprium. Et posteà ab aliqua deformitate oris, aut cor- *Meribaal.*
poris datus est cognomine Mephiboseth. *Vt faciam cum eo misericordiam Dei.)* Iubet Da-
uid deos: se enim velle facere cum eo misericordiam. חסד significat benignitatem, & beneficen
tiam verùm non quamuis, sed eam, quæ proficiscatur ex aliqua storge, & ardenti aliquo affectu, *Misericordia.*
quæ propria sit filijs Dei. Ab ea enim illi appellantur. Et Christus ait: Beati misericordes: quo
nomine illi misericordiam consequantur. Illi enim, quantùm ab homine in hac vita fieri potest, imi-
tantur atque exprimunt bonitatem Dei. חסד אלהים, misericordiam Dei appellant beneficen-
tiam, vel quòd iurasset Ionathani per Deum, vel quòd ad benefaciendum Mephiboſetho ad-
monerat tantùm ratione diuini nominis. Ita nostræ quoque eleemosynæ, quas facimus pro-
pter Deum, dici possunt חסדי אלהים. Multæ autem erant causæ, cur cuperet Mephiboſetho be-
nefacere. Primùm amicitia illa coniunctissima, quam habuerat cum Ionathane patre. Ea autem
talis fuit, vt scriptores dicant, conglutinatam fuisse animam Ionathanis cum anima Dauidis. Tra-

Cur voluerit Mephiboſetho benefacere.

didit enim illi tunicam, arcum & gladium ſuum: quæ ſigna erant ſummæ familiaritatis. Erant etiam magna & præclara beneficia, quæ Ionathas contulerat in Dauidem. Admonuit enim illum vt caueret ſibi à patre ſuo: eumque illi, cùm eſſet infenſiſſimus, placatum reddidit: cumque ille in menſa diceret ſe velle Dauidem interficere, habuit pro eo longam orationem: poſtea acceſſit etiam ad Dauidem in agros, & eum proficiſcentem deduxit. Daiode iurauerat Ionathani, ſe velle eius poſteris benefacere. Quòd autem affirmatiuè quaſi coram Deo dictum eſt, id omninò, inquit Cicero, tenendum eſt. Nam qui iuſiurandum violat, quantum in ipſo eſt, Deum violat. Itaque veteres Fidem in Capitolio proximam locabant Ioui. Nullum eſt enim vinculum arctiùs ad ſocietatem inter homines retinendam, quàm fides. Huc etiam accedit ſimile ſtudium in promouendo cultu Dei. Nulla eſt autem firmior amicitia, quàm quæ bonorum morum ſimilitudine conciliatur. Præterea meminerat ſe eſſe Regem. Nihil autem Regem magis decet, quàm beneficentia. Idcirco enim videntur facti Reges, vt ſint benefici. Imò omnium diuitiarum is videtur eſſe proprius vſus, vt benefaciamus alijs. Itaque illi notantur à Poeta, qui diuitijs ſoli incubuere repertis. Nihil etiam eſt, quod dignitatem Regiam magis confirmet, quàm liberalitas. Itaque Solomon ait, Bonitas & veritas ſtabiliunt ſolium Regis.

Amplificatio fidei Dauidis.

Rurſus ex circumſtantijs magis etiam eluceſcit Dauidis fides. Illis enim, quibus promiſerat, erant iam mortui. Et ſolet dici, mortuos non habere amicos: interceſſerant etiam graues bellaquæ eius animum non iniuria potuiſſent abalienare ab ea familia, cumque eſſet Rex, non erat periculum ne quis eum de ea re vellet interpellare: potuiſſet etiam dicere, non expedire Reipublicæ, vt familia aduerſaria & Regni æmula haberetur in honore: huc etiam poſtremò cumulare potuiſſet ea omnia, quæ in reos læſæ maieſtatis dici ſolent. Hæc omnia, vt dixi, conſiderata, magis ornant & commendant Dauidis fidem. Sed quæ, inquies, eſt iſta tanta liberalitas? Ea enim tantùm dat, quæ Mephiboſethò ex iure debebantur. Reſpondet Rabbi Schelomo, poſitum eſſe in arbitrio Regis, vt poſſit de bonis ſuorum & auferre & dare cuique quantum velit. Idque putat ſe probare poſſe ex iure Regio, quod deſcribitur à Samuele: Auferet, inquit, vobis vineta, & oliueta veſtra, & tradet ea ſeruis ſuis. Opponit autem ſe illi R. Chimhi, eiſque, non fuiſſe illud ius Regium, vt auferret cuique quantum ipſe vellet, ſed planè vim & poteſtatem tyrannicam. Idq; probat ex hiſtoria de Achabo Rege, & Naboth. Nam ſi Achab, inquit, potuiſſet pro ſuo iure aſperam Naboth vineam ſuam, nunquam tentaſſet emptionem, nec accepta repulſa, ita ſeſe affligiſſet. Verba autem illa Samuelis ait, non de agrorum poſſeſſionibus intelligenda eſſe, ſed tantùm de fructibus. Oportuit enim populum aliquid quotannis penſitare ad alendam familiam Regis. Quid ergo, inquies, magni dedit Mephiboſetho Dauid? Reſpondet, cùm Iſboſethus ſeſe Dauidi Regi oppoſuiſſet, & arma contra illum & vires comparaſſet, omnia eius bona ex iure redibant ad fiſcum. Hæc bona Dauid Mephiboſetho reddidit. Nec id ſolùm, ſed etiam demenſum dedit quotidie in menſa ſua, eumq; prorſus habuit loco filij. Meminerat enim ſe primis illis melioribus temporibus verſatum fuiſſe in menſa Saulis, & cibum vnà cepiſſe cum Ionathane. Quare, vt erat animo grato & humano, volebat reddere paria. Ita Deus pietatem & rectè facta parentum rependit liberis cum fœnore. Promittit enim ſe benefacturum eſſe bonis, idq; non ſolùm ipſis, ſed etiam illorum liberis & poſteris in mille vſque generationes. Id parentibus ſemper ſtimuli loco eſſe debet, vt rectè ac piè viuant, ſi non ſua, ſaltem liberorum ſuorum cauſa. Nunc autem patres omnibus æquis atque iniquis rationibus colligunt pecunias, atque ita ſe dicunt conſulere liberis. Atqui liberorum cauſa nihil faciendum erat contra præcepta Dei. Sed egebunt, inquiunt, niſi illis proſpiciatur. Id tibi ne ſit curæ: tu tantùm rectè viuito: Deus ſatis proſpiciet liberis tuis, & tuis illis bona affatim rependet. Saul cùm omnia moliretur, idque contra verbum Dei, vt regnum relinqueret filijs ſuis, mortuus eſt non relictis filijs hæredibus. Ionathas autem cùm filios ſuos poſſet habuiſſet mandato Dei, eos reliquit in honore. At quæ, inquies, erat iſta beneficentia? Cogebatur enim iſta dare ex fœdere. Scio. Sed non tam quid Dauid Mephiboſetho fecerit ſpectandum eſt, quàm quo animo fecerit. Neceſſitas enim non aufert voluntatem. Nos lege obſtringimur, vt amemus Deum: & liberi obſtringuntur, vt ament parentes. Tamen & nos Deum ſumma voluntate & ardenti affectu amamus, & filij parentes. Neque tantùm legis neceſſitas voluntaria eſt, ſed etiam naturalis. Quis enim eſt, qui non appetat neceſſariò felicitatem? Nemo tamen eſt qui eam inuitus ac non ſua voluntate appetat. Promiſsio iſta Dauidis facta Ionathani conſtat ex vigeſimo capite ſuperioris libri Samuelis, ibi pollicetur, ſe ſeruaturum eſſe fidem poſteris Ionathanis. Nam Ionathas de ſeipſo, quo loco futurus eſſet apud Dauidem, ſi viueret, nihil dubitabat. Poſtea autem capite vigeſimo tertio, cùm Dauid eſſet in Ziph & fugeret Saulem, Ionathas acceſsit ad illum, & orauit vt pateretur ſe eſſe ſibi ſecundo loco poſtquàm peruenisſet ad regnum:

Quæ fuerit liberalitas Dauidis in Mephiboſethum.

Pietas parentum rependitur liberis.

Debebat hæc ex fœdere.

idque

vt seruaret etiam filijs suis. Verùm Dauid, inquies, non præstat fidem, quam dederat Ionathæ. Hoc enim habet Mephibosethum eius filium secundo loco. Imò optimè præstat. Diximus filios Dauidis fuisse Choanim, hoc est, principes in aula Regis. Ad eos ille adiunxit Mephibosethum, & pari dignitate & eodem loco habuit. At nulli illum præposuit muneri publico. Vel Dauid non Dauidis culpa factum est, sed quòd ille ineptus esset ad regendam Rempublicam.

Dauid habuit Mephibosethum secundo loco.

5 *Tunc misit Rex Dauid, & tulit eum è domo Machir filij Ammiel de Lo-de-*

6 *Veniens autem Mephiboseth filius Ionathan filij Saulis ad Dauidem, procidit in faciem suam, & adorauit: dixitq; Dauid Mephiboseth? Qui respondit, En seruus*

7 *Ait ad eum Dauid, Ne timeas: quia faciendo faciam tecum misericordiam propter Ionatham patrem tuum, restituamq; tibi vniuersum agrum Saulis patris tui, & tu comedes panem ad mensam meam semper.*

8 *Tunc incuruauit se, & dixit: Quid est seruus tuus, quòd respexisti ad canem mortuum qui sicut ego?*

Venit Mephibosethus supplex, & adorat regem. Id autem fecit, non tantùm, vt illi honorem exhiberet, sed etiam, vt eum ad misericordiam prouocaret. Videbat, se vocatum esse à Rege, qui haberet in se potestatem vitæ & necis: posse se statim, si Rex tantùm annueret, abripi ad supplicium. Itaque Dauid eum solatur, & iubet bono esse animo. Alij putant, illum nihil, tiuisse, quòd sciret, quæ Dauid promisisset patri suo Ionathani, quòdque Siba illi de voluntate Dauidis indicasset. Sed quid ille scire potuit, qua fide Dauid promissa facturus esset? Reges enim multa pollicentur multa liberaliter: sed postea fidem relinquunt alijs. Multi euocant ad se, quos libere volunt in potestate. Hic nos colligere piè possumus, si Dauid, cùm esset homo, omnis aût fraus & mendax, seruauit fidem, quantò magis nobis fidem seruaturus sit Deus. Christus enim noster verus Dauid, & multò ardentiùs afficitur erga nos, quàm Dauid erga Mephibosethum. Ille è patre saltem amico natus erat, nos autem ex malis & odiosis. Ille acceperat à Ionathane bene multa. Christus à nobis, & nostris parentibus, nihil, nisi iniurias, & contumelias. Ille claudus erat: nos vt omni parte vitiosi: ille abiectus & obscurus, nos, quales fuerimus, Paulus indicat: Non multi sapientes, non multi potentes. Illum Dauid admisit ad mensam suam. Christus nos quoque admittit ad mensam suam, cœlestibus epulis extructam. Dauid vltrò accersit ad se Mephibosethum: Christus etiam non expectat, dum nos ipsum accedamus, sed ipse nos prior vocat. Ille non negabat suum huius fuisse Sibam, & lupos nasci ex lupis: nos quoq; Christus recipit, quàmuis natos ex Adamo.

Cur regem adoret Mephibosethus.

Christus quomodo nobis seruet fidem.

Multò plura dat Mephibosetho, quàm illi vllo iure debebantur. Nam præter bona Ionathæ, quæ videri possent vtcunq; ad illum pertinere, addidit etiam Saulis bona, & Isbosethi. Verùm inquies, iniuriam alijs fratribus. Nulli erant fratres Ionathanis superstites, nisi tantùm ex concubina. Nam legitimi mortui erant in bello. Filijs autem natis è concubinis, decidebantur portiuncula aliqua de bonis patrum: agri autem illis & prædia non debebantur. Veteres etiam leges ciuiles nihil illis dabant: postea tamen datum est aliquantulum. Nam quòd filij Iacobi illegitimi, quos ille susceperat è concubinis, successerunt patri, id extra ordinem factum est, vt explerentur duodecim tribus.

Plus datur Mephibosetho, quàm bona paterna.

Quid est seruus tuus, quòd respexisti ad canem mortuum?) Mephibosethus sese appellat canem, eumq; mortuum. Erat autem canis animal immundum. Neq; enim aut sacrificare canem fas erat, aut vendi, aut pretio redimi. Mortuũ etiam se canẽ vocat. Canis viuus alicui vsui esse potest: nullus aût vsus est canis mortui. Sed quomodo se appellat canem, cũ esset & homo, & filius viri boni, & Hebræus, & oriundus è familia regia? Dicit id ex comparatione: quasi diceret: Si tecum conferam, non aliud sum, quàm canis. Tua enim familia electa est, nostra reiecta. Et mea merita ad tuã sapientiam non conferenda quidem sunt. Erat etiam deformis & claudus, vt nihil haberet similitudinis Dauidis. Si ille ita sese abiecit coram Dauide homine, quantò nos debemus modestiùs sentire de nobis coram Deo? Sunt tamen quidam ita importuni, vt quàmuis cumulentur à Deo, omni genere beneficijs, tamen semper querantur, nos portauimus pondus diei & æstum: & nos illis pares? Quidam ita sunt modesti, vt etiam bonis rebus animos deijciant: alij calamitate franguntur, & reddantur demissiores. Qui aût etiam perditis & accisis rebus ferociam retinent, nimis insolentes & præfracti sunt. Humilitas est tanquam frenum quoddam, quo oportet animorũ nostro-

Canis mortuus.

Cur se canem appellet.

Humilitas seu modestia.

rum insolentiam contineri in officio. Maximè autẽ reuocantur homines ad modestiam, cùm incipiunt cogitare, quantula illa sint, quæ habeant ex seipsis. Ea tamen abiectio coniuncta esse debet cum notitia beneficiorũ Dei. Multi enim cùm ea aut ignorent, aut dissimulent, efficiuntur bestiæ: vt qui nihil intelligant, quibus beneficijs à Deo affecti sint. Sed videndum est in primis ne simulatur illa modestia, nèue ea in verbis tantùm sit, non etiam in animo. Modestiæ quæ causa, vt virtutem illam retineas, mentiri de te ipso non licet. Aristoteles enim ipse in Ethicis numerat mendacium inter res turpes. Et vt Paulus ait, Non est faciendum malum, vt eueniat bonum. Augustinus epistola 8. ad Hieronymum de hac re citat verba Pauli ad Corinth. Si Christus non resurrexit, vana est prædicatio nostra, & vana etiam est fides vestra. Reperimur enim falsi testes Dei, cùm dicimus, Deum resuscitasse Christum à mortuis, quem non resuscitauerit, si mortui non resurgunt. Hîc Augustinus, At dicere quispiam Paulo potuisset, cur tu tantopere abhorres ab hoc mendacio, cùm faciat ad illustrandam gloriam Dei? Facit autem Paulum respondere, se detestari huiusmodi mendacia: nec minus malum esse falsa laudare de Deo, quàm de eo vera non credere. Hinc nos ita colligimus, si non licet mentiri ob honorem Dei, propter virtutem aliquam retinendam multò minus licet. Imò non minus malum est, ascribere tibi malum, quod non admiseris, quàm arrogare tibi bonum aliquod, quod non feceris. Contrà tamen Paulus ad Timoth. videtur de seipso nonnihil mentiri: Christus, inquit, venit ad seruandum peccatores, quorum ego sum primus. Non enim erat Paulus præcipuus, aut maximus peccator. Et in Prouerb. capite 30. Agur propheta, siue ille Solomon ipse fuerit, siue alius quispiam: Stultior, inquit, sum omnibus hominibus, & sapientia hominis non est in me. Non didici scientiam, neq; intelligentiam sanctorum habeo. Tamen & propheta erat, & sapiens, & ad interrogata prudenter respondit. Et Christus ipse de se, vermis, inquit, sum, & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis. Quidam istas loquutiones ita tuentur, eos, qui sua peccata ita amplificarunt, tantùm spectasse vires suas, quas haberent ipsi ex se, & innatam quandam procliuitatem suam ad malum. Vidisse enim illos, se grauiter fuisse lapsuros, nisi Deus obstitisset. Sunt quidem ista incitamenta non parua, vt summisse & humiliter de nobis ipsis sentiamus. Sed aliud est dicere, se procliuem esse & propensum ad malum, aliud fatari se aliquid fecisse, quod non fecerit. Ista enim differunt tantùm, quantum actus, & potentia. Possumus quidem omnes labi: dicere tamen, se lapsum esse, qui lapsus non sit, nemo debet. Omnes fateri debemus, nos esse peccatores: nemo tamen debet sibi aliquid nominatim ascribere, quod non admiserit. Dico ergo, loquutiones illas, quas commemorauí, si penitus excutiantur, veras esse. Quædam enim ad illum modum proferuntur, quòd simpliciter ita sint: quædam quòd efferantur per hyperbolen: quædam quòd per contentionem cùm alio conferantur. Paulus appellat se primum peccatorem, vel quòd ex illis, qui persequuti fuissent Ecclesiam Dei, primus accessisset ad Christum, vel quòd reipsa se iudicaret esse præcipuum & maximum peccatorem: non quidẽ quòd nemo grauius peccasset, erant enim qui peccarent in Spiritum sanctum; erant qui peccarent sine aliqua pœnitentia: sed quòd ex illis omnibus, qui redempti essent per Christum, & assequuti essent misericordiam Dei, putaret se grauissimè peccasse. Alij enim peccauerant ex infirmitate: alij ex simplici errore, & incredulitate: alij eò vsque progressi fuerant, vt Christum affigerent ad crucem qui tamen postea prædicatione verbi Dei reuocati sunt ad pœnitentiam. Itaq; Petrus in Actis, Scio, inquit, fratres, vos per ignorantiam fecisse, quemadmodum & principes vestri. At Paulus non accessit ad conciones Apostolorum: opus erat maioribus vinculis, vt ille ad Christum attraheretur. Itaq; Christus ita illum affatus est de cœlo, Saule, Saule, quid me persequeris? Cum his ergo sese confert, & horum se dicit esse primum. Itaq; Chrysostomus in hunc locum, ait ipso pugnare cùm alijs suis verbis in Epistola ad Galatas. Ibi enim ait se versatum esse in Iudaismo sine crimine, & sine querela. Verum iste, inquit, nihil pugnant. Nam illi ipsi, qui absoluerant iustitiam Legis, nihilominus erant peccatores. Et quamuis Paulus hæc de se modestè dicat, nihil tamen sibi ascribit falsi. Etsi enim fateatur se fuisse persequutorem, & blasphemum, non tamen ait se fuisse adulterum, aut scortatorem, aut latronem. Illa enim non fuissent vera. Ea quæ obijciuntur ex Prouerbijs de Agure propheta, vera erant ex collatione ad ea, de quibus interrogabatur. Dicit, se non habere sapientiam, non quòd re vera illa, quam habebat, nulla esset, quòd ad res tantas collata videri posset nulla. Ita Socrates dicere solebat, Hoc tantùm scio, quòd nihil scio: quod scientia illa, quam habebat, nihil esset, ad multitudinem eorum, quæ nesciret. Ita Christus se appellauit vermem, & opprobrium plebis, quòd propter afflictiones, & cruces, homines vulgo ita de illo iudicarent. Incurrit etiam nonnunquam in dicendo hyperbole, non quidem quæ coniuncta sit cum mendacio, sed quæ faciat ad rem magis illustrandam.

Modestiæ causa non licet mentiri.

Obiectio.

Paulus quomodo primus peccator.

Agur quomodo non habuerit sapientiã.

Vbi

9 *Vocauit posthæc Rex Siba puerum Saulis, & dixit ei, Quicquid erat Saulis, & vniuersæ familiæ eius, dedi filio domini tui.*

10 *Colet autem ei terram tu & filij tui & serui tui, & afferes, vt sit filio domini tui panis quem ipse comedat: Mephiboseth autem filius domini tui comedet semper panem ad mensam meam. Erant verò ipsi Siba quindecim filij & viginti serui.*

11 *Respondit Siba Regi, Iuxta omnia quæ præcepit dominus meus Rex seruo suo, sic faciet seruus tuus: quanquam Mephiboseth comederet super mensam meam veluti vnus de filijs Regis.*

12 *Porrò ipsi Mephiboseth erat filius parvus: cui nomen erat Micha: vniuersa autem habitatio domus Siba, serui erant Mephiboseth.*

13 *Mephiboseth igitur manebat in Ierusalaim, quòd super mensam Regis semper comederet: ipse autem claudicabat ambobus pedibus suis.*

Habet Dauid Sibem curare familiam Mephibosethi, & fructus omnes agrorũ in eius domum comportare. Hic obiter annotandum est, Sibam istum habuisse quindecim filios, qui essent versati, & præterea viginti seruos. Sed quomodo, inquies, cùm esset ipse seruus, habere potuit in potestate sua alios seruos? Id facilè potest expediri, si quis cogitet antiquam rationem legum ciuilium de seruis. Erant enim tres gradus & ordines seruorum: vt alij dicerentur ordinarij, alij vicarij, alij mediastini. Omnes quidem facultates seruorum omnium pertinebant ad dominum. Daba tamen interdum seruis probioribus & qui meliori conditione seruirent, aliquid peculij, quo se vestirent, & vnde rem facerent, & si vellent alios etiam sibi seruos compararent. Infimum genus erat mediastinorum, qui domum verrerent, & aquam & ligna comportarent, & semper versarentur in medio. De istis ordinibus seruorum scribitur in Digest. de peculio L. sticho. & de naut. componibus, stabularijs lege 1. & de Iniurijs L. 1. De mediastinis Horatius ita scribit: Tu mediastina tacita rura prece petebas: hoc est, cùm esses infimo loco in familia vrbana, volebas rus abire, & esse ordinarius. Quo in loco hallucinatus est Porphyrius, cùm scriberet mediastinum dici locum, quòd versaretur in media ciuitate. Serui vicarij non habebant certum aliquem ordinem. Ordinarij autem serui eo loco erant, vt dicerentur interdum etiam domini. Nam collati ad seruos inferiores erant loco dominorum: ad dominos autem collati erant serui. Dicebantur ordinarij, quòd haberent assignata sibi certa quædam & ordinaria munera: vt alij essent sutores, alij villici, alij penum curarent, alij cubiculum. Siba ergo, cùm esset seruus ordinarius, & seruiret satis libenter, habere potuit alios seruos. Quòd si erat seruus Saulis, iure belli factus est seruus fiscalis Regis: rectè Dauid illum dare potuit Mephibosetho.

Siba quomodò habuit viginti seruos.

Mephiboseth igitur manebat in Ierusalaim.) Hoc idcirco adscribitur, quia agri eius erant in Gibea. Et ò missus est eius filius Micha, vt è prædijs paternis aleretur. Mephibosethus autem & quia vescebatur mensa regia, & quia claudus erat, & ineptus ad arma, mansit Hierosolymis.

CAPVT X.

1 *FActum autem posthæc, mortuus est Rex filiorum Ammon, & regnauit Hanon filius eius pro eo.*

2 *Dixitq; Dauid, Faciam misericordiam cùm Hanon filio Nahas, quemadmodum fecit pater eius mecum misericordiam. Et misit Dauid vt consolaretur eum per manum seruorum suorum super patre suo: venerunt itaq; serui Dauidis in terram filiorum Ammon.*

3 *Dixerunt q; principes filiorum Ammon ad Hanon dominum suum, Num honorat Dauid patrem tuum in oculis tuis, quia misit ad te consolatores? nonne vt inuestigaret vrbem & exploraret eam, atq; scrutaretur eam, misit Dauid seruos suos ad te?*

4 *Tulit itaq; Hanon seruos Dauidis, & rasit dimidium barbæ eorum, atque vestes eorum præcidit ad medium, id est vsq; ad nates eorum, & dimisit eos.*

5 *Renunciauerunt autem Dauidi, qui misit in occursum eorum (erant enim viri confusi valde) dixitq; Rex, Manete in Iericho, donec germinauerit barba vestra, & reuertimini.*

Partitio capitis.

IN hoc capite primo loco describitur legatio Dauidis ad Hanonem: deinde iniuria illata ab Hanone, & violatio legatorum. Postremò vltio, quam Dauid sumpsit de Ammonitis. Quod ad primum attinet, Dauid nactus aliquando otium ab armis totus in eo erat, vt amicis suis referret gratiam. De Mephiboseth iam dictum est. Nunc conuertit sese etiam ad exteros. Acceperat beneficium à Nahas Rege Ammonitarum. Et quamuis ille iam esset mortuus, tamen non patitur memoriam beneficiorum vnà cum mortuo sepeliri. Vera enim amicitia etiam in liberos & posteros deriuatur. Quid beneficij Dauid acceperit à Nahas, non liquet ex historia. Rabbini fabulantur Dauidem, cùm fugeret Saulem, deposuisse parentes suos apud Regem Moab: quos cùm ille occidisset, reliquos qui erant superstites, sese ad Regem Ammonitarum recepisse, & ab illo acceptos fuisse satis honorificè, & liberaliter. Atque hinc natam esse amicitiam illam inter Nahas, & Dauidem. Mihi magis arridet, quod Hieronymus scribit in libros Regum, Istum Nahas ad se recepisse Dauidem, cùm fugeret Saulem. Erat enim Nahas hostis acerrimus Saulis. Hæc beneficia Dauid nunc studet aliqua huma nitate compensare. Idémne fuerit hoc tempore Rex, qui Ammonitis, & Moabitis imperârit, nihil habeo dicere. Vtraque enim natio interdum vtebatur eodem Rege, interdum habebat singulos. Volebat Dauid amicitiam, quam coluerat cùm patre, etiam cùm filio continuare. Itaq; orat ad illum legationem. Atque huc quidem vsque amicitiam eius ambire, & retinere licuit. Societatem autem & fœdus cum illo constituere, erat contra Legem Dei. Id enim ne fieret, nominatim cautum est in Deuteronomio cap. 24. ne Ammonitæ, aut Moabitæ reciperentur in populum Dei, & vnà cùm illis coalescerent in vnum cœtum, ne post decimam quidem generationem, quòd obstitissent Iudæis venientibus ex Ægypto, & contra eos conduxissent Bilaam Magum, vt cùm armis non possent, saltem execrationibus eos impedirent. Et certè illæ nationes semper pessimè animatæ erant aduersus Iudæos: idq; ex eo maximè apparet, quòd legationem istam Dauidis ita amicè missam, ita contumelioſè acceperint, & optimam eius voluntatem rapiunt in deteriorem partem. Hoc nos exemplo monemur, ne societatem coeamus cum Papistis, & cum inimicis Dei. Nihil enim boni possumus nobis ab illis polliceri. Dauid ista significatione studij atque animi sui aduersus Ammonitas, illos ex insidiosa specie amicitiæ coniecit in apertum bellum. Puto equidem, Dauidem nihil aliud voluisse, quàm rependere amicitiam, ne videretur ingratus & immemor beneficiorum, quæ acceperat. Nolim enim eum grauare magis, quam res ipsa & historia postulet. Tamen malè successit, inquies: fateor. Sed facta non semper ponderanda sunt ex euentu. Multa enim benè instituta non benè cadunt. Potest etiam fieri, vt Dauid idcircò legationem istam miserit ad Ammonitas, quòd sciret, eos esse hostes Iudaici nominis, & turbulentos, & proclives ad bellum, & cuperet illos hisce officijs in aliqua saltem pace retinere. Verùm hic obijci non incommodè potest, cùm supra in octauo capite scriptum sit Dauidem subegisse sibi Ammonitas, quomodo nunc ad illos legatos mittit? Credibile enim est illos accepto tanto vulnere, magis tùm odisse Iudæos, quàm vnquam antea. Sed intelligere debemus, illa per anticipationem esse dicta. Hoc autem loco ita rem describi, vt gesta est. Nam illius victoriæ, quæ ibi describitur, occasio fuit ista legatio: quæ tamen, si eo nomine instituta fuerit, quo diximus, non erat reprehendenda. Erant quidem illi idololatræ: sed Deus ne idololatris quidem prohibet reponi beneficium. Nihil hic disputo, benène Dauid, an malè fugerit ad Regem Ammonitarum, aut ad Regem Geth: Hoc tantùm dico, cùm accepisset ab illis beneficium, non debuit esse ingratus. Est enim aurea illa sententia Hesiodi, si quid acceperis mutuò, id auctius & plenius reddendum esse, vtque ipse ait, ἀυτὸ τὸ μέτρον ἀπόδος. Et rectè Cicero, imitandos nobis esse agros fertiles, qui plus reddunt, quàm acceperint in sementem. Nam si humaniter tractamus illos, à quibus aliquid speramus, quanto illi tractandi sunt humaniùs, qui iam dederunt beneficium? Antea enim acciperes nécne, erat in tua potestate: postquàm autem semel acceperis, meminisse debes, te esse obstrictum. Contrahitur enim ex accepto beneficio quædam necessitudo & obligatio: quæ deleri non potest nisi reddideris paria. At Rex Ammonitarum ita humaniter accepit & habuit Dauidem, non quòd illi cuperet, sed quòd eum sciret esse aduersarium Saulis. Erat quidem illud aliquid. Nec sanè tanti faciendũ erat huiusmodi beneficium, quanti si ex animo profectum esset. Nihilo tamen minus Dauid etiam illi obstrictus erat. Itaque illum oportuit acceptum beneficium aliqua grati animi significatione compensare: maximè verò cùm id temporis ipsius ratio postulare videretur. Mortuo enim iam patre, filio & nouo Regi & puero, opus erat externo aliquo subsidio.

Quid beneficij Dauid à Nahas acceperit.

Quatenus ei liceuerit amicitiã Ammonitarũ colere.

Cur mittat legatos.

Quomodo legatos mittit ad Ammonitas si eos ante vicit.

Idololatris possumus beneficia reponere.

Calumnia principum.

Dixerunt principes filiorum Ammon.) Proceres calumniantur, id à Dauide non honoris, & amicitiæ, sed explorationis & insidiarum causa factum esse. Misit, inquiunt, qui obseruent & scrutentur omnia, & animaduertant, quibus vijs irruptionem faciat in Regnum tuum. Non debent princi-

cipijqm aures patere malis consilijs. Ita enim sæpè miseri auferuntur in præcipitium. Sed Re- periculum est, non tantùm ab hostibus, sed etiam à suis. Consiliarij etiam non contenti suis ...ndijs, vendunt intima consilia dominorum suorum: vt Diocletianus rectè dixerit, bonum ...incipem, incautum atq; imprudentem vendi à suis. Et Assuerus Rex de Amano queritur, illum ...sam esse clementia sua. Quare orandum est imprimis pro illis, quemadmodum Paulus & ...mias monuerunt: primùm quidem vt ipsi per se videant, quid sit vtile & salutare Reipub- ... deinde vt illis ab alijs pia & fida consilia proponantur: tertio, vt illi huiusmodi consilia au- ...& sequi velint: postremò vt Deus velit euentum fortunare. Magnum quidem est damnum ...publicæ, si princeps vincatur & auferatur ab hostibus: maius autem & grauius, si à cupidita- ...& libidinibus: multò autem grauissimum & maximum, si à malis & perditis consilijs. Ita- ...que Solomon prudenter scripsit, Væ Regno, cuius Rex est puer. Is enim non regit, sed regitur. Dauid autem, vt par erat pium principem, quemadmodum apparet ex Psalmo 119. assiduus erat in Lege Dei, vt ex ea disceret, quemadmodum & seipsum regere oporteret, & alios. Sed quid il- los mouit, vt ista suspicarentur de Dauide? Primùm quidem mala mens, malus animus. Om- nes enim Ammonitæ oriundi erant ex incestu filiarum Loth, & semper aduersati sunt Israeli- tis. Nam, vt alios taceam, Nahas nullis alijs conditionibus recipere voluit Iabenses in clientelam, nisi vt paterentur exculpi sibi dextros oculos. Isti autem à maiorum suorum ingenio & feritate nihil degenerant. Cur ergo, inquies, misit ad illos legatos Dauid? Dixi: quoniam obstrictus erat illorum beneficio. Altera causa, cur suspicati sint, fuisse potest, quòd scribitur cap. 7. Sapientiæ, Perturbata conscientia omnia sibi proponit sæua: quodque scribitur in libro Iob: In auribus im- piorũ semper est sonitus timoris. Etsi enim sit summa pax, tamen illi semper suspicantur insidias. Malè enim meriti, nihil expectant boni. Adhæc fortasse audierant, scriptũ esse in lege Domini: Ne Israelitæ quærerent aut bonum, aut pacem Ammonitarum. Etsi ergo, inquiunt, iste simulet amicitiam & studium nostri, tamen lex ea, quam colit, longè aliter imperat. Et quoniam erant ipsi astuti & fraudulenti, metiebantur Dauidem suo pede. Sed benè cadit. Hoc enim pacto prouincia illa tota redigitur in potestatem Dauidis. Ita semper malum consilium est consultori pessimum. *Nonne vt inuestigaret vrbem?*) Sunt, inquiunt, exploratores. Ita Ioabus suprà traduxit Abne- rum. Ille enim venerat animo erga Dauidem quidem non malo, vt illi traderet totum Israelem, Ioab autem calumniatus est eius bonum consilium. Venit, inquit, vt tibi faciat insidias, & te per- dat. Et Iosephus in Ægypto fratribus suis: Non emptores, inquit, estis, sed exploratores. Explora- tio non semper habita est contempta & vilis. Homerus enim summos viros, Vlyssem, & Diome- dem, facit exploratores. Et Moses prudentissimos viros & lectissimos ex omni numero misit exploratum terram Chenaan. Idem postea etiam Iosue fecit, cùm mitteret legatos Hierichun- tis. Non ergo damnanda est exploratio. Est enim pars quædam rei militaris: vt si bellum sit iu- stum, sit etiam iusta exploratio. Nam qui explorant, interim etiam bellum gerunt. Pugnatur enim non tantùm armis & viribus, sed etiam insidijs & consilijs. Itaq; si capiantur exploratores, occi- dantur. Videri autem poterat Dauid specie honesta legationis tegere voluisse explorationem suam. Hodie enim legati principum quid aliud sunt, quàm honesti exploratores?

Quæ debeas- mus à Deo principibus petere.

Quid impulè- rit Ammonitas contra Dauidem.

Exploratio an sit licita.

Tulit itaq; Hanon seruos Dauidis, & rasit dimidium barbæ eorum.) Truncant vestes, & ra- dunt barbam: atque ita legatos Dauidis fœdum in modum dehonestant. Duo sunt ornamenta præclara humani corporis: alterum artificiosum, alterum naturale, vestis, inquam, & barba. Ve- stem legatorum ad nates vsque incidunt. Barbam dimidia tantùm ex parte radunt. Ex hac tam iniqui contemptione & iniuria nata est ira: atq; ex ea postea secuta est vltio. Ita stultus iuuenis tam suis malè suadentibus obsequitur, seipsũ perdidit. Cur autem illi vti voluerint hoc maximè genere contumeliæ, suspicor hanc fuisse causam, quòd scirent, Deum in lege vetuisse, ne Israeli- tæ in funebri luctu aut inducerent sibi calui tium, aut angulos barbarum raderent. Tum illi Am- monitæ: Si isti, inquiunt, tanti faciunt barbas suas, vt illas nolint radere, tamen nos eas rademus. Deinde leprosi iubebantur incedere vestibus laceris, vt testarentur, se immundos esse. Nos er- go, inquiunt Ammonitæ, vestes illorum ita truncabimus, vt ea, quæ erant tegenda, videri possint. Legati summa cum iniuria violati sunt: idque præter ius gentium. Nam alioqui quid agi pos- sit inter principes, præsertim iratos, nisi legati essent sacrosancti? Maiores nostri, inquit Cicero, quòd legati fuissent appellati contumelioſius, Corinthum Græciæ lumen extinxerunt.

Ignominia le- gatorum Da- uidis.

Causa huius generis.

Renunciauerunt autem Dauidi, qui misit in occursum eorum.) Dauid hoc audito, consolatus est legatos suos, iussitque, vt manerent Hierichunti, quoad barba recresceret. Ea enim ciuitas vltima fuit redeuntibus ab Ammonitis. Apparet non consueuisse Iudæos illorum temporum ra- dere barbam. Nam alioqui isti legati potuissent totam ponere: atque ita sine ignominia redire

Barbã radere. domum. Apud Romanos rasisse barbam, molle, & paràm virile videbatur: ita enim de Othone scribitur. Quanquam Dion in Traiani vita ait, Adrianum primum ex Romanis imperatoribus aluisse barbam. Augustinus libro secundo contra Petilianum capite 104. ait barbam fuisse argumentum roboris & fortitudinis. Tamen Concilium quartum Carthaginense, nescio qua causa decreuit, ne clerici nutriant comam, aut barbam. Quamuis non ignorem illum locum ab aliis aliter citari ad hunc modum: Clerici ne comam nutriant, aut barbam radant. Quicquid est, ea res posteà exijt in meram superstitionem, ne videlicet, sanguis Christi, quem sacrificuli putant se in missis suis bibere, adhæresçat ad barbam. Sed non est mirum, cùm ita stultè sentiant de Eucharistia, si cogantur ista ita stulta & absurda comminisci. Diligenter excolent culicem, & camelum integrum deglutiunt. Cùm videamus hîc legatos Dauidis ita malè accipi ab Ammonitis, non debemus conturbari, si eadem videamus euenire legatis Dei, illis, inquam, qui nobis pacem, & omnia læta nuntiant. Hoc enim non debet nobis videri nouum. Semper enim hoc fuit ingenium mundi, & impiorum.

6 *Videntes autem filij Ammon, quòd rem fœdam fecissent Dauidi, miserunt, & conduxerunt de Aram Beth-rehob, & Aram Soba viginti millia peditum, & à Rege Maacha mille viros, & Istob duodecim millia virorum.*

7 *Quod audiens Dauid, misit Ioab, & omnem exercitum robustorum.*

8 *Egressi sunt autem filij Ammon, & disposuerunt bellum ad ostium portæ: Aram verò Sobab, & Rehob, & Istob, & Naacha, seorsum in agro.*

9 *Videns verò Ioab, quòd esset contra se facies belli ante & retro, elegit ex omnibus electis Israelis, & ordinauit in occursum Aram.*

10 *Residuum verò populi tradidit in manum Abisai fratris sui, & ordinauit in occursum filiorum Ammon.*

11 *Dixitq́, Si robustior fuerit Aram me, eris mihi in salutem: si verò filij Ammon robustiores fuerint te, ibo ad seruandum te.*

12 *Robora te, & esto robustus pro populo nostro, & pro ciuitatibus Dei nostri: Iehouáh autem faciat quod bonum in oculis suis.*

Bellum Ammonitarum. Ammonitæ conscij sibi tantæ iniuriæ prospiciunt sibi in tempore, & sese priores ad bellum comparant, atq; ita non excusant, sed cumulant iniuriam. Deinde mittunt ad Syros vicinos, & ab illis precio conducunt militem. Quod credibile est, non fuisse ita difficilè. Illi enim subacti à Dauide, & redacti ad tributum, libenter volebant exercere iugum. Sed miseri non ad bellum eunt, sed ad lanienam. Nam à Dauidicis occidione occiduntur. Ita istæ occasiones inseruiunt prouidentiæ Dei. Dauid enim, cùm illos audiret esse instructos ad pugnam, non ratus expectandũ, dum illi priores in terram suam irruant, primo tempore quoq; armat Ioabũ, & illos aggreditur. Illi callidè instruunt acies ante portas suarũ vrbium, vt si profligati essent ab Israelitis, haberent, quo se reciperent. Syri stabant in procinctu ex altera parte, vt, si Israelitæ impetũ fecissent in Ammonitas, illos in medio intercipiernt. Altera causa, cur Ammonitæ Syros extra ciuitatẽ constituerint, erat, quòd viderent periculosum esse, recipere mercenariũ militem, tam numerosum præsertim, in ciuitatẽ. Syri isti appellantur Soba, Rechob, Isthob, & Maacha. Sed quæcunq; istæ voces sunt. Græci quoq; qui de illis regionibus accuratè scripserunt, diuiserunt Syriam in quatuor partes. In Comagenam, Damascenam, Cœlæ syriam, & Phœniciam. Ea autem porrigitur vsq; ad Iamniam portum Ascalonis.

Quare Syri extra ciuitatem constituti sint extra vrbem.

Syriæ diuisio.

Ioab quomodo suos disponat. *Videns verò Ioab, quòd esset contra se facies belli ante & retro.)* Ioabus, cùm videret hostes callidè diuisisse exercitum, ipse quoq; prudenter cepit consilium ex re nata, vt ipse quoq; diuideret vires suas, & magnam partem militũ traderet fratri Abisai, & ne & à fronte, & à tergo circumueniretur. Ipse se conuertit in Syros, quos habebat à fronte. Fratrem autem iubet pugnare in Ammonitas: & quoniam sibi vidit rem fore cùm robustiore parte hostium, robustissimos & lectissimos quosq; milites ad se adiunxit. Præstat hîc Ioabus partes præstantis viri, & strenui ducis. Repentino enim hostium strategemate nihil animo debilitatur: sed præsenti consilio sese in illos parat. Primum prudenti oratione animos addit fratri Abisai, & militibus, vt fortiter rem gerant, & euentum committant Deo. Illum enim pro sua bonitate populo suo non defuturum. Ita nos quoque oportet fortiter persequi vocationem nostram, & quicquid futurum est, Deo vni adiudicare, & successum illi committere. Ioab primum vidit, causam esse bonam: deinde non dubitat, Deum adfuturum

Summa orationis Ioabi.

suorum fuis: tertiò adhibuit consilium & prudentiam militarem: postremò cohortatus est milites ad fortiter agendum. Ita paciscitur cum fratre: si tu me videris esse in periculo, venies mihi sub auxilium: idem ego tibi viciſsim faciam, si videro aciem tuam inclinari. Quod Ioab oratione sua excutit militibus suis, rectè atq; ordine facit. Ea enim de re extant præcepta præclariſsima in 20. ca. Deut. Cùm veneritis in bellum, & videritis hostes esse tamen plures, & instructiores quàm vos, ne timueritis. Deus enim est tecum, qui eduxit te ex Ægypto. Et sacerdos iubebatur orationem habere, & inter alia ista quoq; dicere: Dominus est in medio tui, ille pro te pugnabit. Tribunus etiam iubebatur edicere per præconem, vt si quis illo anno duxisset vxorem, aut plantasset vineam, vt ædificaret domum. Hæc enim sunt, quæ sæpe hominum studia infringere possint, & retrahere à rebus gerendis. Deinde iusſit pronuntiari, vt si quis esset animo molli & timido, discederet ab exercitu, ne enervaret animos fratrum suorum. Hortatur ergo Ioabus milites ad fortitudinem: sed quoniam ista inania & leuia sunt, nisi finis sit bonus, idcirco addidit: *Pro populo nostro, & pro ciuitatibus Dei nostri.*) Hoc enim consilio bella suscipienda sunt, non vt inferantur, sed vt propulsentur iniuriæ. Per ciuitates intelligitur ditio tota populi Israelitici. Illam enim ita acceperant à Deo, non tantùm vt possiderent, sed etiam vt ornarent & tuerentur. Ita nobis quoq; dona illa, quæ accepimus à Deo, non proijcienda, aut negligenda, sed amplificanda, & in pios vsus cõferenda sunt: quemadmodum Christus nos monuit in parabolâ de talentis. In magnis difficultatibus nihil potius aut antiquiùs nobis esse debet, quàm inuocare nomen Domini, & in illo solo omnẽ fiduciam collocare. Est ergo præclara ista confessio Ioabi: *Iehoua autem faciat, quod bonum videbitur in oculis suis.*) Agnoscit enim & prædicat, victoriam non casu pendere, sed à prouidentia, & voluntate Dei. Pulchrè Solomon 21. Prouer. Equus paratur ad bellum: salus autem est à Domino. Imperatoris quidem boni est, omnia ad bellum gerendum & vincendum comparare: victoria autem ea aliunde speranda est, quàm à Deo.

Ioab rectè facit quod milites hortatur.

Finis pugnandi explicatur.

Ioabi præclara confessio.

DE FORTITVDINE.

Quoniam autem Ioabus habet hîc orationem ad milites de fortitudine, & de ea virtute sæpè incurrat mentio in sacris literis, non alienum erit, de eius natura pauca dicere. Est ergo fortitudo habitus animi nostri, quo secundam rectam rationem, propter iustum & honestum, mediocritatem tenemus inter metum, & audaciam. Quamuis autem, vt dixi, fortitudo medium obtineat inter metum, & audaciam, maximè tamen spectatur in vincendo metu. Nam cùm virtus sita sit in rebus arduis & difficilibus, multò difficilius est metum in magnis terroribus reprimere, quàm frenare audaciam. Nam audacia ipso ab obiecto sæpè reprimitur: metus autem à periculis augetur potius & accenditur. Finis est honestum, & bonum: nam alioqui si quis sui commodi causa duratur ad fortiter agendum, non ea fortitudo est, sed vel sæuitia, vel ferocia. Honestum autem & bonum est vel pro religione, vel pro iustitia, vel pro patria, vel pro parentibus labores & pericula suscipere. In primis autem domandus & vincendus est timor. Is enim semper spectat aliquod magnum malum. Nam timorem definiunt fugam impendentis mali. Non tamen in quouis timore spectatur fortitudo. Sunt enim quædam mala, quæ ex natura sua & ex officio boni viri timeri debent: qualia sunt omnia genera peccatorum. Aduersus ista non fortitudine armamur, sed officio. In illis enim malis reprimendis, quæ nostro vitio contrahuntur, non dicimur fortes viri: nisi quis impropriè loqui velit. Ita enim Paulus, Num æmulamur, inquit, Deum? Num fortiores illo sumus? Fortitudo ergo spectatur in illis, quæ non nostro vitio suscipiuntur, sed foris nobis inferuntur. Quanquam ne illa quidem pertinent omnia ad fortitudinem. Nam eam definiuimus esse susceptionem periculorum propter honestum & bonum. Morbum enim, & naufragium, & alia id genus infortunia, si fortes sumus, patienter ferimus. Non tamen in illis propriè spectatur fortitudo. Non enim ista electione suscipiuntur. Itaq; Cicero rectè definiuit, fortitudinẽ esse consideratam laborum perpessionem, & periculorum susceptionem. Cernitur enim fortitudo in primis in rebus periculosis & arduis: maximè verò in repẽtinis. Virtus enim versatur in difficilibus. Difficillima autem sunt repentina. Pericula enim præmeditata videntur aliquo modo emolliri. Itaq; in eo maximè enituit hoc tempore virtus & fortitudo Ioabi, quòd in insperato & repentino malo consilium capere potuerit ex tempore. Cùm fortitudo sit sita media inter metum & audaciam, est vtriusque quodammodo particeps. Pro honesto enim & bono audet vir fortis sese committere periculo. Interim tamen, quoniam cùm terroribus luctandum est, nonnihil animo commouetur. Sancti martyres & nostrorum, & omnium temporum, omnia tormenta, quæ vel à tyrannis, vel à diabolo excogitari possunt, Christi, & Euangelij causa fortiter perferunt. Interdum

Fortitudinis definitio.

Finis.

Materia.

Fortitudo in quo timore spectatur.

Fortitudo est vtriusq; extremi particeps.

tamen, quoniam non sunt marmorei, aut ænei, sensu ipso & magnitudine periculorum aliquantulum debilitantur. Duo proposita sunt forti viro, ferre, & aggredi. Fortitudo autem magis spectatur in ferendo. Id enim est difficilius. Plutarchus ex veteri poeta Menandro, Non est, inquit, fortis viri dicere, Hoc non patiar, sed hoc non faciam. Alterum enim non est positum in manu nostra. Subiectum ergo fortitudinis est illa pars animi, in qua versatur metus & audacia: obiectum autem, quod spectat, est periculum. Atque hæc duo pertinent ad materiam. Forma est mediocritas: finis est honestum, & bonum, & voluntas Dei.

Causa efficiēs. Fortitudinis variæ formæ.

Nunc videndum est, quæ sit eius causa efficiens. Aristoteles in tertio Ethicorum ait esse ciuilem quandam fortitudinem, cuius efficiens causa sit Lex, aut institutum Reipublicæ. Vt si Lex sit, eum, qui fugerit in bello aut infamem, aut capitalem esse: eum qui fortiter sese gesserit, affici, vel laude, vel præmio. Hæc non est vera fortitudo, de qua nunc quærimus. Ea enim non præmiū, aut pœnam spectat, sed voluntatem Dei. Est alia fortitudo, quę appellari potest bellica: quæ ex eo proficiscitur, quòd homines sint periti armorum, & norint strategemata. Sed ne illa quidem est vera fortitudo. Nam si hostes aut plures sint, aut instructiores, illa succumbit. alia est, quæ excitatur & inflammatur ab iracundia: vt si quis accepta iniuria se vlcisci velit. At hęc etiam in feris esse potest. Alia est, quæ à vehementi aliqua cupiditate & potiundi studio ingeneratur. Sed ita asinus quoque potest esse fortis. Nam sæpè ne verberibus quidem patitur se abigi à pabulo. Et adulteri & mœchi libidinis explendæ causa, grauissima & molestissima patiuntur. Dissimulandum tamen non est, iracundiam inseruire fortitudini. Irascuntur enim boni viri, & indignè ferunt, si quid videant improbè aut peruersè fieri. Non tamen ea causa est, cur aliquid fortiter geratur: Alij ex confidentia virium naturalium, alij ex inscitia periculorum sunt fortes. Sed illi ad leuissimam mutationem rerum statim animos abijciunt. Veram autem causam fortitudinis Philosophi statuunt in amore iustitiæ, æquitatis, honestatis, quòd harum rerum causa velimus omnia perpeti. Radicem autem eius amoris ponunt in notitia iusti & honesti. Sed quoniam naturalis ratio facillimè obscuratur & fallitur, accedendum est ad verbum & voluntatem Dei, in quam error incidere nullus possit. Eius autem voluntatis defendendæ causa, nullum periculum tàm graue est, quod vir pius debeat defugere. Cicero in Tusculanis quæstionibus ait, Fortitudinem esse affectionem animi, qua grauia patiendo Legibus obsequitur. Quòd si per Legem intelligeret verbum Dei, verum esset. Quoniam autem non aliud intelligit, quàm naturalem quandam & ciuilem prudentiam, quæ & propter originale vitium, & alia peccata sæpissimè fallitur, non potest consistere. Sed quoniam vera fortitudo ortum habet ex fide & charitate, illa autem non à nostris habemus viribus, sed à Deo, Esaias eam optimè & rectissimè reuocauit ad spiritum Dei, tùm diceret spiritum fortitudinis. At est habitus, inquies, constatque ex frequentibus actionibus. Fateor. Sed illæ ipsæ actiones non sunt ex nostris viribus, sed ex Spiritu sancto. Rectè Augustinus in Psalmum 31. con. 2. Ille verè fortis est, qui non in seipso fortis est, sed in Domino. Et Paulus, Omnia, inquit, possum in eo, qui me coroborat: & 2. Corinth. 12. Cùm infirmor, tùm fortis sum. Sancti enim, cùm agnoscant imbecillitatem suam, inuocant Dominum, & efficiuntur fortes. Hisce autem modis solet Deus inspirare hominibus fortitudinem. Primum illustrat illorum mentem, vt intelligant & videant voluntatem suam, eosque ita inflammat, vt tùm demum se beatissimos putent fore, si eius causa omnia grauissima patiantur. Deinde adest vi & potentia sua, & propugnat pro suis: vt olim pro Abrahamo, & semper pro omnibus pijs, qui sunt verè Israelitæ secundum spiritum. Postremò, quoniam ea, quæ subeunda & ferenda sunt, grauissima sunt, & absorbent quodammodo rationem, adest spiritus Dei, & suppeditat vires atque animos ad omnia toleranda. Nam aliarum virtutum actiones, vt ait Aristoteles, iucundæ sunt. Fortitudo autem cùm rebus acerbis & difficilibus luctatur nec vllam adfert voluptatem nisi ex fine. Efficit ergo spiritus, vt quamuis corpus grauissimis cruciatibus torqueatur, tamen animo hilari & iucundo omnia perferamus. Ita Eleazarus in historia Machabæorum, corpore inquit, ô Domine vehementissimè discrutior: propter te tamen ista omnia libenter fero. Iactant Romani suos Mutios, Coclites, Curtios, Decios: Græci suas Marathonas, Salaminas, Platæas, Thermopylas. Nos autem verè prædicare possumus nostros Martyres, qui infinitis partibus acerbiora multò, quàm omnes illi, constantiùs & fortiùs pertulerunt. Principes hodie, cùm jactent suam fortitudinem, videant in quem finem illam conferant. Et nos ipsi, qui Euangelium Christi profitemur, si quid ab aduersarijs nostris patimur, videamus, vt id non nisi ob Christi gloriam patiamur. Ita enim Deus ipse aderit nobis, & in exquisitissimis tormentis incredibilem animi magnitudinem & alacritatem suppeditabit.

Vera causa fortitudinis. Obiectio.

Quomodo Deus inspiret fortitudinem.

Exempla fortium.

De Iosabo autem, vtrum ex vera fide & amore Dei ista fecerit, nihil habeo affirmare. Erat enim

...um vir malus, & homicida, & proditor: nec satis constat de eius pœnitentia. Possumus ergo dicere eum eius fortitudinem vel moralem fuisse, vel militarem, vel ex iracundia, & indignitate rei illatæ natam. Aut, quemadmodum gratiæ Dei, & dona Spiritus sancti sunt etiam in malis, ita gratiam & donum fortitudinis fuisse in Ioabo, quamuis in homine scelerato & impio, non ipsius quidem, sed conseruandæ Reipublicæ causa. *An Ioab verè fortitudine prædium fuerit.*

13 *Appropinquauit igitur Ioab, & populus qui cùm eo erat, ad prælium contra Aram, & fugerunt à facie eius.*

14 *Filij autem Ammon videntes quòd fugeret Aram, fugerunt à facie Abisai, ingressiq; sunt ciuitatem: reuersusq; est Ioab à filijs Ammon, & venit in Ierusalaim.*

15 *Quum autem vidisset Aram quòd cæsus esset coràm Israele, congregauerunt sese pariter.*

16 *Missiq; Hadarezer, & eduxit Aram qui erat vltra flumen, & venerunt ad Helam: & Sobach princeps militiæ Hadarezer ante eos.*

17 *Nuntiatum est autem Dauidi: qui congregauit vniuersum Israelem, transiitq; Iarden, ac venerunt ad Helam: ordinauerunt verò Aramæi in occursum Dauidis, & præliati sunt contra eum.*

18 *Fugit autem Aram à facie Israelis, & interfecit Dauid de Aram septingentos currus & quadraginta millia equitum, Sobach quoq; principem exercitus illius percussit, & mortuus est illic.*

19 *Quum autem vidissent omnes Reges serui Hadarezer quòd cæsi essent coràm Israele, fecerunt pacem cùm Israele, ac seruierunt eis, timuerunt q; Aramæi venire ad seruandum vltrà filios Ammon.*

Quum vidissent autem Aram.) Syri cùm viderent, se tanta iniuria lacessisse Dauidem, cui antè seruierant, & periculum esse, ne ab illo retraherentur in seruitutem, conclamant ad arma: mittunt vltrà Euphraten ad Aramæos, vt illi se adiungerent. Quod Dauid cùm audisset, non mittit legatos, sed ipse cùm toto exercitu & lectissimis militibus proficiscitur. Breuiter peruenitur ad Helam: confligitur: cæduntur Syri: Aramæorum auxilia nihil prosunt. In numero nonnihil est discriminis. Hîc enim scribitur cæsos fuisse 700. currus, in Paralipomenis autem 7000. Sed quicquid est, facilè potest conciliari. Hîc enim numerantur tantùm nobilissimi & præcipui currus: ibi autem omnes, etiam vulgares. Est etiam aliquid discriminis in numero militum. Sed id ex eo factum est, quòd hîc equites tantùm numerentur, ibi etiam pedites. Princeps militiæ Sobach interficitur: Adarezer fœdus facit cùm Dauide. Itaq; Ammonitæ deserti & destitutiâ Syris, erepta omnispe rei feliciter administrandæ, dant pœnas rebellionis. Hîc Deus promissionem suam de posteris Abrahami longè lateq; ad Euphraten vsq; dominaturis reipsa comprobat. *Bellum Syriacum.*

CAPVT XI.

FVit autem, reuertente anno tempore quo egrediuntur Reges, misit Dauid Ioab atq; seruos suos cùm eo, vniuersum quoq; Israelem, & vastauerunt filios Ammon, atq; obsederunt Rabbah: Dauid autem manebat in Ierusalaim.

2 *Fuit verò sub tempus vespertinum, quum surrexisset Dauid de stratu suo, & deambularet super tectum domus regiæ, vidit mulierem lauantem se, è tecto: erat q; mulier decora aspectu valdè.*

3 *Et misit Dauid, ac inquisiuit de muliere, & dixit, Nónne hæc est Bathseba filia Eliam vxor Vrijah Hitthæi?*

4 *Tùm misit Dauid nuntios, & tulit eam: quæ ingressa est ad eum, & rem habuit cùm ea (ipsa autem purgauerat se ab immunditia sua) reuersa q; est in domum suam.*

5 *Mulier concepisse se sentiens, misit & renuntiauit Dauidi, his verbis, Prægnans sum.*

Partitio capitis.

HOC caput diuidi potest in tres partes: quarum in prima describitur horribilis lapsus Dauidis: in altera, quibus ille artibus conatus sit tegere scelus suum: postremò, cùm id non succederet, quomodo se proiecerit in apertum homicidium. Initium historiæ ducitur à tempore. Vertente anno, quo tempore solent Reges ad bella procedere: his verbis describitur vernum tempus. Eo enim tempore, quoniam frumenta & fructus incipiunt in illis regionibus matureſcere, Reges solent educere exercitus. Nunc autem à nostris Regibus, nec frigoribus, nec temporibus parcitur. Iulius enim Pontifex cepit Mirandulam in summis niuibus: Franciscus Rex Galliæ captus est Ticini in Februario: Caletum anno superiori expugnatum est in Ianuario. Rabbath est metropolis eius regionis: posteà dicta Philadelphia, de qua mentio facta est in Apocalypsi. Erat enim ibi nobilis Ecclesia primis temporibus Apostolorum. Ad hanc obsidionem nihil Dauid putauit opus fore præsentia sua. Itaq; mansit domi: idq; magno cùm suo malo. Nam si iuisset militatum, fortasse ea quæ sequuta sunt, non contigissent.

Descriptio temporis.

Rabbath.

Adulteria non esse defendenda exemplis sanctorum.

Attentè legenda est hæc historia: non vt habeamus, quo patrocinemur vitijs nostris. Solent enim quidam homines malè feriati sanctorum hominum exemplis sua peccata defendere. Quis inquiunt, Dauide sanctior, Solomone sapientior, Simsone fortior? At illi scortati sunt, aut commiserunt adulteria. Cur non idem liceat nobis? Cur non etiam dicunt licere sibi prodere Christum, quòd Iudas, cùm esset Apostolus ita fecerit? aut persequi sanguinem innocentem, quòd Saul persequutus sit Dauidem? Putant illi miseris istis exemplis stupra posse extenuari. At scripturæ sacræ illa apertè & palam detestantur. Sed quid scripturas dico? Ethnici etiam homines ex ipso naturæ sensu adulterium damnauerunt. Id sciri potest ex Pandectis ad legem Iuliam, de adulterijs: & ex facto Pharaonis Regis Ægyptij, & Abimelehi Palæstini de vxore Abrahami. Et Hieremias cap. 29. ait, Nabucadnezarem, cùm audisset Achabum, & Sedechiam Iudæos stuprasse alienas vxores, ita incensum fuisse iracundia, vt vtrunque frixerit viuum in sartagine. Sanctissimi tamen pontifices Romani, Vicarij Christi, & columina Ecclesiæ hoc peccatum, quasi leue, & ioculare sit, multis modis extenuant. Nam in Decretalibus in Titulo de Iudicijs, capite At Clerici, Alexander tertius, ista scripsit, digna scilicet, quæ sempiterna memoria celebrentur: Episcopi possunt dispensare cùm presbyteris suis de adulterijs, & alijs leuioribus criminibus. Videlicet, postquàm semel interdixissent ministris Ecclesiæ legitimo matrimonio, proximum erat, vt adulterium haberent pro re ludicra. Nos verò missas faciamus istas impuras bestias, & potius sentiamus cùm verbo Dei, cùm lumine ipso naturæ non prorsus excæcato, & cùm bonis Legibus.

Fructus huius historiæ.

Et meminerimus hanc historiam ita scriptam esse non vt homines ad libidines, & nequitiam incitentur, sed potius vt boni hoc exemplo admoniti inuocent Deum, ne se patiatur labi: lapsi autem non desperent, sed reuocentur ad pœnitentiam: cùm habeant ob oculos exemplum Dauidis, qui ab hoc flagitio resipuerit. Dauid quamuis & Rex, & propheta summus, & inter Christi etiam proauos numeratus, tamen fœdum in modum lapsus est. Hoc exemplum semper habere debemus ante oculos, vt à simili scelere fugiamus. Imitari autem eum debemus in lachrymis, in pœnitentia, in assidua & ardenti inuocatione diuini nominis. Hîc videmus, peccatum non prorsus extinctum esse in hominibus regeneratis, ne in sanctis quidem. Semper vident & experiuntur esse Legem in carne sua, quæ pugnet aduersus Legem mentis suæ. Latent igniculi quidam vitiorum abditi in nostro corpore, qui nisi omni cura reprimantur, erupturi sint aliquando, & daturi magnum incendium.

Otium Dauidis.

Sed vt, quibus vestigijs Dauid ingressus sit ad hoc flagitium, propius videamus, obseruandi sunt loci, & temporis circumstantiæ. Dormiuit securus à meridie in cœnaculo. Erat hoc argumentum hominis securi & otiosi. Isbosethus cùm ita dormiret à meridie, occisus est. Dauid, cùm in eodem otio versaretur, tantùm non funditus interijt. Quòd si seriò cogitasset de Lege, de beneficijs Dei, quibus erat affectus maximis, de bello, quod tùm gerebatur, de periculo Reipublicæ, nunquam in hæc mala incidisset. Tanti fuit esse otiosum. Et certè otium omnium sapientum iudicio condemnatur. Seneca cùm iter faceret per villam Vaciæ ciuis Romani hominis otiosi, & ignaui, Hic, inquit, situs est Vacia. Sensit, hominem desidem, & inutilem Reipublicæ, quodammodo sepultum esse. Sed ego hoc etiam addo, huiusmodi cadauera, & grauissimè fœtere, & putredines & vermes procreare. Scio equidem esse honestum quoddam genus otij, vnde homines boni paratiores redire solent ad obeunda munera vel priuata, vel publica. Ita Christus sæpè pernoctauit solus in monte: sed ita vt mane rediret ad conciones: sæpè versabatur seorsim in secessu: sed ita, vt institueret discipulos. Est etiam aliud otium sanctum & laudabile, quo sabbatum celebramus à peccatis. Illud nobis semper colendum est. Damnatur autem otium iners & ignauum, quo ingenia atq; animi hebetantur. Cato in Originibus pulcherrimè scripsit, præclaro viro non

Otium Dauidis.

Non omne otium damnandum.

non minus otij, quàm negotij reddendam esse rationem. Christiani autem cogitare debent, se prædaros illos viros esse, & ad illam rationem esse aliquando reuocandos. Ezechiel cap. 16. Hæc, inquit, fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium. Quamuis autem otium alat alioqui multa mala, nihil tamen aut facilius, aut magis alit, quam libidinem. Id poetæ etiam viderunt. Quæritur, inquit Ouidius, Ægisthus quare sit factus adulter: In promptu causa est: desidiosus erat. Et alio loco, Otia si tollas, periere cupidinis arcus. Ambrosius habet pulcherrimam similitudinem de cancro, & ostreo. Cancer, inquit, libentissimè vescitur carnibus ostreorum. Sed quoniam illa benè munita sunt firmissimis vtrinque testis, vt vi perfringi non possint, obseruat callidè dum se exponant ad Solem. Ibi dum se aperiunt, & captant aurum, Cancer immittit hiantibus in os lapillum, vt testas reducere non possint. Posteà satis tutò in tradit Chelam, & carnes depascitur. Ita, inquit, cùm homines sese dedunt otio, & animũ aperiunt voluptatibus, venit diabolus, immittit fœdas cogitationes, atq; ita, cùm illi testam, qua antea muniebantur, non possint retrahere, deuorantur. Dauid ambulabat securus, atque otiosus ab animo. Atqui Reges non creantur, vt in otio vitam agant. Subiecti enim sunt illi Legi, quæ olim dicta est Adamo: In sudore vultus tui comedes panem tuum. Non illi quidem arant, aut fodiunt: tamen vigilare debent, & studere Reipublicæ, cognoscere causas, dicere ius, scribere bonas Leges. Non tamen Reges soli otiosi esse volunt, sed etiam Episcopi, atq; omnium hominum maximè monachi. Illi ab initio viuebant è suis laboribus: Posteà pertæsi, credo bonorum operum, impetrarunt vt otiosi alerentur ex stipendijs Ecclesiæ. Cùm autem ab hominibus pijs reuocarentur ad labores, Atqui non licet, inquiunt: Id enim non est Euangelicum. Nam Christus monuit, ne simus soliciti de crastino: sed consideremus lilia agri, & volucres cœli. Illis sese obiecit Augustinus in lib. de Opere Monachorum: Si vultis, inquit, imitari volucres, & lilia, cur hìc quoq; illa non imitamini? Lilia non comedunt, aut bibunt: aues non reconduntin crastinum. At vos editis, & bibitis, & studiosè reconditis. Et rectissimè exposuit sententiam illam Domini: Ne sitis soliciti in crastinum. Ait enim, Dominum tantùm prohibere anxiam solicitudinem coniunctam cum infidelitate: quasi non Dei prouidentia alamur, sed ex nostra ipsorum industria. Dauid cùm esset otiosus, lapsus est in adulterium. Nabucadnezar quoque cùm pacatis rebus indulgeret otio, sublatus est in superbiam: & non est hæc, inquit, Babylon illa magna? Quasi illam tantam potentiam à se ipso natam esset, non à Deo. Multa mala, inquit Ecclesiasticus, docuit otium. Quare in primis cauendum nobis est ab hoc malo. Hostis enim noster diabolus ambulat rugiens, & quærens, quem deuoret. Si ille semper excubat in insidijs intentus & paratus ad nostrum exitium, nos quoque par est perpetuò vigilare, & semper paratos esse ad resistendum Latimerus aliquando Episcopus Vigornienſis in Anglia, & posteà constantissimus testis & martyr Christi, cùm vellet Episcopos cohortari ad officium faciendum, inter alia dixit, Nullum esse in Anglia diligentiorem Episcopum, quàm diabolum. Illum enim semper docere, monere, instituere, ornare Ecclesiam suam. Hortatus itaque est, vt si Deum audire & sequi nollent, saltem imitarentur diabolum. Sed ille surdis cecinit. Plerique enim tùm Episcopi ita erant comparati, vt nec diabolum sequi vellent, nec Deum. Prudenter monuit Hieronymus ad Rusticum. Semper age aliquid, vt diabolus aduenies semper te inueniat occupatum.

Otium alit libidines.

Quod præceptum otium prohibeat.

Christus non suasit otium.

Latimerus.

Dauid ambulans in tecto vidit mulierem pulcherrimam sese lauantem. Sed quid illum oportuit ita curiosis oculis contemplari, quid extra suas ædes ageretur? Aut quid illam mulierculam oportuit lauare sub diuo, vbi nuda spectari posset à viris? Quòd sese, lauerit non erat reprehendendum. Erant enim multæ immunditiæ legales, quas oportuit tùm temporis huiusmodi purificationibus diluere. Sed intus & sub tecto lauare oportuit. Dauid vidit, & captus est. Videre, inquiunt, est primum limen amantium. Ego autem verius dicam: Videre est primum limen pereuntium. Nam Dauid non vidit istam oculo simplici, sed impuro & malo. Statim eiecit ex animo salutare illud verbum Dei: Non Mœchaberis. Quo vno verbo nullum est aliud præsentius aut melius remedium, si quando nos sentiamus voluptatibus titillari Atrocius videbitur scelus hoc Dauidis, si illum conferamus cùm adolescente castissimo Iosepho. Ille adolescens erat, Dauid senex: ille celebs, Dauid maritus, idque ne quid deesset ad explendas voluptates multarum vxorum: ille prouocabatur idq; à domina, quæ illi potuisset aliquo modò imperare: Dauid vltrò prouocat, & prouocat subditam suam: cuius pudicitiam omni ratione tueri debuit. Erat mulier ista elegans, & forma bona. Non tamen ex eo colligere debemus, formam esse rem malam. Apta enim coniunctio membrorum cùm suauitate coloris, quam definiunt pulchritudinem, est artificium creatoris, & imago Dei: neq; obesse potest, nisi incurrat in oculos vitiatos. Vt lumen Solis, licet alioqui iucundum & gratum, tamen lippis oculis molestum est. Nos autem corrupti sumus non tan-

Videre limen pereuntium.

Dauidis & Iosephi collatio.

Forma.

Turpia spectacula vitanda.

tùm vitio originis, sed etiam alijs peccatis, vsu & consuetudine accersitis. Chrysostomus homilia 1. in Psalm. 51. Hoc, inquit, exemplo omnes moueri debent ne accedant ad turpia spectacula, vbi meretrices exhibeantur, & omnes gestus libidinis exprimantur. Ridiculum enim est, quod quidam respondent se illis spectaculis non moueri. Quid enim, inquit, an ferrei, an saxei, an adamantini sunt? An sapientiores, fortiores, sanctiores, quàm Dauid? Scintilla, si conijciatur in fœnum, nónne concipiet flammam? Caro nostra fœnum est, inquit, & facilè incendi potest: Et spiritus sanctus ea causa proponit nobis ruinam Dauidis, vt nos eius exemplo à simili contagione caueremus. Medici si quando fortè incidant in aliquem grauiter & periculosè laborantem, adhibere solent discipulos suos, vt illi facilius & vim morbi intelligant, & rationem curationis. Curandus est Rex Dauid. Attentè ergo considerare debemus, quo artificio à Domino curetur. Videmus primùm, quo pacto impulsus sit in lapsum. Non cohibuit oculos. Itaque ablatus ipse à se facilè abreptus est in præcipitium. Ita in libro Geneseos filij Dei, qui oriundi erant è Setho, cùm vidissent filias hominum, natas videlicet ex posteris Caini, cœperunt eas amare perditè: atque ita capti oculis à veteri pietate, quam à proauo vsque Setho retinuerant, cœperunt degenerare. Paulus ad Corinthios iubet mulieres velatas esse in cœtu sacro, saltem propter Angelos. Quemadmodum autem mulieres debent faciem obnubere, ne videantur, ita vicissim viri sibi temperare debent, ne eas curiosiùs contemplentur. Qua de re Tertullianus pulcherrimè multa scripsit in libello, de virginibus velandis. Et Solomon prudenter monuit, pulchritudinem eius ne concupieris. Et Gregorius primus, Qui externo, inquit, oculo abuntur, digni sunt, quibus internus oculus offuscatur. Pepigi, inquit Iobus, fœdus cùm oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine: non solùm, inquit, vt ne viderem, sed vt ne speciem quidem eius in animum admitterem. Id Dauid cùm non fecisset, sese coniecit in periculum.

Oculos esse cohibendos.

Cur quærat quænam sit.

Cœpit statim quærere, quænam illa, & cuius esset: fortasse, vt si virgo esset, vxorem duceret. At cùm audisset esse vxorem, debebat statim omnes huiusmodi cogitationes eijcere ex animo. Verùm ille oblitus & virtutis pristinæ, & beneficiorum Dei, & periculorum Reipublicæ, perstat in incepto. Atq; ita concupiscentia concipiens parit peccatum, quæ tamen etiam ipsa peccatum est. Dauid ergo Rex non est custos Legis, sed violator: non tuetur pudicitiam, sed expugnat. Ita consilium Dei exponit ludibrio. Quid enim illos credibile est cogitasse, qui istam mulierculam introduxerunt ad Dauidem? Hunccine illum esse virum secundum cor Dei? Hunccine, de quo Samuel tot & tàm præclara promiserat? Hunccine prælatũ Sauli? Nam Saulem ita vixisse, vt accusari non potuerit adulterij. Atq; ita verisimile, illos cœpisse Dei iudicia contemnere. Mulier nihil reluctata est, aut se præbuit difficilem. Non fecit quod Susanna, quæ mori potius maluit, quàm vim pati. Fortasse commota est vel dignitate Regis, vel ambitione, quòd speraret se illi conuenturam in manum, & fore reginam. Fortasse putabat Regem effecturum, vt remisso libello repudij à marito suo dimitteretur. Tales enim sæpè sunt cogitationes mulierc̃ularum.

Cur mulier nõ repugnârit.

Mulier concepisse se sentiens.) Postquàm ex eo, quòd menstruus fluxus constitisset, sensit se ex Dauide concepisse, expauit, & misit ad illum, qui rem omnem indicaret. Verebatur enim vel infamiam, vel pœnam Legis, ne lapidaretur, vel sæuitiam mariti, si illud factum resciuisset. Hæc sunt ingenia adulterorum. Fructum ventris, qui in matrimonio maximo solatio esse solet, illi oderunt, & horrent. Vident enim non esse naturæ opus, sed turpitudinis: & se filium habituros, non qui sit propagator generis, sed qui sit testis suæ turpitudinis. Itaque, vt Tertullianus ait, debellant infantes. Dauid ergo non vno tantùm die hæsit in hoc luto, sed longo tempore. Interea colebat Sabbata, aderat in sacro cœtu, purificabat se cùm alijs. Sed Deum immortalem, quo animo? Nihil verè, nihil piè fecit: sed omnia ex hypocrisi. Aiunt quidam, Bathsebam fuisse filiam Achitophelis, quem Dauid habuit à consilijs. Ita vnò opere summam facit iniuriam, non tantùm fidelissimo, sed etiam summo amico, & consiliario.

Adulteri cur oderunt liberos.

2. Reg 23.

6 *Misit itaq; Dauid ad Ioab, Mitte ad me Vrijah Hitthæum. Et misit Vrijah ad Dauidem.*

7 *Quum venisset Vrijah ad eum, interrogauit de pace Ioab, & de pace populi, & de pace belli.*

8 *Dixit præterea Dauid ad Vrijah, Descende in domum tuam, & laua pedes tuos. Egressum autem Vrijah è domo Regis, egressum est & post eum donum regium.*

9 *At dormiuit Vrijah ad ostium domus regiæ cùm omnibus seruis domini sui nec descendit in domum suam.*

10 Quòd

10 *Quod renunciauerunt Dauidi, dicendo, Non descendit Vrijah in domum suam. Tum dixit Dauid ad Vrijah, Nónne de via tu venis? quare non descendisti in domum tuam?*

11 *Respondit Vrijah Dauidi, Arca, & Israel, & Iehudah manet in tabernaculis, praeterea dominus meus Ioab & serui domini mei in superficie agri manent, & ego ingrediar domum meam, vt comedam, & bibam, dormiamq; cum vxore mea? per vitam tuam & vitam animae tuae si faciam hoc.*

12 *Dixit itaq; Dauid ad Vrijah, Mane hîc etiam hodie, & cras dimittam te. Mansit ergo Vrijah in Ierusalaim die illa, & in crastino.*

13 *Posthaec vocauit eum Dauid, & comedit ante illum, & bibit, & inebriauit eum: & egressus est vesperi ad dormiendum in stratu suo cum seruis domini sui, in domum verò suam non descendit.*

14 *Mane autem facto scripsit Dauid literas ad Ioab, quas misit per manum Vrijah:*

15 *Scripsit autem in literis hunc in modum, Ponite Vrijah è regione praelij fortis, postea reuertimini à tergo eius, vt percutiatur & moriatur.*

Reuocat Vriam, vt concumbat cum vxore sua. Sed quæ ista est iustitia, supponere hæredem alienum? Quid hoc aliud erat, quàm furtum committere, & rescindere Legem Domini? Deus enim Lege assignauerat cuiq; familiæ agros suos, & diligentissimè cauerat, ne illi vnquam alienarentur. Dauid autem nunc contra Legem & edictum Dei intrudit filium suum in agros Vriæ. Hoc videlicet est ingenium hominum. Omnes volumus tegere & occultare nostra vitia: quasi verò ea non sint aliquando patefacienda coram toto orbe terrarum. Adam peccatum suum contulit in Euam: Eua suum in serpentem. Ita Dauid peccatum suum tegi vult nomine Vriæ. Verùm hæc omnia ita Dauidem nihil iuuant, vt eum onerent & grauent potiùs. *Vriæ vocatio*

Venit Vrias. Rex cum eo cœpit sermonem instituere. Satin res omnes essent salvæ in castris: quid ageretur: quid damni datum esset: quæ spes victoriæ. Sed aqua illi hærebat. Nõ satis habebat, quid diceret aut quereret. Nam ista nuntiabantur quotidie. Videri volebat studiosus Reipub. Sed interim mera monstra alebat in animo. Id enim ille agebat, vt sine suspicione consuescere posset cum adultera. *Descende in domum tuam, & laua pedes.*) Cùm iubet eum lauare pedes, iubet eum curare corpus, & omnia ea facere, quibus vires ex longa militia & itinere debilitatę reficerentur. Sed ita sæpè fit, vt qui hęret in aliquo crimine, quantò magis studet suspicionẽ à se auertere, tantò eam magis accersat & augeat. Sunt ergò hîc longè cõtraria studia Dauidis & Dei. Dauid omnibus modis tegere vult peccatum suum: Deus autem illud omninò vult patefacere & illustrare, vt animum Dauidis prorsus confusione perturbaret, & iudicium inciperet instituere à domo sua, vtq; alios eius exemplo perterrefaceret. Habet enim varias vias & rationes, quibus hominum abditissimas cogitationes educat in lucem. Tantò autem erat grauius scelus Dauidis, quantò maior erat simplicitas & fidelitas Vriæ. Discessit illè quidem à rege, noluit tamen ire domum. Dauid aũt iussit vt cum sportula satis ampla sequeretur. Id autem duplici de causa fecit: primùm vt ille cœnaret, & se oblectaret cum vxore, deinde, vt per istos nuntios rescisceret, an ille se domum contulisset. At ille pernoctauit cum cohorte prætoria ante vestibulum. Interea credibile est vxorem aut misisse, aut etiam ipsam veniisse ad illũ. Displicebat enim ista secubatio, maximè quòd videret scelus suum non posse tegi. Ille tamen nullo pacto adduci potuit, vt mutaret institutum. Quærenti autem Dauidi, cur ita faceret: Quoniam, inquit, cùm arca Dei, & dominus meus Ioab sit sub pellibus, nõ conuenit, vt ego indulgeam genio. Hæc oratio maximè debebat mouere & pungere Dauidem. Nam si miles noluit voluptatem capere in periculo Reipublicæ, quantò minùs oportuit Regem ita facere? Hoc exemplo monemur, in periculo fugiendum esse ad preces, & pœnitentiam. Et Paulus ad Cor. monet, licere aliquando secubare ad tempus, vt & maritus & vxor magis vacent ieiunio, & orationi. An autem Vrias subolfecerit consilium Dauidis, quoniam ea de re in historia nihil scribitur, nihil ausim affirmare. *Colloquium Dauidis cum Vria.* *Lauare pedes.* *Cur Vriæ domum mittat.* *Ratio secubationis Vriæ.*

Arca Domini manet in tabernaculis.) Arca deferebatur in castra duabus de causis: vel vt milites haberent certum symbolum præsentiæ diuinæ, vel vt dux haberet, vnde si quid opus esset, peteret oraculum. Et fortassè sequuti sunt illud quod est in lib. Num. vt cùm mouenda essent castra, tolleretur arca in humeros Leuitarũ, & pronuntiaretur illud carmen: Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius. Rectène autem fecerit Dauid, qui ipse domi remanserit in otio, & Arcam Domini emiserit in castra, aliàs diximus. *Et Ioab dominus meus.*) Iosephus ait, *Cur arca in castris.* *Fortè hoc loquitur, quòd Hierosolymis Arca sub tentorio erat.*

Vriam fuisse armigerum Ioabi, & ideirco illum appellare dominum suum. *Israel & Iuda.*) Intelligit vniuersum populum. Ab initio enim populus ita distrahebatur in partes, vt tribus Iuda sequeretur Dauidem, & Israel staret ab Isbosetho. *Per vitam tuam & vitam animæ tuæ.*) Non iurat per creaturam, quemadmodum aliàs monuimus. Noluit autem Vrias obtemperare Dauidi, quòd putaret illum tantùm ex humanitate quadam & misericordia ista præcipere.

Vriæ inuitatio ad conuiuium regium.

Dolet Dauid de hac virtute & constantia militis: de qua in primis debebat sibi gratulari. Verùm eò iam promouerat, vt virtutem, ceu maximum flagitium oderit. In posterum diem illum ad se inuitat, vt illam ita obfirmatam constantiam epulis & crapulâ excutiat. Filiæ Lothi per vinum patrem suum impulerunt ad incestum concubitũ. Dauid eadem via inducere voluit Vriam, vt accederet ad vxorem suam. Ille tamen quamuis inter vina & & pocula, tamen rationem & institutum suum retinuit. Deus, videlicet hoc effecit, vt ille nec dignitate Regis, nec vxoris suæ forma & pulchritudine vinceretur. Interim infelix Dauid, cùm esset rex, tamen timuit militem: & quamuis profiteretur sanctitatem, tamen odit virtutem. Prorupit postremò ad homicidium. Vidit enim se nulla alia ratione latere posse. Ita prorsus degenerat, & pristinam animi pietatem exuit. Pepercerat ante hosti suo acerrimo Sauli: nunc militi fortissimo, & amico fidelissimo non parcit. Oderat antea fraudes: nunc odit simplicitatem & fidem. Scribit ad Ioabum, Vriam admisisse fraudem capitalem: vt eum exponat in aliqua parte exercitus, vbi à Barbaris posit occidi. Abutitur ergo opera ducis ad nequitiam suam. Discedit ad castra Vrias cum literis Bellerophontis. Inscius, & imprudens tradit Ioabo gladium, quo ipse iuguletur.

16 *Fuit igitur quum obsideret Ioab ciuitatem, posuit Vrijah in loco vbi sciebat esse viros fortissimos.*

17 *Egressi ergo ciues ciuitatis pugnauerunt cum Ioab: ceciderunt́q; de populo, de seruis Dauidis: sed & mortuus est & Vrijah Hittheus.*

18 *Misitq; Ioab, & nunciauit Dauidi omnia gesta prælij.*

19 *Ac præcepit nuncio, dicendo, Quum finem feceris narrandi ad Regem vniuersa gesta prælij.*

20 *Sic facies, si excitetur furor regis, & dixerit tibi, Quare accessistis ad vrbem, vt præliaremini? nonne sciebatis quòd proijcerent è muro?*

21 *Quis percussit Abimelech filium Ierubbeseth? nonne mulier proiecit super eum fragmen molæ è muro, & mortuus est in Thebes? quare accessistis ad murum? tum dices, Etiam seruus tuus Vrijah Hittheus mortuus est.*

22 *Abijt ergo nuncius: qui quum accessisset, renuntiauit Dauidi omnia pro quibus miserat eum Ioab.*

23 *Dixit præterea nuncius Dauidi, Præualuerunt aduersum nos viri, & egressi sunt aduersum nos in agrum: persequuti autem sumus eos vsq; ad ostium portæ:*

24 *At iaculati sunt iaculatores in seruos tuos è muro, & mortui sunt è seruis regis: & etiam seruus tuus Vrijah Hittheus mortuus est.*

25 *Dixit itaq; Dauid nuncio, Sic dices ad Ioab, Ne displiceat in oculis tuis hoc: quia hunc sicut illum consumit gladius: corrobora prælium tuum contra vrbem, & destrue eam: conforta quoq; illum.*

26 *Audiuit autem vxor Vrijah quòd mortuus esset Vrijah vir suus, & planxit eum.*

27 *Transactoq; luctu misit Dauid, & recepit eam in domum suam, fuitq; ei vxor: & peperit ei filium: displicuit autem id quod fecerat Dauid in oculis Iehouæ.*

Ioabus iniustè fecit obediendo.

Ioabus exequitur mandatum Regis, & curat Vriam è medio tolli. Poterat fortasse Dauid videri Ioabo non iniustè facere, cùm hominem sontem iuberet quacunq; ratione tolli. Sed hoc nihil est: nam & accusari eum, & testes publicè adhiberi oportuit: vt quemadmodum Deus in lege præceperat, in ore duorum, aut trium testium staret omne verbum. Quidam putant, Ioabum excusari posse, quòd nesciret causam. At non ita imperitus erat rerum, quin vt sciret Legem Dei. Dicere debebat, si Rex iustus est, non debet ista imperare. Quinquagenarij illi, qui mittebantur ad Eliam, vt illum comprehenderent, poterant sese ita excusare, quòd putarent illum reum esse maiestatis.

Tamen

Tamen ignis demissus de cœlo illos combusit. Videant ergo hodie satellites & carnifices tyrannorum, qua conscientia dominorum suorum imperata faciant in tollendis & cruciandis hominibus pijs. Etsi enim imperium principum culpam illorum vtcunque leuare potest, tamen tollere prorsus non potest. Vrias occisus est gladio incircuncisorum. Hic videtur adulterium, homicidium & proditio. Quid enim est prodere, quempiam, quàm fortiter pugnantem in pugna deserere? Donabantur ciuica corona, qui in prælio ciuem seruâssent, sed Dauid vult vt hic eædatur. Multi etiam ex bonis Israelitis ceciderunt. Moritur Vrias. Hic sæpenumerò est fructus formæ coniugis. Sunt multi qui ducere nolunt, nisi admodum formosam: contemnunt sæpè & mores & religionem, ac tantùm de forma sunt soliciti: hic maritus perit ob formam coniugis. Tragici sunt exitus illicitæ Veneris: exeunt in cædes, proditiones, & alia huius generis. Dixerit quispiam. Cur iustus Dominus patitur bonum virum cadere in gratiam adulteri? Vicissim possemus interrogare, cur voluerit mori Petrum, Paulum, Ioannem Baptistam? Omnes mortales quotquot hanc vitam degunt, laborant multis vitijs, propterea morti sunt obnoxij. Stipendium peccati, inquit Apostolus, est mors. Sæpè causas non videmus. Deus autem qui arbiter est omnium rerum, morte horum vti potest ad consilia sua implenda: nec illis conqueri licet, quòd indignè hoc fiat. Quòd autem moriantur, hoc pacto vel illo, hoc vel illo tempore, non refert: Deus causas habet, quas iustas esse semper cogitare debemus, etsi nobis non sint manifestæ. Quid si Vrias pluris fortè vxorem fecit quàm par erat? Quid si per eam à iustis rebus nonnunquam abducebatur? Sexcenta cogitari possunt. Deus omnia nouit, semperq; iustas habet causas rerum quas facit: nos conqueri non possumus, sumus enim filij mortis, nisi Christi meritum intercedat. Interea cogitemus hanc esse naturam peccatorum, vt nunquam ferè seorsim scelus aliquod committatur, multa simul iungun tur, est catena quædam, peccatum trahit peccatum. Dauid malè inspicit formam alienæ coniugis, eam concupiscit, adulterium perpetrat, cogitat de sobole alteri supponenda, quod cùm non succedit, vtitur crapula & ebrietate, postea homicidium meditatur, nec vnius, sed multorum, vt ea potiri possit, quam cupiebat. Peccata peccatis tegit, hoc autem potiùs erat aggrauare. Adeò perturbatus est, vt milites suos proditionem doceat. Boni reges & imperatores ab istis milites dehortari solent. Dauid verò suum imperatorem vel legatum instituit, vt hæc faciat. Atrocia quidem hæc sunt: sed hodie hoc more viuitur. Pontifices, Cardinales, Episcopi & Abbates in Papatu iam à multis annis, vt sponsa Christi Ecclesia abuti possint pro sua libidine, multos fortissimos milites morti tradiderunt. Nolunt aliquos superstites esse, qui hæc ipsorum scelera detegant: cuant eos opprimi, etiam principes ac nobiles.

Imperium principis, culpam non tollit.

Tria peccata cõmittuntur.

Cur Deus passus est Vriam occidi.

Peccatum trahit peccatum.

His gestis, Ioab instruit nuncium, quid regi referre debeat. Summa orationis hæc est. Ammonitæ eruptionem fecerunt, nos repulimus eos, illi in fugam versi sunt, nos persequuti eos sumus vsque ad mœnia & portas: ibi iniquo loco pugnantes, detrimentum accepimus. Aliquot enim milites oppressi sunt. Si excandescat, inquit, & casus Abimelechi nos fuisse immemores indignè ferat, subijce, Vriam quoque occisum esse. Ad extremum hoc eum dicere vult, ne ipse ignauiæ aut imprudentiæ accusaretur. Accusari enim poterat, quòd minus fortis & cautus fuerit. Studet lenire perturbatum regis animum, hoc læto nuncio, quòd Vrias inter cæteros perijsset. Ibi Dauid audito nuncio assumit fortem animum: at non vera fortitudo erat: sed potiùs mollities animi. Mandat Ioabo ne frangatur animo, consolatur eum à communibus euentis belli: in quo interdum illi, interdum isti occiduntur. Ideò Mars à Poetis dictus est ἀμφίδρομος. Dauid non dolet, imò gaudet. Videte vt adulterium quodammodo immutet sanctum virum. Obduruit ad omnes dolores. Solent turbari reges ad huiusmodi nuncios: sed nunc Dauid nihil turbatur.

Oratio nuntij.

Audiuit autem vxor Vrijah, quòd mortuus esset vir suus, & planxit eum.) Bathsaba audita morte mariti, fleuit illum. Quid putatis ficto animo an vero? Multi putant fictis lachrymis eam luxisse. Optabat enim liberari suspicione adulterij. Quod fieri non potuisset marito superstite. Fortasis etiam cupiebat regina fieri. Lugebat lugubri veste. Quamdiu luctus mulierum durauerit, aliàs annotauimus: Romani annum habuerunt, vel decem menses, intra quod tempus nubere iis non licebat. Hebræi in lege Domini tempus luctus constitutum non habent, tempus tamen certum habuerunt, intra quod non ducebatur vxor, id quod videre est hoc loco. Putatur fuisse mensis: idque colligitur ex Deuteron. mulier alienigena capta bello, quam quispiam ducebat, iubetur per mensem parentes suos lugere. Ex hac narratione apparet, luctum non fuisse diuturnum. Nam posteà facta vxor, nimis citò peperisset: & puer spurius habitus fuisset, nec potuisset tegere adulterium.

An Bathseba ex animo planxerit maritum

Tempus luctus

AN MOECHVS POSSIT DVCERE MOECHAM.

Sed hoc loco dubitare possemus, an liceat cuiquam in vxorem ducere illam quam ante adulterio polluit. Si leges ciuiles vel Iudaicæ in vsu essent, iste casus non tam frequenter accideret. Capitale fuit adulterium: si mœchus & mœcha occiderentur, quomodo matrimonium cõtrahere possent? Non certè in altero seculo, vbi nuptiæ non erunt. At fortasis aliquis interdum pœnas euadit, aut adulteria commissa non sunt publica, quid debet fieri? Leuit. 18. & 20. cap. multa ponuntur impedimenta, multi gradus, vbi matrimonia prohibentur, iste tamen ibi non censetur. Fortasis ob causam iam dictam, quòd nempe adulterium capitale esset vel crimen occultum. Eo casu non videntur esse leges diuinæ quæ prohibeant. Pontificiæ tamen hoc postea statuerunt, vt si alter coniugum mortem machinatus est alteri, quo optato matrimonio potiatur, irritum sit. Id habetur Extra. in plerisque locis, in titulo vbi disputatur de eo qui duxerat vxorem quam prius polluerat per adulterium. Et in titulo de conuersione infidelium, Canone qui incipit, Laudabilem. Si maritus viuente priore vxore committat adulterium cum altera, & contrahant inter se aut mutuo dent fidem, non valet hoc matrimonium: quod & Concilium Triburiense decreuit cap. 40. Augustinus de nuptijs & concupiscentia lib. 1. cap. 10. videtur improbare matrimonium inter adulteros. In Autenticis nihil de hac re extat: negant quidem coniugium inter raptorem & raptam coalescere: sed Dauid hîc propriè non est raptor, commisit adulterium, &c. Ista res tractatur apud Magistrum sententiarum lib. 4. distinct. 35. Humanis legibus ista colligi possunt. Deus tamen Dauidem & Bethsabam non separat: sinit coniunctos, sed magna cruce. Pontificij adducti videntur, vt leges has constituerent, ne homines verterentur ad cædes maritorum vt coniugibus eorum potirentur.

Adulterium quàm graue peccatum sit.

Adulterium certè graue peccatum est. Cuiusmodi sit, vt colligit Tertull. in lib. de monogamia, ex antitheſi ad matrimonium videre possumus. Considerandum est qua in re matrimonium situm sit. Deus condidit marem & fœminam, iunxit eos in vnam carnem, vbi situm est matrimonium: quòd si vna illa caro scinditur ac diuellitur, ita vt aliena caro admisceatur & interponatur, adulterium committitur. Prohibetur verò scelus hoc iam inde ab initio generis humani, vt multi ex patribus argumentati sunt: Deus fecit masculum & fœminam, non mares & fœminas, vt quisq; sua, & quælibet suo contenta sit: si nunc mas sua non contentus est, non habebit fœminam, sed fœminas. Relinquet homo patrem & matrem & adhærebit vxori suæ, si diuellitur, non certè adhæret. Chrysostomus in Psal. 51. homilia 1. fructum adulterij dicit esse homicidium & veneficium. Homilia 42. in Matth. mulieres adulteras, dicit frequentissimè homicidium moliri. Nec tantùm vnius hominis: sed omnium illorum ad quos infamiam suam putant posse peruenire, vt Herodias. Hieronymus aduersus Iouinianum lib. 1. circa finem: Quicquid tument Tragœdiæ, inquit, est contemptio vxorum & pellicum. Deinde Agamemnon occisus est ab adultero Ægysto. Atreus & Thyestes ob adulterium ad illa sæuissima descenderunt. Raptus Helenę commouit atrocissimum bellum Troianum. Est ibi Ierna quædam malorum. Cyprianus lib. 4. Epist. 2. ad Antonianum scribit, primis temporibus Episcopos fuisse, qui nunquam voluerint pacem dare adulteris. Erant tamen alij Episcopi, qui post longum tempus, si pœnitentiæ fructus edidissent, vtcunq; eos reconciliabant. D. Augustinus 42. Epist. ad Vincentium Donatistam, adducit hanc Epistolam, & dicit hunc diuersum morem habuisse Episcopos: & tamen vnitatem Ecclesiæ conseruasse. Christus vult ne matrimonia abrumpantur: tamen tanti pendit adulterium, vt causam ponat ob quam matrimonium solui debeat. Adulterio turbantur familiæ, thorus ipse, liberis magna fit iniuria. Nam aut spurij sunt, aut tanquam spurij habentur. Bartholus ad legem Iuliam de adulterijs in Pandectis scribit circa titulum, adulterium grauissimum esse crimen, præter crimen læsæ maiestatis, nempe quoad politiam. Thales Milesius censuit periurium non grauius peccatum esse quàm adulterium. Nam quidam mœchus paratus erat iurare, quòd non commisisset adulterium, & ille μὴ χαίρων, inquit, τῇ μοιχείᾳ ἐπόμνυμι. Chrysostomus homilia 62. in Ioan. ausus est scribere adulterium grauius esse scelus idololatria, & affert duas rationes, quæ tamen ambæ deducuntur à coniugio, & natura eius, quæ describitur à Paulo in priore ad Corinthios, vbi statuit coniugem fidelem posse manere cum suo coniuge infideli, modò vnà habitare velit: sed non conceditur vt adulter cum adultera maneat: grauius ergo scelus existit. Altera ratio, coniunx fidelis non contaminatur commixtione idololatræ mariti sui: at adultera semper polluitur si mœcho coniungatur: ergo concludit, adulterium grauius quid esse quàm idololatriam. Sed pace tanti viri dixerim, argumenta sunt infirma. Non oportet matrimonium cum idololatria conferre: sed matrimonium & adulterium inter se comparanda sunt. Ista duo sic habent, vt alterum natura sua & instituto Domini bonum sit, alterum

An adulterium grauius sit idololatria.

Paralogismus.

rum verò peccatum. Quòd autem in matrimonio interdum vna pars sit infidelis, per accidens fit. Granitas autem peccati, non ex illis, quæ se fortuitò interponunt, vt in scholis loquuntur, quæ per accidens fiunt, est iudicanda. Coniunx fidelis cũ infideli versari potest, modò ille velit. Quia res bona, vt est matrimonium idololatria alterius partis, nõ ita polluitur, vt credenti in Christum non possit bona esse. At adulterium semper res mala est, nemo eo rectè & bene potest vti. Licet autem ratio partis illius, non sit firma, nec verum sit, idololatriam leuius esse peccatum adulterio (idolatria enim summum crimen est) attamen peccatum adulterij tam propè accedit ad idololatriam, vt in sacris literis cum idololatria conferatur. Idololatræ dicuntur scortatores & adulteri. Violatur enim connubium Dei cum hominibus. Sed redeamus ad historiam.

Adulterium propè accedit ad idololatriam.

Transacto q; luctu, misit Dauid.) Cùm Bethsaba maritum de more luxisset, Dauid eam collegit in domum suam. Quo facto, videtur se suspectum de adulterio reddere, & crimen occultũ si non præstitere, tamen quoquo modo suspiciosum facere. Cùmq; prudentia Dauidis tantæ opinionis esset, dum ista cupiditate incenditur, videtur nihil videre. Voluit omnino frui ista voluptate, quæ nimis pretiosa fuit, & magno ei constitit, quemadmodum postea audiemus. Fabulantur hoc loco Hebræi, eos qui profecti fuissent ad bellũ, consueuisse vxoribus domi manentibus, libellũ repudij dare, vt si fortè cederẽtur, liberè alijs nubere possent. Sed hoc nõ habetur in sacris literis. Figmentum est Thalmudistarũ, qui culpã Dauidis eleuare voluerunt. Ridicula sunt, & nõ modò non habentur in sacris literis, sed etiam eis aduersantur. Reprehenditur enim postea Dauid à propheta, quòd abutatur aliena vxore: aliena aũt nõ erat, si repudiũ interceſſerat: si soluta erat, cur nõ super sits Vria eam vxorẽ duxit? Quid opus erat incitare Vriam, vt descenderet in domũ suam, & cum vxore consuesceret? Si repudiata erat, non licuit Vriæ ad eam accedere: Lex enim in Deuteronomio hoc non concedit. Si verò intelligunt licuisse illis post mortem alijs nubere, superuacaneus fuisset ille libellus repudij: citra libellum hunc, cuiq; post mariti obitum, licuit alteri nubere. Non sunt releuandæ culpæ sanctorum, si spiritus sanctus aggrauat. *Displicuit autem id quod fecerat Dauid in oculis Iehouæ:*) Quid ni displicuisset homini benè merito de *R*epublica ac ipso Rege, non modò vxorem, sed etiam vitam auferre? Achab Nabotho vineam pariter & vitam abstulit: reprehenditur hoc nomine in sacris literis: hoc acerbius fuit. Grauius enim est auferre alicui vxorem quàm vineam. Adhæc Achab id non fecit, sed vxor ipsius. Hîc Dauid vtrunq; facit, cõmittit adulterium: & procurat cædem viri innocentis.

Figmentum Hebræorum.

Dauid conferatur cum Achabo.

Displicuit autem id quod fecerat Dauid in oculis Iehouæ.) Significanter habemus factum displicuisse Domino non hominem: erat enim prædestinatus ad vitam æternam: nisi dicamus eum displicuisse Deo, quia inquinatus erat illa culpa, non simpliciter, adhuc enim electus erat. Hoc non est absurdum, vt sit aliquis inimicus Dei, & tamen ametur à Deo. Paulus enim ad Romanos cap. 5. scribit: Christus cùm adhuc essemus infirmi, pro impijs mortuus est: &, Commendat suam charitatem erga nos Deus, quòd cùm adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus fuit. Cùm peccatores essemus, diligebat nos ad vitam æternam. Sed non qua peccatores eramus. Persona quæpiam nondum ad Christum conuersa, nec ornata bonis moribus, sed coinquinata peccatis, amatur à Deo. Quia prior ipse dilexit nos, dicit Ioannes in sua Canonica. Deus prædestinatos suos non relinquit. Labuntur quidem, at subleuantur potẽtia Dei gratia, & perueniunt quò sunt destinati. Dauid erat ex ouibus Dei, non ergo potuit rapi ex manu ipsius: errat ouicula, sed redibit ad caulam. Cùm res ita habeat, Deum nos imitari oportet. Quando videmus fratrem peccatis subijci, peccata odio habeamus, hominem verò diligamus vt creatum ad imaginem Dei, & capacem æternæ vitæ, quoad naturam, ac studeamus eum in viam salutis deducere. Quin & peccata ad hominum salutem interdum conuertuntur, id Augustinus non semel dicit, & rectè, modò eum rectè intelligamus. Ex peccato natura sua nihil nisi malum emanat. Quòd si occasio alicuius rei bonæ fit, prouidentiæ Dei acceptum hoc referamus: qui etiam malis rebus vti nouit: & nihil pateretur malè fieri, nisi aliquid boni inde posset ac vellet elicere. Deus dicitur peccatum odisse: quia & prohibet & punit. Peccatum tamen, quamuis atrox & graue, ordinem prouidentiæ Dei non egreditur. Deus scit & potest eo rectè vti. Inseruiunt omnia consilio Dei: tamen nos non excusamur, oportet sequi leges: nec aperitur fenestra peccatis, quia debitores sumus, vt non viuamus carni, sed spiritui, inquit Apostolus.

Res displicuit, non persona.

Peccata odisse, homines amare oportet.

CAPVT XII.

Misit autem Iehoua Nathan ad Dauidem: qui veniens ad eum, dixit ei, Duo viri erant in ciuitate vna, vnus diues, & alter pauper.

2 *Diuiti erant oues & boues multæ valdè.*

3 *Pauperi verò non erat quicquam, præter agnam vnam paruam, quam emerat, quamq; nutrierat, creueratq; cum eo & cum liberis suis pariter de buccella eius comedebat, & de calice eius bibebat, & in sinu eius dormiebat, eratq; illi tanquam filia.*

4 *Quum autem veniisset viator ad virum diuitem, pepercit accipere de ouibus & de bobus suis vt pararet viatori qui venerat ad se: & tulit agnam viri pauperis, & paranit eam viro qui venerat ad se.*

5 *Tum iratus est furor Dauidis in virum valdè, dixitq; ad Nathan: Viuit Iehoua quòd filius mortis est vir, qui fecit hoc.*

6 *Et agnam restituet bis quadruplicatam, eò quòd fecerit hoc, & ei non pepercerit.*

Partitio capitis.

HOC caput diuiditur generatim in tres partes. Primo loco Dauidis resipiscentia traditur. Deinde, filij eius obitus, quem Deus occidit quemadmodum per Prophetam Nathanem indicârat. Tertiò expugnatio Rabba. Prima pars ita narratur, vt duo præcipuè à nobis sint considerandà. Primùm oratio Nathani, qua commotus est Dauid, & in viam reuocatus. Deinde confessio & consolatio Dauidis.

Quid seruandum in fraterna correctione.

Quod ad primum caput attinet, ponamus ob oculos, quæ obseruanda sint in fraterna correctione. Videndum vt duo extrema caueamus, & mediocritatem seruemus. Ex vna parte cauendũ, ne blanda & adulatoria oratione vtamur, quò vitia potius foueamus quàm remoueamus. Ex altera parte, ne nimis duram aut crudam admonitionem adhibeamus, ne potius hominem à salute auertamus, quàm ad eam adducamus. Mediocritas seruanda, quam Christus seruari vult, Matthæi 18. capite. Si in te peccârit frater tuus, vade, & argue eum inter te & ipsum, inquit, solum. Sin verò te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum aut duos. Quòd si non audierit eos, dic Ecclesiæ. Nathan accedit ad Dauidem, non in platea eum corripit: sed secunda aut terna admonitione non opus habuit: nam statim pœnitentiam egit, & verbum Dei admisit. Rogârit quispiam, peccatum Dauidis publicum ne fuit an occultũ? Si de notitia suspicionis loquamur, poterant aliqui suspicari. Miserat enim ad Bathsabam. Postea eam duxit. Si dicamus de certa scientia, non erat publicũ peccatum. Serui quî scire poterant, quis esset Dauidis animus, aut quid eum illa fecisset? non quidem bonum exemplum erat, quòd solus cum sola loquebatur: tamen nihil certi affirmare poterant. Credo postea, suspicionem valdè auctam fuisse, & sic, vt omnes ferè de ea re loquerentur. Nathan enim dicit, nomen Domini blasphematũ fuisse, quanquam alius etiam sensus eius loci esse possit. Dicit etiam: Tu in occulto fecisti. Mittuntur prophetæ interdũ ad singulos homines corrigendos, vt nunc Nathan ad Dauidem, Helias ad Achabum, Isaias ad Ezechiam: aliquando ad vniuersum populum, vt Ionas ad Niniuitas, multi prophetæ ad regnum Iuda, & decem tribuum. Functio igitur prophetarum est, non modò futura prædicere, sed & castigare scelera: nec tantùm eis luctandum fuit cum priuatis hominibus, sed etiam cum regibus, principibus & proceribus. Subit scrupulus, cur Deus non statim ad Dauidem prophetam miserit, sed eum tam diu in luto hærere passus sit? Putant nonnulli, nos hinc doceri ad correctionem fraternam opportuna tempora expectanda esse. Si enim cupiditates in hominibus aliquantum resederint, sunt tractabiliores. Ego non sum istius sententiæ. Nam quò magis peccatum sinimus progredi, eò altiores radices agit. Paulus Timotheum suum hortatur, vt prædicet sermonem, tempestiuè ac intempestiuè instet, arguat, & increpet. Principijs obstandum est. Consilia Dei arcana sunt, nec ratione humana peruestigari possunt. Per decem minimùm menses distulit correctionem. Respondeo: Dauidem alijs modis toto illo tempore fortasis admonitum, per inspirationem, vel cùm legeret sacras literas: per verba Vriæ etiam magnopere commoueri potuit, cùm dicit, se non velle hoc tempore, quando Israelitæ contra barbaros pugnabant, cum vxore sua versari. An non cogitare potuit Dauid, & tu interim cum aliena vxore versaberis? Possumus dicere, Deum velle lapsus sanctorum, interdum etiam prodesse nobis, vt in eis agnoscamus infirmitatem naturæ humanæ. Quod ad eos attinet, perpetuò agerent in sordibus: nisi Deus potenti verbo eos educeret. Quod ex tanto spacio intelligi potest, quo Dauid ad Deum non est conuersus, & isto peccato irretitus non emersit.

An peccatum Dauidis occultum fuerit.

Duo munera prophetarum.

An liceat differre correctionem.

Cur Deus istã correctionem distulerit.

Scopus istius correctionis.

Scopus admonitionis est, vt Dauid peccatum suum agnoscat, detestetur, & vt ipsum pœniteat. Non quæritur satisfactio aliqua Papistica, vt præscribat ei certum numerum ieiuniorum

oratio-

stidois Dominicæ recitandæ, aut eleemosynarum. Nec præscribitur ei emendatio facti. Iam enim Vrias ceciderat: matrimonium item iam contractum erat: non venit vt hoc diceret: sed hoc ait, vt agnoscat peccatum, & quid futurum sit prædicit: vt sciat non cursu naturali aut fortuitò res accidisse, sed inflictas à Deo propter peccatum. Possumus addere, Deum voluisse correctionem fieri erga Dauidem per Nathanem, vt ipse intelligeret, & nos cogitemus, Deum omnia videre, nec esse non tantùm sceleribus quæ committuntur, sed quæ in animis molimur. Putabat fortè occulta omnia esse: sed Deus ostendit se nouisse. Caput consilij erat, vt se accusaret & damnaret. Hoc autem exigitur in ea pœnitentia, quæ vera sit, & non hypocritica. At fortasis quæretis causam, cur damnatio sui ipsius & detestatio peccati, ad veram pœnitentiam requiratur? Dico ob id requiri, vt cor nostrum, quòd alioqui durum est, frangatur, nec maneat illa durities quæ obest saluti nostræ. Quòd obsit, similitudine colligere possumus. Medici cùm pharmacum ægroto propinant, solent serapijs vel sirupis vt vulgò loquuntur, fluidum facere corpus, vt pharmacum per corporis partes deferri possit. Solent cùm aliqua pars corporis est læsa, emplastra vel emplastrum imponere. Prius tamen vnguentis & oleis illam partem lenunt, quò caro laxior efficiatur, & pori aperiantur, quò cataplasma super impositum penetret & pars affecta curetur. Sic etiam oportet conteratur nostrum cor, vt consolatio Euangelica magis penetret: eiusque capaces commodiùs efficiamur. Alioqui nisi fractio præcederet, surdis caneretur fabula. Ad id mirificè facit lex, & est, vt Paulus dicit, pædagogus ad Christum: cor emollit, vt oleum Euangelij sit vtile ac penetret.

Damnatio sui & detestatio peccati cur requiratur in pœnitentia.

Magnum est ergò beneficium Dei, quòd ita mittat Prophetam. Non ita facit singulis peccantibus, inquis. Verum est: attamen negare non possunt, se legem naturalem insitam habere: sciunt multi: non alijs faciendum, quod nobis fieri nolumus: habent item conscientiam: prostat verbum Dei, istis vtcunq; incitantur. Agnoscimus hinc verbum administratum externo ministerio, efficacis esse. Iacuit Dauid in sordibus peccati, minimùm decem menses, nec dubium est, lege naturali conscientia ac lege scripta nonnunquam vellicatum esse, at hoc pacto non proficiebat. Hoc idcirco dico, vt si videamus nos opus habere verbo, illud in publico cœtu audiamus: Deus enim per ministerium vult efficax esse. Possum, dicis, verbum Dei domi legere, de illo cogitare. Verum quidem est, verbum Dei semper est verbum Dei, quemadmodũ ignis semper est ignis: at aliquando est sub cineribus, sin verò excitetur & flabello ventiletur, astantes calefacit. Ita verbum Dei cùm tractatur & excutitur, magnam habet vim, non ex se, sed quia spiritus sanctus adest, & efficax solet esse. Quamquam id non est prætereundum, vtut sonet exterius verbum, nisi spiritus intus animum moueat, nihil efficitur. Externa illa, vt verbum & sacramenta, instrumentorum loco habenda sunt, sed non vulgarium. Non proficiscitur ad Dauidem sacrificus aut monachus, qui auricularem confessionem audiat, sed Propheta. Mira res. Propheta mittitur ad Prophetam. Dauid ne poterat sibijpsi prodesse, cùm esset propheta? Nõ ęgrotabat, ergo ei opus fuit altero. Quemadmodũ & medicis vsu venit. Medicus quisquis vtut doctus sit, attamen si prematur morbo, accersit alter medicum. Nam præ vi morbi, solet obliuioni dare suam scientiam: ita hîc fit. Propheta ac vates non inermis, sed habuit gladium verbi Dei, vt posset morbum secare: gestat gladium, non ferreum, sed absconditum, nou vtiq; sub vestibus, vel vagina, sed parabola vestit verbum Dei.

Efficacia externi verbi.

Obiectio.

Cur propheta ad prophetam mittitur?

Accedit ad Dauidem, & parabolam quandam vel similitudinem proponit. Hoc ea de causa fecit, vt maiorem caperet occasionem attentionis. Solent noui & insoliti casus, nos totos rapere ad se, quam ex quirendam. Si leuia sint quæ proponuntur, non ità sumus attenti. Valet item parabola hæc ad hoc, vt mediocritas in reprehendendo seruetur. Non ingressus est ad Regem exclamando, ô adulterum, proditorem & latronem. Potuisset hæc iure & verè dicere: at non attendisset, putasset hostem venire, non legatum Dei. Sæpè fit vt hæ similitudines plus faciant ad mouendum, quàm nudæ loquutiones. Hoc est hominum corruptum ingenium, vt si statim se perstringi audiant, non libenter auscultent. Igitur hîc subducitur persona, & indefinitè agitur de quodam diuite & paupere. Ingreditur quasi petens ius dici de casu acerbissimo. An verò serio sit loquutus, an astantibus proceribus regni, dubium est. Chrysostomus in Homilia superiori Psalmo, putat astantibus nobilibus & militibus Nathanem ista proposuisse. Ego etsi hoc validis rationibus refellere non possum: puto tamen, in conclaui seorsim alloquutum esse regem, hunc autem loquutus est, vt cogeretur Dauid contra seipsum ferre sententiam. Quo artificio etiam Christus vsus est, quando aduersarijs suis proposuit parabolam de vineis. Quid, inquit, cùm venerit Dominus vineæ, faciet agricolis illis, qui non tantùm seruos, sed etiam filium eius, occiderunt? Respondent, Mali cùm sint, malè perdet illos. Ferunt contra se sententiam. Ita conijs, cùm Christus Pharisæo, à quo conuiuio exceptus erat, proponit parabolam debitorum:

Vtilitas huius parabolæ.

An Nathan seorsim sit locutus Dauidi.

Vnde Nathan hæc nouerit.

interrogat Christus, vter eorum plus diligeret: respondit ille: existimo, quòd is, cui plus condonauit: contra se ferens sententiam. Valent plurimùm hæ parabolæ, si rectè disponantur. Videtur Nathan omnia arcana nouisse: adulterium esse commissum, postea sequutum homicidium. Vnde verò nouerat? Deus ei indicârat, eumq; parabolam illam docuerat. Sed quia optimè omnia sunt disposita, singula excutiamus.

Cur homicidij non meminit?

Erant duo viri in ciuitate vna, vnus diues, & alter pauper.) Dauidem diuitem facit; greges & armenta habuit, hoc est, plures vxores & concubinas. Non putandum est, ad contumeliam sexus muliebris, dici de gregibus & armentis: sed quia maritus debet pastor esse, gubernare vxores ad illarum commoditatem & vtilitatem. Paulus virum datum esse dicit mulieri, vt sit caput. Simul ostenditur indulgentia Dei, qua erga Dauidem vsus est, largiendo ei tanta. Alter è diuerso pauper est, agnam tantummodo paruam habet: illam domi retinet vnà cum filijs. Hic est Vrias, dicûtur eum prius vxorem habuisse, ex qua liberos susceperit: postea hanc iuuenculam superinduxisse, quę inter liberos erat quasi agna. Quàm illi grata fuerit, inde ostenditur, quòd vnica deseribitur. Quòd vnicum habemus, gratissimum esse solet. Monogamia est probanda. Si vna sit, affectio manet collecta, nec distrahitur in multas partes. Si plures sint vxores, charitas coniugalis absolutè seruari nõ potest.

Ouis vna.

Acquisita. Communio coniugij.

Quam emerat.) Aequisiuit illam sibi, emit vel possedit. Vox enim Hebræa hęc tria significat. Acquiruntur vxores ambiendo. Dicuntur emi in spõsalibus, fiunt enim donationes propter nuptias. Possideatur: quia contracto matrimonio, obligatio intercedit. Attingitur vera cõmunio omnium rerum, quæ pertinent ad hanc vitam. *Comedebat de buccella eius, bibebat de eius calice, et dormiebat in sinu eius.*) Ius coniugale, vt pascatur vxor, necessaria ad victum habeat, & thorum communem. Dicis, Nonne potuit olfacere parabolam esse? Quomodo conuenit oui edere de pane, bibere de calice, & dormire in sinu alicuius? Respondemus, potuisse Dauidem existimare, sermonem hunc fuisse hyperbolicũ, quo amor istius pauperis demonstraretur erga ouiculam. Quasi dicat: Habebat eam eo loco ac si esset vxor eius. Sæpenumero animalia quædam sunt in delitijs, vt catuli, cerui cicurantur, veniunt ad mensam, homines comitantur. Commodus Imperator scribitur apud Dionem leonem cicuratum in delitijs habuisse, qui eum sequutus sit vt canis: osculabatur eum, noctu cubabat iuxta lectum eius. Hinc videmus, res non iuxta suam dignitatem pendendas, sed prout nobis charæ sunt. Aliquis interdum grauiùs peccat furando animalculum, quàm si multum pecuniæ auferret. Ista circumstantia valet ad amplificándum scelus.

An Dauid olfecerit parabolam esse.

Circumstantiæ amplificant scelus.

Quum autem veniisset viator ad virum diuitem.) Concupiscentiam vocant viatorem, aut peregrinum: quia ad humanam naturam parum, imò nihil pertineat. Nihil enim facit ad imaginem Dei, ad quam sumus conditi. יצר הרע vocant Hebræi, figmentum malum. Sed habitat, inquis, in nobis, teste Apostolo. Habitat quidem, & quandoq; erumpit: sed quid esse deberet, non quid sit hîc dicitur. Deberet hoc vitium alienũ à nobis esse: idcirco iubebat Paulus, ne regnaret peccatum in nobis. Hîc Rabbini Iudæorum quiddam comminiscuntur: dicunt, hoc יצר הרע, vt peregrinus mendicus nos accedit, si non admittimus, recedit: si sinimus ingredi, fit hospes, colligit vires, tandem si assentiamur, fit dominus. Motus praui concupiscentiæ stimulant nos, si eis non blandimur, recedunt: si assensi fuerimus, regnant in nobis. Quidam per peregrinum, diabolum intelligunt, verè peregrinum: quia electus est regno cœlorum, nec vnquam restituetur. Chrysostomus loco suprà citato, concupiscentiam Dauidis peregrinũ dici perhibet, vt castitas anteactæ eius vitæ ostendatur: non consueuerat talia perpetrare. Diues amicum lautè voluit excipere, pepercit suis gregibus & armentis, ac pauperis ouiculam abstulit. Docemur libidinem habere à Deo institutum remedium, sanctum matrimoniũ. Poterat subitæ concupiscentiæ occurrere, licitè vxorando vxore sua, sed iuit ad vxorem alienam. Duo commiserat peccata, adulterium & homicidium: in adulterio habet vxorem alterius: hoc propheta attingit, homicidij in parabola non meminit. Cur homicidium omittitur? Non quòd reuera à Dauide commissum non sit: sed quis per se non commiserat, sed propter aliud, nempe, vt Bathsaba potiretur.

Peregrinus quis sit.

Matrimonium remedium libidinis.

Cur homicidij non meminerit.

Tum iratus est furor Dauidis in virum valdè.) Hoc audito, Dauid exarduit, vt solent interdum Iudices: horrent, & sæpe condemnant, quæ ipsi faciunt. Licet hæc parabola sit, tamen sæpe fit, & enorme scelus est, vt diuites opiparè ac luxuriosè ex bonis pauperum epulentur. *Viuit Iehoua, quòd filius mortis est vir, qui fecit hoc.*) Fert grauissimam sententiam, sed proprio gladio seipsum iugulat. Cõmuent sæpe iudices ad sua scelera, aliena grauiter persequi & vlcisci volunt. Iudicio est, eos non charitate moueri ad illa supplicia. Hîc locum habet, quod dicitur: Charitas incipit à nobis ipsis, charitas vindicandi & tollendi peccata. At non sic agitur: videmus festucam in oculo fratris, trabem in oculo nostro non videmus. Quæ est sententia quam fert? Filius est mortis, reddet iste quadruplum siue octuplum, quomodocunque dicamus, sententia grauis est. Videtur

pugnare

pugnare cum Lege Dei Exodi 22. Furtum non erat capitale: sed si reperiebatur furtum in manu furis, reddebat duplum. Sin verò mactasset vel vendidisset, quatuor boues pro vno reddebat, & quinque oues pro vna: nunc Dauid capitale facit: meretur mortem inquit, & vult octò reddat iuxta grammaticas regulas (est enim אַרְבַּעְתַּיִם dualis numeri) quanquam Chaldæus interpres, & aliquot ex Hebræis pro quadruplo accipiant. Quid respondebimus? duplex affertur responsio. Prima est, legem communi & æquabili ratione seruari debuisse: at in manu Iudicum positum fuisse, vt pœnas augerent vel imminuerent pro ratione circumstantiarum. Circumstantiæ quę fuerunt, propter quas Dauid pœnam auxit? Qui furatus est, fuit diues: præterea furatus est pauperi, quod etiam causam aggrauat. Ex magnis cumulis aliquid auferre, non tantum est. Aufert illi vnum quod in omnibus charissimum habuit. Quare? vt hospitem suum, fortè malum virum, benè accipiat, & lautè cum eo epuletur: non ergo mirum videri debet, si pœnas auxit. Imò dicis, hoc est mutare legem Dei, de qua Deus dicit, ne quid addas aut detrahas. Dicunt, non adduntur verba, manet lex salua. Sed quia legislator omnes casus exprimere non potest, factum est, vt in manu rei sit Iudicum, vel aggrauare vel imminuere sententiam. Illud autem graue est, quod augetur eò vsq; vt quod capitale non est, capitale faciat. Dicere potuisset, Si non satis est soluere quatuor vel octo, soluat decem, viginti, &c. Altera responsio est, quòd dicunt istam dicendi formulam Dauidis, non sic accipiendam quasi plecti capite voluerit, sed ad emphasim exprimendam hyperbole vsum esse: quasi dicat, posset videri reus mortis: non quòd capitali supplicio eum affici vellet. Iudex audito aliquo graui facinore, dicit, is meretur mille mortes: cùm tantùm vna ex legibus possit infligi. Facit ad exaggerandum crimen: non reddit orationem falsam, sciunt enim omnes quid sibi velit. Hoc ideò libenter dico, quia si dicimus in Sacramento Eucharistiæ tropum esse, dicunt nos propositionem, Hoc est corpus meum, falsam reddere. At tropus orationem non falsam reddit. Tam verus est tropus quo hîc Dauid vtitur, vt iuramentum etiam interponat. Vtraq; responsio est probabilis. Hîc ego video Spiritum sanctum esse abusum lingua Dauidis, quemadmodum prouerbio dicitur: ἡ γλῶττα ἔλαβε πόνους τ' ἀλλοτρίους. Filius mortis erat, non erant capitalia flagitia quæ commiserat: & octuplum erat reddendum, hoc est, multum erat persoluendum. Durum sanè videtur, vt peccatum furti damnetur morte: attamen cogitare debemus in lege illa Exodi, idem constitutum fuisse, vt si noctu fur venisset armatus velletq; aliquid rapere, impune esset eum occidere. Hoc casu cùm ponatur diues pauperi rapere vnicam agnam, videtur vis adhiberi non dolus, non ergo mirum si augetur pœna, ac morte dignus iudicatur. De quadruplo autem reddendo, non modò legem habemus: sed etia exemplum Zachæi Lucæ 19. Si quid aliquem defraudaui, dicit ad Christum, reddo quadruplum. Non dicit se reddere duplum: sed quò magis officium præstaret, pœnam sibi duriorem deligebat. Rursus locus est Prouerb. 6. vbi Salomon dicit: Fur deprehensus reddet septuplum. Quo in loco videtur posse colligi, in manu Iudicum fuisse vt pœnam augerent, siquidem hoc tempore fures septuplum reddebant. Aliqui respondent, ibi non accipi præcisè numerum restituendę ablatæ rei: sed cogendum furem, vt perfectam faciat restitutionem. Ibi componebat peccatum furti & adulterium: declarare voluit grauius esse adulterium. Si fur non quærit aliud quàm vt famem expleat, non est ei ignominiosum: si deprehenditur, cogitur ablatum reddere: adulter si deprehendatur, capitali supplicio afficitur. Quoad restitutionem quadrupli, videtur Dauid non tantum punitus quò ad quaternarium: sed vltra octonarium. Nam decem eius concubinæ ab Absolome constupratæ sunt: quanquam ipse non est interfectus, videtur tamen ad magnas cruces reseruatus. Quatuor filij sunt absumpti, mox de illo audiemus, quem ex Bathsaba sustulit, deinde Amnon, postea Absolon, tandem Adonias.

An sententia Dauidis pugnet cum lege.

An mutetur lex Dei.

An sit hyperbole.

Lex quando & furem occidit.

Restitutio quadrupli.

Septupli restitutio.

An Dauid plus quàm quadruplo punitus.

7 *Dixitq; Nathan Dauidi, Tu es vir ille: sic dicit Iehoua Deus Israelis, Ego vnxi te vt esses Rex super Israelem, & erui te de manu Saulis.*

8 *Deditq; tibi domum domini tui, & vxores domini tui in sinum tuum: præterea tradidi tibi domum Israelis & Iehudah; & si parum, adiecturus eram tibi talia & talia.*

9 *Quare contempsisti verbum Iehouæ faciendo quod malum est in oculis eius? Vrijah Hitthæum percussisti gladio, & vxorem eius accepisti tibi in vxorem, ipsum verò occidisti gladio filiorum Ammon.*

10 *Nunc igitur non recedet gladius de domo tua vsque in seculum, eò quòd contempsisti me, ac tulisti vxorem Vrijah Hitthæi, vt esset tibi vxor.*

11 *Sic dixit Iehouah, En ego ſuſcitaturus ſum aduerſum te malum de domo tua, tollamq; vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, dormietq; cum vxoribus tuis in oculis Solis huius.*

12 *Tu enim feciſti abſconditè, ego verò faciam hoc coram toto Iſraele, & coram Sole.*

13 *Dixit autem Dauid ad Nathan, Peccaui Iehouæ. Et ait Nathan Dauidi, Etiam Iehoua tranſtulit peccatum tuum, non morieris.*

14 *Veruntamen quia blaſphemando blaſphemare feciſti inimicos Iehouæ in hoc negotio, etiam filius qui natus eſt tibi moriendo morietur.*

Nathan audita ſententia Dauidis admodum ſeuera, nihil cunctatus eſt: ſed ſtatim depoſuit velum parabolæ. Dauid cùm hæc diceret, peccatum grauiſsimum habebat in tergo. Nathan conuertit ad partem anteriorem, dicens, Tu es ille vir qui hæc fecit. Exeruit gladium, ſecuit viuum, vt putredo & ſanies conſpicua redderetur. Hunc fructum percipere debemus in legendis Prophetis, & euoluenda lege Dei. Cùm aliquid reprehenditur, cùm comminationes proponuntur peccatorum, quorum conſcij ſumus, oportet dicamus, Tu iſte es: mutato nomine de te fabula narratur: Sic vtiliter legemus ſacras literas. Vt Dauid intelligit ex Deo hæc proponi, ita nos ſciamus Deum nobiſcum loqui per verbum & miniſtros ſuos. Dauid maiorem fecit propoſitionem: Diues qui habet greges & armenta ſua, & agnam vnicam pauperis aufert, reus eſt mortis, & octuplum debet reſtituere. Nathan minorem addidit: Tu ille es. Concluditur ergo reus es mortis, & hoc tibi impendit vt octuplum reddas. Dedit Dauid telum: Nathan vibrauit: fugitiuo Dauidi iniecit laqueum vt eum in caulam retraheret. Pulcherrima eſt concio iſta Prophetæ, ad cuius exemplum qui docent in Eccleſia, vel qui alios corrigunt, formare ſuas debent. Primo loco ponit parabolam: ita Eccleſiaſtici doctores locum aliquem ſibi ex Veteri vel Nouo Teſtamento deligunt. Deinde adaptant ad res præſentes vt Nathan, quando dicit, Tu es ille vir. Mox peccatum exagitant, per additionem ad beneficia Dei hominibus collata, & peccatum quod committunt: violare legem, grauis eſt, ac benè de nobis meriti, grauius. Ita amplificatur peccatum. Cauſam item peccati aperit in hac ſua methodo: nimirum quòd Dauid contempſerit Deum: & grauia quæ inde ſequuta ſunt demonſtrat, totumq; peccatum patefacit. Ad extremum comminationes adijcit, vt conſterret peccatorem. Methodus hæc ſeruatur in concionibus, vt ad extremum conſolationi locus detur. Quo modo hæc fecerit Nathan diſpiciamus.

Vtilitas in legendis Prophetis.

Formula concionandi.

Tu es vir ille.) Nempe quem Deus circumuallauit tot & tam ingentibus bonis, cui dedit vxores, opes, regnum. *Sic dicit Iehoua, Ego te vnxi vt eſſes Rex.)* Ex infimo ſtatu euexi te ad ſummum eripui te de manibus Saulis. *Dedi tibi domum domini tui, & vxores: præterea tradidi tibi domum Iuda & Iſrael.)* Lex amplificationis eſt, vt quod vno verbo dici poſſet per omnes partes diducatur. Id facit Propheta, vt magnitudo peccati eluceat. *Dedi tibi vxores domini tui.)* In hoc beneficio eſt aliquid dubitationis, reliqua clara ſunt. Aliqui Hebræorum ad Eglam & Ritzpam concubinas Saulis referunt. Sed quî fieri potuit vt ſoceri concubinas ducat? ſi ſocrum ducere non licet, ergò nec vxorem ſoceri: ijdem ſunt gradus, eademque diſtantia. Si non licet mihi ducere nouercam meam, ergo nec nouercam vxoris meæ. Quamobrem aliqui interpretantur, Dedi tibi vxores domini tui, hoc eſt, fuerunt in poteſtate tua, non vt eas duceres, ſed vt tractares quomodo velles. In ſinu alicuius eſſe, ſignificat etiam in poteſtate eſſe. Poſſemus dicere, quòd Dauid in vxores habuerit, quæ fuerint domini eius, hoc eſt, quæ ſub poteſtate Saulis erant. Erat enim Rex. Certè Michol erat in poteſtate patris Saulis. Potuit etiam fieri, vt aliæ vxores ad familiam Saulis aliquo modo attinerent. Scio fuiſſe qui dixerint per dominum intelligi Deum ipſum. Vxores illæ erant Dei, quia creauerat eas: Domini eſt terra inquit Pſaltes, & plenitudo eius: ſed prior interpretatio clarior videtur & ſimplicior. Hæc exprobrat Nathan Dauidi: ſed iuſſu ac nomine Dei: præfatus enim eſt Deum hæc dixiſſe. Sed Dinus Iacobus in ſua Epiſtola, primo capite, Deum ait omnibus dare ſimpliciter, nec cuiquam exprobrare: hîc autem beneficia Dauidi exprobrat. Non pugnat ſecum. Exprobratio quæ ibi remouetur à Deo, bifariam intelligenda eſt. Primùm quia ibi de precibus & petitionibus agitur, dat ſimpliciter & affluenter, nec exprobrat cuiquam. Solent homines, cùm ſemel & iterum dederint, redeuntibus exprobrare, ac dicere, Nónne alias veniſti? quantũ tibi dandum erat? Si millies petas à Deo, & ſemper accipias ac pergas petere, non tibi exprobrabit. Secunda reſponſio eſt: aliquas eſſe exprobrationes interdum, quæ fiunt eo nomine vt homines pudefiant: vt exprobrantes animo ſuo ſatisfaciant, ibi ſiſtant, & probra aliorum per ſe quodammodo expetant. Vt Carinus apud Terentium,

Quomodo Dauid habuerit vxores domini ſui.

Deus non exprobrat, cur Nathan exprobrat.

Terentium. Expostulabo apud eum hanc iniuriam inquit, ingeram mala multa, molestus certè ei fuero, & animo meo morem gessero. Hoc Deus non facit. Si per Prophetas beneficia sua hominibus exprobrat, elicere vult pœnitentiam, vt videamus quem læserimus, quæ Dei in nos sint merita. Probra itaq; Deum non per se, sed propter aliud delectant. Tropus est, vt id quod per se non expetitur, dicatur non fieri. Sic Iacobus dicit, Deum non exprobrare, ibi enim non sistit gradum sed aliud quærit.

Esi parum, eram adiecturus tibi talia & talia.) Id est, alia atque alia consimilia multa. Ambiguus est oratio. Duplex sensus esse potest. Si parùm expectasses & sustinuisses cupiditatem, multò excellentiora additurus eram. Alter sensus est, Si parùm scilicet hoc tibi videri possit, & maiora cupiebas, à me petere debebas, non per te tibi sumere. Si petijsses, maiora additurus fuissem. Indicatur illis verbis & commemoratis iam beneficijs, summa beneuolentia Dei erga Dauidem.

Quare contempsisti verbum Iehouæ?) Posthæc ingreditur orationem quæ ostendat caput mali. Est antithesis: te extulit: tu contempsisti me. Radix peccati est, quòd verbum Dei paruipenditur. Hoc maximè diabolus quærit cùm incitat aliquos ad peccandum, vt Deus contemnatur. Ideò sermonem auditum ex cordibus nostris cupit nobis eripere: quemadmodum Christus in parabola de semine in terram iacto ostendit, Matth. 13. vt verbo contempto, Deum ipsum negligant & aspernentur. Hoc factum est in Heua: dixit diabolus ante omnia, Non moriemini. Deus dixit vos morituros, fabulæ sunt. Studet primos nostros parentes ad contemptum verbi Dei deducere. Nam qui putat non esse vera quæ Deus dicit, Deum, quantum in se est, mendacem facit. Si verba Dei putarer quæ dicuntur, summo gaudio audiret & retineret. Sed distinguendi sunt peccantes. Impij peccant & sancti, vtrinque Deus contemnitur, sed non pari ratione. Impij magna contumelia peccant, dicunt Deo, Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus, quis est omnipotens vt seruiamus ei, vt in Iobo legitur. Quemadmodum Pharao dicebat, Quis est Iehouah, vt dimittam populum? Pij labuntur, & Deum quodammodo contemnunt: quia remisse de eo cogitant: ponunt verbum ad tempus: non ambulant in conspectu eius ea reuerentia qua debebant. *Contempsisti Iehouam faciendo quod malum est.)* Ista consequuta sunt. Est nexus contemptionis Dei ac scelerum: illicò homines labuntur, vt negligant verbum Dei. *In oculis eius.* Emphasim habet, ἐνώπιον Deus latissimè videt, omnia in conspectu eius fiunt. *Ipsum occidisti gladio Ammonitarum.)* Deus Dauidem tam duriter exagitat, quia non tantùm erat contra legem, quæ dicit, Non mœchaberis. & non occidas: sed is qui lædebatur, erat in fœdere Dei: & Dominus obligauit se fœdere futurum Deum illorum qui fidunt ei: quomodo ergo Deus non vlciscì potuit hanc cædem? *Et vxorem illius accepisti tibi in vxorem.)* Accipere coniugem natura sua malum non erat: sed accipere hac via, quòd prius stuprare eam voluisti, postea maritum occidere, hoc malum erat. Vnde rectè dixerunt quædam impedimenta matrimonij esse, propter quæ non contrahendum sit: sed si contrahatur, dissolui non debere. Tale hoc fuit: noluit Deus rescindi: quia nulla lex erat quę vetaret: tamen contrahendò matrimonium, malè fecit: quia hoc antecesserat adulterium & homicidium: nihilominus tamen cùm factum est matrimonium, tenuit. Exemplo rem ostendam. Si quis puerum baptizandum tradat illis qui multa superstitiosa baptismo admiscent, valet baptismus, quia formulam retinent verbo Dei expressam, pater tamen illis baptizandum puerum dare non debebat: rebaptizandus autem puer non est. Exprobrat ergo Deus nuptias Dauidi non per se, sed ijs vijs ac modis contractas. Altera circumstantia vehementer aggrauans peccatum Dauidis, à persona hostili petitur. Non quauis ratione occisus est, sed ab incircumcisis. Hoc quodammodo in ignominiam Dei cedit, quòd permisit eum occidi. Iam vniuersum scelus Dauidis explicatum est: nunc venitur ad comminationes.

Propterea gladius de domo tua non recedet.) Lex talionis: tu occidisti, ergo feriet gladius Domini te: si non in tuo corpore, tamen in filijs & posteris tuis. Qui gladium accipit, gladio peribit. *Vsque in seculum.)* Salomoni excitatus est aduersarius, peccârat enim. Roboam filius eius sensit decem tribus à se deficientes: pugnatum est inter regnum Samariæ & duarum tribuum. Posteritas Dauidis vsque ad captiuitatem Babylonicam modò gladium Ægyptiorum, modò Assyriorum, modò Chaldæorum experta est. Aliqui in seculum interpretantur, vsque ad tempora Christi. Nam præter filios Dauidis, quos occisos esse suprà commemorauimus, secuta sunt hæc mala. Ego tamen libenter de Dauidis filijs intelligo. Nam extendere hanc pœnam ad Christum vsq;, parùm videtur legi diuinæ congruere, quæ tantùm dicit Deum scelera persequi in filijs ad tertiam & quartam generationem: noluit egredi Deus has generationes. Refero itaque quæ dicuntur ad illa quæ Dauid in filijs vsq; ad certum terminum passurus erat. Et hoc concedit vox Hebręa עולם.

Radix huius peccati.

Distinctio peccantium.

Deus omnia videt.

An peccârit ducendo in vxorem.

Baptismus sub Papatu.

Pœna talionis.

Gladius non recedet vsq; in seculum.

Dauid etsi electus, tamen grauiter punitur.

Considerandum est, Dauidem sanctum Regem, & præclarum prophetam, pertinuisse ad numerum electorum cuius tamen peccatum condonatum à Deo, grauiter puniendum erat. Iudicium Dei, inquit Petrus, incipit à domo eius. Imitatur bonos patresfamiliâs, qui ante alios suorũ curam gerunt. Deus est totius orbis Deus: at peculiari quodam modo Deus & iudex suorum. Nõ ergo est, quòd conqueramur, nos durè accipi, & alienos nos flagellari. Deus differt iudicia eorum, Saginantur interea, sed ad macellum. Nam si Deus cum suis hoc pacto agit, quid fiet cum impijs? Repurgat prius, inquiunt prophetæ, montem Sion: sed manus eius extendetur ad alios. Si iustus vix saluus efficitur, impius & peccator vbi comparebit? Hæc consolationi nobis esse debent: concludere ex afflictionibus possumus, nos ad Deum pertinere. Ierem. 25. cap. dicit: Si in ciuitate, super quam inuocatum est nomen meum, cœpi malũ facere, vos ne immunes eritis? Sic Deus Dauidem in liberis punit. Meriti quidem erant pœnam liberi, sed prouidentia Dei hoc agebatur, vt Dauid in eis pœnas lueret.

Liberis non fit iniuria, cùm puniuntur. An Deus ista peccata fecerit.

En ego suscitaturus sum aduersus te malum de domo tua, &c.) Hoc respicit Absolonem, sicut & illud, *Tradam vxores tuas proximo tuo.*) Hîc dubium oritur, an dicemus Deum, quemadmodum affirmare videtur, fecisse ista peccata? Sana quadam ratione distinguendum est. Licet eadem actio Deo & Absoloni videtur tribui: fit tamen id diuersis rationibus. Si consideretur, qua peccatum est, Absolonis fuit. Si verò vt Deus castigabat Dauidem, ad Deum ipsum pertinere potest. Nam illius est iudiciũ. Vt ijs rationibus Dauid castigabatur, peccatum non erat, sed pars iustitiæ: ad iustitiam enim pertinet, fontes castigare. Peccatum non modò peccatum est, sed etiam pœna: interdum eius tantummodo qui peccat. Nam corrumpitur eius natura, & imago Dei in ipso obfuscatur. Aliquando non tantùm peccantis, sed quorundam aliorum, quos Deus vult castigatos: vt nunc videmus in Absolone: vt sunt actiones feroces Nabucadnezar punientis Israelitas. In Amos legitur, Non est malum in ciuitate, quod non faciat Dominus. Isaias dicit, Dominum facere pacem, & creare malum: quod de pœna intelligitur. Dices, si res hoc pacto habet, Absolon, Nabuchadnezar, & multi alij, qui puniuerunt sanctos ex voluntate Dei, non sunt accusandi, quòd peccârint: nam exequebantur diuina iudicia. Respondemus, non euentum esse cogitandum, aut quid prouidentia Dei statuerit de ijs operibus, sed de animo & principio, quo isti ad hæc facienda incitabantur. Certè fide moueri non potuerunt. Non enim iusserat Deus Absolonem id facere: non mandauit crudelibus istis, vt sanctos suos affligant. Imò secus mandârat: Absoloni scilicet, vt honoraret parentes, & non rem haberet cum nouercis suis. Nõ ergo est, quòd suis sceleribus prætexant iudicia Dei: odium, ambitio, studium propagandi suos fines, eos incitabant. In actionibus, vt iudicentur prauæ aut bonæ, considerandæ sunt, finis & principium. Mouens & finis in Nabuchadnezare erat vltio & consequutio regnorum. A cupiditate interiore mouebatur: non ergo est quòd in Deum reijciamus. Ex deprauata natura hæc fecerunt. Deus non instillauit in animos eorum nouam malitiam: attamen prouidentia sua hæc omnia gubernabat. In huiusmodi factis spectanda sunt, actio & defectus. Actio est, si percutias, procrees. Deinde, quia declinatur à Lege Dei, defectus existit. Defectus ex nobis est: satis est causæ in corruptione, quam gestamus. Actio, quæ naturalis est res, absq; Deo produci non potest. Puniuntur quos Deus vult: subtrahit ijs gratiam suam: potuisset Absolonem impedire & retrahere, sed non facit: puniendus enim erat Dauid. Deinde actiones istorum gubernat, vt non erumpant, nisi hoc vel illo tempore: hoc vel illo modo: vtq; magis in istum quàm in alterum ferantur. Certè fuit acerbissimus casus Dauidis, vt filius eius eijceret ipsum regno, & nouercas suas constupraret, idque publicè. Ne autem casu hæc accidisse viderentur, prædicit Deus per prophetam, & causam ostendit: *Tu enim fecisti absconditè.*) Reuerebaris magis oculum hominum, quàm meum. Non patiar ego peccata tua occulta esse: coram hominibus pudefies. *Tollam vxores tuas in oculis tuis, vt dabo proximo tuo: dormietque cum eis.*) Te cognoscente hæc faciet: nec poteris prohibere. Vxores Dauidis dicuntur, quæ infra 16. capite concubinæ appellantur. Vnde intelligitur, easdem vxores fuisse, & dicuntur concubinæ. Scortatio certè nunquam fuit licita. *In oculis Solis huius.* Tropica est loquutio. Sol alioqui sensibus caret. Scriptura per prosopopœiam sæpe stupidis & inanimis rebus sensum tribuit. Sic mare dicitur vidisse & fugisse: montes dicuntur saltasse. Sol dici potest videre: quia facit nos videre: lux eius illustrat aerem medium, & colores, qui in tenebris potentia videntur, facit nos actu videre. Crux magna imponitur Dauidi, quæ tamen dulcis est: quia huius & futuræ vitæ promissiones habet. Non autem eius generis sunt afflictiones Dauidis, vt condonent peccatum: iam enim expiatum erat. Nathan dicit, Deus transire fecit peccatum tuum. Sic in Saulina persequutione, non expiabant peccatum, sed fidem exercebant. Non sunt electitiæ afflictiones. Non elegit certum numerum iciuniorum, precum, sed Deus pro suo arbitrio eas infligit.

Peccatum quo modo sit pœna.

Peccata non esse reijcienda in Deum.

Prosopopœia.

Crux ista Dauidis non expiat eius peccatum.

Dauid

Dauid non expectat vt diplomatibus pontificis leniantur. Si oremus, Deus est misericors. Si non remittit pœnas, largitur nobis vt forti animo eas feramus. Grauiter affligendus est Dauid, non iniuria, quia multa beneficia à Deo acceperat: deinde peccatum ipsius magno fuit scandalo. Euectus fuit ad regnum: rerum diuinarum amplissimam cognitionē habuit: Deus apud eum pactum suum deposuerat: iam eo labente, ecclesia videtur deformari: consultum ergo vult Deus honori suo: & vt alij à peccando absterreantur.

Dixit autem Dauid ad Nathan.) Hucusque contio est Nathanis: videamus iam vt fructuosa fuerit. Certè Deus hîc declarauit vtilitatem & dignitatem externi ministerij. Dauid sciebat se peccasse, legebat sacras literas: tamen non mouebatur. Ista oratione ita perculsus est, vt mox dicat, Peccaui. Posteà composuit Psalmum 51. deditque præfecto cantorum, vt in Ecclesia cantaretur: & epigraphen egregiam prefixit: Psalmus Dauid, cùm venisset ad eum Nathan propheta, post quàm ingressus fuerat ad Bathsabam. Fuit ergo non modò priuata confessio coràm propheta: sed & publica coràm tota Ecclesia. Non opus fuit iterare admonitionem: statim intelligit se peccasse. Sic Paulus audit in itinere, Act. 9. Saul Saul quid me persequeris? illicò perculsus, Domine dicit, quid me vis facere? quasi dicat, Tuus sum, me totum tibi dedo. Confessio hæc præclara, orta est ex fide: fides autem ostendit Deum summum bonum, & peccatum esse contra legem eius. Ex hac fide duo oriuntur: nempe detestatio scelerum: & amplexus Dei dulcissimus. Qui resipiscunt volunt adhærere Deo: & sibi deinceps cauere à sceleribus, hinc oritur confessio. Confitentur peccatum suum Cain, Saul, Iudas, Simon Magus, sed non ex fide: non amplectuntur Deum vt summum bonum, nec verè detestantur peccatū. Confitetur paucis verbis, Non delectatur Deus multiloquio. Saul multis verbis coràm Samuele & Dauide testatur se peccasse, nihilominus frustra hæc dicebat. Dauid verò quia ex fide dicit, & tractis suspirijs ex imò pectore, placebat Domino. Sunt scelerati homines, qui abutuntur hoc verbo, cùm volutentur in cœno peccatorum, ac monentur vt resipiscant: dicunt, Satis est si ad extremum vitæ dicam, Peccaui Domino. Deus non irridetur. Hic duo exempla nobis proponuntur. Vnum misericordiæ & clementiæ Dei: alterum seueritatis. Misericordiæ in Dauide, qui statim conuersus est: seueritatis in Saule. Vterq; monetur à propheta, hic à Samuele, ille à Nathan: alter proficit & saluatur; alter damnatur. Vnde sunt hæc discriminа? Quidam ad arbitrium hominis referunt: ille voluit, inquiunt, ille non: ille accepit, ille non. Sed vnde est principium illius voluntatis, vel acceptionis? Num ab arbitrio? Quin potius à pœnitentia. Illam verò non habemus à nobis ipsis. In 2. ad Thimotheum secundo capite scribitur, Oportet seruum Domini placidum esse erga omnes, propensum ad docendum, tolerantem malos cùm mansuetudine, erudientem eos qui obsistunt, si fortè det illis Deus pœnitentiam ad agnoscendam veritatem, & resipiscant è diaboli laqueo. Sed ille inquiunt dat, at isti non accipiunt. Respondeo, Si res hoc pacto haberet, non debuit Paulus scribere, Si det illis Deus, sed, si illi accipiant. At dicunt, Deus dat, & maior pars est Dei: nostrum tamen est vt assentiamur & amplectamur. Ego verò totum dico esse Dei: quoniam illud velle quo amplectimur, est à Deo. Ipse operatur in nobis & velle & perficere, secundum suam voluntatem. Et, Non est volentis nec currentis, sed miserentis Dei. Ille dicitur cor hominum inclinare, & nos ita precamur, vt inclinet corda nostra ad sua verba. Nos non elegimus eum, ipse elegit nos. Non est ex operibus, sed ex vocante. Porrò vocatio Dei non est eiusdem rationis in omnibus. Aliquos vocat eo modo quo apti sunt moueri, aliquos non. Vnde Augustinus libro 1. Quæstionum ad Simplicianum, quæstione secunda, Nemo sequitur nisi quod placet. In facultate autem nostra non est, vt occurrat sensui nostro, vel animo, ita vt placeat. Igitur est Dei. Sed obijciunt, Deus vult omnes saluos fieri, 1. Thim. 2. Quos? pœnitentes, credentes, accedentes ad Euangelium. Quis dat vt accedant? Deus. Si vellet simpliciter omnes saluos fieri, ergo si nolunt ipsi, frustrà vellet Deus: hoc impugnat etiam Augustinus. Concludamus ergo, Quemadmodum non est excusandus Saul à peccato, ea de causa quòd manserit in sua duritie, aut quòd non tantùm ei contigerit quantùm Dauidi: sic non ascribendum aut viribus, aut voluntati, aut præparationibus Dauidis, quod sit conuersus. Præparamus, inquiunt, nos. Quæ sunt præparationes nostræ? Quæcunque ante conuersionem facimus, peccata sunt. Quomodo præparat se Dauid, adulterio ne? Paulus ad persequendum Ecclesiam se præparabat ac reipsa Christianos persequebatur. Deus conseruat, & præparat voluntates nostras, inde discrimen petendum est. Sed redeamus ad Dauidem. *Peccaui Iehouæ.*) Peccarat etiam in homines: attamen dicit se peccasse Domino, quia offendendo homines contra legem Dei. Deum offendit. Coniungere verba hæc possumus cùm illis, quæ in Psalmo 52. ponuntur, Tibi soli peccaui. Non quòd non peccasset in homines: sed superiores non erant, qui possent eum iudicare: In manu tua, inquit, nunc est causa mea. Statum pœnitentis agnoscamus, non

Confessio Dauidis.

Cōfessio peccati non semper ex fide.

Abusus huius confessionis.

Cur reprehensio fructuosa aut infructuosa.

Peccaui domino.

irascitur prophetæ, vt Ieroboamus, qui contra prophetam verbum Dei afferentem, extendit manus, eumque vult capere. Non extenuauit peccatum suum, dicendo: An solus ego sum adulter? Lapsus sum, fateor, hoc humanum est. Non exprobrat Nathani, quod visus sit aliquando mendax. Dixit enim suprà septimo capite: Omne quod est in corde tuo, vade, & fac: quoniam Dominus tecum est: postea secus dixit. Fortasse non ita erit, potuisset dicere: Redibis mox, & meliora afferes. *Etiam Iehoua transtulit peccatum tuum.*) Nathan eum Euangelio consolatur. Christus peccatum tuum transtulit. Hæc est clauis, hic absoluitur verbo Dei. Scriptura docet Deum absoluere pœnitentes, & taliter pœnitentium mortem non velle. Quidam per peccatum pœnam intelligunt, vt dicat: Pœnam, quam tu terre debebas, in familiam transtulit. Accipiunt hoc ex eo, quod dicitur: Non morieris. Satius est pro reatu accipere: peccatum transferre, est auferre. Quod Deus pœnam temporariam auferre velit, non dicitur. Reatus aufertur: in Christum pœnæ translatæ sunt. In eo omnia peccata sublata fuerunt. Additur, *Non morieris.*) Fortasse putauit se iudicio Dei statim occidendum, aut ab hostibus. Non tu morieris, inquit, sed alij, & tu in illis quodammodo morieris. Nam si liberi affliguntur, parentes etiam cruciatus sentiunt. Tria sunt genera mortis. Vnum est naturæ, quando humor radicalis, vt vocant, absumitur; hanc mortem non euasit. Altera mors dicitur violenta & immatura. Ab ista liberatus est, non occisus est ab hoste. Tertia mors est æternæ damnationis: hanc etiam euasit. Hic habemus antithesin Legis & Euangelij. Lex dicebat: Morieris: Euangelium, Non morieris. Pugnant ne hæc? Non: nam est mutatio in homine: dum est in peccato, morietur: dum redit, & credit, non morietur. Contradictoria de eodem oportet dicantur: hoc loco non est idem subiectum. Non tamen hoc dicimus, quasi Euangelium auferat gladium, aut ciuiles pœnas.

Peccatum transferre.

Tria sunt genera mortis.

Pugna Legis & Euangelij.

Verumtamen, quia blasphemando blasphemare fecisti.) Quia tu prouocasti hostes Dei contra eum, patieris prædicta, & vltra illa morietur filius, quem vxor tua Bathsaba peperit. Prouocationem ad blasphemiam, quidam sic intelligunt, quòd factum Dei quidam damnarint, dicentes: An ille Dauid præpositus est Sauli? Hiccine est Rex, quem Deus elegit? Sed verior est interpretatio, vt dicamus, hostes Ammonitas ad blasphemandum prouocatos esse. Cùm superiores essent in pugna, & non tantùm Vrias, sed alij etiam Israelitæ occumberent, insultarunt Deo Israelis. Certè, qui sic peccant, reuocant homines à cultu diuino, & incitant eos, vt insultent Deo. De pœnis præteritis nihil retractat. Vult disciplina extet contra peccata. Redijsti, inquit, in gratiam, ista tamen patieris.

Quæ fuerit prouocatio ad blasphemiam.

Colligunt hinc Papistæ argumentum pro igne purgatorio. Posse fieri dicunt, vt Deus remittat peccata, tamen pœnas in altera vita expiandas relinquat. Dico pœnas vltionis, vnà cum peccato condonari. Quæ autem ferendæ relinquuntur, sunt disciplinæ domus Domini, vt magis ad pœnitentiam reuocemur: grauitatem peccati intelligamus: vtq; alij à peccatis deterreantur. Non sunt pœnæ irati, sed amantis Dei. Præterea cogitandum est, eas in hac vita poni, de altero seculo nulla fit mentio. Nec sunt pœnæ electitiæ aut arbitrij hominum. Componere volunt sacrifici inter Deum & homines. Deus arbitrio suo immittit, quæ electos ferre vult: non vult vt possint indulgentijs redimi.

De purgatorio.

Aliud præterea est expendendum, locum hunc declarare sententiam Ieremiæ: Quacunq; hora ingemuerit peccator, pœnitebit me mali, &c. Non est vniuersalis sententia: etsi pœniteat aliquem peccati, non semper tamen tollit Deus afflictiones temporarias. Dauidem pœnituit, tamen illæ cruces ei euenerunt. Non pugnat secum Deus: sæpe tollit has ærumnas, non semper. Sententia particularis est. Idem fecit erga Moysem & Aaronem, qui nõ ingressi sunt terram promissionis, quàmuis eos pœnituerit.

Pœnitentibus, quomodo tollantur pœnæ.

Filius qui natus est tibi, morietur.) Filius non portabit iniquitatem patris sui, scilicet qui sit innocens: si non innocens fuerit, pœnam suam portat. Deus aliquando parentes in filijs punit: audita enim morte filiorũ, affliguntur patres. Filius pœnam æteram pro patre nunquam fert. Hunc autem filium Dauidis, ex adulterio natum, Deus extinctum voluit, ne insignem locum haberet in Republica Israelis.

DE POENIS ADVLTERII.

De pœnis adulterij quædam hoc loco afferemus, quod nõ immeritò mihi facere posse videor, siquidem ex grauitate pœnarum, pondus peccatorum agnoscimus. Respublicæ præmijs & pœnis continentur. Pœnæ verò grauitati facinorum sunt accommodandæ. Benè scribitur 24. quæst. 1. in capitulo Non afferamus, quæ verba Hieronymo ascribuntur, sed potius Augustini sunt, Quàm graue sit peccatum schismatis, ex pœnis alijs grauibus peccatis irrogatis, ostenditur. Idolatriam

latriam conflati vituli puniebat Deus cæde aliqua: quòd Zedechias librum prophetę exusit, ictus est Deus captiuitate: at schisma aduersus Moysem & Aaronem, grauius puniuit, missus est ignis quo coniuratio Core absumebatur, terra seditiosos absorbuit. Consyderanda itaque est primo loco pœna adulterij, vt grauitatem eius intelligamus. Deinde videbimus an adulter & adultera sint pari modò puniendi: & an ad eadem astringantur: ac vter illorum magis peccet. Tertio loco, quæ mala eueniant ob istas pœnas aut neglectas aut prorsus abolitas. *Partitio huius loci.*

Quod attinet ad primum, quærendum est ex sacris literis, quid deprehendi possit de pœnis adulterij. Deinde ad variarum gentium supplicia enumeranda descendemus. Mox ad leges Romanas, postremò ad Canonicas & Ecclesiasticas veniemus. Quod ad primum attinet, sciendum est diuinas literas nos docere, peccati stipendium esse mortem. Cùm itaque peccatis mors debeatur, illicò vt quis est transgressus, stricto iure occidi posset: at Deus non adeò durus est exactor, concedit aliquod adhuc spacium vitæ, quod tamen gladio magistratuum interdum abrumpitur, si grauia scelera committantur, quæ nullo modò ferri possunt. Alia verò leuiora ferantur, nec fas est peccantes è medio tollere. Porrò an adulterium inter illa censeatur, quibus mors debetur, videndum. Certum est fuisse capitale, vt ex diuinis literis cognoscimus, nec immeritò. Nam ea societas hoc scelere læditur, vnde fons omnium humanarum necessitudinum oritur. In libro Geneseos cùm Abimelechus Rex Gera, vidisset Isaacum familiariùs cùm Rebecca ludentem, agnouit maritum esse, non fratrem, itaque capitale illis fecit, qui illam mulierem attigissent. Proinde videmus ante legem Mosis, ab Ethnico adulterium capitalè constitui. Iosephus in Ægypto cùm insimulatus esset adulterij cùm regina, traditus est præfecto rerum capitalium, & in vincula coniectus. Thamara cùm duo eius viri obijssent, & tertium expectaret, vnde sponsa erat, adulterium commisit, & flammis adiudicatur. Sponsam verò, si violetur, adulterium committere, certum est. Etsi enim non plenum sit coniugium, spes tamen est coniugij, quam non oportet inquinare. Seuerus Imperator id vidit. Lex habetur ad legem Iuliam de adulterio in Digestis, lege Si vxor, parag. Diuus. Deuter. 22. & Leuit. 20. iam lege lata, adulter & adultera iubentur interfici. Quam sententiam Ezechiel. 16. cap. Deus confirmat, vbi dicit, se de Israelitis adulteris supplicium sumpturum. Ioannis 8. capite confirmatur eadem lex. Cùm scribæ & pharisæi ad Christum mulierem in adulterio deprehensam adduxissent, dixerunt, In lege Moses præcepit nobis, vt huiusmodi lapidarentur, &c. Adeò cultor fuit Deus pudicitiæ & castitatis coniugalis, vt suspicionis etiam coniugiorum rationem habere voluerit. Nam in libro Numerorum lex constituitur de Zelotypia. Suspecta de adulterio deducebatur ad sacerdotem, fiebant imprecationes, dabatur ei potio, & statim adultera esset nec ne, deprehendebatur. Et si quis duxisset vxorem, & certis signis deprehendere ac probare potuisset, non esse virginem, sumebatur de ea supplicium. Sponsa in agro oppressa erat, sumebatur pœna capitalis de oppressore: si in ciuitate, etiam de sponsa, Deut. 22. Seueriſsimè ergo actum est. Non tamen priuatis hominibus vltio committebatur: maritus vxorem aut pater filiam non occidebat: sed iudicio agebatur res. Sic in Susanna (quanquam historia apocrypha sit) legimus factum. Nabuchadnezar apud Ieremiam assuit Zedechiam & Achabum, impudicos presbyteros. Ista de diuinis scripturis, præsertim veteris testamenti habemus. *Pœnæ adulterij ex diuinis legibus.* *Ante legem.* *In lege.* *In nouo testamento.* *Zelotypiæ lex.* *Pœna virginis corruptæ.*

Ethnicæ quoque leges non sinebant impunitum hoc malum. Si credimus Straboni lib. 16. Geographiæ, Arabes fecerunt capitale. In Arabia aromatifera idem supplicium adulteris erat constitutum, teste Eusebio de Præparatione Euangelica libro sexto, capite octauo. Ægyptij verò, quemadmodum refert Diodorus Siculus in libro primo suæ Bibliothecæ, truncabant nares mulieris adulteræ, vt facies eius quæ placuerat, deformaretur: mille plagis adulter ferè ad necem verberabatur. Ælianus in varia historia libro decimo tertio scribit, Zaleucum Locrensium legislatorem constituisse, vt adulter ambobus oculis caperetur. Videbatur ea dura lex. Paulò post contigit, vt in adulterio filius eius deprehenderetur, populus remittere ei pœnam voluit, sed pater noluit, vtque lex illa aliquo modo seruaretur, filio oculum vnum, & sibi vnum erui voluit. Fuerunt etiam Laciadæ populi, sic Suidas appellat, alij Placiadas vocant, apud quos pœnis & ignominijs circa pudenda adulteri afficiebantur. Germani verò, si Cornelio Tacito credimus, seueriſsimi vindices fuerunt adulteriorum. Nam adultera deprehensa nuda ponebatur in conspectu cognatorum, præcidebantur ei crines, posteà fustibus per pagum à marito agitabatur. Plutarchus in suis Problematis scribit, Gortinæos deprehensum in adulterio produxisse in publicum & coronasse lana, vt ostenderent mollem & effœminatum esse. Perpetuò deinceps apud eos erat infamis. Cumæi verò adulteram collocabant in foro super lapide infami, ibi à populo ignominia afficiebatur, mox asino imposita, per vrbem vehebatur, posteà diceba- *Variarum gentium supplicia adult.* *Arabum.* *Aegyptiorum.* *Locrensium.* *Laciadarum.* *Germanorum.* *Gortinæorum.* *Cumæorum.*

Crotoniatarũ. tur ignominiæ gratia ἀτίμητος. Saletus qui fuit Crotoniata, scribit Lucianus de illis qui mercede conducti seruiunt, legem tulerat vt adulteri viui comburerentur. Paulò post ipse deprehensus est in adulterio cùm vxore fratris. Habuit orationem cùm accusaretur, qua se ita defendit, vt omnes ad parcendum animos inclinassent: sed ipse cogitans quàm turpe scelus perpetrasset, sponte in flammas insilijt. Ex philosophis autem Plato libro octauo de legibus dicit, Magnum scelus esse adulterium, si maritus eat ad non suam, vel vxor ad non suum, debere semen religiose conseruari, non scortis aut pellicibus committi, qui hoc fecerint, perpetuò inquit, sint infames. Aristoteles septimo libro Politicorum capite penultimo, habet, Si quis cùm alia, aut si quæ cùm alio rem habuerit, id sit in turpissimis rebus: notabant ergo infamia adulteros & adulteras. Diogenes Cynicus alterius fuit sententiæ, accidit enim Dydimum quendam in adulterio deprehendi, ac interrogatus quid fieri de eo deberet: respondit, Ex nomine suo suspendi debet. Ἄρσην enim Græcis sunt testiculi. Apud Athenienses olim fuit adulterium capitale, vt Pausanias in suis Bœoticis habet: citat legem Draconis: licuitq; apud Athenienses adulterum deprehensum ἀτιμητὸν interficere, id quod testatur Lysiæ oratio, in qua de Eratosthenis adulteri nece agitur. Adulteram non statim occidebant: sed loca sacra ei attingere non licebat. Alioqui à quouis omni genere ignominiæ affici poterat, excepto mortis supplicio: non quod misererentur illius, sed vt diutiùs excruciarent. Id quod ex oratione Demosthenis aduersus Neæram (si tamen eius est) colligitur. Polybius histor. lib. 2. Si mœchus interficiatur inquit, esto impune. Ex legibus Græcorum hoc videtur dicere: fuit enim homo Græcus. Quàm commoti fuerint Græci propter adulterium & raptum Helenæ, omnes norunt qui vel primoribus labris poetas gustarunt. Mahumet, quemadmodum apparet ex ipsius legibus, adulteros multis plagis quodammodo confici voluit. Gothi adulteriũ capitale fecerunt, quemadmodum apud Procop. lib. 1. de bello Gothico legitur. Plura de varijs gentibus commemorari possent, sed ijs nunc contenti simus.

Athenienſium.

Græcorum.

Mahumetis.

Gothorum.

Romanæ leges de adulterijs.

Venio ad Romanas leges. Dionysius Halicar. laudat Romulum primum regem Romanorum, quòd suis legibus matrimonia inuiolata voluerit. Attamen quantum reperire licet, adulterium non capitale fecit: diuortium permissum erat causa adulterij. Posteà etiam propter suspicionem adulterij dabatur repudium adulteræ: quod fecit Cæsar, vxorem enim Pompeiam repudiauit, deprehensam cùm Clodio in domo Pontificis: sed posteà iussus contra eam testimonium dicere de adulterio, noluit: interrogatus cur ergo eam repudiasset, respondit domum suam non tantùm à fœditate adulterij, sed etiam suspicione immunem esse debere. Legibus XII. tabularum, mœchus interficiebatur. Sed quòd attinet ad pœnas publicas, videntur sub illis principijs leniores fuisse. Tacitus lib. 2. prodit læsæ maiestatis & adulterij quandam accusatam esse Tiberij Cæsaris tempore, ac de adulterio satis cautum videbatur lege Iulia. At Tiberius (qui circa initia sui imperij mitis fuit) deprecatus est grauiora illa supplicia, ac dixit, more maiorum adultera illa, ducenta millia passuum remoueatur ab vrbe: adultero verò Italiam & Africam interdixit. Apud Liuium lib. 10. traditur, Fabius quidam Gurges, qui censor erat, multas matronas adulterij damnasse, multam fuisse pecuniariã: ex qua pecunia, posteà templum Veneri ædificauit. Ex oratione M. Catonis, quę refertur ab Aulo Gellio libro decimo, & titulũ habet, De dote, intelligi potest, ante legem Iuliam latam, licuisse occidere adulterum & adulteram. Augustinus de Ciuit. Dei lib. 3. cap. 5. dicit, veteres Romanos, virgines Vestales, si pollutæ fuissent, obruisse viuas: non autem adeò seueros fuisse in vindicandis adulterijs. Magis adyta, dicit, idolorum tuebantur, quàm sua coniugia. Nec mirum, quia deos adulteros colebant, Iouem, Martem, Venerem. Post illa tempora lata est lex Iulia, cuius mentio est in Digestis & in Codice. Multi falsò putarunt à Iulio Cæsare latam esse, ab Augusto lata est, qui etiam Iulius dicebatur, eò quòd filius adoptiuus & hæres esset Iulij Cæsaris. Suetonius dicit eum istã legem tulisse: & iustè fecit, nam Iuliam filiam habebat & neptem, libidinosissima monstra, Imperator vomicas suas appellare consueuerat. Cùm legem statuisset, deferebatur iuuenis apud eum adulterij cùm filia sua Iulia, Imperator adeò indignè tulit, vt inuolaret pugnis in eum, iuuenis clamabat, Καίσαρ μάνον ἴδωμαι ἥμιον. Cæsar quia tanquam inconstans redargutus esset, præ tristitia cœnare noluit. Illa lege tùm, cùm prius tempore Catonis licuisset adulteras & adulteros confodere, hæc potestas marito sublata fuit: licuit adulterum tantùm interficere: in Digestis ad legem Iuliam in lege marito: & in Codice eodem titulo, in lege Gracchus. Lego tamen apud Suetonium, Claudium Cæsarem interfecisse Messalinam nomine adulterij: sed quia Imperator erat fecit quod voluit. Licuit marito adulterum occidere, at non simpliciter: sed deprehensum in turpitudine, & in domo sua: nec quemuis, sed plebeium. Si clarus fuisset, cui deberet reuerentiam, non licuit: potuit tamen eum viginti quatuor horis in domo clausum seruare, quoad testes adduceret. Videmus aliquam acceptionem personarum fuisse. Cur facultas marito adempta fuerit oc-

Leges 12 tabularum.

Aliæ leges veteres.

Lex Iulia.

Adulterum an & quomodo interficere licuerit.

occidendi vxorem, ratio assignari potest. Mariti, vxores interdum odio habent, quòd rixosæ vel deformes sint, possent cupere dotem lucrari, & aliam ducere, noluit ergo lex concedere, vt vxor occideretur. Patri tamen adulteræ, licuit vtrunque occidere, & in domo generi, & in domo sua, vt habetur in Digestis ad legem Iuliam. At non licuit ei adulterum occidere, nisi filiam simul quoque occidisset. Ratio hæc fuit, quòd natura docet parentes filias vehementer diligere, vnde probabile est, eum filiam noluisse occidere, nisi deprehensam in adulterio. Seneca prima Declamatione sua, videtur statuere vtrunque licuisse occidere: ponit enim huiuscemodi casum. Miles quidam amiserat in bello manus, is deprehendit vxorem cùm mœcho ἐπ' αὐτοφώρῳ, vocauit filium, vt eos iugularet, filius renuit, pater filium abdicauit, quæritur, an iure hoc fecerit. Sed forte Seneca tempus Catonis respexit. Sin verò maritus iracundia ductus, etiam vxorem adulteram occidisset, Romanis legibus mitiùs puniebatur, quàm si simpliciter fuisset homicida. Non enim incidebat in legem Corneliam de sicarijs, deportabatur, quod habetur in Pandectis ad legem Corneliam de Sicarijs lege 1. & lege 3. Vnde cùm à Canonistis 33. quæstio. 2. capitulo Inter hæc, dicatur, quandoque legibus Roman. licere occidere vxorem in adulterio deprehensam, non autem legibus Ecclesiasticis, intelligere debetis non simpliciter esse verum, sed quia leuis erat pœna, vt cunque dicitur licuisse. Vel fortasis qui eos canones condiderunt, respexerunt ad leges Longobardicas, ex quibus licuit. Addendum, maritum legibus Romanis adulterum occidere potuisse, non tantùm ἐπ' αὐτοφώρῳ, sed etiam extra domum: hoc casu, si suspectus erat, & maritus semel, iterum, tertio, etiam adhibitis testibus dixisset, caueret à colloquio cum vxore: sed si deprehendisset eos in templo vel oratorio familiariùs colloquentes, non licebat episcopo aut defensori ecclesiæ dabantur. Episcopi tamen contenderunt multis modis ne capite plecterentur: nec voluerunt licere eos occidere. Priores illi, studio salutis animorum videntur adducti, ne subito nulla intercedente pœnitentia opprimerentur. Posteriores Canonistæ fouerunt istam rem, fortè quia præ alijs alienarum pudicitiæ insidiabantur. Fuerunt ergò multæ pœnæ adulterij ex ista lege Iulia. Primùm crimen efficiebatur publicum: accusatio admittebatur, non quidem temerè: sed ordine quodam. Vxor non audiebatur si accusasset maritum adulterij: sed ipsa accusabatur: primus locus dabatur marito, secundus patri: accusare etiam poterant fratres & auunculi, posteà etiam extraneis certis temporibus locus dabatur: interueniebat repudium, amittebant dotem & donationem causa nuptiarum: efficiebantur infames adulter & adultera, sed varijs modis: adulter non nisi condemnatus, adultera statim deprehensa. Eratq; peculiare quiddam in ipso crimine, quòd cum accusatore transigi non poterat, quemadmodum patet in Codice de Transactionibus, in lege Transigere. Lex Diocletiani & Maximiani nolebat pacisci: vt data pecunia accusatori, desisteret ab hoc probro, quod in alijs criminibus capitalibus licuit: nempe animam redimere pecunia & quauis alia re. Præterea maritus adulteram non poterat retinere: nec reuocare repudiatam, alioqui crimen lenocinij incurrisset. Adhæc ita conuictam, nemo alius in vxorem ducere potuit. Ad odium istius criminis accessit etiam hoc, quòd non tantùm puniti sunt qui adulterium admiserunt, sed qui fœminam aliquam solicitassent, licet voto potiri non potuissent. In Digestis de Crimine extraordinario, lege prima habetur, quòd puniri debeat extra ordinem solicitator. Præterea milites si conuicti fuissent adulterij soluebantur iuramento militari, & ignominiosè exauthorabantur: testantur Iurisconsulti in Digestis de Re militari. Plinius secundo libro epistolarum sexto, in epistola ad Cornelianum tradit, Traianum statim soluisse iuramento, & turpiter dimisisse militem, propter adulterium. Sed pœnæ istæ quandoque fuerunt remissæ, & ventum erat, vt vulgo diceretur, vt scribit Iuuenalis, Lex Iulia dormis: pro ludibrio habebatur. Contenti aliquando erant ignominia, vt adultera toga virili in publicum produceretur, vnde Martialis: Telim videratin toge spadonem, Damnatam Numa dixit esse mœcham. Romæ ætate Theodosij fuit mos turpior, adultera deprehensa & damnata, ad prostibulum deducebatur, vt scribit Socrates libro historiarum quinto, capite tertio. Theodosius Romam veniens, turpissimum hunc morem sustulit, ne peccata peccatis adderentur. Constantinus Magnus, quemadmodum in lege Iulia de adulterijs habetur, in Codice L. Quamuis adulterij: seueriſsimam pœnam adulterij constituit: adulteros sacrilegos nuptiarum vocat, ideoque indignos putat, qui hanc lucem aspiciant. Tunc recepta est lex illa, quæ durauit ad ætatem Hieronymi, vt habetur in Epistola ad Innocentium de muliere septies icta Vercellis. Sunt qui contendunt adulterium etiam ante Constantinum capitale fuisse Romanis legibus, & adducunt legem cognitu dignam, quæ est Alexandri Seueri filij Mammææ, in Codice ad legem Iuliam de Adulterijs, quæ incipit, Castitati meorum temporum: conuenire dicit vt adulteros coherceat: Si aliqua pœnam capitis quoquo modo euaserit, statuit ne quis eam ducat. Alexan-

Summa legis Iuliæ de adult.

Accusatori in hoc crimine non licebat pacisci.

Solicitatoris pœna.

Militum adul. pœna.

Pœnæ adulterij remissæ.

Lex Constantini.

An adulterium ante Constant. capitale fuerit Romæ.

der tamen ille longo tempore præcesſit Conſtantinum. Quærunt quidam hoc ſuffugium, & dicunt, per pœnam capitis, iuxta antiquas leges deportationem intelligi. Sed parum prodeſt, quia altera eſt lex Diocletiani & Maximiani, qui ante conſtantinum fuerunt: quanquam non diu: De tranſactionibus in Codice, in lege Tranſigere: vbi ſic habetur, De criminibus capitalibus tranſigere nihil prohibet; excepto adulterio. In criminibus capitalibus permittunt leges, vt quis ſanguinem redimat pecunia (ſi opus eſt) ac tranſigat cum accuſatore, vt deſiſtat. Si per caput dicas deportationem intelligi, ſequentia verba prohibent in reliquis, dicit, quæ pœnam ſanguinis non infligunt, non licet tranſigere, tamen communis ſententia Iuriſperitorum eſt, vt non ſit capitale crimen, lege Digeſtorum, ſed lege Codicis, propter illam Conſtantini legem. Quam ſententiam, ſi ſequamur, & dicamus, Legem Iuliam graues pœnas conſtituiſſe, non tamen ſupplicium capitale, monſtrabo in hiſtorijs ſecus actum. Iulius Cæſar libertum chariſtimum habuit, quem cùm deprehendiſſet matronæ equitis cuiuſdam ſtuprum intuliſſe, capitali ſupplicio eum affecit. Opilius Macrinus (vt ſcribit Iulius Capitolinus) adulterum cum adultera, iunctis corporibus igne comburere ſolebat. Aurelianus, vt Vopiſcus teſtatur, militem ſuum, qui vxorem hoſpitis conſtuprauerat, cacuminibus duarum arborum, quas inflexerat, alligauit; quæ, cùm magna vi remitterentur, corpus in duas partes diſcerpſerũt. Auguſtus Proclum libertum ſuum, propter adulterium interfecit. Si igitur Lex Iulia adulteros capitis non damnabat: hinc patet, Imperatores pro ratione circumſtantiarum pœnas augere potuiſſe. Lex illa Conſtantini, quæ pœnam capitalem ſtatuit in adulteros: vt habetur in Authenticis, refertur in Codice ad Legem Iuliam de Adulterijs: & incipit, Sed hodie. Iuſtinianus emolliuit aliquantulum illam ſeueritatem: ſiuit pœnam manere, quoad adulteros: ſed quoad adulteras, aliquid clementius egit: vitam eis permiſit, ſed ita, vt fuſtibus cæſæ, in monaſterium detruderentur. Vnde intra biennium à marito repeti potuit. Si maritus eam non repetebat, vel interea temporis moriebatur, perpetuò ibi manere cogebatur. Poſthæc res adeò contemptim habita eſt, vt adulterium rideretur, & induſtria quodammodo haberetur, alicubi pecuniaria pœna conſtituebatur, qua pauperes quidem coherceri poterant: ſed diuites maiorem peccandi occaſionem habebant. vt cùm lex lata eſſet (quemadmodum eſt apud Gellium) vt numerata certa pecunia, quis alterum percutere poſſet: quidam alicui in via ſibi occurrenti alapam dedit, ac ſeruo, qui ſequebatur, iuſsit, vt certam illam pecuniam iudici numeraret. Qui factum eſt, vt dicant, vilem eſſe hominem, qui petat à prætore ſibi dici ius de Adulterio: quaſi dicant eſt minimi animi, qui adulterum cum adultera non confodit. Sed quamuis fileant leges, tamen iniuſtitia Dei non quieſcit, punit adulteros amentia, furore, & alijs grauiſsimis pœnis: quemadmodum hic in Dauide videmus. Hæc habui de ciuilibus pœnis, quæ ſi certa methodo diſtribuantur: aut erant capitales, ita vt magiſtratus ipſe puniret, aut concedebantur priuatis, nimirum marito & patri adulteræ, aut ſi euadebant pœnam mortis, aliqua infamia notabantur. Infamia aliquando nuda fuit, aliquando externa quædam habuit. Adultera aliquando aſino imponebatur: coronabatur lana. Accedebat aliquando caſtigatio corporis. Fuſtibus vxores cædebantur: truncabantur nares: vel res ſpectabat ad alia, vt ſolum verterent, pecuniam numerarent, dotem amitterent, & repudiarentur, & duci amplius non poſſent.

Lex Conſt. mitigata à Iuſtiniano.

Neglectio harum legum.

Quid improbent patres in legibus ciuilibus.

1. Capitalem pœnam non probant.

Nunc de Eccleſiaſticis pœnis dicemus. Cumq; multa à Patribus & Concilijs dicantur, hac methodo vtemur, vt primùm dicamus, quid Legibus ciuilibus improbarint: deinde, quas pœnas Eccleſiaſticas ipſi adulteris inflixerint. Primùm pœna capitalis non placuit. In Concilio Triburienſi, cap. 46. conſtituitur, vt ſi adultera confugerit ad Eccleſiam, non tradatur marito aut iudici, aut præſidi. Concilium Aurelianenſe primum, quod celebratum eſt ſub Clodoueo, Canone 3. idem ferè habet, vt adulteri tuti ſint, ſi confugiant ad Eccleſiam, nec tradantur. Vel, ſi tradantur, interponant illi, iuramentum non violaturos eſſe. Si verò non ſtetiſſent iuramento, ſed violaſſent, excommunicabantur. Eò tandem ventum eſt, vt Epiſcopi, ne occiderentur, cognitionem eius criminis ad ſuum forum voluerint pertinere. Cauſam eius rei hanc afferunt: Si iſta cognitio permittatur laicis, nimis negligenter acturos eſſe. Quaſi verò ipſi ſint ſeueriſsimi. Quid quæſo in Epiſcopalibus cognitionibus faciunt? pecunia eos mulctant, ſeparant thoro: hinc infinita ſtupra. Ipſi quoque interdum nebulones, abutuntur ſeparatis iſtis vxoribus. Præterea non probant, adulteram vel adulterum occidi vel à marito vel patre. Huius ſententiæ fuit Auguſtinus de adulterinis coniugijs ad Pollentium lib. 2. in multis locis: vult, vt à priuatis illis hominibus, adulteris ignoſcatur. Has rationes affert. Sumus omnes peccatis infecti, opus habemus miſericordia: peccantibus itaque illam debemus impendere: & vſurpat dictũ Chriſti Ioan. 8. cap. Qui veſtrûm immunis eſt à peccato, primus in adulteram illam lapidem iaciat. Qui ſic incipit, cogitet

quicquam peccato sit obnoxius, Remittite, dicit Seruator, & remittetur vobis. Oramus, Remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debentibus nobis. Qua fronte hæc dicere possumus, si adeò crudeliter nos vindicamus? Deus non vult mortem peccatoris, sed vt resipiscat & viuat, cur tu mortem eius vis? Hæ rationes simpliciter non sunt firmæ. Nam si de publicis magistratibus intelligantur, nemo maleficus puniretur: quorsum gestarent gladiũ? De priuatis autem homicidas assentior Augustino, non sumere sibi debere illam facultatẽ, vt adulteram & adulterũ interficiat. Si quis dicat, Leges publicæ armant ibi maritum, nõ est priuatus. Vt cùm iubent militibus repugnent, aut carnificibus vt aliquem è medio tollant: qui priuati sunt, si iussu magistratuum id operata faciunt, non amplius sunt priuati. Licet viatori se defendere contra latrones, si eum adoriantur, si eos occidat, impunè facit: magistratus illum tùm temporis armat, publicũ ius adire non potest. Princeps non vult vt ciuis suus pereat. Respondeo, Leges ciuiles reuera maritũ & patrem adulteræ non armasse: sed tantùm ignouisse dolori ipsorum: non iubent vt hoc fiat: mandant autem militibus & carnificibus: ergo similitudo non est par. Ita etiam respondetur de viatore, qui inuaditur à latronibus. Si se defendat animo occidendi latronem, non absoluitur: at si casu eum interimat, vel vt loquuntur, per accidens, ibi absoluitur: casus nõ est similis: quoniam ille tempus aduocandi magistratus nõ habet, trahere eum in ius non potest. At maritus concludere in domo adulterum potuit, testes aduocare, ac iure cum eo agere. Non probant etiam Ecclesiastici & Canonistæ, vt in accusatione adulterij viri audiantur, & non vxores: nec probarent acceptationẽ personarum vt plebei tantùm, non generosi occidantur. Oppugnant item illam rigiditatem, vt si eua dent adultera vel adulter, reconciliatio fieri non possit. Augustinus libro paulò ante adducto, secus vult. Si pœniteat, inquit, mulierẽ, reconciliatio fiat. Rationes assignat, Deus est imitandus: ecclesia eius sæpè scortatur, quemadmodum scimus factum tempore Iudicum & Regum, tamen per Ieremiã dicit, Vos vxores adulteras non reciperetis, ego secus facio. Idem Oseas nomine Dei condidit. Si contendendum sit exemplis, Dauid hoc fecit. Michol filia Saulis alteri data erat, quod commissum fuit, erat adulterium (non enim repudium interceſſerat) Dauid eam repetijt. Iustiniana quoq; illam duritiem emolliuit. Nam cùm reiecta fuisset adultera in monasterium, maritus eam intra biennium repetere potuit. Sed inquies, dicit Augustinus, est indigna meo coniugio, est impura & polluta. Quid tu dicis impuram, quæ pœnitentiam egit? Per claues regno cœlorum est restituta, & non potest tuo thoro restitui? tibi ne hoc velles fieri? Idem sensit Arelatense Concilium, quod habetur Extra. de Adulterijs, in capite, Si vir sciens. Verba sunt Concilij: Si adulterã pœnituerit, debet vir eam recipere. Glossa dicit, Est ne debitum honestatis an necessitatis? dicit honestatis. Ego infero, si honestatis, quo ad pietatem, est etiam necessitatis. Debemus enim omnia facere quæ sunt honestatis, ad Philippenses quarto capite, Quæcunq; sunt vera, quæcunq; honesta, quæcunq; iusta, hæc cogitate. Ille dicit non esse necessitatis, quia externo iure cogi non potest. Subijcitur, At non sæpè: Glossa, Videtur, inquit, cum Euangelio pugnare, quòd dicit, Septuagies septies: respondet: Potest ignoscere illi quoties voluerit: sed Ecclesia pro ista reconciliatione impetranda se non sæpè interponet: ne videatur fenestram nequitiæ aperire: Ecclesia præterea fictam pœnitentiam fuisse putat, si sæpè hoc fiat: subdit, Fortasis hæc ad terrorem dicuntur. Si verò non pœniteat eam, coniugium manere non debet: videretur enim maritus patronus esse adulterij. Et vt in Concilio Arelatensi dicitur, videretur particeps iniquitatis. Hieronymus scribit in 19. capite Matthæi: Quæ vnam carnem in aliam diuisit, retineri non debet: ne maritus fiat sub maledicto. Qui enim adulteram retinet, fatuus est. Si iniustus est qui innocentem accusat, stultus videtur qui retinet nocentem. Sed ista intelligenda sunt, nisi pœnitentia intercedat. Porrò debet ne maritus accusare vxorem adulteram si dimiserit? Putant aliqui ex charitate accusandam non esse, si resipiscat. Alij verò dicunt crimen non ferendum: priuatosque, magistratus iuuare debere in extirpandis sceleribus. Nec consistere respublicas, nisi crimina puniantur. Dei quoque legem velle, vt malum è medio auferatur. Certum quidem est, si adulterium perseueret, oportere adulterum accusari, vt saltem eo modò emendetur, si priùs adhibita fuerint congrua remedia, vt si per amicos fuerit admonitus. Sed facito, resipiscere partem quæ peccauerat, an adhuc debet accusari? Certè si crimen publicum fuit, & innocens pars, adulteram propter pœnitentiam in gratiam receperit, videtur fouere peccatum. Homines sciunt adulterium, pœnitentiam ignorant: putabunt eum inocinium facere. Si accusârit eam, saltem seipsum purgabit, & non infamabitur. Facito crimen non adeò publicum esse, & partem nocentem pœnitentiam agere: sed concepit & est pariura, si non accuset maritus, hæres erit suppositicius, non licebit eum abdicare, liberis legitimis fiet iniuria. Quid erit agendum? Istis duobus posterioribus casibus, nempe si publicum sit crimen, & conceptus sit fœtus, consilium datur à peritioribus, vt maritus non eat ad magistratum,

Obiectio.

3 & 4. Non probant rationem accusandi: personarum acceptationẽ.

5. De reconciliatione dissentiunt.

An adultera dimissa à marito accusari debeat.

quo petat pœnas sumi de resipiscente, sed vt infamia vitetur, Ecclesiam accedat, rem indicet, vt intelligat peccantem partem pœnitentiam agere. Item si certis personis res indicetur non ad supplicium, sed vt cognoscant fœtum conceptum ex adultero, quem & postea licebat abdicare: subuenitur his malis. Ioseph⁹ cùm virginem Mariam grauidam videret non ex se, perturbatus est, nolebat eam traducere, cùm tamen esset iustus. Ex vna parte videbatur ad iustitiam pertinere, vt eam accusaret, ex altera parte non sine prouidentia Dei turbabatur. Cùm vtrinque premeretur, Deus ei adfuit. Sic etiam faciet pijs in istis casibus, aderit ipsis eosque consolabitur. In istas quæstiones incidimus, quia adulterium non punitur capitali supplicio.

Pœnæ ecclesiasticæ.

Vidimus quæ improbârint patres in ciuilibus legibus, nunc deinceps videamus, quas ecclesiasticas pœnas adulteris infligere consueuerint. Cyprianus lib. 4. epist. 2. ad Antonianum, episcopos fuisse scribit, qui adulteris non dederint pacem, hoc est, ad communionem eos non admiserint, sed perpetuò exclusos voluerint. Alij dabant pacem, sed post aliquod tempus. Cyprianus existimat temperamentum adhibendum, ne prorsus à Christo excludantur, & omnem amorem religionis abijciant. Probandam item dicit illorum pœnitentiam aliquanto tempore, spacium non definit. Ancyrana synodus 19. cap. septennium definiuit. Quod temporis spacium Eliberinum concilium contraxit ad quinquennium. Ex quibus videre licet, rem arbitrariam fuisse præsulibus ecclesiarum Concilium Neocæsariense de clericis statuit: si vxor clerici lapsa fuerit in adulterium, datur optio vt eam statim repudiet, vel à ministerio discedat. Non videtur reconciliationem admittere in clericis. Causa videtur, quòd ministri familiâ oportet bene audire. Deinde adiecerunt, laicum cuius vxor lapsa erat in adulterium, non ordinandum ad ministerium. Puto hanc fuisse causam, quòd prius domui suæ bene præfuisse debuit: suspicio autem erat negligentiæ, quòd vxor adulterium incurrit. Si clericus vxorem lapsam in adulterium non reiecisset, concilium Eliberinum non dabat illi pacem aut communionem, vel in fine vitæ. Concilium Toletanum secus decreuit quemadmodũ habetur in decretis 32. q. 6. cap. Placuit: vt clericus cuius vxor lapsa erat in adulterium, eam domi, sed vinctam tenere posset, iciunio salutari, non autem lethali vsque ad aliquot annos. In Decretis 81. dist. cap. Romanus, cap. Presbyter, cap. Diaconus: ministri delicti prorsus à ministerio remouentur. Et Eliberinum Concilium, Episcopis, Presbyteris aut Diaconis lapsis in adulterium, pacem nec in fine dabat. Item communibus hominibus, qui nõ semel, sed iterum, tertium, lapsi essent in adulterium.

Canonica purgatio.

Inuenerunt & aliud remedij genus, sed in suspicionem id habetur Extra. de iudicijs in cap. Significasti. Si suspectus esset minister de adulterio, nec crimen probari posset, canonicam purgationem adhibuerunt. Nempe vt inueniret quinq; alios presbyteros qui sacramento contenderent, se nõ posse hoc credere de illo: sed oportebat esse tales, quod crederent non velle peierare. Adhibuerunt etiam aliud, ne adulter contraheret matrimonium cum adultera, si mortuus fuisset prior coniunx. Sed hoc intellexerunt, si contraxissent superstite altero coniuge: aut mortem coniugis machinati fuissent.

De cõstitutione Iustiniani.

Superest vt de Constitutione Iustiniani referam quid videatur. Quò ad id, vt mulier in monasterium cæsa detruderetur, non autem plecteretur capite vt vir adulter, nescio qua ratione probari possit. Vtriusque enim viri quàm mulieris crimen est idem, cur est dispar pœna? Peccatum mulieris non minus fœdat familiam, quàm viri, imò grauius. Dicetur fortè, infirma est. At si ratio illa valere debet, nulla mulier supplicio capitis afficietur. Pace igitur illius viri dixerim, inæqualitas pœnæ vix probari potest. Sed puto illum ista fecisse in gratiã Episcoporũ. Reprehenditur præterea in eo quòd statuit, si maritus vxorẽ biennio non repetierit, aut ipse moriatur, perpetuo in monasterio esse cogatur absq; spe matrimonij. Id certè aduersatur sacris literis, quid si sit incontinens, vt specimẽ dedit crimine adulterij? Si magistratus malefico concedit vitã, debet illa eriã concedere quæ ad sanctam vitã faciant. Alioqui quid prodest illum dimisisse, nisi vt fiat deterior? Dixi quid mihi videatur de sententia Iustiniani.

Nunc veniendum est ad alteram quæstionem, an vir & mulier in adulterij causa peccent æquæ grauiter, & ad easdem pœnas adigendi sint, ita vt omnia vtrinque sint paria. Non est ita visum permultis, & quidem variis rationibus. Voluerunt grauiorem esse causam fœminarum quàm virorum. Adducuntur verò ijs de causis, quòd animaduerterunt leges ciuiles, maritis contra vxorem, vel patris contra filiam accusationem admittere, mulieris non: etsi deprehendat maritum in turpitudine, & testes habeat, vt habetur in Codice ad legem Iuliam de Adulterijs, lege 1. ergo pro graviore habuerunt. Ponderant etiam illud, quòd mulier deprehensa statim fit infamis, vir oportet prius accusetur & damnetur, priusquam infamiam incurrat. Tertiò licuisse quando maritis vxores deprehensas interficere, ante legem Iuliam, vt Cato testatus est. (hoc loco supra citato.) Ius est, inquit, deprehensam occidere, illi non licet vel digito te attingere, si videris adulterantem. Huc alluſit Plautus in Mercatore: Enimuero nimis dura lege hic agunt mulieres.

Adulterio fœminas grauiùs peccare, quàm viros.

1.
2.
3.

Vt Plu-

vt Plutarchus in vita Romuli refert, licuit marito vxori adulteræ repudium dare, non autem è 4.
contra. Quæ lex etiam videtur Constantino placuisse. Is, vt habetur in Codice Theodosiano de adulterijs, in cap. Placuit, inquit, Det repudiũ maritus vxori adulteræ, illa verò nõ det marito, etsi fuerit mulierc ularius: vtitur enim hac voce. Disparitatem quoque in eo considerant, quòd 5.
mulier, si admiscuerit se alicui seruo alieno, efficitur ancilla. At non id traditur de viris, si peccent
in ancillas. Adhæc libidinem semper in mulieribus fœdiorem habitam: ergo in hoc crimine 6.
magis esse grauandas. Opinantur præterea, virum, quantumuis in matrimonio agentem, si cum 7.
alijs mulieribus, vt vocant, solutis, rem habeat, adulterium non committere. Cùm è diuerso mulier nupta, cum nullo possit rem habere, quin adulterium incurrat. Referunt & illud, quod Suetonius tradit in vita Vespasiani, authorem fuisse senatui, vt decerneret, mulierem liberam, quæ se constitueret seruis, in seruitutem vt redigeretur, non autem de maribus hoc statuit. Sed hoc cum
eiusmodi argumento idem est. Aliud argumentum desumitur ex Orficiano ex Codice in lege Illu- 8.
dere, longè fœdius esse, mulierem suscipere liberos naturales, hoc est, ex non legitimo, quàm sit vi
ro habere naturales. Adducitur Ecclesiasticus, qui capite 7. 24. 26. multa memorat de custodia, 9.
quam pater filiabus debet impendere, vt earum castitatem conseruet, de maribus liberis nihil at-
tingitur. Spectant enim id, quòd vxor deprehensa in adulterio, amittit dotem & donationem 10.
factam propter nuptias: adultero nihil infligitur. Habetur Extra. de donationibus inter virum &
vxorem cap. Plerunque. Ad extremum Eua & Adamus in eodem genere peccati deprehensi, 11.
non eandem punitionem habent. Eua grauiùs punitur.

E diuerso videntur graues causæ, quæ suadeant secus. Prima, imperfectior & debilior est mu- *Viros adulte-*
lier, deficit mente & iudicio. Ista videntur facere ad culpam imminuendam, & rationem sexus ha- *rio grauius*
bendam in infligendis pœnis, multę leges suadent: aliquas commemorabo. In Digestis ad legem *peccare fœ-*
Iuliam peculatus, ratio sexus in punitione habenda esse dicitur. Lex incipit, Sacrilegij pœnã. Item *minis.*
ad legem Iuliam de adulterijs, lege, Si adulterũ, parag. fratres, & parag. incestam. volunt, diuersam
esse rationem sexus, quòd illæ non coguntur tenere iura: falluntur interdum, putant licere, quod
non licet. Leges quoq; Ecclesiasticæ statuunt, vt ratio sexus habeatur. Extra. de Homicidio in cap.
Si dignum: in Codice ad legem Iuliam maiestatis, lege Qui: squis, para. filias: cũ filiabus coniurato-
rum mitius agitur, quàm cum filijs. In Decret. 32. Quæst. 6. cap. Indignatur: ratio habetur fœmina- 2.
rum, in hac eadem causa adulterij. Sunt etiam in eadem sententia dicta clarissimorũ virorum. 3.
Augustinus de adulterinis coniugijs ad Pollentium, citat rescriptum Antonini Pij, quod habetur
in codice Gregoriano. Id periniquũ esse, vt viri exigant à mulieribus fidem, quam illi præstare no
luunt. In Digestis de adulterio, in lege, Si vxor, in parag. si iudex, mandatur, vt si iudex cognoscit 4.
de adulterio, videat an maritus castè vixerit. Eleuatur ergo crimen mulieris, quòd ipsi viri causæ
sint impudicitiæ ipsarum, malè viuendo. Vnde Seneca ad Lucillum epist. 94. dicit, iniustissi- 5.
mum esse, quòd viri exigant fidem à mulieribus, cùm ipsi sint corruptores alienarum vxorum.
Hinc Augustinus id tacuit, qui dicebat, virum nomen habere à virtute. Ideoq; vxori omnibus 6.
virtutibus, etiam castitate antecellere debere. In libello de decem chordis (& habetur 32. quæst. 7.
5. in cap. non mœchaberis) vir est caput vxoris. Si caput labatur in adulterium, & vxor casta sit,
est homo inuersus, caput est infra pedes. Sæpe fit, vt vxoris adulteria, mœchantis mariti sint 8.
ultiones. De Clitemnestra dicitur, quòd Ægysto sui corporis potestatem fecerit: quia Agamem-
nonem Chryseida audierat sibi prætulisse. Talem pœnam iudicio diuino infligi, Iobus videtur in-
dicasse, qui 31. cap. ait: Si seductum est cor meum super muliere, & ad ostium proximi mei in-
sidias posui, molat alteri vxor mea, & super ea incuruent se alij. Sunt ergo rationes ad vtram- *Quæstionis*
que partem. Quid dicendum erit? Si Theologis scholasticis credamus, distinctio est adhibenda, *explicatio.*
quam commemorant in 4. libro Sen. distinct. 35. Si fides coniugij attendatur, vtrinque par est
peccatum, vterque alteri obstringitur: siue illa admiscat alienam carnem, siue vir adulterium
committit. Si conditio personæ attenditur: quoniam vir perfectior est, firmiùs habet iudicium, &
vxori præluceret debet, grauiùs peccat. Sin verò attendamus confusionem rerum, supposititios
hæredes, ignominiam, quæ familiæ infertur, mulier præ viro grauatur. Quod verò attinet ad ius
ipsum coniugale, rectè dicunt, par esse vinculum, vtrinq; peccari: ad par redigi debent. Parita-
tem probamus ex sacris literis, Vni Adamõ vnam Euam dedit Dominus, & vni Euæ vnum Ada-
mum, & dixit, erunt duo in carnem vnam. Paulus quando ista tractat 1. Cor. 7. Vxor proprij cor-
poris potestatem non habet, inquit, sed maritus: & è diuerso: par vtrinq; facit hoc ius. Neq; de
vno dicit, vt debitam beneuolentiam reddat, sed vtrinq;. Quòd si visum fuerit secubare propter
orationem, vult vt ex communi consensu fiat. In causa religionis, si nolint cohabitare, vterque
coniunx liberatur. De marito infideli ibi etiam dicitur. Lex Dei iubet, vt vterque tam adulter

quàm adultera interficiantur. Cùm ergo hanc paritatem faciat, nos quoq; deberemus illa sequi.

Responsio ad arg. contraria.

Nunc superest vt argumenta dissoluamus. Dicebatur mulierem non audiendam. Hæc lex ciuilis est, repudiatur ab ecclesiasticis, & iure quidem. Scripsit Hieronymus in epistola ad Oceanum, de obitu Fabiolæ pulcherrimam sententiam. Quæ præcipiuntur viris in sacris literis, in mulieres redundant. Vnde si licet viro diuertere ab vxore causa adulterij, licet etiam vxori: apud nos est vtrinque idem ius, & eadem seruitus: corrigendo quodammodo ciuiles leges. Vtraque pars audiri debet. De infamia item est humanum statutum. Sicut laus virtutum alienarum celebratio dicitur: ita infamia est aliena vituperare, & potest fieri vt de mulieribus plus loquantur, quàm de viris, sed quo ad Deum fama ista nihil habet momenti. Propter damnum quod dant & quia confundunt familias, plus loquuntur de illis. Quo ad illud, quòd viris licuerit vxores occidere, non contra: respondeo, Si licuit, non benè licuit secundum patres. Addo non mirum, mulieribus non licuisse. Non enim illæ tractant arma: sed subijciuntur viris. Quo ad ista est aliqua disparitas. De repudio autem quod à viro mulieri dabatur, dico, fuisse hominum decretum, vt Hieronymus in adducta iam sententia citat: vtrinque par est arbitrium & potestas. Sanè Theodosius, vt in Codice de repudijs, in lege Consensus habetur, dat facultatem vxoribus repudiandi viros: & multas causas recenset. Locus præclarus est hac de re in Decretis 32. quæst. 5. in cap. Christiana religio, vbi scribitur adulterium in vtroque sexu pari ratione damnari. Et quoniam offendebantur nonnulli, quòd sæpiùs viderent viros repudiare vxores, & vxores excommunicari sæpiùs ob adulteria, quàm viros, respondetur, causam non esse, quòd peccatum sit leuiùs in viro, quàm in muliere, sed quòd viri liberiùs agerent contra mulierem. Ideoque cùm ecclesia non iudicet nisi de rebus manifestis, fieri, vt sæpiùs mulieres quàm viri deprehendantur excommunicari, aut repudium pati. Scimus item in veteri lege licuisse viris libellum repudij mulieribus dare, at non contrà id licuit mulieribus. Ergo videtur Deus aliquid magis tribuisse viris? Respondeo, causam esse expendendam, propter quàm Deus hoc voluerit, vt daretur libellus repudij. Facilè erat, vt viri occiderent vxores, cùm non possent eas à se alienare: sed id minus erat metuendum de mulieribus, quia hoc rariùs euenit. Aliud argumentum erat, cautum esse legibus, vt si mulier coniungatur seruo alieno, & se commiscat illi turpiter, in seruitutem redigatur, at non ita agatur cum viris, vt serui fiant, sicut Vespasianus Romano senatui persuasit, authore Suetonio. Sed respondetur, viros hoc decreuisse, quod si mulieres fuissent decreturæ, aliter statuissent. Præterea constat Platonem 2. de legibus, eodem loco habuisse illos qui miscerentur cum ancillis, & mulieres quæ idem faeerent cum seruis. Adhæc qui volunt facere discrimen, incidunt in illud Pauli: In quo alterum iudicas, teipsum condemnas: eadem enim facis, quæ iudicas. Sed addebatur libidinem semper habitam fœdiorem in mulieribus: quàm in viris. A quibus habita est? A viris. Sed si respiciamus voluntatem & præceptum Dei, an dicemus ita esse? Certè vir & mulier sunt ex eadem massa. Deinde mulieres sunt imperfectiores, & minoris iudicij, viri est eas ducere, & præesse, cur erit magis fœda libido in muliere, quàm in viro? Nisi fortasse id respiciamus, quod mulieres fœditatem habent apertiorem, fiunt grauidæ, res apparet, constat magis de illis, legem tamen & Dei mandatum, si spectemus, perinde est. At dicunt, opinantur vulgo homines, cùm vir iunctus matrimonio rem habet cùm muliere soluta & libera, non committere adulterium, at mulier semper cùm commiscetur alteri, adultera habetur, si sit in matrimonio. Igitur est discrimen. Vt hoc argumentum diluatur, multa sunt dicenda. Primum, si quæramus *ἐτυμον* adulterij. Vox ea significat alterius adire totum. Vnde quocunque modò id fiat, siue sit vir, siue mulier, perinde est. Scio quidem ciuiles leges hoc statuisse, ac sensisse, vt adulterium sit, quando res habetur cum nupta. Nam si ea mulier fuerit vidua, aut virgo, dicunt stuprum esse, adulterium verò tantùm, si cum ea quæ nupta fuerit, res habeatur. Hoc Iurisperiti volunt, quemadmodũ patet ad legem Iuliam de Adulterijs in l. qui incipit, Inter liberas personas. Vnde Azo satis nobilis Iurisperitus, definiuit adulterium quod esset concubitus cum vxore, vel cum sponsa aliena: idq; si propriè loqui velimus: (quod addo, quoniam Hieronymus scribit in 2. contra Iouinianum, circa finẽ, Pythagorici Xysti sententiam, quòd maritus cum vxore sua, si nimis ardenter agat, adulterium committat, sed hoc non est proprium) Violatio verò concubinarum, aut ancillarum, quæ sunt coniunctæ matrimonio cum seruis, non habetur pro adulterio: peccatum quidem erat, & dabatur actio, vel legis Aquiliæ, vel iniuriarum, aut de seruo corrupto, non autem de adulterio. Sed nobis ex diuinis literis aliter iudicandum est. Non benè definierunt Iurisconsulti (pace eorum dixerim) matrimonium. Chrysostomus hoc animaduertit, qui in epistola ad Thessalonicens. sic scribit: Romanæ leges, mulieres deprehensas in adulterio puniunt, at viros non puniunt, sed Deus puniet eos, quoniam reuera est adulterium. Augustinus in libro de Fide, & Operibus, capite 18. dicit, Adulteros esse, qui alienas

Adulterij etymon.

Adulterium quid sit.

vxores

uxores pro suis habet, vel quæ alienos. Vnde mulier soluta, quæ nubitur viro alieno, pro suo, commit adulterium. Idem Augustinus de Bono Coniugali contra Iouinianum, cap. 4. scribit, Adulterium esse violationem fidei coniugalis. Cùm ergo vir ad alienam accedit vxorem, siue sit libera, siue sit coniuncta, adulteriũ committitur ab eo qui est maritus. Et paulò post, inquit, Adulterium est, quando cùm alio vel alia concumbitur, contra pactum coniugale. Quoties ergo fit contra huiusmodi pactum, adulterium est, teste Augustino. Si meo iudicio definiendum esset, ita dicerem, Adulterium esse actionẽ Veneream, qua res habetur cum ea carne, quæ non sibi, sed alteri astricta est iure coniugali. Videamus iam partes definitionis. Actio est genus. Quoniam autem varię sunt actiones hominum, differentia additur Venerea. Rursus alia differentia, qua res habetur cum carne, quæ fide coniugali obstricta est alteri. Cur dicitur, Non sibi, sed alteri? Vt intelligamus in veteri, non fuisse verè adulterium. Nam vna ex vxoribus, quando iungebatur cum marito, tum ea carne iungebatur, quæ erat obstricta alteri etiam mulieri Ideò dicitur, quę non sibi sed alteri, iuncta est fide coniugali. Adhæc, si subtiliùs velimus excutere, particula illa, Res habetur vel actu, vel cogitatione potest, intelligi. Nam, Christus inquit, qui aspexerit alienã vxorẽ ad concupiscendũ eam, iam mœchatus est in corde suo. Sed hìc agitur de adulterio, quod erumpit in actum, non quod adhuc in corde est. Dicebatur deinde turpius esse fœminis habere liberos naturales, quam sit viris. Id quoq; ab humana ratione profectum est. Turpitudo est hinc, & inde, sed forsitan magis apparet in mulieribus, quàm in viris. Loca illa Ecclesiastici, quæ vrgent parentes, vt cu- 9.
stodiant filias, vel corpora filiarũ suarum, non huc spectant. Sed magis considerat sapiens, quòd si corrumpantur filiæ, sint magnum daturæ damnum & ignominiam in domo paterna, accusatur pater negligentiæ. Sed mares quoq; sunt benè educandi, at in isto crimine fœditas rei alibi apparet, non in domo paterna. Sed hæc non perficiuntur, quin peccetur vtrinq;. Aliud argumentum. Sed 10.
vxores amittunt dotem, adulteri verò non ita puniuntur. Id falsum est. Quemadmodũ enim si culpa mulieris soluatur matrimonium, amittit dotem, & donationes factas nuptiarum causa, ita si viri culpa sit, amittit dotem ipsam, & donationes, & oportet vt reddat ei. Sed nonnihil de Adamo, 11.
& Eua dicebatur, quòd in crimine pari fuerint, tamen grauiùs punita est Eua, quàm Adamus. Hic alterutrum duorum est dicendum, vel quòd non sit peccatum, vel quòd non fuerit grauior pœna Euæ. Excusatur à nonnullis, viri pœnam fuisse grauiorem. Dicitur enim, Terra maledicta est propter te, in dolore comedes ex ea: spinam atque tribulum producet tibi, & herbam agri comedes. In sudore vultus tui vescēris pane tuo, &c. Ista mala erant perpetua homini, oportebat, vt laboraret, & magno sudore & labore comederet, & terra non dabat ei fructum expectatum. Mulieres videntur leuiùs puniri, tantùm dolores partus & conceptus eis infliguntur, at illi non sunt perpetui: virorum verò labores semper durant. Deinde vir non sibi tantùm, sed etiam vxori, liberis, & toti familiæ debet prospicere. Quòd si dixeris, vxor subijcitur viro, & sub dominatu eius esse debet, hoc non est tanti, quia ex ipsa constitutione est inferior viro. Itaque hoc pacto posset negari mulierem grauiùs punitam viro. Sed si vellemus hoc dare, possemus etiam ex altera parte dicere, peccatum in muliere fuisse aliquanto grauiùs: nempe, quod illa seducta fuerit à diabolo, & ita seducta, vt crediderit se futuram æqualem Deo, & hoc etiam expetierit. Adamus verò id non credidit, quia videbat id fieri non posse, & idcircò dicit Apostolus eum non fuisse seductum, sed comedit tantùm, vt morem gereret vxori, & prætulit vxorem Deo. Non est ergò eo genere seductionis deceptus. Deinde mulier non tantùm peccauit, sed induxit etiam virum ad peccandum. Releuatur tamen ex altera parte nonnihil, quòd fuerit imperfectior, & seducta fuerit, sed tamen si qua sit grauitas maior, illa est expendenda. Hæc est sententia magistri Sentent. in 2. distinct. 12. & adducit multa loca Augustini. Sed ego quod ad me attinet, dicerem virum grauiùs peccasse, & fuisse grauiùs punitum propter perfectionem & excellentiam. Itaque nihil hoc ad rem facit. Aut erat æqualis pœna, aut circunstantiæ non erant vtrinque æquè graues ad aggrauandum. Circumstantiæ erant multæ, aliæ in Adamo, aliæ in Eua grauiores.

Definitio alia adulterij.

Adducebatur etiam à contraria parte mulierum peccatum leuiùs esse, nam rationem habendam esse sexus. Est quidem id concedendum. Sed perscrutanda causa est, cur illæ leges parcant sexui. Adfertur autem ab ipsis legibus causa, quòd mulieres nõ adigantur ad cognitionem omnium legum, & iuris, ideoque faciliùs errare possunt, & errori attribuitur aliqua leuatio. Sed iste error non habet hìc locum. Nulla enim est tàm stulta mulier, quæ nesciat fidem esse seruandam marito suo. Sed in incestu quandoque, ignouerunt magis mulieribus, quàm viris, quia nesciuerunt gradus illos, quibus liceret, aut non liceret coniungi: & ideò non ita grauiter puniebantur. Quòd verò adducebatur, per adulteria mulierum, sæpè puniri adulteria virorum, vt dictum est de Agamemnone, & Clytemnestra. Respondemus tales vltiones non esse concedendas, pugnare enim

Ratio sexus cur habenda.

Adulterijs mulierum an virorum adult. puniendis.

cum verbo Dei, & ideò non probamus tales formas vlciscendi. Verum quidem est, peccata peccatis puniri, & qui fidem non seruat, non debere eam expectare ab altero. Sed hoc fit prouidentia & ordine Dei. Nemini licet malũ facere, eo quòd alter peccauerit, sic enim malum progrederetur in infinitum. Quòd parcatur nonnihil mulieribus in crimine læsæ maiestatis, non est mirum. Quare enim filij coniuratorum, qui peccarunt in maiestatem ita puniantur, ratio redditur, ne, si retinent vires & facultates parentum, possint imitari peccatum eorum, aut vlcisci eorum mortem. In filiabus verò hoc non est timendum. Ideò tamen non concluditur differentiam esse, quoad crimina. In summa, ego probo satis illam distinctionem scholasticorum, vt si consideretur fides coniugalis, par sit delictũ in adultero, & adultera. Si status consideretur, vir grauiùs peccat: si damnum spectetur, quod datur familiæ, mulier grauanda est. Virum autem, quod ad statum, & gradum attinet, grauiùs peccare, ostendit, non tantùm id, quòd sit maioris iudicij, sed possumus etiam ex hac historia cognoscere, non mittitur Nathan ad Bathsabam, sed ad Dauidem.

Pœnam capitalem non rectè esse intermissã.

Atque hæc quidem de secunda quæstione. nunc de tertia, nempe quid constituendum sit de istis pœnis intermissis. Equidem si debeam libere dicere quod sentio, parùm videtur ordine agi, quod pœna capitalis non sit in vsu, quoniam ea consentit cum verbo Dei & legibus diuinis, 1. quod nobis maximi momenti esse debet. Deus constituit in Leuit. & Deuteronom. vt adulter & 2. adultera interficerentur. Secundo, id probo ex ordine ipso mandatorum Dei. Proponamus oculos Decalogum. De colendo vero Deo, pertinet ad primum mandatum, erat capitale, si quis secus fecisset. De nomine Dei non accipiendo in vanum, dicitur: si quis fuerit blasphemus, morte moriatur. De sanctificatione sabbathi, vir qui colligit ligna in die sabbathi iussus est interfici. De 5 præcepto statuitur, vt si quis esset rebellis in parentes, adduceretur ad iudices, & occideretur. De 6. præcepto, qui interficit alterum, pereat, abripiatur etiam ab altari. Sequitur adulterium, ibi gladius sistit suam actionem, neque progreditur vlterius. De furto non est capitalis pœna, neque de falso testimonio. Concupiscentiæ etiam non habet pœnam sanguinis. Cùm talis sit ordo, 3. velim scire, quare inuertant nostri hunc ordinem? Sed dicunt. Furibus magis perturbatur Respublica, quàm adulteris, oportet enim habere rationem boni publici. Sed ego nego fures magis perturbare Rempublicam. Si noctu grassentur & insidientur vitæ hominum, facilè concesserim, sed simpliciter de furto non ita dixerim. Certè si rectum sit iudicium, quis nolit perinde aliquid amittere rerum & facultatum, quàm violari vxorem suam? Sed hodiè ea est insita hominibus auaritia, vt pluris fiant pecuniæ, quàm honestas vxorum. Dico igitur iniuriam aliquam fieri furibus, cùm ipsi suspenduntur, & adulteri, qui peccant grauiùs, relinquuntur viui. Quarta ratio est, 4. quòd mittendo viuos adulteros, implicent nos quæstionibus inextricabilibus. Primùm, inducitur diuortium à Papistis, à toro, sed non à vinculo coniugij. Deinde disputatur an innocens pars possit contrahere matrimonium viuo altero. Et controuersia est, an adultera, cui relinquitur vita, possit rursus contrahere cum alio. Disputatur præterea de reconciliatione inter adulteros, & ista facilitate implentur ciuitates adulterijs, & spurcitie. Volantq; homines clementiores esse quodammodo ipso Deo.

De historia adulteræ Ioan. 8

Obijcitur quòd Christus adulteram non fuerit lapidare, Ioan. 8. Vnde colligunt Damianus in statu Euangelij hoc noluisse fieri, ideoque hodie parci adulteris. Iosephum etiam aiunt huius criminis peractum reum, non fuisse occisum. Respondendum est ad hæc duo. Principio non latet me, historiam illam Ioannis 8. cap. repudiatam fuisse à nonnullis, quòd visa fuerit potiùs assuta, quàm conscriptã à Ioanne. Hierony. lib. 2. aduersus Pelag. de hac re scribit. Attingit idem Eusebius Cæsarien. libro 3. qui ait existimari desumptam ex Euangelio Nazaræorum. Augustinus 2. lib. de adulterinis coniugijs ad Pollentium, arbitratur historiam reuera Ioannis fuisse: sed curatum à crudelibus maritis vt expungeretur, quò vxores adulteræ occiderentur. Hinc factum vt in quibusdam exemplaribus legatur, in quibusdam non. Quàm hoc sit verisimile, alij iudicent: quicquid sit, an sit vel fuerit Ioannis nec ne, parum refert. Quia nihil continet contra sententiam quam proposui: quod ostendam aliquanto fusiùs. Cogitare debetis apud vos, Pharisæos non adduxisse adulteram ad Christum tanquam ad iudicem, aut regem. Quis talem nunquam eum agnouerunt: neq; Christus tale munus vnquã sibi vsurpauit, subduxit se cùm regẽ creare vellent: nec voluit diuidere hæreditatem, & pronunciauit regnum suum ex hoc mundo non esse. Cur igitur adducunt? vt captione illum tentarent, & vt dicitur, medium tenerent. Commendabatur vulgo clementiæ nomine, amabatur à plebe. Tùm isti cogitabant intra se: si dixerit illam occidendam, cadet ista gratia populi, qui rigorem legis reuocare velit. Sin dicat dimittendã, repugnabit legibus Mosis, imò ipsius Dei. At Christus illorum vafritiẽ optimè repressit. Neutrũ fecit illorũ quos astutos sperabant: interim officio suo egregiè functus est. Non erat politicus magistratus, sed minister eo-

per Ecclesiam: eius erat Euangelium prædicare & pœnitentiam: vtrunq; fecit. Quòd ad Pharisæos dixit, Qui vestrum immunis est à peccato, primus in illam lapidem iaciat. Non dixit non occidamus, sed videte, quid ipsi egeritis & resipiscite. Hoc etiam admonendi sunt iudices, né in quo alios damnant, ipsi rei sint. Sed propterea non dicitur, Si vos peccastis, alijs parcite. Nam dupliciter peccarant: cùm quia ipsi sceleribus essent obnoxij, tùm quòd alios ijsdem obnoxios non punirent. Hoc monuit quod ad se pertinebat. Idem postea egit cum muliere, Vade, inquiens, & posthac ne peccaueris. Absoluit ergo eam? dixit enim, Quoniam nemo te condemnauit, nec ego te condemno. Vidit animum eius pœnitentem. Quo genere absolutionis eam absoluit? non à supplicio capitis permisit hoc Reipublicæ. At non accusauit eam. Non potuit Christus. Non hoc quidem homine, quòd erat minister Ecclesiæ: sed quia non viderat, non deprehenderat eam, testis esse non poterat: neq; ad id venerat in hunc mundum. Cæterùm dicet quispiam, illa tamen propter verba Christi euasit: hoc per accidens fit: Christus aliud agebat. Scribarum hæc culpa fuit, qui sermonem Christi de pœnitentia ferre non poterant, singulatim alius post alium exibant, & eam ibi relinquebant. Nec valet ista consequutio. Christus primo suo aduentu non damnauit adulteram, ergo non punit adulteria. Sæpè punit, cùm gladius magistratus cessat, fungitur & fungeretur suo officio. Nec bona est ratio: Ecclesia non habet gladium: non punit adulteria capitali supplicio, ergo nec politicus magistratus debet id facere. Ecclesia magistratum ciuilem non impedit, quin suum faciat officium. De Ioseph̃o leuiùs allatum est argumentum. Nam certè præfecto rerum capitalium traditus est. Crimen igitur erat capitale: neci dabantur qui in illo carcere erant, vt pistor ille: cognitio autem causæ Ioseph̃i fuit extracta. Adhæc non accusabatur quòd adulterium commisisset, sed quòd voluisset. Et ista sint satis de ijs obiectionibus. *De Ioseph̃o.*

Nunc concludo, me non id agere, vt conuellam magistratuum authoritatem, scio crimina esse punienda, hoc esse constitutum lege diuina, modum verò committi magistratibus: nec vigere oportet easdem leges. Noui etiam illas leges ciuiles traditas per Moysem, non magis nos astringere quàm ceremoniales. Ceremoniæ manserunt vsque ad aduentum Christi. Ciuiles suum vsum habuerunt, quàm diu manebat illa Respublica: conueniebant illi populo. Attamen audeo dicere, congruum esse, vt iustitia quæ conspicitur in illis legibus, non negligatur: sed vt res vtiles magistratibus accipiatur. Quoad pœnas Ecclesiasticas, censeo curandum vt adulteri qui sunt conuicti nec pœnitentiã agunt, ita tractentur vt saltem in Ecclesia non ita impunè versentur, vt participent sacramentis: nam crimen grauissimum est: vulnerant conscientiam piorum. Quàm autem graue sit, in lapsi Dauidis spectaculo proponitur. Sed quæ causa est, quod Dauid non fit damnatus? Non tribunal altius suo habuit: Deum supra se habuit, qui vitam ei donauit, sed plenam multis crucibus, vt potiùs ad miserias, quàm ad viuendum feliciter, seruatus videretur. *Concluſio huius loci.* *Quære Dauid non ſit damnatus.*

15 *Posthæc abijt Nathan in domum suam: percussit autem Iehouah puerum quem peperat vxor Vrijah Dauidi, & ægrotauit.*

16 *Et rogauit Dauid Deum, pro puero, & ieiunauit Dauid ieiunium, & ingressus pernoctauit & iacuit super terram.*

17 *Surrexerunt autem Seniores domus eius ad eum vt erigerent eum è terra, sed noluit, neq; comedit cum eis panem.*

18 *Die autem septima mortuus est infans: timuerunt q; serui Dauidis nuntiare ei quòd mortuus esset infans: dicebant enim, Ecce quum esset infans viuus, loquuti sumus ad eum, & non audiuit vocem nostram: quomodo ergo dicemus ei: Mortuus est infans, vt faciat malum?*

19 *Videns autem Dauid quòd serui sui mussitarent, intellexit quòd mortuus esset infans: dixit q; Dauid seruis suis, Estne mortuus infans? Qui dixerunt, Mortuus est.*

20 *Surgens ergo Dauid è terra, lauit se, atq; vnxit se, ac mutauit vestes suas: ingressus q; est domum Iehouæ, & adorauit: venit deinde in domum suam, tum petiit, & apposuerunt ei panem, & comedit.*

21 *Tunc dixerunt serui eius ad eum: Quid est hoc quod fecisti? pro puero viuo ieiunasti & flemisti: quando autem mortuus est infans, surrexisti, & comedisti panem?*

22 *Qui ait: Adhuc infante viuente, ieiunaui & flemi: dixi enim, Quis scit misereatur mihi Iehouah, & viuat infans?*

23 *Nunc autem quum sit mortuus, vt quid iam ieiunarem? num potero reuocare eum vltrà? ego vado ad eum, at ille non reuertetur ad me.*

24 *Et consolatus est Dauid Beth-saba vxorem suam, ingressusq; est ad eam, concubuitq; cum ea: & peperit filium, vocauitq; nomen eius Selomoh, & Iehouah dilexit eum.*

25 *Miserat enim per manum Nathan prophetæ, & vocauit nomen eius Iedidiah, propter Iehouam.*

Cùm Deus percussisset filiolum susceptum ex Bethsaba & causam intelligeret Dauid, non fractus est animo, contulit se ad preces. Sancti orant inter supplicia: & sciunt propter hæc fidem Dei non angustiorem reddi, inde animo non deficiunt. Videbat peccatum condonatum: audiuerat etiam, non morieris. Sperabat ita posse fore, vt vitam paruuli impetraret. Dicetis, orabat contra verbum Dei, quæ fides illa erat? Verbum Domini dixerat, Morietur, huic se videtur opponere. Non se opponit: ignorabat quod nam genus esset comminationis: fortè conditionem annexam habere potuit. Voluntas Dei non semper tota manifestatur, aliquid sibi seruat. Voluntas est signi & arcana. Non ponimus duas contradictorias voluntates in Deo: vna est, quæ aliqua ex parte se profert, seruat interim aliquid arcani, quod postea patefit. Exempli gratis: Tantùm dicebat Abrahamo macta mihi filium: seruabatur in mente diuina liberandum filium: non tamen dicebat hoc Abrahamo. Interdum voluntas Dei tota patefit. Dauid indubiè cogitauit, puer interficiendus est, nempe si non orauero pro illo. Si me non vehementer pœniteat peccati mei. Ita pronunciatum est de morte Ezechiæ. Non mentitur Deus, quando dicit per prophetam, morieris. Si spectes peccatum & causas secundas, moriturus erat. Deus interea scit quid facere voluerit. Ieremiæ 18. Subitò loquar contra gentem, & contra regnum, vt euellam, eradicem ac perdam. Etsi reuersa fuerit gens illa à malo suo quod loquutus fui contra eam, pœnitebo, & ego super malo quod cogitaui vt facerem ei. Hoc autem non est catholicum vt semper fiat. Pœnitet aliquando homines, sed propter terrorem aliorum Deus calamitates eis infligit, animo paterno, non irato. At Isaias & Ieremias inquis, fuerunt post Dauidem, vnde igitur Dauid suspicari potuit istas comminationes conditionem habere, cùm ista doctrina in lege expressè non ponatur? Respondeo. Colligebat Dauid hoc ex lege ipsa aliquo modo: deinde exemplis quæ tum temporis extabant. Ex verbis legis sciebat, Deum promittere multa bona his qui legem seruant, illis verò qui eam transgrediuntur multa mala comminari. Item, se circumcisurum corda eorum, & curaturum vt ad se reuertantur. Si pœnas minatur & intercedat pœnitentia, fieri potest vt in integrum restituamur. Exempla non deerant. Nam cùm populus in deserto vitulum conflasset, & perdendi essent, Moses se interposuit & exauditus est. Quandoq; preces & intercessiones multum prosunt, leniunt vel auertunt pœnas: non quòd Deus mutetur, mutatio est in hominibus. Exemplum item habebat ex lib. Numer. quando venerunt exploratores, & conquesti sunt de terra Chananaica, quòd expugnari non posset, & seditio concitata esset, ibi dixit Dominus, se deleturum populum, intercessit Moyses & exauditus est. Hæc cogitauit Dauid, non ergo contra verbum Dei orauit. Incertus fuit an definitus esset sententia, an conditionalis. Orauit ardenter, sui luctus signa dedit. Chamæunia vsus est, ieiunauit, mutauit vestes, fleuit, non admisit humana solatia. Cùm à se causam profectam intelligeret, seipsum affligebat. Hæc externa omnia ad vnum vana fuissent, nisi pœnitentiam intus egisset. In Papatu mutant vestes in magna hebdomada, ieiunant, hoc est, abstinent à quibusdam cibis & alia faciunt. Intus verò quia non est solida pœnitentia, cùm vera fide non ducuntur, quid ista prosunt? prouocant Deum ad iram. *Surrexerunt autem seniores.*) Senatores & consiliarij conantur Dauidem erigere è terra, ille renuit. In tanto luctu tantùm agit cum Deo, à quo vera consolatio expectanda est. *Die autem septimo mortuus est infans.*) Nimirum die septimo à die natiuitatis, vt omnes ferè Hebræi intelligunt. Non ergo circumcisus erat: attamen Dauid hoc non lamentatur: non dicit spiritum eius inter damnatos censeri, quòd sacramentum regenerationis non acceperat. Benè cogitauit de sacramentis. Sunt in magno precio habenda: non tamen nimium eis tribuendum est. Papistæ dicunt canales esse per quos gratia Dei ad infantes deriuetur, ita vt citra hunc canalem ad homines non possit deriuari. Sed sacramenta non plus faciunt, quàm externum verbum. Gratia non est alligata symbolis. Ipsi Papistæ docent baptismum esse sanguinis & flaminis. Ita in scripturis habetur: Ioannes Baptista dicit, Ego baptizo aqua, ille spiritu baptizabit. Christus de spiritu sancto loquens, tingemini inquit non post multos hos dies spiritu. Actor. 1. Mortem suam etiam baptismum appellat. Marc. 10. Potestis ne baptizari, dicit ad filios Zebedæi, illo baptismo quo ego Baptizor? Apud Paulum non semel circumcisio & baptismus simul conferuntur. Hæc non ideò

An Dauid orauerit contra verbum Dei. Voluntas signi

Vnde sciebat conditiones minarum.

Luctus Dauidis signa.

Puer incircumcisus an damnatus.

non ideò dico, quòd eleuem ſacramenta. Pernicioſum eſt, ſi interueniat negligentia. Perdere angelus Moſem voluit: quia puerum ſuum non circunciderat. Multis tamen annis Iſraelitæ in deſerto non fuerant circunciſi, tamẽ nõ occiduntur: non enim erat negligentia eorũ. Multi pro perdito puerum non baptizatum habere volunt: magnam dedit occaſionem huic rei Auguſt. quod paetanti viri dixerim.

Surgens ergo Dauid à terra, lauit ſe.) Dauid acquieſcit ſententiæ, quam definitiuam facto ipſo intellexit. Agnita voluntate Dei acquieſcunt ſancti. Intelligit nimirum Dauid, ſe alias quoq; cruces experturum. His auditis, ſurrexit à terra, mutauit veſtes: lauit ſe, vt ingrederetur mundus ad templum Domini. Ille percuſſerat, nec exaudiuerat in precibus: tamen Dauid non habet eum pro hoſte ſuo: ſed adhuc accedit eum, & adorat ſupplex. Et quæ acciderunt, non faciebant ad tollendam fiduciam eius erga Deum: quod & in Iobo 13. cap. factum videmus, qui dicebat: Etiamſi me occideris, tamen in te ſperabo: & Paulus, cùm non eſſet auditus, audit, ſufficit tibi gratia mea. Lex habetur in lib. Num. 19. cap. vt ſi mortuus quiſpiam fuerit in tabernaculo alicuius, vel fuerit in ea domo quiſpiam, vbi aliquis occubuerit, immundus ſit per ſeptem dies. Tertio & quarto die aqua luſtrali aſpergi debuit, in quam cineres vaccæ rufæ erant coniecti. Dauid id non videtur facere, lauit, & vnxit ſe: ſtatim iuit ad domum Dei. Non tamen credendus eſt hanc legem violaſſe: quia palatium magnùm fuit: non dicitur ingreſſus cubiculum, vbi cadauer iacuit: tam amplum fuit, vt arca etiam ibi eſſet, non ergo pollutus eſt Dauid illo genere immunditiæ. Licuitq; ei ad arcam ſtatim adorare. Potuiſſet alibi etiam adorare Dominum, ſed arca erat ſymbolum præſentiæ diuinæ, certaſq; promiſsiones habuit. *Et adorauit.*) In legitima adoratione tria ſunt copulata, quæ attendere debemus, quoties imus adoratum. Primum eſt, gratiarum actio, alterum confeſsio, quæ continet laudes Domini, & accuſationes noſtri: tertiũ ſunt preces: ijs rebus adoratio perficitur. Primo loco credendum eſt, Dauidem gratias egiſſe Deo, quòd ſibi condonârit peccatum, quemadmodum ex voce Nathanis audiuerat, & quòd à ſe remouiſſet mortem, quòdq; ſolidam pœnitentiam ſibi conceſſerit, & conſtantiam, vt plagam hanc forti animo perferret. Secundo loco eſt confeſſus, vti credendũ eſt: nempe Deũ laudandũ, qui ſit iuſtus, & iudicia recta habeat: non cõqueſtus eſt, quòd ſeueriùs cũ eo egerit quàm cõmerebatur. Tertio loco preces fundebat: nimirum vt reliquæ cruces, quæ iam imminebant ſibi, aut leuiores fierent, aut daret eis vires ad ferendũ eas, deinde ne iſtæ caſtigationes ſuo fructu carerent erga Dauidẽ vel alios, qui eas videbãt, vel aliquando lecturi & audituri erant. Nam hodie quoq; in eccleſia, ſuũ vſum & fructũ habent. Hanc Dauidis credo fuiſſe adorationem, quæ hæc tria, quæ iam cõmemorauimus, comprehenderet. Hinc videmus, quantus cultor Dei fuerit Dauid. Cognita morte pueri, ſurrexit, mutatis veſtibus, ſtatim acceſsit Dominũ. Eſuriebat, vt credendũ eſt, vehementer, prius tamẽ orare voluit, quàm cibũ capere. Precibus abſolutis, cibũ petit: reficitur, ſeq; in Domino conſolatur: omnia eius conſilijs cõmittit: nec dubitat, euentura eſſe, quæ Deus tam ſanctè iurauerat, & ſe certò ſcit non periturum.

Dauid orat, etſi percuſſus à Deo.

Non erat immũdus Dauid.

Tria in cultu Dei præcipua.

Dauid magnus Dei cultor.

Tunc dixerunt ſerui eius ad eum.) Quid ex hac re ſequutum ſit, iam narratur. Serui Dauidis, prudentes viri, illa quæ geruntur, plus quàm mira exiſtimant. Cùm puer, inquiunt, viueret, nullam admittebas conſolationem: nunc poſtquam mortuus eſt, & par erat, te magis dolere, confirmaſti te, cibum petis. Cùm Anaxagoræ diceretur, ne lugeret filium: quia non eſſet remediũ, hoc dicebat doleo, quòd nõ eſt remediũ. Reuera filiorũ mundi actiones, quodammodo pugnant cum actionibus filiorum Dei. Quando illi rident, hi ſolent fiere: quando illi lachrymantur, hi ſolent eſſe læti. Habent enim diuerſas cauſas: mutatis cauſis, effecta quoq; commutantur. Pijs hoc ſummum bonum eſt, vt pendeant à voluntate diuina, & ſe illi conforment. Quare cùm illa completa eſt, exhilarantur. Filij mundi toti, quanti quanti ſunt, à ſeipſis pendent. Solent læti eſſe rebus ſecundis, rebus aduerſis lamentantur & deſperant. Vt viæ Dei non ſunt viæ hominum, ſic mores filiorũ Dei, à moribus filiorum hominum multum diſcrepant. *Qui ait, adhuc infante viuente, ieiunani.)* Rationem ſui facti reddit Dauid à fine. Quotquot pij ſunt, quæ faciunt, alicuius rei cauſa faciunt. Vnde ſi finis remota ſit, remouentur quæ ſunt ad finem: alioqui actiones ipſorum eſſent vanæ. Quoad ergo vixit puer, ſpes erat, vt conſeruaretur in vita: nunc poſtquam ſententia Dei definita apparebat, quorſum lugeret? Non reuocabo eum ad me: ſed ibo ad eum, inquit, dum viueret, dicebam mecum: fortaſsis Deus miſerebitur mei, non dicit eius. Mors enim pueri pendebat à peccato Dauidis: pater in filio puniebatur. Et quiſq; noſtrũm cùm deflet calamitatem fratris, ita orare debet, quaſi velit Deũ non miſereri eius tantùm, ſed ſui qui orat. Suſcipimus enim perſonam eorũ, pro quibus oramus. & quæ patiuntur, videmur nos pati. Id Paulus ad Philip. cap. 2. de ſuo Epaphrodito fecit. Deus, inquit, miſertus eſt illius, at nõ illius tantũ, ſed & mei. Dicit aũt, quomodo priſtinæ ſanitati ſit reſtitutus. *Nunc autem, cùm ſit mortuus, vt quid iam ieiunarem? Num potero eum*

Cur filiorum Dei, & huius ſeculi diuerſæ ſint actiones.

Ratio Dauidis.

Cur non sperabat Deum illum excitaturum?

reuocare vltrà?) Cùm ait Dauid: nunc postquam mortuus est, non reuertetur ad me. Cur non sperabat Deum reuocare eum rursus posse ad hanc vitam? Non erat hoc impossibile. Deinde Abrahamus qui plenus erat fide, vt legitur ad Hebræos 11. cap. iussus mactare filium suum Isaacum, cogitabat Deum illum excitaturum à mortuis: cur Dauid non idem sperabat? Est diuersa ratio: Abrahamus habebat promissiones de Isaaco, norat Deum quiduis potius facturum, quàm vt paterentur suas promissiones irritari: ideò grandi animo accedebat ad illam immolationem. At Dauid huiusmodi promissiones de hoc filio non habuit: imò potiùs comminationem, quòd moriturus esset. Non ergo vtrinq; par est ratio.

Nihil dicit contra resurrectionem,

Ille non reuertetur ad me.) Non loquitur contra resurrectionem mortuorum, quam firmiter credidit: non reuertetur, scilicet ad vitam huius conditionis & status. Excitabitur quidem extremo die, sed ad vitam gloriæ, non ad hanc quam nos hîc trahimus. *Ego vado ad eum.*) Concludunt aliqui eum hinc colligere, puerum saluum esse. De propria enim salute non dubitabat. Argumentum non est firmum. Locutio hæc generaliter accipi potest. Non dubito saluum fuisse puerum: sed non firmiter hinc colligitur. Cùm Samuel (siue verus fuerit siue fictitius) excitatur, eadem ratio habetur, cras mecum eris, non concluditur saluum fuisse. Verus erat sermo si generatim accipiatur, Decessi de vita, tu quoq; decedes. Immortalitas animorum innuitur. quomodo aliàs diceret, ad eum ibo: nisi dicas ad eam conditionem me conferam, etiam moriar. Scriptura sancta est officina argumentorum: sed non inconsideratè agendum.

Pueri fidelium

Pueros fidelium credendum est bonæ spei esse: animos etiam immortales esse, corporum resurrectionem itidem credimus: sed firmis argumentis illa sunt concludenda: hîc innuuntur tantùm.

Ratio Dauidis expenditur.

Expendamus nonnihil rationem Dauidis. Dicit se non lugere, quòd non esset reuocandus. Argumentum hoc, si habet iustum pondus, efficere debuit, ne Saulem, Ionathanem, Abnerum, Amnonem, Absolonem lugeret, quos tamen publicè luxit. An putabat se eos à mortuis, luctu suo reuocaturum esse? Si hoc noluit, cur lugebat? Si iusta ratio fuit, cur nunc filium suum non etiam luget? Scrupulum hunc vidit R. Chimhi, varias dicit esse rationes. Filium non ea ætate fuisse, vt illa ratione qua adulti, lugeri deberet: non ergo debent exempla inquit conferri. Verum quidem hoc est, sed altiùs retegenda est causa. Illi qui in infantia decedunt, cur non deflentur? Quoniam non sunt adhuc idonei Reipublicæ, non facta est iactura publici alicuius boni. In alijs, vt in Saule, Ionathane, Abnero, Amnone, Absolone, magna fiebat iactura: erant quodammodo columnæ Reipublicæ, exultabant aduersarij. Præterea cædes factæ erant indignæ: per proditiones, insidias, &c. non moriebantur citra peccatum saltem occidentium. Hinc luctus fuit, hîc verò nulla erat huiuscemodi causa: ideoq; puerulos non deflebant. Vera ergo est ratio Dauidis, sed oportet vt ad hunc statum contrahatur: si generaliter accipiatur, non est firma. In mortuis adultis, Dauid nunquam faciebat mentionem purgatorij: nec hîc quarti alicuius loci meminit.

Limbus puerorum.

Limbum constituunt puerorum qui sine circumcisione & baptismo decedunt. Sunt magni fabri nouorum locorum: sine vllis impensis mirabilia fabricant. Limbus puerorum inuentum est Pelagianorum, qui negarunt peccatum originale. Interrogati cur ergo pueros baptizarent, responderunt, Decedentes absq; baptismo excludi regno cœlorum, non tamen detrudi ad gehennam. Sed vt ad propositam quæstionem redeamus, distinguamus de luctu.

Luctus.

Luctus est aliquis. qui tantùm precibus inseruit, sic lugere infantulum potuit, vt seruaretur ei vita. Aliud genus luctus ob ærumnam, iacturam, dedecus: hoc pacto adulti defleri solent. Docemur etiam defunctos non esse cum desperatione & inconsolabiliter deflendos. Oportet regulam adhibere quam docuit Paulus 1. ad Thessal. cap. ne doleatis, quemadmodum cæteri non habentes spem, &c. Ratio consolationis exprimitur, morientes non sunt nobis prorsus erepti, sed subducti ad tempus visuri sumus eos.

Et consolatus est Dauid Bethsabæ vxorem suam.) Dauid orauerat Dominum, relaxauerat animum, satisfecerat suorum senatorum quæstioni: iam non est immemor vxoris: illa quoq; chara est ei. eam consolatur. Consolatio autem aliud nihil est, quàm traductio animi à tristitia ad tranquillitatem. Tristis erat Bathsaba, idq; meritò: agnoscebat peccatum commissum, videbat iram diuinam, videbat Deum interfeciſſe sibi filium. Vt summum bonum est, Deum placatum habere: ita summum est malum, Deum iratum & nobis infestum experiri.

Quid consolatio.

Quæ fuerit illa consolatio.

Quid ad eam dixerit non est expressum. Credendum est eum dixisse: Oportet nos bono esse animo, peccatum est condonatum nobis: sumus iam reconciliati Deo, non moriemur, hoc mihi dixit propheta Nathan. Quod sibi dictum erat, commune statuebat sibi & vxori: Messiam nasciturum ex ipsis. Deus ista iuramento pollicitus est, oportet ergo nos tranquillo animo esse: decuit pœnitere, decuit orare pro filio, nunc animus est relaxandus. Hebræi fabulantur Bethsabam noluisse admittere congressum Dauidis & dixisse, si nascatur nobis filius rursum, aut Deus occidet illum, aut si vixerit, ignominiosè

viuet,

vitæ, exprobrabunt ei parentum scelus. Addunt, Dauidem dixisse, rem longè secus habere, Messiam nasciturum ex ipsis: imò prolem suscipiendam quæ ad regnum destinata sit: Bethsabam illis auditis, impulisse illum vt sibi iuraret, regem fore. Hinc postea Bathsabam dixisse, Adonia aspirat ad regnum, nónne iurasti filium meum regnaturum? Commentitia ista sunt. Fieri potest vt iurauerit Dauid, sed an illo articulo temporis, quid nos scimus? sequamur nos quæ clara sunt. *Et pepe-rit filium, vocauitq; nomen eius Selomoh.*) Quis vocauit? Si consulamus 1. Par. 22. cap. Deus eum vocasse videtur hoc nomine. Sic enim loquitur Dauid Solomoni filio suo, Decreueram ædificare templum: sed prohibitus sum: dixit Deus, filius ædificabit mihi templum, dabo ei pacem, ideò vocabitur Salomon. Sed dicitur in textu vocauit, & caph constituit tertiam personam futuri fœminini generis: in margine scribitur per Iod, vocabit scilicet de masculo: si esset in niphal dages esset in caph. Deus ipse vocauit quia reuelauit prophetæ sic appellandum: propheta dixit Dauidi, Dauid vxori suæ Bathsabæ, quæ tandem puero nomen imposuit. *Et Iehoua dilexit eum.*) Nec mirum, typus enim fuit Messiæ, qui filius est in quo sibi pater optimè complacuit: & de successore isto Dauidis eadem dicta sunt. Nam quæ rei significatæ propria sunt, etiam typis tribuuntur. Dixerat suprà de successore Dauidis, ipse mihi erit in filium, & ego ero ei in patrem. Diligere aliquem est bene ei velle: ac voluntas Dei otiosa non est: sed efficit. Præclara certè hic efficit. Salomoni dedit regnare, non cæteris fratribus qui maiores natu erant: dedit ei regnum amplum, populum magnum & facultates administrandi regnum, præclaram existimationem, sapientiam, opes, pacem, vt nihil ad regnum administrandum præterea expeti posset. Amauit illum & gratis amauit: cùm enim in lucem editur, hæc de illo commemorantur. Conferantur duo fratres, qui percussus est, & alter: quæ sunt merita vtrinq; ? gratis diuidit Deus sua dona. Quemadmodum in Epistola ad Romanos nono capite, de Iacob & Esau habetur, Antequam nati essent, neq; boni quippiam fecissent, neque mali, dictum est illi, maior seruiet minori, &c. Colligunt hinc nonnulli Salomonem prædestinatum fuisse ad vitam æternam: sed quia obscura res est, de hac re aliàs agemus: satis est iam tenere, ad magna esse destinatum. Interea consyderate Dauidem & Bathsabam, qui in dolore versati erant ob commissum scelus, & comminationes Dei, nunc habere filium ita commendatum quasi pignus quoddam reconciliationis Dei. Intelligunt se fauentem habere Deum ex effectu, quanquam ante in corde persuasi erant ex verbo Dei. Nec visum est Deo varijs nuntijs vti, vt hæc Euangelia Dauidi indicaret: sed illo Nathane vsus est qui ante eum reprehenderat: ille idem vicissim nunc felicia nunciat. Nam si alius venisset, potuissent homines existimare æmulationem quandam esse inter Prophetas, hunc læta, illum tristia nunciare. Eodem ergo Propheta magna ratione Deus vsus est. Quod idem Ezechiæ temporibus factum est. Esaias dixerat regi, compone res tuas: nam morieris. Idem postea quindecim annos vitæ eius à Deo adiectos nunciat. Ambigua subditur particula: *Miserat enim per manum Nathan prophetæ.*) Aliqui ad Dauidem referunt: quòd Salomonem Nathani educandum miserit: vt alios suos liberos sacerdotibus erudiendos dedit. Hinc Cohanim sacerdotes dicti sunt, supra in calce 8. cap. Alij meo iudicio non malè ad hunc modum intelligunt, vt illis verbis causa reddatur, cur nomen pueri Salomon dictum sit: nempe quòd Deus per manum prophetæ hoc nuncium miserit. Quicquid sit, non multum refert. Illud attendendum est, illis Euangelijs de puero nato, confirmatas esse nuptias inter Dauidem & Bathsabam, quæ aliqui infirmæ videbantur. Hæc quidem admiranda sunt: sed non trahenda in exemplum, vt eo pacto homines sibi coniuges comparent. Sed de his suprà copiosè satis dictum est. Nomen pueri rursus dictum est Iedidia, quæ vox composita est, & significat dilectum Dei. Nihil magis pueris nascentibus optandum videtur, quàm vt liberi à Deo diligantur. Vnde Dauus Terentianus de filio illo dicit, solus est quem diligunt dij.

Quæ nam Deus dederit Solomoni.

Idem propheta nuntiat læta & tristia.

Iedidia.

26 *Pugnauit autem Ioab contra Rabbah filiorum Ammon, & cepit vrbem regiam.*

27 *Misitq; Ioab nuntios ad Dauidem in hæc verba, Pugnaui contra Rabbah, etiam cepi vrbem aquarum.*

28 *Nunc igitur congrega residuum populi, & castrametare contra ciuitatem, & cape eam: ne forte capiam ego ciuitatem, & vocetur nomen meum super eam.*

29 *Congregauit itaq; Dauid vniuersum populum, profectusq; est contra Rabbah, & pugnauit contra eam, cepitq; eam.*

30 *Tulit autem diadema Regis eorum de capite eius (cuius pondus talentum auri, & lapis pretiosus) & fuit super caput Dauidis, & prædam vrbis eduxit multam valdè.*

31 *Populum verò qui erat in ea, eduxit, & posuit sub serra, & subtrahis ferreis, & sub securibus ferreis, transire fecit eos per fornacem: atq; ita faciebat omnibus ciuitatibus filiorum Ammon: reuersus est itaq; Dauid & omnis populus in Ierusalaim.*

Cur obsidio fuerit tam diuturna.

His expositis, iam deinceps postrema pars huius capitis est aggredienda: in qua de vrbis Rabba obsidione agitur. Ioab diutius eam obsederat, tandem pars eius capta fuit. Diuturna fuit hæc obsidio, ferè ad annum & vltrà duravit. Rationem aliqui afferunt, quòd natura & arte munitissima erat: fuit metropolis Ammonitarum: eò igitur comportata fuerat annona, auxilia confluerant. Sed nos altiorem causam inquirere oportet. Ea est, quòd Dauid toto fermè illo tempore obsidionis in sordibus iacuerat: videbatur totus occupatus in amore mulieris: Promiserat Deus Israelitis benè se gerentibus victoriam: at si transgressi fuissent legem, contraria. Quid regi adultero, homicidæ, proditori feliciter succedere potuit absq; pœnitentia? Nostra ætate non desunt exempla. Quoties enim expeditiones contra Turcas infelices exitus habuerunt? Peccata filijs Dei sæpenumero bona corrumpunt, quę alioqui eis darentur. Exempla permulta habemus. Violatum erat anathema ad Hierichuntinam vrbem per Achan: id malè Israelitis cesserit. Expeditio contra Beniamitas prima & secunda vice parum felix fuit. Studere itaq; debemus voluntati Dei, cùm quia summum bonum est, tùm, quia hoc nobis conducit ad vitam æternam, tùm, ne bonis temporarijs frustremur.

Vrbs aquarũ.

Pugnaui contra Rabba, etiam cepi vrbem aquarum.) Vrbs ampla fuit, videbatur quasi vrbs duplex. Sunt quædam vrbes sic comparatæ, vt tam amplis partibus constent, vt vnaquæque vrbs videri possit. Sic Syracusarum vrbs quatuor constabat partibus. Vna vocabatur Insula, altera Acradina, tertia Tychia, quarta Neapolis. Ita hæc ciuitas Rabba Ammonitarum vnam partem habuit, quæ vrbs videri potuit, & munita fortè præ cæteris erat, dicebatur regia: nimirum quòd reges se eò conferebant, erat quasi arx. Dicta est etiam ciuitas aquarum, vel quòd Iabocci fluminis fons ibi esset, qui eam regionem irrigabat, vel quòd amplas fossas haberet, quæ aqua implebantur. Iosephus dicit aquas illas, reliquæ ciuitati inseruijsse: nimirum ad potum, & supportandum annonam: erant igitur nauigabiles. Quare Ioab cùm intercepisset hanc partem, prius bat reliquam potu & annona, premebatq; eam siti & fame: ideò durare diutius non poterat. In ista vrbis parte rex habitabat, vel propter loci munitionem, vel propter aquationem. Habent enim reges & principes suos equos, & sua iumenta. Hodie quoq; arces eandem ob causam ad aquas extruuntur. Cùm res hoc loco esset, mittit Ioab ad Dauidem, & significat se cepisse illam partem vrbis, maximam superesse. Venito, inquit, tu, & capito eam, ne gloria & triumphus captæ vrbis mihi ascribatur. Non æquum est in regnis, nec gratũ principibus, vt priuati homines, titulos, qui regibus debentur, sibi vendicent. Sed in rebus publicis liberis, omnes bellum conficere, & gloriam reportare conantur. Principes verò id sibi seruari volunt. Exempla habemus. Offensus est Saul, cùm Dauid in mulierum choris celebraretur, & ab illo tempore persequutionem inchoauit. Ioab ergo, vel quòd amans, esset principis, vel vt inuidiam illo exemplo admonitus declinaret, noluit illius titulis ornari. Belisarij egregis Imperatoris felici successu, adeò exacerbatus est Iustinianus, vt tantus vir stipem ostiatim emendicare coactus sit. Sed his omissis, quod agit Ioab, ad nostrũ cõmodum transferamus. Vincimus carnem nostram, mundũ, diabolũ: potimur aliqua victoria: caueamus, ne nobis quicquam ascribamus, sed summo Imperatori Christo, cuius ductu & auspicijs vincimus. Nõ audiendi sunt Pelagiani, qui suis viribus omnia tribuunt. Quin potius audiamus Paulum, qui 1. ad Cor. 3. cap. inquit: Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus dedit incrementum. Itaq; neq; qui plantat, est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus.

Quare Ioab vocet Dauidẽ.

Præda Ammonitica.

Congregauit itaque Dauid vniuersum populum.) Dauid secum adduxit reliquum populum, hoc est, omnes qui apti erant ad militiam: vrbem cepit, & (vt Iosephus tradit) militibus eam diripiendam concessit. Hoc non habetur in textu, sed tantùm dicitur, prædam ingentem abduxisse, siue per se, siue militibus eam concesserit, non multùm refert. Portio prædæ principalis fuit corona, quam sibi tulit Dauid, aurea erat, & pondus talenti habuit.

Talentum.

Talentum auri (si credamus Budæo in libro de Asse) fuit multiplex. Atheniense, Euboicum, Babylonicum, Romanum, & Hebræum. Libro 4. suæ assis, dicit Hebræum septem millium septingentorum coronatorum Gallicorum ascendisse, Hebræorũ ratio non videtur congruere, vt refert Munsterus in Exod. 30. cap. Volunt octodecim millia coronatorum fuisse, si quadringentos triginta duos addas: & hoc intelligunt de prophano talento: sanctuarij erat reduplicandũ. Sed siue hoc, siue illud sequamur, magnum videtur pondus, ita vt caput hominis ferendo non fuerit. Candelabrum illud aureum habuit ta-

talentum. Quidam dicunt, regem non diu tuliſſe illam coronam: alij ſuſpenſam fuiſſe ſupra caput. Hebræi, quia in textu ſcribitur. *Et lapis pretioſus.* dicunt in corona magnetem fuiſſe, & attractum à ferro, vt in aere penderet. Ioſephus Sardonychen fuiſſe ſcribit. Puto multos lapides pretioſos in corona fuiſſe, ita vt numerus multitudinis, numero vnitatis comprehendatur. Mirandus eſt Hieronymus, qui in ſuis quæſtionibus ſuper librum Paralipomenon coronam hanc in capite idoli Ammonitarum fuiſſe dicit, quod dictum eſt Malcon: eò quòd dij tutelares inſtar regum ſint. At ſi hæc corona fuit donarium aut ornamentum idoli, quomodo licuit Dauidi illam ad priuatos vſus conuertere, cùm Deus mandârit idolis conſecrata comminuere, non diripere? Reſpondet: Iudæos fabulari Dauidem non rapuiſſe: ſed à quodam Ithai milite raptam, & Dauidi poſtea datam eſſe. R. Chimbi quoq; iſtius fabulæ meminit. Sed ſi non licuit per ſe accipere, nec ab altero raptam ſibi vſurpare debuit. In quæſtionibus ſuis in ſecundum librum Samuelis dicit, aurum prius igne purgaſſe, deinde confiaſſe ſibi coronam. Vnde iuniores interpretes, vt Lyranus & alij, præcepta de illis rebus idololatricis nõ vſurpandis: de ſeptem populis tantùm intelligunt, reliquis ſatis fuiſſe dicunt, ſi per ignem purgarentur, quæ ignem ferebant, vel aqua abluerentur. Quemadmodum factum legimus contra Madianitas in lib. Numer. Iſraelitæ prædam multam abduxerunt, aurum, argentum, ferrum: quæ partim ipſi tenuerunt, partim tabernaculo dederunt, purgaruntq; per ignem & aquam. Reuera neque in capite 20. Paralipo. neque hîc ſcribitur Milcom, ſed מלכם Malcom, cum mem affixo in fine. De rege igitur accipio. Non eſt, quòd ad idola confugiamus: ratio enim grammatica non patitur: non nodus quærendus eſt in ſcirpo. At iudiciũ Dei ſpectemus. Rex Ammonitarum, qui malè cogitauit de ſancto rege, dat graues pœnas: amittit regnũ, vitam: dimidiũ barbæ legatorũ ille raſerat, veſtes præciderat: illa omnia ornamenta ipſe amittit, & præterea coronam. Mirũ eſt, quòd Dauid dicitur coronã de capite regis eorũ abſtuliſſe. Erat fortè in bello: cũq; occideretur coronã geſtabat. Viguit tunc tẽporis iſte mos. Saul in bello diadema habuit, quod Amalechita ille Dauidi attulit. Etiã Ioſaphat habitu regio præliatur.

An hæc corona idoli fuerit.

Populũ verò, qui erat in ea, eduxit, & poſuit ſub ferra.) Dauid his potitus, ſumit grauia ſupplicia de hoſtibus: eduxit Ammonitas extra vrbem, atq; eos occidit: non vulgari ratione, ſed habuit ferras, quibus eos diſſecuit: quod & Iſaiæ contigiſſe traditur: & Heb. 11. de ſanctis dicitur, quòd ſecti ſint. Hoc ſupplicium fortè illis in partibus vſitatũ erat. Deinde carpenta ac trahas adduxit, vt traherentur ſuper eos: ſecuribus & aſcijs quoq; eos incidit: in fornaces lateritias vel tegularias eos coniecit, quæ omnia ſæua ſunt, Dauid fortaſsis videri poteſt in iſtis ſupplicijs à ſua natura diſcedere. Erat enim lenis & mitis: hęc verò videntur ſummę crudelitatis: an euaſerat in Phalarim? At ex rebus geſtis iudicare velimus, multa in ſcripturis crudelia videri poterunt. Etenim Adonibezek regem Iudæi punierunt vt ſummitates pedum & manuum præciderentur. Ioſua reges qui ſe in ſpeluncam coniecerant, eduxit, & proſtratos ad terram calcari voluit à filijs Iſrael, ita vt pedes cuiuſq; eorum imponerent: deinde in quinq; arbores ſuſpendit eos. Gedeon 8. cap. Iudicum ſeniores ſuccoth ſpinis & tribulis occidit. Filij Saũlis Domino volente & iubente, affixi ſunt cruci. Crudelia hæc videntur primo aſpectu, at non ita ſunt. Quod vt videatur ita cogitato: circa pœnas inferendas habitus inueniri in animis hominum virtutis & vitiorum. Clementia reddit animos procliues ad mitigationem pœnarum, ſecundum rectam rationem. Vitium deficiens eſt remiſſio quædam & diſſolutio: multos enim videas qui facinora ne attingunt quidem. Ex altera verò parte habitus eſt exuperans feritatis & ſæuitiæ cuiuſdam. Crudeles illi dicuntur, ſi credamus Senecæ lib. 2. de clementia, qui modum excedunt in infligendis pœnis peccantium. Crudelesque dicuntur vel à cruore, quaſi delectentur cruore: vel à cruditate. Sicuti enim quæ cocta ſunt, ſuauem habent ſaporem, ſi cruda aſperitatem ſecum coniunctam habent, cum horribili quodam ſapore. Feri & ſæui ſunt qui cruciatus infligunt ſine cauſa, quaſi tantùm cruciatibus aliorum delectentur: ſicut belluæ quæ bonum & honeſtum non agnoſcunt, ſed tantùm ad vtile & ſuaue tendunt, vel quòd iucundus ſit aſpectus ſanguinis, vel quia carne paſci volunt. Cùm crudelitas in eo ſita ſit vt modus rectæ rationis excedatur, videndum an Dauid & alij rationem exceſſerint. Certè ſequuti ſunt mediocritatem, & quæ geſſerunt ad punientem iuſtitiam pertinebant. Nam illi maximis pœnis digni erant. Dauid rationem ſequitur, ſed diuinam quæ vna ratio recta dicitur. Deus incitabat eum ad iſtã non ſine cauſa. Oportuit autem cùm fuerit Imperator rationem à Deo oſtenſam ſequeretur. Ammonitas ſceleratiſsimos fuiſſe, multis de cauſis agnoſcere poſſumus. Primùm contra ius gentium violarunt legatos Dauidis: barbas & veſtes eorum præciderunt. Malum iudicium fecerunt de ſanctiſsimo rege Dauide. Nempè quòd ficto animo illam legationem miſiſſet: non vt defuncti regis Ammonitarum filium conſolaretur, ſed perderet. Deinde cùm metropolis obſideretur, interfeciſſentq; Vriam & alios ſtrenuos viros, inſultarunt etiam Deo. Id Na-

An Dauid fuerit crudelis.

Ammonitas fuiſſe ſceleratiſsimos.

than ostendit, quoniam prouocasti, inquit, inimicos meos, vt mihi maledicerent, filius qui tibi natus est occidetur. Si Deus filium Dauidis occidit, quòd ipse maledictis occasionem dederit, quantò grauiùs puniendi erant, qui hoc fecerunt? Præterea cùm iniurijs afficissent Dauidem, primi arma mouerunt in eum. Nec solùm Dauidem voluerunt lædere; sed alios eius subditos ac tributarios ad defectionem solicitarunt. Conturbarunt vniuersas illas regiones Syriæ & Mesopotamiæ. Quodq; maximum est, in gratiam idoli sui, quod colebant, filios suos comburebant. Quid ergo mirum, si in eisdem fornaces conijciantur, in quas filios suos conijciebant? pœna hæc fuit talionis. Semper autem in illis supplicijs quæ non reprehenduntur in scripturis, eò confugiendum est, Deum gubernasse illos patres. Quidam vt leniant ista supplicia, dicunt non omnes ita tractatos esse: sed tantùm seniores & principes qui erant quasi præsidium & columen populi: Sed Iosephus omnes dicit ita sublatos esse. Scriptura quoq; illa supplicia videtur communia facere. Sed ego aliquos exceptos crediderim: infra enim cap. 17. audiemus, Sobi filium Nahas regis, Dauidi auxiliatum fuisse, quando ab Absolone regno pellitur. Vnde colligitur alterum filium regis Nahas occisum, alterum verò regioni à Dauide præfectum fuisse. Ista non sunt ita in eo miranda, cùm ipse veri Dauidis typum gerat: qui dicturus est omnibus impijs extremo die, Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Non sunt crudelia quæ Deus sceleratis infliget in gehenna. Erunt intolerabiles quodammodo pœnæ, proficiscuntur tamen à iustitia recta puniente. In Euangelio dicit, Adducite ad me omnes qui noluerunt me regnare super eos, & occidite eos in conspectu meo. Hìc magistratus discant, cùm sontes illis puniendi offeruntur, rectam rationem respicere. Animus eorum à pœnis iustis & imperatis non abhorrere debet.

An aliqui excepti sint ab istis supplicijs.

// {

CAPVT XIII.

FActum est autem postea, quum Absolom filio Dauidis esset soror pulchra, cuius nomen Thamar, vt adamaret eam Amnon filius Dauidis.

2 Angustijs autem afficiebatur Amnon, adeò vt in morbum incideret propter Thamar sororem suam: virgo enim erat, & difficilè erat in oculis Amnon facere ei quicquam.

3 Porrò ipsi Amnon erat amicus, cuius nomen erat Ionadab filius Simah fratris Dauid: Ionadab autem erat vir prudens valdè.

4 Qui dixit ei, Quare sic es macer fili Regis singulis diebus? an non indicabis mihi? Dixitq; ei Amnon, Thamar sororem Absolon fratris mei adamo.

5 Et dixit ei Ionadab, Cuba super lectum tuum, & ægrotum te simula: tum veniet pater tuus ad videndum te, & dices illi, Veniat obsecro, Thamar soror mea, vt porrigat mihi escam, atq; paret me spectante pulmentum; vt videam, & cibum capiam de manu eius.

Partitio capitis.

HOC caput partiemur ista ratione. Primo loco describitur insanus & furiosus amor Amnonis in sororem. Secundo loco scelus. Tertio vltio, quam grauissimam sumpsit Absolon de sorore ita constuprata. Quod ad primam partem attinet. Post illam crucem filij occisi, statim altera ærumna Dauidi infligitur Dei iudicio: idque satis citò Non enim sapientes patres correctionem filiorum suorum diu differunt: dilatio enim eos non meliores, sed deteriores facit. Pœna talionis hìc exigitur à Dauide. Commiserat adulterium, eadem Vriæ, proditionem exercitus: nunc filia eius miserè & turpissimè stupratur, deinde occiditur filius Amnon, & cæditur proditione. Videmus Deum iustitia summa recompensare maleficia quæ patrârat Dauid. Fuit tristis & lamentabilis hic casus patri, qui indulgentissimè filios suos amabat. Quis pater non mallet mori quàm hæc in filijs suis videre? Quibus rationibus putatis homines Dauidi parùm propitios, eum irrisisse? Hiccine est Dauid loco Saulis nobis obtrusus? hiccine est vir secundum cor Dei? qui familiam suam tam diligenter & religiosè instituit? Hæc si Dauidi vt credibile est, exprobrabantur, quo loco putatis eum fuisse? Hæc admodum valent contra nescio quos homines, qui fingunt sibi Ecclesiam in his terris inculpatam esse debere, seq; temerè ab Ecclesijs separant. Ecclesia Dei fuit antiquitus populus Israel: cultus Dei Dauidis seculo vigebat: erat enim magnus vindex cultus Dei. Attamen ista in Israele, in familia sanctissimi Regis Dauidis committebantur. Quare non sunt audiendi Nouatiani, Donatistæ, Anabaptistæ, qui

Pœna talionis à Dauide in tribus exigitur.

Ecclesia an sit inculpata.

dicunt

dicunt Ecclesiam debere esse absque ruga & macula. Dixit hoc Paulus ad Ephesios, sed non promisit nunc fore. Erit post hanc vitam, quando Deus omnem lachrymam ab oculis electorum suorum absterget. Vnde Augustinus qui aliquando malè hunc locum intellexit, in libro Retractationum suam sententiam mutauit, & hunc locum benè exposuit.

Peccatum quod à filio Dauidis admittitur est incestus. Solet autem incestus ita definiri, vt sit abusus fœminarum propinquarum, siue affines siue consanguineæ fuerint. Gradus autem non violandi Leuit. 18. & 20. quàm diligentissimè describuntur. Cur autem congressus in istis gradibus vetiti fuerint, solent plures rationes adduci. Vna est reuerentiæ & honoris quem debemus propinquis nostris, qui nobis sanguine aut affinitate iuncti sunt. Tantum illis debetur, vt Valerius Maximus referat, nefas fuisse patrem & filiam vnà lauare, nudantur corpora, videtur aliquid esse quod illi honori non conueniat. Deinde quòd familiæ seruari debeant castæ. Vnde si spes potiundi matrimonij esset inter eos, amores incenderentur: susque deq; omnia ferrentur: multa indigna committerentur. Tertiò, Augustinus de ciuitate Dei 15. cap. ait, Deum voluisse maximè charitatem inter homines amplificari. Ideò cùm nuptiæ extra familiam contrahuntur, nouæ incantur amicitiæ. Neq; decet vt plures necessitudines in vna persona collocentur: vt quæ est amita fiat vxor. Peruersitas quædam sequeretur, vt ea quæ instar matris esse deberet, ac me superior, si fieret vxor mihi subijceretur, & ita quodammodo caput esset infra pedes. Addi potest quod Aristoteles 2. Polit. 2. cap. tradit, Seruandum esse modum amoris etiam in nuptijs. Cùm autem naturalis intercedat amor inter personas coniunctas, si nunc nouus amor per nuptias accedat, amor conduplicabitur. Quicquid sit, rationes probabiles sunt. Sequi verbum Domini oportet, etsi nullas alias rationes haberemus. Præcepta autem contra incestas nuptias proposita sunt, & bis. Naturalis quoq; lex abhorret. In Digestis ad legem Iuliam de Adult. & stupro in leg. Si adulterium. In Codice in titulo de Incestis nuptijs. In Decretalibus de eo qui cognouit sororem vxoris suæ: Concilium quoq; Triburiense pœnas declarauit. Pœna capitalis est in Leuitico: Præterea maledictionem incurrunt qui furiosis illis amoribus indulgent. Si leges cessent, Deus punit. non enim hæc inulta patitur. Clodius qui stupri cum sororibus infamia laborabat, à Milone cæsus est. Domitianus Imperator, qui & ipse sororibus stuprum inferebat, cæsus est. Cessabat gladius magistratus, at Deus non cessabat. In Leuit. dicit, Sicut terra eiecit illos, ita egomet eijciam vos, si istis libidinibus polluamini, Hodie orbis terrarum grauia patitur. Eunt ad Papas, volunt relaxari quæ Deus astrinxit. Dicunt Papam dispensasse, omnia sanguine implentur. Vna vxor duos habet fratres, vnus frater duas sorores, &c. Interea reuocemus animum ad iudicia quæ Deus exercet. Comminatus fuerat Dauidi per prophetam, ex teipso excitabo malum: & tollam vxores tuas, tradamq; proximo tuo, &c. Ærumnæ illæ non ab alienis inferuntur. Amnon est filius Dauid, ita & Absalon, Thamara est filia. Diabolus incitat istas cogitationes: Amnon excipit, non repellit, sed sua prauitate innata assentitur. Deus interea istis rebus ad cruciandum Dauidem abutitur. Potuisset hæc impedire, & Amnoni tantum largiri gratiæ vt resisteret tentationi, sed subduxit ei suam gratiam, cedit ergo tentationi satanæ. Quòd autem cupiditas ista insana, magis in Thamaram, quàm in aliam dirigitur, non fit temerè. Prouidentia Dei est quæ incubat rebus Non dicitur, Deus simpliciter causa peccati, sed quin regat peccatum non est negandum: nisi Deum à gubernaculis excutere velimus. Causam peccatorum in nobis habemus: Deus tamen peccata ita gubernat, vt illis puniat qui sunt puniendi. Neq; nos ista gubernatione culpam excusare possumus: in nobis habemus malum, diabolus hoc solicitat. Deo autem etiam nolentia inseruiunt. Si peccata non regerentur à Deo, ita grassarentur, vt nihil ordinis seruaretur.

Quid incestus.

Quare aliqui gradus prohibiti fuerint.

Leges contra incestum.

Dei iudicium qui hæc peccata regit ad puniendum Dauidem.

Interea cogita Dauidem non tantùm adulterij, sed matrimonij etiam cum alienigena contracti, pœnas dare: natus enim est Absolon ex filia Thalmai regis Gessur. Qua de re varia traduntur. Rab. Chimhi dicit, Dauidem istam Maacha captiuam cepisse, cumq; speciosa esset, rem cum ea habuisse, priusquam ad religionem Israeliticam conuerteretur: & ita conceptam fuisse Thamaram, dum mater adhuc captiua esset, & ancilla. Postea cùm amando eam perseueraret, fecit quæ in lege præcipiuntur Deut. 21. Rasit eius caput, supercilia, crines & vngues resecuit, tum sibi eam vxorem fecit. Recentiores (vt Lyranus & alij) dicunt istam Maacham captam esse cùm iam grauida esset ex altero viro, ita vt reuera non eiusdem patris & matris esset cum Amnone. Hoc illud fortè confingunt ad eleuandum hoc crimen, vel vt verba puellæ melius interpretentur, quando dicit, Loquere quæso ad regem, & non prohibebit me tibi. Quod verum esse non potuisset, nisi nuptiæ inter eiusmodi personas concederentur. Non fit mihi verisimile. Habemus enim Amnonem confectum esse, quòd non videret rationem potiundi Thamara. At si nuptiæ concessæ erant, vxorem illam petere potuit.

Dauid pœnas dat matrimonij cum alienigena.

than ostendit, quoniam prouocasti, inquit, inimicos meos, vt mihi maledicerent, filius qui tibi natus est occidetur. Si Deus filium Dauidis occidit, quòd ipse maledictis occasionem dederit, quanto grauiùs puniendi erant, qui hoc fecerunt? Præterea cùm iniurijs affecissent Dauidem, primi arma mouerunt in eum. Nec solùm Dauidem voluerunt lædere, sed alios eius subditos ac tributarios ad defectionem solicitarunt. Conturbarunt vniuersas illas regiones Syriæ & Mesopotamiæ. Quodq; maximum est, in gratiam idoli sui quod colebant, filios suos comburebant. Quid ergo mirum, si in eisdem fornaces conijciantur, in quas filios suos conijciebant? pœna hæc fuit talionis. Semper autem in illis supplicijs quæ non reprehenduntur in scripturis, eò confugiendum est, Deum gubernasse illos patres. Quidam vt leniant ista supplicia, dicunt non omnes ita tractatos esse: sed tantùm seniores & principes qui erant quasi præsidium & columen populi: Sed Iosephus omnes dicit ita sublatos esse. Scriptura quoq; illa supplicia videtur communia facere. Sed ego aliquos exceptos crediderim: infra enim cap. 17. audiemus, Sobi filium Nahas regis, Dauidi auxiliatum fuisse, quando ab Absolone regno pellitur. Vnde colligitur alterum filium regis Nahas occisum, alterum verò regioni à Dauide præfectum fuisse. Ista non sunt ita in eo miranda, cùm ipse veri Dauidis typum gerat: qui dicturus est omnibus impijs extremo die, Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Non sunt crudelia quæ Deus sceleratis infliget in gehenna. Erunt intolerabiles quodammodo pœnæ, proficiscuntur tamen à iustitia recta puniente. In Euangelio dicit, Adducite ad me omnes qui noluerunt me regnare super eos, & occidite eos in conspectu meo. Hîc magistratus discant, cùm sontes illis puniendi offeruntur, rectam rationem respicere. Animus eorum à pœnis iustis & imperatis non abhorrere debet.

An aliqui exceptí sint ab istis supplicijs.

// {

CAPVT XIII.

FActum est autem postea, quum Absolom filio Dauidis esset soror pulchra, cuius nomen Thamar, vt adamaret eam Amnon filius Dauidis.

2 Angustijs autem afficiebatur Amnon, adeò vt in morbum incideret propter Thamar sororem suam: virgo enim erat, & difficilè erat in oculis Amnon facere ei quicquam.

3 Porrò ipsi Amnon erat amicus, cuius nomen erat Ionadab filius Simah fratris Dauid: Ionadab autem erat vir prudens valdè.

4 Qui dixit ei, Quare sic es macer fili Regis singulis diebus? an non indicabis mihi? Dixitq; ei Amnon, Thamar sororem Absolon fratris mei adamo.

5 Et dixit ei Ionadab, Cuba super lectum tuum, & ægrotum te simula: tum veniet pater tuus ad videndum te, & dices illi, Veniat obsecro, Thamar soror mea, vt porrigat mihi escam, atq; paret me spectante pulmentum, vt videam, & cibum capiam de manu eius.

Partitio capitis.

HOC caput partiemur ista ratione. Primo loco describitur insanus & furiosus amor Amnonis in sororem. Secundo loco scelus. Tertio vltio, quam grauissimam sumpsit Absolon de sorore ita constuprata. Quod ad primam partem attinet. Post illam crucem filij occisi, statim altera ærumna Dauidi infligitur Dei iudicio: idque satis citò Non enim sapientes patres correctionem filiorum suorum diu differunt: dilatio enim eos non meliores, sed deteriores facit. Pœna talionis hîc exigitur à Dauide. Commiserat adulterium, eadem Vriæ, proditionem exercitus: nunc filia eius miserè & turpissimè stupratur, deinde occiditur filius Amnon, & cæditur proditione. Videmus Deum iustitia summa recompensare maleficia quæ patrârat Dauid. Fuit tristis & lamentabilis hic casus patri, qui indulgentissimè filios suos amabat. Quis pater non mallet mori quàm hæc in filijs suis videre? Quibus rationibus putatis homines Dauidi parùm propitios, eum irrisisse? Hiccine est Dauid loco Saulis nobis obtrusus? hiccine est vir secundum cor Dei? qui familiam suam tam diligenter & religiosè instituit? Hæc si Dauidi vt credibile est, exprobrabantur, quo loco putatis eum fuisse? Hæc admodum valent contra nescio quos homines, qui fingunt sibi Ecclesiam in his terris inculpatam esse debere, seq; temerè ab Ecclesijs separant. Ecclesia Dei fuit antiquitus populus Israel: cultus Dei Dauidis seculo vigebat: erat enim magnus vindex cultus Dei. Attamen ista in Israele, in familia sanctissimi Regis Dauidis committebantur. Quare non sunt audiendi Nouatiani, Donatistæ, Anabaptistæ, qui

Pœna talionis à Dauide in tribu exigitur.

Ecclesia an sit inculpata.

dicunt

dicunt Ecclesiam debere esse absque ruga & macula. Dixit hoc Paulus ad Ephesios, sed non promisit nunc fore. Erit post hanc vitam, quando Deus omnem lachrymam ab oculis electorum suorum absterget. Vnde Augustinus qui aliquando malè hunc locum intellexit, in libro Retractationum suam sententiam mutauit, & hunc locum benè exposuit.

Peccatum quod à filio Dauidis admittitur est incestus. Solet autem incestus ita definiri, vt sit abusus fœminarum propinquarum, siue affines siue consanguineæ fuerint. Gradus autem non violandi Leuit. 18. & 20. quàm diligentissimè describuntur. Cur autem congressus in istis gradibus vetiti fuerint, solent plures rationes adduci. Vna est reuerentiæ & honoris quem debemus propinquis nostris, qui nobis sanguine aut affinitate iuncti sunt. Tantum illis debetur, vt Valerius Maximus referat, nefas fuisse patrem & filiam vnà lauare, nudantur corpora, videtur aliquid esse quod illi honori non conueniat. Deinde quòd familiæ seruari debeant castæ. Vnde si spes potiundi matrimonij esset inter eos, amores incenderentur: susque deque omnia ferrentur: multa indigna committerentur. Tertiò, Augustinus de ciuitate Dei 15. cap. ait, Deum voluisse maximè charitatem inter homines amplificari. Ideò cùm nuptiæ extra familiam contrahuntur, nouæ ineantur amicitiæ. Neq; decet vt plures necessitudines in vna persona collocentur: vt quæ est amita fiat vxor. Peruersitas quædam sequeretur, vt ea quæ instar matris esse deberet, ac me superior, si fieret vxor mihi subijceretur, & ita quodammodo caput esset infra pedes. Addi potest quod Aristoteles 2. Polit. 2. cap. tradit. Seruandum esse modum amoris etiam in nuptijs. Cùm autem naturalis intercedat amor inter personas coniunctas, si nunc nouus amor per nuptias accedat, amor conduplicabitur. Quicquid sit, rationes probabiles sunt. Sequi verbum Domini oportet, etsi nullas alias rationes haberemus. Præcepta autem contra incestas nuptias proposita sunt, & bis. Naturalis quoq; lex abhorret. In Digestis ad legem Iuliam de Adult. & stupro in leg. Si adulterium. In Codice in titulo de Incestis nuptijs. In Decretalibus de eo qui cognouit sororem vxoris suæ: Concilium quoq; Triburiense pœnas declarauit. Pœna capitalis est in Leuitico: Præterea maledictionem incurrunt qui furiosis illis amoribus indulgent. Si leges cessent, Deus punit. non enim hæc inulta patitur. Clodius qui stupri cum sororibus infamia laborabat, à Milone cæsus est. Domitianus Imperator, qui & ipse sororibus stuprum inferebat, cæsus est. Cessabat gladius magistratus, at Deus non cessabat. In Leuit. dicit, Sicut terra eiecit illos, ita egomet eijciam vos, si istis libidinibus polluamini, Hodie orbis terrarum grauia patitur. Eunt ad Papas, volunt relaxari quæ Deus astrinxit. Dicunt Papam dispensasse, omnia sanguine implentur. Vna vxor duos habet fratres, vnus frater duas sorores, &c. Interea reuocemus animum ad iudicia quæ Deus exercet. Comminatus fuerat Dauidi per prophetam, ex teipso excitabo malum: & tollam vxores tuas, tradamq; proximo tuo, &c. Ærumnæ illæ non ab alienis inferuntur. Amnon est filius Dauid, ita & Absalon, Thamara est filia. Diabolus incitat istas cogitationes: Amnon excipit, non repellit, sed sua prauitate innata assentitur. Deus interea istis rebus ad cruciandum Dauidem abutitur. Potuisset hæc impedire, & Amnoni tantum largiri gratiæ vt resisteret tentationi, sed subduxit ei suam gratiam, cedit ergo tentationi satanæ. Quòd autem cupiditas ista insana, magis in Thamaram, quàm in aliam dirigitur, non fit temerè. Prouidentia Dei est quæ incubat rebus Non dicitur, Deus simpliciter causa peccari, sed quin regat peccatum non est negandum: nisi Deum à gubernaculis excutere velimus. Causam peccatorum in nobis habemus: Deus tamen peccata ita gubernat, vt illis puniat qui sunt puniendi. Neq; nos ista gubernatione culpam excusare possumus: in nobis habemus malum, diabolus hoc solicitat. Deo autem etiam nolentia inseruiunt. Si peccata non regerentur à Deo, ita grassarentur, vt nihil ordinis seruaretur.

Quid incestus.

Quare aliqui gradus prohibiti fuerint.

Leges contra incestum.

Dei iudicium qui hæc peccata regit ad puniendum Dauidem.

Interea cogita Dauidem non tantùm adulterij, sed matrimonij etiam cum alienigena contracti, pœnas dare: natus enim est Absolon ex filia Thalmai regis Gessur. Qua de re varia traduntur. Rab. Chimhi dicit, Dauidem istam Maacha captiuam cepisse, cumq; speciosa esset, rem cum ea habuisse, priusquam ad religionem Israeliticam conuerteretur: & ita conceptam fuisse Thamaram, dum mater adhuc captiua esset, & ancilla. Postea cùm amando eam perseueraret, fecit quæ in lege præcipiuntur Deut. 21. Rasit eius caput, supercilia, crines & vngues resecuit, tum sibi eam vxorem fecit. Recentiores (vt Lyranus & alij) dicunt istam Maacham captam esse cùm iam grauida esset ex altero viro, ita vt reuera non eiusdem patris & matris esset cum Amnone. Hoc illud fortè confingunt ad eleuandum hoc crimen, vel vt verba puellæ melius interpretentur, quando dicit, Loquere quæso ad regem, & non prohibebit me tibi. Quod verum esse non potuisset, nisi nuptiæ inter eiusmodi personas concederentur. Non fit mihi verisimile. Habemus enim Amnonem confectum esse, quòd non videret rationem potiundi Thamara. At si nuptiæ concessæ erant, vxorem illam petere potuit.

Dauid pœnas dat matrimonij cum alienigena.

Antiochus filius Seleuci captus amore nouercæ mori destinauerat, sed Erasistrati medici opera adiutus à patre eam vxorem accepit. Qui potiùs vxore sua adamata carere voluit, quàm filiũ contabescere. Fuerunt autem nuptiæ incestæ. Isti affectus mali ac turpes facilè sumuntur, vt odium, amor turpis, sed non ita facilè deponuntur. Quoniam sunt affectus partis animi crassioris, quæ maximè coniuncta est cum corpore: ideò non fiunt sine immutatione corporis, & quidem vehementi: vnde temperamentum variat & discedit à iusto. Hinc homines ob vehementes istos affectus, morbos incurrunt. Sic Amnon etiam attenuabatur, & in morbum incidit. R. Chimhi physicam rationem assignat: quòd non dormiret noctu, sed de furioso amore cogitaret, vnde cruditas stomachi orta. Si cibi non coquuntur, pallor & macies sequitur. Virgo erat nobilis: asseruabantur autem virgines magna diligentia in Israele. בְּתוּלָה dicitur puella vel virgo ab אלם absconendo & occultando. Latebant enim & abscondebantur: idq; bona ratione. Infirmus est sexus, & lubrica ætas, nihil igitur non metuendum. Forma est donum Dei, sed Amnon abutitur forma sororis, cupit turpiter ea abuti. Cùm vexaretur turpi amore, orandus potiùs Deus fuit, vt tantum malum à se auerteret. Deinde alio quodam honesto amore furiosus ille erat excutiendus, vt sic bono clauo malum nodum pelleret. Ille verò Deum non orauit, neq; honestum coniugium petijt. Ethnici remedium furiosi amoris triplex ostendunt. Primum famem, vt homines se macerent, vt contrahatur fluxus ille carnis. Deinde tempus: nihil præcipitanter agendum cuius nos postea pœniteat: sustinendi aliquandiu sunt hi affectus, donec euanescant. Tertiò, si hoc non succedat, laqueus. Sed Ethnici non sunt audiendi. Quæ prius adduxi, media sunt iusta. Horum malorum capita duo sunt, ocium & luxus: amouendæ ergo sunt delitiæ, & occupandus est animus iustis actionibus. Hæc non faciebat Amnon: sed quò magis se impediri videbat, eò magis inflammabatur. Nitimur in vetitum, dicit poeta, semper, cupimusq; negata. Effecerunt in eo affectus, quod solent in illis quos occuparunt: occæcantur amoribus, non internoscunt honestum à turpi, iudicium in ipsis videtur consopiri.

Assectuum vis.

Amor turpis.

Remedia amoris.

Porrò ipsi Amnon erat amicus.) Accedit inauspicato malus familiaris Ionadabus: is dicitur sapiens, non vera sapientia. Nam sapientia est habitus pertinens ad intelligentiam, quo cognoscimus res per summas causas: possumus ἀνάλυσιν facere vsque ad Deum: non ita sapiens erat. Proposito casu, non dabat consilium ex verbo Dei. Sapiens dicitur, quòd præditus esset solertia, quam Aristoteles 6. Ethico. εὐβουλίαν & εὐστοχίαν vocat. Sunt quidam hac dexteritate præditi, vt modos aliquid inueniendi mox inueniant. Istis donis homines benè & malè vti possunt. Sapientes dici possunt, vt Propheta inquit, ad faciendum malum, non ad faciendum bonum. Ista astutia & hoc acumen Ionadabi, si expendatur, fuit potiùs lenocinium: consobrini & consobrinæ suæ leno factus est. Non est sapientia nec prudentia, quia locum non habent, vbi aliæ virtutes non sunt coniunctæ. Habent enim virtutes quandam inter se connexionem. Cùm malum consilium dederit, non verè sapiens dici debet. Ad bonum consilium dandum duo requiruntur, inquit Aristoteles loco supra citato, primum, vt id quod consulitur, honestum bonum & iustum sit. Vtq; nos discere mus, quòd cum verbo Dei consentiat. Deinde media perueniendi ad hoc de quo consultamus, recta & honesta esse debent. Constans enim est illa regula Pauli: non facienda esse mala, vt bona eueniant. Hîc longè secus accidit. Mala res est ad quam sua ἀνάλυσις collimat: & malis vijs eò tendit, ni mirum impostura, vt fingat morbum. Erat in aula & cognatus. Aulę abundant istis consultoribus: statim vt Regem laborare aliqua cupiditate vident, intendunt neruos suos ad id vt illa potiatur, quò sibi gratiam & fauorem illius coemant, nulla interim habita ratione honestatis & pietatis. Hęc studia sunt multorum aulicorum, de malis loquor. Ionadabus ille ostendit quo loco Regem patruum suum & consobrinam habeat: decipere vtrunq; vult. Familiaris fuit Amnoni: amicitia parũm honesta fuit: mutuas sibi tradebant operas, vt credendum est. Tam fœdi sceleris authorem vult patrem facere. Ast officium eius erat hominem corripere, ponere ob oculos probrum cui se exponebat, & ostendere quanta fœditate totam domum regiam vellet polluere. Dicere debuit, hoc facere in quouis turpe esse, sed in filio regis, eoq; primogenito longè turpissimum.

Ionadab. Num fuerit verè sapiens.

Quæ ad bonum consilium requiruntur.

Ionadab non fuit verus amicus.

6 *Accubuit ergo Amnon, & ægrotum se simulauit, tum venit Rex ad videndum eum: dixitq; Amnon Regi, Veniat obsecro Thamar soror mea vt faciat me bellantem duo lagana, & cibum capiam de manu eius.*

7 *Misit igitur Dauid ad Thamar domum, dicendo, Veni nunc in domum Amnon fratris tui, & fac ei pulmentum.*

8 *Venitq; Thamar in domum Amnon fratris sui (ipse autem iacebat) quæ tollens farinam commiscuit, fecitq; lagana in oculis eius, & coxit lagana.*

9 *Tulit*

9 *Tulit postea sartaginem, & effudit coram eo, ipse verò renuit comedere: dixitq; Amnon, Educite omnes viros à me. Et egressi sunt omnes viri ab eo.*

10 *Tum dixit Amnon ad Thamar, Affer pulmentum in cubiculum vt comedam de manu tua. Tulit ergo Thamara lagana quæ parauerat, & attulit ad Amnon fratrem suum in cubiculum.*

11 *Et obtulit ei vt comederet: qui apprehendit eam: dixitq; ei, Veni, cuba mecum soror mea.*

12 *Illa verò dixit ei, Ne frater mi, ne opprimas me: non enim sic fit in Israele, ne facias stultitiam hanc.*

13 *Nam ego quo depellam probrum meum? tu verò eris veluti vnus è stultis in Israele: nunc ergo alloquere obsecro Regem: non enim denegabit me tibi.*

14 *Noluit autem audire vocem eius, sed præualuit illi, oppressitq; eam, & concubuit cum ea.*

Principes alijs bono exemplo prælucere debent, si volunt honestatem propagare. Hoc non facit, sed è diuerso eum videtur magis inflammare, quando spem ei facit potiundæ sororis. Non erat amicus, sed inimicus: quia malè ei facit. Hostis quid peius facere aduersus Amnonem potuisset? Amicorum est laudare ea quæ amici rectè faciunt, reprehendere & impedire contraria. Amicitia vera non opitulatur amicis in rebus turpibus. Potest iste conferri cum Achitophele inimico Dauidis, qui Absaloni consuluit, vt stupro nouercas suas contaminaret. Neq; prætereundum est, Ionadabum astutè se insinuare, vt principis gratiam conciliet. Quid tu fili Regis, magis magisque contabescis? Quasi dicat, Non est causa ob quam tristitia afficiaris, memineris tuæ conditionis. Vt astutus erat, olfecit non morbum esse corporis quo laborabat: sed eum cura distineri. Hæc dicendo, effert quodammodo suam operam. Audita causa mali, non reuocat eum, sed dicit, Assimules morbum corporis, puta febrim, aut alium.

Amnon cõsilium Ionadabi admisit: at non debebat ab astutis consilium capere. Nam prudentia carnis, dicit Paulus ad Rom. est inimicitia aduersus Deum. Consilia ex verbo Dei sunt petenda. Cæterùm hoc mirum videri potest Dauidem non olfeciſſe aliquid mali: erat enim alioqui prudens & sagax. Amabat quidem indulgentissimè liberos suos, attamen non potuit cogitare, fastidit cibos parari delicatum cibum vult, cur à Thamara, quæ est virgo & asseruatur? Sunt aliæ pulchræ mulieres in aula: certè res suspecta erat. Cogitare debemus Deum voluisse Dauidem ista non videre: erat castigandus: magna vis disciplinæ Dei: auertuntur sapientibus oculi. Vocatur Thamar, alia consilia agitantur quàm de cibo coquendo. Specie officij decipitur. Soror quæ sicubi alibi tuta esse debuit, ibi maximè periclitatur. Amnon ejcit omnes è conspectu suo: non mirum, versabat in animo consilia turpia. Qui malè facit, odit lucem, Ioan. 3. Efficit vt eam deducat in conclaue: parat vim contra eam: illa se concluſam vidit, & illum fortiorem se, quid faceret? confugit ad arma quæ potuit, rationibus repugnat. *Ne frater mi*, inquit.) Reuocat hac voce illi in mentem, se fratrem esse. Non debes esse corruptor, me potiùs tueri deberes, si qui me constuprare vellent. Deinde rationem à legibus adducit. *Non ita fit in Israele.*) Noster populus, qui est populus Dei, alias habet leges. Externam opprimere non licet, multò minus sororem. Capitale scelus est. Adhæc affert incommoda quæ possunt oriri ex hoc facto, cùm ipsi, tùm sorori. *Tu eris veluti vnus è stultis in Israele.*) Tu si feceris hanc stultitiam, si ita inconsideratè egeris, timendum ne stultus & insanus habearis, qui Regi succedere debebas. Vera dicit: nam summa stultitia est & insania, discedere à verbo Dei. Fatuitas præcipuè libidinis vitijs attribuitur: toti his vitijs occupati, desipere videntur. *Quò auferam*, inquit, *opprobrium meum?*) Hoc est, nemini matrimonio copulari potero. Ad extremum, ne spem omnem præcidat. *Alloquere*, inquit, *Regem, & non denegabit me tibi.*) An putabat licere in Israele cum sorore inire nuptias? Fortè nesciebat, liceret nec ne. Aut Regem sua authoritate aliquid de legedispensare posse, suspicabatur. Vel vt melius meo iudicio Iosephus scribit, hæc dicit, vt illum articulum temporis euaderet, quacunque se ratione explicaret. Sunt nonnulli vti diximus, qui sic natam fuisse volunt, vt licuerit hoc coniugium. Sed mihi non fit verisimile. Potuisset enim Amnon eam sibi vxorem petere, cur seipsum ita maceraſſet? Deinde secundum legem Exodi 22. vxorem postea ducere debuisset, aut dotem ei numerare, si accipere eam licuisset, sed hoc non factum esse legitur. Illud etiam mirandum, eam non clamasse. Deuteronomij 22. scribitur quædam lex: Si puella quæ fuerit desponsata, in ciuitate opprimatur ab aliquo, vterque moriatur. Vir, quia puellæ vitium obtulit: illa, quia non clamauit, ac ea re consensum præ se tulit. Si in

Cur Dauid nihil mali suspicatur?

Rationes Thamaræ.

Cur non clamauerit Thamara.

agro idem acciderit, sancit Deus, vt tantùm qui oppressit, occidatur: fortè clamauit, & nemo accessit ad liberandum eam. Hæc Lex etiam in ea valere debet, quæ sponsa non est. Si opprimatur in ciuitate, vbi est hominum frequentia, excusatur si clamat: si non clamat, non potest prorsus excusari. Fortè ideò non clamauit, ne fratrem probro afficeret: ne causa esset, vt extremum de eo supplicium sumeretur. Aut fortè speranit, se fore coniugem illius, & patrem quoque modo aliquid de lege diuina relaxare posse.

AN DISPENSATIO ALIQVA POSSIT *fieri in gradibus cognationis à Deo prohibitis.*

Verba Thamaræ monent nos, vt obiter exponamus, an aliquid in gradibus prohibitis lege diuina relaxari possit. Hodie enim, qui Christiani volunt haberi, gradibus prohibitis coniuncti, dicunt, Eamus ad Papam, loquamur cum eo, dispensabit, modò pecuniam numeremus. Nec vulgares tantùm hoc dicunt: sed magistri nostri Theologi in 4. Senten. Distinct. 34. de matrimonio, scribunt Papam relaxare posse. Eumque posse hoc facere, nituntur ostendere. Nam dicunt, præcepta illa, quæ sunt Leuitici 18. & 20. de gradibus prohibitis, partim moralia, partim iudicialia esse. Moralia & naturalia esse, ne pater filiam ducat, aut filius matrem. Hic talem esse indecentiam, vt nullo modo queat tolli: perpetuum impedimentum esse. Nam sunt vna caro, inquiunt, pater & filia, filius & mater eius. In matrimonio verò oportet vt vna caro, altera efficiatur, at illi non sunt disiuncti. Sed si ratio firma esset, Adamus Euam ducere non potuisset. Caro eius erat. Dicit enim: Nunc caro de carne mea. Respondent Euam carnem Adami fuisse, non via naturæ, sed miraculo. Deus enim costam Adami ita ædificauerat, vt facta fuerit mulier. At cùm definitur consanguinitas, non confugitur ad miracula: sed dicitur vinculum earum personarum, quæ deriuantur ex vno principio per procreationem. Sic Eua non dici potuit consanguinea Adami. Dicunt ergo in illis præceptis, quæ habentur in Leuitico, indecentiam naturalem, moralem & perpetuam esse inter patrem & filiam, filium & matrem, cæteros gradus ad Leges iudiciales pertinere. Volunt ibi aliquam esse indecentiam: sed non tantam, quæ semper interdicta fuerit. Nam fratres & sorores primo tempore matrimonium contraxerunt. Quin & soror defuncti fratris ducebatur in Lege ad excitandum semen. Iacob duas sorores in matrimonio habuit: Amram amitam suam, Abraham Saram, quam sororem appellat. Quamobrem aiunt, natura quodammodo & naturali lege interdicuntur perpetuò isti gradus, pater & filia, filius & mater. Aliæ verò personæ quæ prohibentur à Deo, à nuptijs remotæ fuerunt, sed lege iudiciali. At eæ tantisper durarunt quandiu politia ista Israelitica mansit: postquàm verò cecidit, legibus illis non astringimur: nisi quantum Ecclesia eas admisit. Ita vt nobis sint leges Ecclesiæ, non morales: neque sint de iure diuino nobis: sed Ecclesiastico & positiuo. Cumque Papam toti Ecclesiæ præsidere faciant, iam in manu eius positum esse dicunt, vt ista impedimenta relaxet iustis quibusdam de causis. Adeò adulantur Papæ vt Caietanus secunda secundæ Thomæ, quæst. 154. artic. 9. Papam dicat, iustis de causis in omnibus istis gradibus relaxare: præterquàm in connubio patris & filiæ, filij & matris: non iure communi iam constituto, sed si Papæ accedat relaxatio. Causam hanc assignat, quòd sint iudicialia. Experientia docet interdum ista accidisse. Emanuel Rex Portugalliæ duas sorores habuit. Catharina regina Angliæ duos fratres. Ferdinandus Rex Neapolitanus amitam suam, approbante Alexandro sexto. Legi Martinum quintum relaxasse matrimonium cum sorore germana, qua de re multi Canonistæ dicunt, dubium esse an licuerit. Licentia hæc est horribilis: videtis quanta isti sibi vendicent. Ego secus arbitror: & illa quæ in Leuitico de prohibitis gradibus continentur, arbitror moralia esse: caninæ potiùs quàm humanæ tales videantur nuptiæ. Illa verò naturalia ac moralia potiùs esse, ex ipsismet verbis illarum legum conuincimus. Cùm Deus has leges tulit, hæc dixit: Vos hæc obseruate, nec polluatis vos istis sceleribus, quemadmodum Chananæi, qui fuerunt ante vos: & ego eieci eos. Si imitati eos fueritis, & polluatis vos, euomet vos quoque terra. Sic argumentor. Chananæi non erant populus Israeliticus, Deus per Moysem non tulerat leges illis: tamen propter istas coniunctiones puniti sunt: ergo astringebantur illis præceptis. Si astringebantur, lumine naturæ astringebantur, & ad alias etiam nationes pertinebant. Natura bene instituta illam turpitudinem videre potuit. Dominus dixit, se propterea odisse Chananæos. Quare non consentaneum nobis esse debet, leuicula fuisse præcepta, quæ vnà cum politica administratione Israelitici populi interciderint. Quid referunt filios Adami: non est nostra & illorum causa eadem fuit illa necessitas summa. Præterea Deus relaxauit, dicens: Crescite, multiplicemini, & implete terram.

Prohibitio gradum est moralis.

De filijs Adami.

te terram. Deus autem relaxare potest quando vult: non est ei visum alias fœminas producere. Quod hoc faciendum sit sine illa necessitate, nullo verbo possumus ostendere. Quod semel factum fuit, non imitari debent homines. Iacobum duas sorores habuisse verum est, sed honestas publica vt eunque obliterata erat in Mesopotamia, & alibi. Nec omnia rectè facta sunt, quæ patres fecerunt, nisi dicamus spiritum Dei peculiariter hoc fieri voluisse. De communi lege & cursu vsitato loquimur. Inuitus habuit duas sorores, vnum tantùm volebat. Sed Labani dolis altera fuit ei obtrusa: & altera mortua est in itinere priusquàm terram promissam ingrederetur. Hebræi dicunt Deum noluisse tantum nefas haberi in terra sancta. Opponimus illi exemplo legem Dei: non viuendum est exemplis, sed legibus. Fuerunt talia in alijs quoq; gentibus, sed non propterea probanda. Eusebius Cæsar. in Præparat. Euangelica scribit, Persas inter patrem & filiam, filium & matrem nuptias habuisse. Berosus scribit, Gigantes ante diluuium non abstinuisse ab illis nuptijs. Caracalla dicit nouercæ suæ, si liceret: impudens mulier respondit, Si libet, licet: imperator dat leges: non accipit. Apud Athenienses licuit sorores ducere: turpia sunt ista. Opponamus turpibus illis rebus, honestas leges Romanorum. Videmus admodum pugnantia in relaxationibus Paparum, quo ad hanc materiam. Communi lege & interdicto contrahunt licentiam nuptiarum, & plures gradus prohibent quàm Deus: quandoque septimum gradum prohibuerunt, mox quartum. Postea pro sua libidine ita laxant, vt primum gradum tantùm excipiant: Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Non inficior in istis coniunctionibus, maiorem esse incestum in vna propinquitate quàm in altera, sed quæcunque Deus prohibuit, inhonesta sunt. Si dicunt se hoc facere de plenitudine potestatis, dicant ait Baldus de plenitudine tempestatis, qua ecclesia turbatur & corrumpitur. Ne putetis quenquam hominum (Deum exceptum volo) relaxare potuisse vt frater duceret sororem. Hæc omnia hanc ob causam dixi, ne putetis Dauidem laxare potuisse.

Iacobi exemplum.

Exempla quædam non probanda.

Pugnantia in relaxatione Paparum.

15 *Et odio habuit eam Amnon odio magno valde: maius enim odium quo odio habuit eam, amore quo dilexerat eam: dixitq; ei Amnon, Surge, vade.*

16 *Quæ respondit ei: Ob hanc causam malum maius est hoc, quàm aliud quod fecisti mecum, emittendo me. At ille noluit audire eam.*

17 *Sed accersito puero suo qui ministrabat illi, dixit: Emitte nunc istam à me foras, & obsera ostium post eam.*

18 *Super eam verò erat tunica polymita: sic enim induebantur filiæ Regis virgines tunicis. Eduxit itaq; eam minister eius foras, & obseranit ostium post eam.*

19 *Tulit autem Thamar cinerem super caput suum, & tunicam polymitam, quæ erat super se, scidit, posuitq; manum suam super caput suum, & ibat eundo, & clamabat.*

20 *Dixitq; ad eam Absolom frater suus: An non Amnon frater tuus fuit tecum? nunc autem soror mea tace, frater tuus est: ne apponas cor tuum ad hoc. Mansit itaque Thamar desolata in domo Absalom fratris sui.*

21 *Rex verò Dauid audiens omnia hæc, iratus est vehementer.*

Nefario scelere perpetrato, furiosus amor Amnonis in odium versus est. Causæ quæruntur huius odij. Sunt nonnulli qui naturalem proferant, quæ habetur apud Aristotelem in Problematis, sed non tanti videtur esse momenti, vt diu in ea moremur. Dicunt ex primis iuuenũ congressibus, valde immutari corpus in contrariũ, ergo & affectus cadere in contrarium. Rabbini dicunt, vt refert Rabbi Kimhi, & Rabbi Salomon: odium inde ortum esse, quod luctando cum ea, læserit seipsum. Addunt, acerbissimis conuitijs vsam esse: dixerat ante, habeberis stultus & insanus, quibus verbis cùm nihil profeciisset, turpiora dicunt probra addidisse. Probabilior ratio est, hanc mutationem ortam esse ex confusione & conscientię perturbatione. Vnde Paulus rectè ad Romanos sexto capite scribit, Quem fructum habebatis in ijs de quibus nunc erubescitis? Harum voluptatum fructus est pudor, & conscientiæ trepidatio. Sed altius repetenda est causa. Vltio est diuina: iudicium Dei cogitandum est hoc loco. Deus tantùm facinus nolebat occultum esse, sed sciri ab omnibus: & ita puniri Dauidem in filio ac filia. Res eò deducta est, vt Thamara quoquo modo & Amnon pœnas darent. Huiusmodi sunt voluptatũ illecebræ, & delitiæ carnis. Parum habent mellis & iucunditatis, multum verò fellis & amaritudinis. Ideò spectandæ erant quando nos titillant, absuntes non accedentes. Cogitandum quid relicturæ tandem sint. Amor inhonestus in odium vertitur: casti amores, indies magis magisq; augentur. Amauit Amnon sine modo: odit nunc citra modum: erat furiosus amor: furiosum quoq; est odium. Sic se habent, qui sunt in potestate diaboli: omnia extrema sunt, nihil mediocritatis.

Causæ odij Amnonis.

Eijcit sororem à se, illa grauissimè fert. *Propter istam causam*, inquit, *malum maius est hoc quàm fuerit prius.*) Violata eijcior, quasi fœda mulier, meretrix sim. Sic iecta tum crimen publicatur, matrimonio inepta reddor: nemo volet me vxorem ducere. Primum scelus fortè habet remedium, vt celetur, alterum non. Voluisset manere aliquantisper, donec furor fratris resideret, vt cõsilium inire possent, quid agendum videretur. Opus habebat aliqua consolatione. Huiusmodi sunt hæc. Certè Putiphâris vxor amorem erga Iosephum in odium acerbissimum conuertit. De Phædra erga Hippolitum idem poetæ fabulantur. Nero cum matre rem habuit, postea ita eam odisse cœpit, vt eam occideret. Sic Amnon hoc loco. Thamaræ fortè in mentem veniebat Dina, quam oppresserat filius regis, postea eam consolabatur, talia non agebat ille. Fortè existimauit, Dauidem aliquid de Lege relaxare voluisse. Quod an licuerit, quemadmodum Hebræi annotant, mihi non fit verisimile: sororem puto fuisse, nec licuisse nuptias. Rationes meæ sunt. Quoniam Amnon non videbat, quomodo ad eam peruenire posset: si licuisset, cur nõ vxorem petebat? Deinde quò auferam opprobrium meum, inquit Thamar? quasi dicat, inepta ero matrimonio, repudiabor ab omnibus. Dicere ille potuisset: Ego ducam te. Tertiò, pater coegisset eũ. Sed relaxationis aliquid adhiberi potuisset. Fortè negligebatur Lex, vt qui ex eodem patre, sed non matre nati essent, contrahere matrimonium possent. Grauior dicit est altera iniuria: Quòd oppressa fuit, aliquo colore excusari potuit, dixissent, æuo amore vulneratus erat, non compos fuit animi. *Surge*, inquit, *vade.*) Non nomine proprio, nec sororem appellat. Videtis tria grauissima scelera. Primum est, stuprum: alterum, incestus, tertium, odium sororis. Publicat scelus, quantum in se est.

Amor sæpe in odiũ vertitur.

Thamaram nõ potuisse nubere Amnoni.

Tria scelera Amnonis.

Quid egit puella? Super se vestem versicolorem habuit, vt filiæ regum solebant. Sic Iacob filio suo Iosepho scribitur vestem versicolorem fecisse. Videmus ex hoc loco, nobiles certas vestes habuisse, quibus ab alijs distinguerentur. Seruanda est aliqua distinctio, non laudandum, si vulgares virgines, nobilium sibi ornamenta vsurpant. Insignem illum habitum scindit, spargit cinerem super caput, &c. mœroris hæc indicia sunt. Clamat nunc post factum, in incestu non clamabat. Sic abit eò dedecoris se venisse putans, vt nihil referat quicquid faciat. Non parcit patri, nec fratri. Venit ad fratrem vterinũ Absolonem, qui videbatur propinquior vindex patratæ iniuriæ. Is intelligens quid accidisset, iubet sileat, ne inuulgetur quod factum erat. Debes memor esse, dicit, dignitatis nostræ familiæ. Ipse interea respicit commodum Thamaræ: si res erupisset, periclitata fuisset fortè de capite. Absolom fratrem non accusat, fortè quia iure agere noluit. Sunt enim quidam ita fastuosi, qui ipsi suas iniurias volunt vindicare. Absolonem superbum & insolentem fuisse, sequentia ostendent. Fortasis etiã, quòd dubi tauit de fide patris, cogitauit, lenis est in Amnonem, non dicet mihi ius. Deinde publicè eum accusare non possum, quin sororem infamem: destitit igitur.

Vestis.

Cur Absolon fratrem non accuset.

Rex verò Dauid audiens omnia hæc, iratus est vehementer.) Additur, Dauidem grauiter doluisse, intelligendum est, tùm propter admissum scelus, tùm quia sibi ascribi posset, quòd filios sic educasset. Quid autem cum Amnone egerit, scriptura non refert. Sed certum est, ei pepercisse. Si iustis de causis hoc fecit, grauari non debet: si paterno affectu, non est excusandus. Labebantur patres interdum. Heli iudex ac sacerdos Dei, etiam nimium filijs suis pepercit. Ideò stirps illa grauiter afflicta fuit. Dauid non tantùm pater erat Thamaræ & Amnonis, sed supremus iudex: ideò in munere suo personas accipere non debuit. Etsi filius erat, qui peccârat, tamen puniendus erat. Dauid administrator erat legum Dei. Sunt qui excusare eum velint, idq; varijs rationibus. Primùm fingunt Amnonem pœnituisse: & idcireò licuisse pœnitenti parcere. Cæterùm scriptura resipiscentiam istam non commemorat: nec esset idonea causa, quæ iustum supplicium impediret. Nam tum nulli scelerati pœnas darent. Quisq; se pœnituisse fingere posset: Quid ageret magistratus? Valet resipiscentia sceleratis, vt reconcilientur Deo, & ad salutem æternam accessum habeant: non vt temporarium supplicium deuitent. Neq; Deus semper propter pœnitentiam hominibus parcit, sed grauissimas pœnas, disciplinæ causa eis infligit: vt hîc videmus factum in Dauide. Num. 15. Lex est, vt peccata expientur sacrificijs, quæ per errorem committuntur, & ignorantiam quandam: at si manu superba & extenta quis peccârit, id est, potenter & procaciter Legem Dei violârit, pereat anima illa, & non est sacrificium pro tali peccato. Alij dicunt, Amnonem reum capitis non fuisse. Nam Lex, quæ habetur Deut. 22, agit de puella, quæ sponsa fuerit. Verùm Thamara virgo erat nemini desponsata. Sed isti tacent interea, sororem fuisse, & Legẽ præcipere, vt qui cum sorore sua rem habeat, interficiatur: Lyranus occurrit, & ait: propriè sororem non fuisse, non eundem patrem, nec eandem matrem, Thamaram, & Amnonem habuisse. Sed suprà illam sententiam confutauimus. Vtut sit, non suasit ei, quemadmodum Lex dicit, sed vi egisse dicitur. Non ergo fuit simplex ratio. At si etiam consensus accessisset, cur pater Amnonem non

An Dauid rectè pepercerit Amnoni.

An propter resipiscentiam debuerit parcere.

An scelus Amnonis fuerit capitale.

fuisit eam ducere? quia, respondet, odium interceſſerat, neq; tuta fuiſſet in domo fraterna. At videamus diligentiùs Legem alteram Deuteron. 22. ſi pater collocet filiam cum marito, & ille conqueratur eam non eſſe virginem, ſi res probari non poſsit, caſtigetur ille & vxorem retineat. Sin verò deprehendatur ita reuera eſſe, tunc ea interficiatur, quia ſcortata eſt in domo patris ſui. Hoc ſi contra puellam decernitur, quid contra oppreſſorem ſtatuitur? occidi certè debet. Tertia quæ adducitur defenſio Dauidis, ſpeciem longe maiorem habet, dicunt, Rex tantùm audiuerat, nemo accuſat, Abſalom tacet, teſtes non adſunt: quid Rex erat facturus? teſtis eſſe non poſſit: An ipſe liberos ſuos accuſare debuit? Lex Dei ſtatuit, ne quis occidatur, niſi ſub duobus aut tribus teſtibus: & Chriſtus dixit adulteræ, quando accuſatores omnes abierant, vbi ſunt qui te accuſant? videtur liberata quòd accuſatores deeſſent. In Legibus ciuilibus ſtatuitur, vt ſine accuſatore nemo occidatur. In Digeſtis in titulo de Muneribus & honoribus, in Lege, Reſcripto. Eſtne cauſa hæc ſatis idonea, ad excuſandum Dauidem? Heli etiam hac ratione excuſari potuiſſet: dixiſſet, audiui tantùm, non vidi, cæcus ego ſum, teſtes non adſunt. Sed ſunt multæ aliæ rationes iudicandi, neque ſemper accuſationes requiruntur. Iudex interdum ex officio ſuo debet inquirere, cùm audiuit ſcelus aliquod graue perpetratum, & aliquibus indicijs conſtat. Lex Domini ſtatuit, malum auferatur de medio: hoc eſt officium iudicis. Viderunt item hoc prudentes viri, vnde ad Legem Iuliam de adulterijs & ſtupris, Lege prima in Paragrapho Si publico. Si quis deprehendatur vxorem poſt adulterium retinuiſſe, damnatur lenocinij, idque ſine accuſatione. Traianus ad Plinium de Chriſtianis ſcripſit, Si offerrentur vt eos puniret, ſi non, ne eos requireret: duas vias agendi oſtendens; vnam per accuſationem, alteram per inquiſitionem. Si caduer repertum fuiſſet, vt eſt in Deuteronomio vigeſimoprimo capite, & author cædis neſciebatur, inquirebatur cum religione quadam. Quin Dominus in Exodo ſtatuit, ſi quis ſuſpectus eſſet furti, deduceretur ad iudices, & ibi iuramento ſeſe purgaret. Id Dauid non fecit, non inquiſiuit, nec iuramentum obtulit. Deinde fama eſt loco accuſationis: non deerant certa indicia Dauidi. Vidit Amnonem tantùm per manus ſororis edere voluiſſe: ſciebatur eum omnes qui aderant foras eieciſſe. Thamar viſa erat abire eiulando & clamando. Magna erant hæc indicia. In bonis rebuſpublicis conſtituti fuerunt aliqui quodammodo cuſtodes ciuitatis, qui deferrent quæ videbant perperam fieri: vt patet in Codice de accuſationibus, Lege, Ea quidem, & in Titulo de officio præfecti vrbis. Non quòd delatoribus iſtis ſtatim ſit credendum, ſed illi ſunt occaſio inquiſitionis. Dauid ergo videtur nimis indulgens fuiſſe in liberos, id ex eo apparet, quòd poſt proditionem Abſolonis noluiſſet eum occidi. Adoniam ad regnum aſpirantem non increpat. In Latina verſione habemus, Dauidem dilexiſſe Amnonem quòd eſſet primogenitus, ideò noluiſſe eum affligere hac de re. Id habetur etiam in Ioſepho, & in Græca verſione. Lyra: dum interpretatur, credendum eſt inquit, Dauidem ad tempus noluiſſe triſtitia eum afficere, quòd adhuc ægrotaret, poſteà autem ſecreto id feciſſe. At hoc ſatis non erat. Quod corrigere ipſe noluit, Deus puniuit. Quid enim conſequutum eſt, cùm Dauid non puniuiſſet filium? Abſolon Amnonem odio habuit: fratrum verò inimicitiæ acerbiſsimæ & implacabiles ſunt. Odium non erat ira: ira leuì vindicta contenta eſt: odium verò non expletur, niſi extremum ſupplicium inflictum ſit aduerſario. Ex iſtis coniecturis & rumore, malè audiebat familia Dauidis, pater ferre non debuit. Si innocentes erant, curare debuit vt purgarentur. Si admiſſus erat inceſtus, non ferri hæc nota poterat, niſi magna cum ignominia. Blaſphemia quædam aduerſus Deum oriebatur, qui talem Regem elegiſſet & ferret.

Alia excuſatio Dauidis.

Accuſatores non ſemper expectandi.

Dauid nimis indulgens in liberos.

22 *Non eſt autem loquutus Abſalom cum Amnon à malo vſq; ad bonum: odio enim [illegible] Abſalom ipſum Amnon, propterea quod compreſſiſſet Thamar ſororem [illegible].*

23 *Et fuit, poſt duos annos dierum, tondebant ipſi Abſalom in Baalhaſor, quæ erat [illegible] Ephraim, & vocauit Abſalom omnes filios Regis.*

24 *Ingreſſus eſt etiam Abſalom ad Regem, & dixit, Ecce nunc tondent ſeruo tuo: veniat obſecro Rex & ſerui eius cum ſeruo tuo.*

25 *Cui dixit Rex, Ne fili mi, ne nunc veniamus omnes, ne grauemus te. Et cogebat eum: noluit tamen ire, ſed benedixit ei.*

26 *Dixit autem Abſalom, Et non veniet quæſo nobiſcum Amnon frater meus? Reſpondit ei Rex, Ad quid iret tecum?*

27 *Quum autem cogeret eum Absalom, misit cum eo Amnon, & omnes filios Regis.*

28 *Præcepit autem Absalom pueris suis, dicendo, Obseruate quæso cum iucundum fuerit cor Amnon vino, & dixero vobis, Percutite Amnon: tùm interimite eum, ne metuatis: nónne quia ego præcepi vobis? confortamini, & estote fortes.*

29 *Fecerunt igitur pueri Absalom ipsi Amnon quemadmodum præceperat Absalom.*

Absolom nullum indicium offensionis dedit: astutè quidem, ne occasio vlciscendi corrumperetur: nihil mutauit de pristina conuersatione; donec tempus & locus vltioni decerneretur.

Duo affectus Absalomi. Duobus grauissimis affectibus laborabat: nempe cupiditate vlciscendi, & ambitione. Putat affectati regni cupiditatem promoueri, si occidat illum. Vna eademq; opera duo conficiebat: & vno saltu, vt est in prouerbio, duos capiebat apros. Venit tandem ei in mentem, vt tempus tonsuræ ouium arriperet.

Lætus est dies tonsuræ ouiũ. Solent tunc temporis homines lætari, sicut de Nabale audiuimus, legati Dauidis ad eum dicebant, die bono & læto venimus ad te. Iudas in libro Geneseos cùm emisisset vxorem, & recreationem quæreret, iuit cum amico suo, ad tonsuram ouium. Is mos se exhilarandi mutuò in messe, vindemia & tonsura ouium, non est vituperandus. Non nati sumus nobisipsis, Homo gaudium suum communicat alijs. Si homines conueniant, vt Deo gratias agant de prouentu, laudandum est.

Ingressus est etiam Absalom ad Regem.) Absolom omnia fictè agit: simulat amorem erga Amnonem, intus odium fouet. Noluisset adesse Regem & alios fratres, tamen assimulat, inuitat, vrget, & quodammodo cogit Regem. Rex se excusat ne grauis ei sit, si eat cum tot liberis & amicis. Vincitur tamen, & mittit Amnonem, qui fortasis aliàs iturus non erat. Pater mittit eum cum alijs filijs, vt posteà doleret, quòd ipse quodammodo causa cædis fuerit. Amnon proficiscitur quòd se non solùm vocari videret, sed cum alijs: deinde longum tempus interceserat à stuprata Thamara, confidebat igitur, iniuriam hanc obliuioni iam datam esse. Iuerunt omnes, quidam eximunt Salomonem qui infans fuerit, sed nescimus, quàm distet à natiuitate Salomonis hæc historia. Deus si hora supplicij alicuius immineat, solet mentem eripere: itaque Amnon & Dauid hîc decipiuntur: iste ducitur ad lanienam, mittente patre. Si cessat magistratus, tamẽ Deus non cessat: mille sunt viæ vlciscendi scelera. Dauid prudens alioqui non sentit dolos, benedicit, id est, benè precatur Absolomo in dimittendo: at non est auditus. Deus Dauidem & Amnonem puniri voluit. Bona precatio etiam accipi potest pro gratiarum actione, quasi dicat, Gratias tibi ago pro tua humanitate & inuitatione.

Benedicere.

Præcepit autem Absalom pueris suis.) Crudelissimus verò Absolomus, modum cædis fraternæ meditatur: imitatur Cainum. Quid mirum, si in fratrem sæuiat, cùm patrem tàm indignis modis tractarit? Hac cæde puniuntur duæ nefariæ libidines, patris & filij: incestus Amnonis, & adulterium Dauidis: idque iusto Dei iudicio. Attamen non licuit Absolomo hoc facere. At Phinees, dicis, occidit scortantes: Deus laudat factum, & ipsum impulit. Absolomus autem causa suijpsius mouebatur. Diuersæ fuerunt rationes hinc & inde. Vult vt frater in summa lætitia occidatur, dum exhilaratus est potu: ne euaderet: dum erat sobrius, reluctari potuisset, & fortasis euitare mortem. Simile genus mortis in primo libro Machabæorum ad extremum, legimus contigisse Simoni & filijs eius in conuiuio, cùm essent exhilarati. Multa sunt conuiuia quæ auspicia sua à gaudio habent, sed tandem in lachrymas desinunt. Noluit per seipsum fratrem occidere, ductus forte superstitione, vt minus peccare videretur, si manus sanguine fraterno non polluisset. Sic Saul dicebat de Dauide, non sit manus mea super eum, Palæstini eum interficiant. Quasi Deus non intelligat, quo iussu res agatur. Serui autem Absolonis pessimè se gerunt. Non parere debebant domino: quoniam quod iubebat aduersabatur Legi diuinæ. Sunt quidem loco Dei magistratus, & honore prosequendi, sed non ita vt Deum offendamus: ad aras vsque obtemperandum est, Causam non dicit, cur occidendus sit. Sed cum confidentia dicit, Ne metuatis, fortiter agite. *Ego ipse vobis hoc præcipio.)* Voluntatem suam pro Lege habet, penes me hoc ius est, ego patri in regno successurus sum: ego vos tuebor si quis vos accuset. Verba sunt plenissima arrogantiæ. Causam dicere debuit, hoc est iustum, & honestum, iuxta Legem Dei. Sed quia hoc dicere non potuit, tantùm authoritatem suam interponit. Principes tales seruos volunt, qui nihil inquirant. Ita Ioabus Iussu Dauidis Vriam loco periculoso constituit, non sollicitus est an iure hoc mandet Dauid.

Phinees.

In conuiuio occiditur Amnõ.

Cur Absalom per seipsum cædem non faciat.

Serui Absalomi peccant.

Fecerunt igitur pueri Absalom.) Occiditur Amnon inter epulas grauatus vino. Suum videtur

detur hoc genus mortis. Dicitur in conuiuio Iulij Cæsaris, pridie quàm in senatu occideretur, disputatum esse de morte, quæ magis videretur optanda: Cæsari placuisse subitam & insperatam. Non graue igitur videtur hoc genus mortis, quo Amnon extinctus est. At optio illa mortis non progreditur à iusta ratione, est iudicium carnis, & appetitus crassior, quo tantùm dura refugimus. Pij maximè optare debent, vt compotes mentis moriantur, expedita fide, vt gratias agere Deo, se illi commendare possint: quod temulentis contingere non potest. Quocunque modo pereant sancti, in manu Dei sunt: nunc de optione loquimur, & quid magis pietati conducat. Qui integro sensu decedunt, commendant spiritum suum Deo, pro se & inimicis orant, quomodo fecit Christus in cruce: harum rerum nihil facere possunt, qui subitò interimantur. In hac cæde perditus animus Absolomi patefit, quem ante dissimulârat: punitur peccatum Amnonis & Dauidis: declaratur prouidentia Dei: impletur prophetia Nathani. Vnde ex vno opere malo, intelligimus quot bona Deus procurauerit sua bonitate. Spectandum est quibus rationibus Deus puniri velit peccata, quemadmodũ eum videmus punire, cùm in hac historia, tùm in multis alijs rebus gestis piorum: multæ autem causę possunt assignari, quas tamẽ ad tria capita reuocabimus. Primùm puniuntur delicta in gratiam eius qui mulctatur, tale genus à Græcis ἀδικίας, ἐνύβρεως, πονηρίας, παράνοιας dicitur. Quod istis pœnis quæratur emendatio illius qui peccauit: vt agnoscat delictum, illumq; pœniteat. Deinde puniuntur delicta ob conseruandam dignitatem & authoritatem personæ quæ laditur, aut legum violatarum, & hanc pœnam τιμωρίαν vocarunt ἀπὸ τῆς τιμῆς à precio. Æquũ autem est, vt non impunè ferant, qui magistratus lædunt, vel leges violant. Tertiò, vt alij deterreantur à peccando, hoc dixerunt παράδειγμα, quasi pœna illius exemplum alijs sit. Hinc Latini supplicia exempla dixerunt. Hæc possumus accommodare ad præsens supplicium. Dauid commiserat adulterium, erat puniendus in filio, vt magis agnosceret peccatum & vehementius resipisceret. Deinde ad asserendam gloriam Dei, ne videretur probare peccatum Dauidis. Alij præterea docendi erant & admonendi per hæc supplicia, vt cauerent à peccatis. Ista igitur supplicia debent nos, & vnumquenq; legentem deterrere à peccando.

An expetenda hoc genus mortis Amnonis.

Bona in hac cæde à Deo procurata.

Tres causæ supplicium.

1.
2.
3.

30 *Surrexeruntq; omnes filij Regis, & conscenderunt quisq; mulum suum, & fugerunt.*

31 *Quum autem adhuc essent in via, fama venit ad Dauidẽ, dicendo, Percussit Absalom omnes filios Regis, & ne vnus ex eis remansit.*

32 *Surrexit itaq; Rex & scidit vestimenta sua, iacuitq; in terra, omnes quoq; serui eius assistebant sciss is vestibus.*

33 *Loquutus est autem Ionadab filius Simah fratris Dauidis, & dixit, Ne dicat dominus meus, Omnes pueros filios Regis interemerunt: quia Amnon tantùm mortuus est, quoniam in ore Absalom posita erat cades à die qua oppressit Thamar sororẽ suam.*

34 *Nunc ergo ne apponat dominus meus Rex super cor suum verbum, dicendo, Omnes filij Regis mortui sunt: quia Amnon solus mortuus est.*

35 *Fugit autem Absalom: & eleuans puer speculator oculos suos vidit, & ecce populus multus veniebat de via post montem ex latere ipsius.*

36 *Dixitq; Ionadab ad Regem, Ecce filij Regis veniunt: iuxta verbum serui tui sic fuit.*

37 *Quum autem finem fecisset loquendi, ecce filij Regis venerunt, & sublata voce sua fleuerunt, atq; etiam Rex & omnes serui eius fleuerunt fletu admodum magno.*

28 *Porrò Absalom fugit, & abijt ad Thalmai filium Amihur Regem Gesur: & luxit Dauid propter filium suum omnibus diebus.*

39 *Absalom inquam fugiens abijt in Gesur, fuitq; ibi tres annos.*

40 *Posthæc desiderauit Dauid Rex egredi propter Absalom: quia consolationem acceperat super Amnon quòd mortuus esset.*

Cùm Amnon esset occisus, cæteri fratres aufugerunt, ascenderuntq; suas mulas. Mirantur aliqui mulis vsos, cùm Deus prohibuerit, ne semina miscerentur in frugibus & animalibus. Si studiosus Legis fuit Dauid, vnde habuerunt mulas? Respondent: commixtio seminũ prohibita quidem fuit, sed vsus rerum quæ inde procreabantur concessus. Vera quidem est hæc sententia, pos-

An Iudæi potuerint mulas habere.

set simili confirmari. Prohibebat Deus Iudæis, adipem ne comederent, sed voluit, vt comburerẽt in altari. Si verò cremari coram Deo non potuisset, non prohibebantur Iudæi ad vnctiones adhibere, modò nõ comederent. Sed his omissis, ego lego in Aristot. de Nat. animal. lib. 8. cap. 24. mulos aut mulas in Syria esse persimiles alijs, non tamen eiusdẽ speciei aut naturæ. Nam passim muli procreant & mulæ pariunt. Et in lib. 6, cap. 26. mulos & mulas celeres admodũ esse scribit, cùm nostri tardissimi sint incessu. Fortè non eodem modo procreantur: sed hæc obiter. Cur aufugerunt hoc modo? Quia veriti sunt, ne fortassis Absolon non contentus vlcisci iniuriam factam sorori, omne semen regium delere conaretur. Quod etiam diuinæ prouidentiæ ascribendum est. Non dubito, si voluissent reliqui Dauidis filij rèluctari Absoloni, vel vlcisci cædem, facilè fuisse, vt fraterna cæde omnes conciderent: & diabolus fortè id quærebat: at Dei prouidentia factum est, vt fugerent. Præscribit Deus diabolo certum terminum, vt in historia Iob legimus. Quin & Paulus ad Cor. scribit, Deum non passurum, vt tentemur vltra vires. Seruati ergo sunt reliqui, & aufugerunt. *Quum autem adhuc essent in via.*) Sepulturæ Amnonis nulla fit mentio. Aufugerunt filij Regis: Absolomus quoq; fugit. Fama interea perfertur ad Dauidem de cæde filiorum. Fama carò vera est: non omnia refert, quemadmodum se habent. Igitur non temerè ei credendum. De illa rectè videtur dixisse Vergilius lib. 4. Æneidos:

Fama malum, quo non aliud velocius vllum,
Mobilitate viget, virẽsq; acquirit eundo.

Malũ vocat, quia de infamia agit. Eleganter dicit vires eundo acquirere: quia alia res, quò diutiùs mouentur, eò magis atteruntur & imminuuntur. Vnus ceciderat, refert fama, omnes perijsse. Diabolus auget famam, vt Dauid grauiùs percellatur. Imò semper opera eius, ego crediderim lapsus & ærumnas sanctorum augeri fama. Quid verò eius refert, si crescat fama? vt scandala maiora sint, si omnes intelligant sanctos labi & affligi. Plerunq; videmus, famam deteriori parti fauere. Vitiata natura, malis delectatur. Potest etiam fieri, vt hic, qui hæc referebat, cùm videret Amnonem occidi, aufugerit, & id futurum de alijs putârit, quod in vno videbat fieri.

Dauid grauissimè consternatur hoc nuncio, non immeritò. Cogitabat qui essent, qui perirent. Filij erant, quibus in mundo nihil dulcius: cogitabat à quo occisi essent, nempe à fratre ipsorum: modum quoq; cædis ponebat sibi ante oculos, scilicet proditionem, sub specie conuiuij tanta cædes patrata fuit. Quò fuit amantior suorum liberorum cæteris, eò maiores cruciatus sensit. Cõtraria circa idem obiectũ locum habent. Vnde Socrates apologũ narrauit, cùm contraria in eodem subiecto simul esse non possint, tunc Iouem colligasse ea saltem extremis capitibus: vt vno fugato statim alterum succederet. Capiebat Dauid maximam voluptatem in liberis: consequens igitur est, vt maximo dolore affectus fuerit, cùm eis priuatus fuerit, & id tam turpiter. Naturalis hæc est ratio: sed tollendi sunt oculi ad iudicia Dei. Voluptatem cœpit, cùm audiuit Vriam cæsum & alios milites Iusto igitur Dei iudicio ita nunc affligitur, cùm non vnius, sed multorum audit cædem. Hebræi dicunt, mensura pro mensura redditur. Principes felicissimi videntur quoad res externas: sæpe in re domestica pessimè habent. Ita de Augusto scribitur, quòd multa habuerit, quæ eũ affligerent: vnde dixerit: vtinam cœlebs fuissem, & sine liberis decederem. Tanta mala in suis natis videbat Dauid nunc ista patitur, quòd si Deus amicos suos, eosq; non vulgares ita tractat, quid de alijs censendum est? Non parcit Dauidi, quid impij sperare debent? Dum autem sic tractatur Dauid, non propterea existimandus est à Deo odio haberi: diligitur à Deo. Ex ærumnis externis non faciendum est iudicium de odio Dei: nec propter res secundas, aliqui iudicandi sunt chari Domino. Salomon rectè dicit, si eadem contingere videmus stulto & sapienti, impio & pio, non inde iudicemus de amore & odio Dei. Aliunde amoris Dei erga nos indicia hauriendа sunt: nimirum ex promissionibus, fide & spiritu, qui spiritui nostro testimonium perhibet, quòd simus filij Dei. Ex illis calamitatibus non iudicat Dauid se Deo inuisum: fide erigit se, sentit spiritum in corde attestantem se esse filium Dei. Dolet autem: quàm doluerit, declarant quæ commemorantur: scindit vestes: abijcit se in terram, flet, non vulgari fletu, sed magno. Affectus hominum sunt vehementes, & excitantur sæpe, ita vt videantur obruere rationẽ, nisi cõpescantur: præsertim cùm subditi sunt. Expectauit, vt filij læti redirent, inter se concordes essent: vnde tota aula exhilararetur, contrariũ fit, vnde oriuntur affectus. Affectus sunt motus quidam crassioris partis animi, qui excitantur à cognitione, & vel persequuntur aliquid, vel fugiunt, semperq; comitem habent aut delectationẽ, aut tristitiam. Vnde excitantur tanquam causa efficiente, à notitia præsertim sensus. Quia hæc non benè iudicat (offert enim pro malis, quæ non sunt verè mala, & contrà) non semper credere eis, aut sinere nos duci ab eis debemus. Motus sunt partis irascentis & concupiscentis: à notitia scilicet sensus excitantur: persequuntur si bonum obijciatur, vt spes, gaudium: refugiunt malum,

vt ti-

Cur fugerint reliqui filij.

Fama.

Cur Dauid doluerit.

Pœna talionis.

Ex calamitatibus nõ iudicandum de amore aut odio Dei.

Quid sint affectus. Causa affectuum.

vt timor, dolor. Illi motus semper sunt cum tristitia, aut cum voluptate. Quando illa quæ occurrunt, naturæ conueniunt, motus ille persequitur & voluptatem sentit. Quando verò illa, quæ occurrunt, aduersantur naturæ, motus ille appetitus refugit, & dolorem habet. Excitatur ergo nunc in Dauide affectus doloris: vnde? à notitia quæ à fama, vel per auditum deferebatur: fuit dolor communctus, refugiebat, noluisset quòad naturæ propensionem attinet: hinc gemitus.

AN SANCTI HOMINES INFERIORES FVERINT *Ethnicis, in ferendis rebus aduersis, & cohibendis affectibus.*

At mirantur nonnulli sanctos nostros, qui celebrantur in sacris literis, humili animo rerum suarum ferre, nec præ se ferre fortitudinem, quam multi Ethnici præ se tulerunt. Legimus Horatium Puluillum cùm dedicaret templum, audita filij morte, non consternatum esse, sed tenuisse postem firmiter, & perfeciſſe suam dedicationem. Anaxagoras cùm audiret mortuum esse filium; Sciebam, inquit, me mortalem genuisse. Paulus Æmilius cùm eius liberi extincti essent, re benè gesta, se exauditum fuisse dixit à dijs immortalibus. Hoc enim se precatum esse, vt si quid imminueret calamitatis, non in Rempublicam Romanam, sed in suam domum deriuaretur. Brutus sumpsit supplicium ipse de filijs: sic Torquatus. Cur Deus non dabat hæc sanctis suis? cur tàm humili animo videntur in cruce, quam nouerunt à Deo sibi inferri? Pulchra videtur quæstio, sed paucis eam absoluam. Cùm de illa cogito, venit mihi in mentem, quod in naui accidit qua Aristippus vehebatur, & alius quidam ferox, sed indoctus. Tempestas orta est grauis, vt nauigium propemodum mergeretur: expallauit philosophus: sedata tempestate, ait alter, philosophe quid sibi vult quod ita expalluisti? ego vero qui philosophiæ operam non dedi, non expallui, sed naufragium forti animo expectaui. Satis facetè philosophus respondit, Non debuisti solicitus esse tu pro anima nebulonis, ego videbam Aristippum philosophum periclitari. Sic ego cogito non mirum esse debere, si sancti & Ethnici aliter se gerant. Magnum enim inter eos est discrimen. Nam Ethnici existimabant de rebus aduersis, quòd necessitate naturæ contingerent, aut ferrentur temerè: & quòd post hanc vitam nulla reliqua esset. Ad prouidentiam Dei omnia gubernantem non respiciebant: aut si præstantiores erant, Stoicam sectam profitebantur, ἀπαθείας & ἀναλγησίας sectabantur. Quia negare non poterant se quandoque perturbari repentinis malis, προπαθείας & ὑποπτώσεις faciebant, quæ essent anticipata à pueritia: quòd obijcerentur quæ cuperemus, & quæ primo motu refugeremus. Et luctandum esse dicebant, non vt Peripatetici vt moderarentur: sed vt extirparentur. Sed in illa lucta dicunt, rationem & affectum certare de possessione hominis: in eo igitur toti erant. At nostra causa longè aliter se habet, non expendimus res ipsas aduersas iuxta eorũ naturam, sed ad causam confugimus. Deum authorem cogitamus, & nos causam dedisse illius crucis: illæ causæ sunt gemitus. Ibi fides excitatur, & quo est vehementior, eo maior dolor de admissis oritur. Addimus affectus istos à pijs hominibus non omnino impediri, quòd sciant natura sua non esse malos. Deus enim inseruit illos hominibus à creatione. Vidit Deus cuncta quæ fecerat quòd essent bona. Animam hominis integram condidit, vt partes & superiores, & crassiores haberet, vbi istæ sunt affectiones, Materia sunt virtutum & eas adiuuant. Vt de iracundia dicam, est eos fortitudinis, adiuuat homines ad res honestas fortiter gerendas. Nullus est affectus qui ad honesta non aliquam vtilitatem habeat. Qui extinguere affectus conantur, nihil aliud agunt, quàm vt tollant naturam hominis. Stulti ergo erant Stoici, qui toti in eo erant, vt perimerent omnes affectus: potius Apostoli audiendi sunt qui moderandos dicunt. Paulus prima ad Thessalonicenses quarto, Nolite dolere quemadmodum & cæteri nõ habentes spem. Non aufert luctum: sed modum adhibet. Quis erit modus iste adhibendus? Peripatetici multa de mediocritate disputant, illam dicunt adhibendam, quam vir sapiens ostendit. At sapientia humana stultitia est coràm Deo: omnis homo mendax. Mediocritas illa verbo Dei statuenda est. Si peccauimus, & si in aduersis versamur, in luctu simus: sed ita vt non deficiamus à verbo Dei. Nihil contra verbum eius faciamus, non alienemur à Deo, ne patiamur excuti nobis fidem, spem & charitatem. Fortitudinem quam iactabant Stoici, exigit Deus à nobis, at secundum rectam rationem. Non vult nos immanes esse aut stupidos, vti Stoici homines conabantur facere. Vnde Crantor in 3. lib. Tusc. quæstio. sic loquitur: Omnino viuere sine dolore, non nisi magna mercede contingit, immanitatis in animo, stuporis in corpore. Ironicè autem loquitur. Augustinus de Ciuit. Dei lib. 14. cap. 9 scribit stuporem hunc quo illi affectus amittuntur, omnibus vitijs peiorem esse. Nec requiritur quod A. Gellius libro duodecimo capite quinto de quodam gladiatore nar-

Exẽpla Ethnicorũ qui rerum suas fortiter tulerunt.

Discrimen inter sanctos & Ethnicos.

Affectus non sunt penitus tollendi.

Stoici homines immanes & stupidos facere conabãtur.

Cur martyres aliquando læti in tormentis.

rauit: qui dum secarentur eius vulnera à medicis, ridebat. Ferina est illa fortitudo. Dedit aliquando martyribus hoc Deus, vt in flammis & alijs supplicijs essent læto vultu, & canerent. Sed extraordinaria via hoc eis datum fuit, vt tyranni percellerentur, & astantes mirarentur. Nos ordinariam constitutionem à Deo positam sequi debemus. Paulus in secunda ad Corinthios, quid agendum sit ijs casibus, rectè & prudenter expressit. In omnibus, inquit, premimur, at non deficimus: in omnibus laboramus, at nõ destituimur: in ipsis perseqquutionibus non deserimur. Deijcimur, at non perimus. Sic sanctorum animi habent: affliguntur, non stupent ad illos dolores: nec tamen ita dolent, vt desperent: hoc etiam nobis agendum est. Quare qui Stoicam rationem induxerunt, videntur voluisse cum truncis agere, non homines instituere. Speciem sapientiæ nobis adumbrârunt, quam nuspiam videre expressam possumus: neque consentit cum humana natura. Sunt tamen nonnulli, qui nefas pijs hominibus ducunt, suspirare, gemere, tristari: sed ἀπάθειαν sunt, aliena cùm à verbo Dei, tùm ab humana natura. Attendendum est verbo Dei. Christus dicit, mundus gaudebit: vos afficiemini tristitia, illi ridebunt, & vos lugebitis. Quin edictum proposuit, beatos esse qui lugent, quia consolationem sint habituri. Paulus verò illos ἀσυγκρίτους pro pessimis habet, & qui traditi sint in reprobum sensum. In Psalmo Dauid dicit sub persona Christi: Expectaui qui tristaretur mecum. Paulus mandat, vt lugeamus cum lugentibus, & gaudeamus cum gaudentibus. Idem aiebat, se maximo desiderio teneri, Romanos inuisere, vt aliquem fructum in eis haberet. Æmulabatur Corinthios: voluisset eos non seduci à pseudoapostolis. Dicit se dolere pro fratribus Israelitis, & optat pro eis anathema esse. Illi affectus in eo vehementissimi fuerunt. Ait se ad Corinthios scripsisse multis lachrymis, non vulgari affectu. Petrus amarissimè fleuit abnegato Christo. Sed quid quærimus exempla Apostolorum? ad Christũ authorẽ nostræ salutis respiciamus. Misericordia motus est non semel, cùm videret illos esurire, qui eum sequebantur. Cùm Israelitas palantes videret instar gregis carentis pastore: cùm videret matrem, quæ funus filij sui vnici sequebatur. Ad sepulchrum Lazari lachrymatus est. Cùm videret Hierosolymam, & cogitaret euertendam esse, fleuit. Desiderio desiderauí inquit, hoc Pascha vobiscum comedere. In horto tristitia affectus est: mœror sanguineum sudorem ei expressit. Isaias de illo dicit: Dolores nostros ipse portauit, &c. Hæc potius sequenda sunt, quàm Stoicorum illa ferrea sententia.

Affectus cadere in sanctos.

Quomodo affectus hi fuerint in Christo

Cæterum de Christo mirantur, quomodo potuerit affici huiusmodi affectionibus, cùm animus eius beatus esset, naturam diuinam semper coniunctam haberet, & in conspectu. Sed sciendum est, Christum non tantùm verum fuisse Deum, sed etiam verum hominem. Homo autem verus non fuisset, nisi & animum integrum habuisset: nimirum ornatum superioribus, & crassioribus partibus, in quibus sunt illæ affectiones. Vnde Augustinus loco suprà adducto. Neq; cùm verum corpus hominis & animum habuit, habuit falsum affectum humanum. Hinc Ambrosius præclarè ait, Christum assumpsisse non speciem incarnationis, sed veritatem: & ideò veros habuisse affectus. Et addidit, id quidem conueniisse, vt dolorem & tristitiam vinceret, non autem excluderet. Neque laudabilis, addit, est fortitudo, quæ stuporem vulnerum, non dolorem infert. Si qui sunt, qui sciant adeò stupidum corpus se habere, vt non sentiant vulnera, non habent laudem fortitudinis, sed qui dolores, quos sentiunt, vincunt. Quare cautè legendus est Hilarius de Trinitate libro decimo, qui de corpore Christi, & ijs affectibus periculosè loquitur. Contendit Dominum ad patiendum, sed non ad dolendum corpus habuisse. Et dicit, crucem, gladium, clauos, impetum passionis in Christum fecisse, at non dolorem. Et simili vtitur, fuisse, ac si quis tentaret gladio confodere aquam, ignem aut aerem: impetum faceret in hæc elementa, & gladius natura sua dolorem faceret: at corpora illa, eius naturæ non sunt, vt plagam doloris pati possint. Non consentiunt hæc scripturæ, & corpori vero humano. Ita possumus ratiocinari, Christum habuisse dolorem. Ad id, vt quispiam doleat, duo præcipuè exiguntur, quibus constitutis, dolor consequitur. Primùm, vt lædatur corpus, deinde vt sensus sit illius læsionis. Lædebatur autem corpus Christi: soluebatur continuum. Anima Christi perfectissima fuit, sensum habuit: non ergo stupebat. Idem censendum erit de tristitia. Hæc est natura eius, vt tunc emergat, si cogitatione aut imaginatione quidpiam noxium apprehendamus, quod impendet, aut adest. Tales cogitationes Christus habuit. Res illæ naturæ aduersabantur. Sequebatur igitur tristitia. At non ea sequebatur, quæ peccatum adiunctum habebat. Fuerunt motus perfecti: non egrediebantur præscriptum verbi Dei: rationem pœnæ, non culpæ habebant. Affectus nostri sunt impuri. Quę causa est discriminis? Augustinus rationem reddit loco suprà citato, quoniam affectus Christi deriuabantur ex potestate, nostri aũt oriuntur ex infirmitate. Christus illam potestatem habuit, vt affectus istos adhiberet, quando & quandiu vellet: nostri verò iam

Hilarij sententia notatur.

Christũ habuisse dolorẽ.

Discrimen affectuum nostrorum & Christi.

oriuntur

oriuntur ex infirmitate, vel nobis nolentibus insurgunt: non licet frenare eos, ideò turbidi sunt, Christi verò limpidi. Non tantùm vt ab institutione inditi Adamo: sed vt ornati gratia Dei, nihil audebant nisi quamdiu & quantum oportuit. Tria ergo discrimina inter Christi & nostros affectus possumus assignare. Primum, quo ad obiecta: motus & affectiones Christi nunquam ad peccatum deflectebant, nostri autem persæpe. Alterum, Christus vt dicit Augustinus, adhibebat cùm iudicabat adhibendos esse: vt cùm homo voluit fieri, factus est homo: nobis non sic accidit, erumpunt etiam nobis inuitis. Tertium: adeò sunt in nobis eæ perturbationes quandoque validæ, vt rationem ipsam deturbent, fidemq; impediant. Verùm non ita fuit in Christo. Vnde Hieronymus super Matthæum tractans illud, Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam: distinguit & ait, esse τὸ πάθος & προπάθειαν. Πάθος semper accipi in malam partẽ, quando nos superant & vincunt. προπάθειαν verò primi motus qui etsi culpæ nomine tenentur, attamen crimina non sunt, non vincunt. Quid autem intersit inter crimen & peccatum, Augustinus tractatu 41. super Ioan. ostendit. Crimina sunt peccata grauia quę accusationem habent, & merentur condemnationem. Peccata, verò sunt leuiora. Vnde Apostolus quando ait de ordinandis pastoribus, vult eos sine crimine esse, non sine peccato: alioqui omnes à ministerio excluderet. Igitur in Christo eæ affectiones non eò proficiebant, vt alienarent voluntatem à recto, vt Hieronymus dicit, cùm tractat locum illum, Tristis est anima mea, &c. Propassionis potius, quàm passionis habuerunt rationem. Poterat natura sua diuina efficere, vt non oborirentur, sed dispensatione quadam gratiæ pro nostra salute illis faciebat locum, quando erat opportunum. Quare autem voluntatem appellat, Non mea inquiens, sed tua voluntas fiat, si erant affectus? Intellexit propensionem naturæ, qua noxia refugimus: & æquum fuit vt tristaretur Christus, & ijs affectibus afficeretur. Quia per omnia eum tentari oportuit, & istos affectus vincere, & hæc victoria non parum ad nostram redemptionem faciebat, neq; aduersabatur voluntati Dei. Voluit enim eum non tantùm cruci affigi, sed etiam istis motibus afficiquemadmodum euerti Hierosolyma, & Christum collachrymari: neque voluntati patris aduersabatur dum fleret. Mors ergo Christi si credamus Cyrillo, qua homo erat & iuxta appetitum & sensum, non erat voluntaria. Voluntaria tamen erat, quia patri placebat, & quia ad nostri redemptionem faciebat, propter quam Christus venerat. At dicebatur, beatus erat Christus, quomodò potuit commoueri illis affectibus? Quia felicitas illa, ita in superiore parte mentis continebatur, vt non redundaret ad inferiores partes.

Passio & propassio.

Crimen & peccatum.

Quare affectus voluntatem nominet Christus.

Si beatus quomodo habuit affectus.

Omnia hæc faciunt contra Stoicos, doctrina Christi & Apostolica: item exemplũ Christi. Non itaq; mirandum si pij ita dolent. Imò addendum iudico, in pijs veras πάθειας maiores esse, quam in impijs, qui eas paulatim exuunt: & quo sunt maiores, eò cùm contra illas agitur, magis dolent. Sic Dauid quo magis propensus est in liberos, eò magis cruciatur. Qui omnia fato, & fortunæ, aut necessitati materiæ tribuunt, quia diuinis literis aduersantur, non sunt audiendi. Concludimus sanctos, cùm ita dolent, lachrymantur & afficiuntur tristitia, placere Deo, cùm retinent fidem & sequuntur spiritum. E diuerso autem philosophos & ethnicos, dum ita magnificè videntur agere, contemnere aduersa omnia, ac nullo pacto commoueri, affirmamus Deo displicere cùm omni specie virtutum egregia. Id docuit Augustinus libro quarto contra Iulianum capite quarto: tres attulit rationes: prima est, quòd absque fide impossibile sit Deo placere: cùm illi videantur tàm heroicè agere, & interea fide destituti sint, Deo placere nequeunt. Altera ratio, destituti vera fide, sunt adhuc malæ arbores: mala verò arbor facit malum fructum. Tertia, non satis est agere quæ natura sua videntur bona: sed oportet benè agere. Quis dixerit illos Ethnicos illa admiranda rectè agere, cùm infideliter agant? Quod infideliter agitur, non rectè agitur. Iactent sua magnificè vt volunt, nos has habemus rationes: dicimus illos, & acta ipsorum Deo non placuisse. Idem dicit in expositione Psalmi vigesimi quinti ad finem: ex Ethnicis plerosque fuisse, qui detrectabant ad Christianismum accedere: dicebant, multos in eis defectus videmus, quibus nos caremus. Respondet eos valdè errare, cùm in illis virtutibus quas iactent probi non sint, sed mediocriter mali. Ego libenter adiecerim, sæpenumero valdè malos esse. Quia suis illis virtutibus sibi vehementer placent, superbiunt. Superbia autem Deo inuisa est. Concludimus, Dauidem & similes eius, in tristitia magis placuisse Deo, quam potuerint placere Puluilli, Anaxagoræ, Æmilij, Bruti, Torquati, qui visi sunt contemnere magno & excelso animo res tristes quæ accidebant. Cùm nobis Socrates obijcitur, de quo Plinius libro 7. scribit, quòd semper eodem vultu visus sit, nunquam lætior aut tristior, illi opponemus Christum, qui vnus est nobis pro omnibus. Item Apostolos, Prophetas, nostrum Dauidem, & dicemus, longè istos & rectiùs & sapientiùs agere, quàm ille fecerit. Gubernantur enim pij verbo Domini, non dogmatibus, quæ fuderint homines. Ducuntur non opinione, aut sustentatione assensus Academicorum & τῶν ἐπιπρεπῶν, sed fide

Sancti etiam cũ ita afficiuntur placent Deo.

Philosophorũ virtus Deo nõ placuit.

certissima & constanti. Reguntur diuino spiritu, non autem prudentia humanæ carnis, quæ est inimicitia aduersus Deum: idcircò placent Domino. Nec duxerunt sancti cohercendos ac tollendos affectus omnino in istis casibus, cùm se castigari à Deo videbant, cùm dolebant se violasse Leges Domini, se dedisse causam istorum malorum: hæc nunquam satis deplorari possunt. Iudicabant potiùs laxandas esse habenas affectibus qui iuuarent pietatem, & pœnitentiam corroborarent.

Cur hi dolores frequentiores in veteri quàm in nouo testamento.

Sed vnum quis fortasis requirat, qui fiat hos dolores magis legamus in Veteri Testamento quàm in Nouo? Dixerim fortasis non esse verum quod assumunt. In Nouo Testamento lamentantur qui peccata sentiunt. At non videtur nunc, vt antiquitùs: non fit illo apparatu. Fateor tunc mos erat vt luctus illi publici essent, nunc ætatis ratio nostro tempore hoc non fert. Deinde possem respondere. Veteres habuisse quidem promissionem æternæ vitæ quemadmodum nos: at prætereà vehementiùs eis inculcatas promissiones terræ Chanaan, & prolis augendæ: benedictiones istas temporarias. Nobis etiam ista promittuntur. Nam si quæsiuerimus primum regnum Dei, reliqua nobis adijcientur. Sed generatim nobis hæc promittuntur, non ita inculcantur: sumus in maiore luce, ideò magis animum adhibemus potioribus promissionibus. Inde sequuntur minores fortasis dolores in amissione rerum temporariarum. Id potiùs in mentem reuocandum ne perturbemur, cùm videmus Dauidem ita diuexari, cùm tamen Deus dixerit per Nathanem, translatum esse peccatum eius. Illa simul non pugnant. Nam reuera translatum & condonatum erat. Quia iam non cedebat illi ad æternam mortem, quam merebatur. Ista obligatio quam contraxerat, extincta est Dei misericordia. Prætereà merebatur ille vt occideretur, quod attinet ad vitam corporis: sed Deus eum non occidit. Prætereà aduersa quæ contigerunt, non fuerunt pœnæ à Deo irato, sed castigationes erant paternæ, ad disciplinam conseruandam, vt profundiùs peccatum agnosceret, sibi deinceps caueret, & alij etiam cautiores redderentur. Neq; debent propterea Papistæ purgatorium colligere, quòd in hac vita Deus culpam remittat, in alia pœnas exigat. Quia nihil de purgatorio habent sacræ literæ: sed indicant pios à morte illico fore beatos. At si daremus illis (quòd tamen illis minimè dandum est) in altero seculo Deum sanctos excruciare velle, tamen non posset Ecclesia suis clauibus istas pœnas mitigare, quemadmodum nec Dauidis nec aliorum. In arbitrio Dei hoc est positum. Ad historiam redeamus, non enim in vniuersum constitui nunc de affectibus agere: sed tantùm sanctos lugentes, ethnicis heroicis non fuisse deteriores, volui ostendere.

Cur dolet cùm peccatum esset translatum.

Quid lamentabatur Dauid?

Loquutus est autem Ionadab filius Simah, fratris Dauidis.) Lamentatur Dauid non quòd occisos ad vitam velit reuocare. Infantem priùs lugebat, fortasis vt in vita seruaretur. Occisos nunc flet, quia sentit se dedisse peccatis causam: insultus etiam aduersariorũ & blasphemias in Deum vidit. Dum ita se habent, astat Ionadabus, malus ille consultor Amnonis, qui eadem versutia qua iuuerat Amnonẽ, vt potiretur malè concupita Thamara, nunc Dauidẽ vult consolari, vt gratiã eius aucupetur. Non ita res habet inquit, nõ omnes occisi sunt: sed vnus Amnon. Verè dixit, non quòd spiritu prophetico ageretur, sed pollebat astutia quadam. Fuerat conscius earum rerum, ideò potest coniecturam facere quid euenerit. Non mouetur charitate, nec fidelis erat amicus Dauidis, sicut nec Amnonis: sed aulica quadam adulatione mouebatur. Causam suæ coniecturæ patefacit, Absolom inquit, semper habuit hoc in ore. Interim tacet se scelerum istorum caput & authorem fuisse. Nisi enim spem Amnoni fecisset potiundę puellæ, non magis incensus fuisset miser: sed fortasis post aliquot dies ab amore insano fuisset liberatus. Astat Regi securus: quia ista non sciebantur. Qua conscientia hæc potest dicere? At Deus non simul omnia punit. Nõ dubito illum pœnas dedisse, quamuis scriptura nõ commemoret. *Quoniam in ore Absalom posita erat, à die qua oppressit Thamar.)* Id est, de hoc secum loquebatur, nihil aliud moliebatur ac meditabatur: ac fortasis cum suis intimis loquebatur. Potest fieri vt Ionadabo quoq; aliquid de hac re dixerit, qui solertia sua intelligit tantam offensionem non potuisse deleri ex eius animo. Qui sunt irati, hoc facere consueuerunt. Quia in illa cogitationè vltionis, sentiunt quandam voluptatẽ. Quod præclarè docuit Arist. 2. Rheto. vbi de affectu iræ scribit. Duas rationes affert, cur iucunditas sequatur ex cogitatione vltionis. Primum διὸ ἡδὺ τὸ θυμοῦσθαι καὶ τοὺς ἐρεθίζοντας: dulce est cogitare, se posse cõsequi quod desyderat. Deinde, quia dũ ista cogitamus, quamuis absunt, meditatione tamẽ fiunt præsentia, vt quasi oculis corã spectemus, vnde oritur voluptas. Adducit testimoniũ Hom. de ira. ὃς καὶ μελιτος γλυκίονος αὐδήσειεν, ἀνδρῶν ἐν στήθεσσιν ἀέξεται. Ira inquit ita se habet, vt sit multò dulcior melle, defluẽte in pectora virũm. Ideò iste Absalom perpetuo de hac re cogitabat. Cùm Ionadabus ea dixisset, speculator à longè videt redeuntes Regis filios. Cùm redirent, iactabat suam prouidentiam: tales homines sunt cupidi gloriæ, nollent solertiam suam absconditam esse.

Vnde Ionadab sciuerit non omnes occisos.

Iucundum est cogitare de vltione.

Porrò

Porrò Absalom fugit, & abijt ad Thalmai.) Re perpetrata fugit Absalom ad Regem Gessur, auum suum maternum, fretus spe amicorum. Sciebat Dauidem lenem esse. Cogitabat si primum impetum euadere posset, esse restituendum. *Posthæc desiderauit Dauid egredi propter Absalonem.)* Rex luctum ferè triennium produxit, posteà consolationem accepit. Quòd seipsum consolatus est, laudari debet: quòd autem parricidam in integrum cogitat restituere, laudari non potest. Quibus rationibus Dauid se in tanta calamitate consolari potuerit, est videndum. Primum agnouit aduersa hæc quasi dona Dei, nobisq; vtiliora prosperis. Aduersis enim rebus nos Deo subijcimus, peccata agnoscimus, ac ardentiùs oramus. Deinde diuturnitas temporis imminuit dolorem, οὐ κάτοχον γὰρ ἀνθρωπον. In luctu constituti non diu durare possunt: organa enim corporis fatigantur. Deinde cor est inconstans, vertit se ad varias cogitationes. Præcipua consolatio erat, quòd crederet Dei prouidentia hęc geri, nec affligi pios Deo non vidente nec pręsente. Pij cogitant Deum patrem ipsorum non passurum vt in afflictiones incidant, nisi habituræ sint bonum exitum. In mentem fortasis etiam veniebat, Amnonem impium & flagitiosum fuisse. Tamen toto illo tempore non audimus egressum esse, aut misisse qui maleficum inquirerent. Nunc verò quando mitigatus est dolor, pròpenso est animo in filium perditum. Cuperet aliqui egrederentur ad eum reuocandum. Puto non voluisse eum interfici. Nam posteà in bello rogabat ne eum occiderent. Sed dum ista quærit, malum sibi accersit: nam restitutus male se gessit. Dauid nolebat carere duobus filijs in mentem ei veniebat, vnum amisisti, alter exulat. *Rationes consolationis Dauidis.*

CAPVT XIIII.

ANimaduertens autem Ioab filius Seruiah quòd cor Regis esset ad Absalom:

2 Misit in Thecoah, & tulit inde mulierem sapientem, dixitq; ad eam, Præ te fer luctum obsecro, atq; indue te quæso vestibus lugubribus, nec vngas te oleo, sisq; veluti mulier iam diebus multis lugens super mortuum.

3 Ingredieris autem ad Regem, & loqueris ei iuxta verbum hoc, posuit enim Ioab verba in ore eius.

4 Loquuta est itaq; mulier illa Thecoitis Regi, postquàm ceciderat super faciem suam in terram, & adorauerat, dixit inquam, Serua ô Rex.

5 Dixitq; ei Rex, Quid est tibi? Respondit illa, Profecto mulier vidua sum, & mortuus est vir meus.

6 Ancillæ autem tuæ duo erant filij, qui rixati sunt in agro, & non erat qui erueret eos, percussitq; alter alterum, & occidit eum.

7 En autem insurrexit tota familia contra ancillam tuam, & dixerunt, Da percussorem fratris sui, vt interficiamus eum propter animam fratris sui quem occidit, & disperdamus etiam hæredem, & extinguent prunam meam quæ relicta est, vt non ponant viro meo nomen, & residuum super faciem terræ.

8 Dixit autem Rex ad mulierem, Vade in domum tuam, & ego iubebo pro te.

9 Respondit verò mulier Thecoitis Regi, Super me domine mi Rex sit iniquitas, & super domum patris mei: Rex autem, & thronus eius sit innocens.

10 Dixit præterea Rex, Loquentem contra te adduc eum ad me, & non continget te vltra.

11 Tum illa dixit, Recordetur obsecro Rex Iehouæ Dei tui, ne multiplices propinquos sanguinis ad perdendum, néue disperdant filium meum. Respõdit, Viuit Iehoua si ceciderit de coma filij tui in terram.

PRÆSENS caput partiemur hac ratione. Primo loco inducitur mulier sagax & astuta, ficta quadam oratione. Deinde orationis eius explicatio. Tertio loco adducitur Dauid vt faciat, quod Ioab petebat, nempe vt restituat Absolonem. Ioab cognouit animum Dauidis. Non erat difficilè cognoscere, quo propenderet pater. Laborabat duplici affectu, ex vna parte στοργῆ erga filium, ex altera parte videt non esse boni exempli si filium reuocet: pugnare hoc cum voluntate Dei. Hoc sentit Ioabus, videt Dauidem animo sic affectũ esse. Sanè in *Partitio capitis.* *Quomodo Ioab cognouerit animum Regis.*

aula nunquam desunt homines, qui magna solertia nihil aliud agunt, quàm vt ad intima regũ penetrent, vt possint sibi gratiam illorum comparare. Hoc facere non possunt, nisi miris artificijs exquirant, quibus affectibus animi eorum laborem. Aulicus bonus erat Ioabus. Dauid volebat filium reducere: tamen verebatur, quia lex Dei habet apertissimum præceptum. Si quis casu alterum occidit, non occidatur. Sin verò quis prudens quempiam occiderit, etiam ab altari auferatur, ac occidatur. Graue hoc erat obstaculum. Ioabus molitur inuentum admodum astutum. Inducit orationem quandam, & nititur in ea Dauidem obligare vi promissionis & iuramenti, & quasi populus id requirat: ita vt rex quodammodo id cogatur facere, quod maximè cupiebat. Summa est, vt Dauid sententiam ferat de quodam casu, sententia prolata, sentiat se astringi, vt in causa Absolonis idem iudicet. Finguntur duo liberi: occiditur alter: Dauid sentit superstitem non esse occidendum. Videtur cogi, vt idem de suo filio iudicet. Ioabus sperat Dauidem moueri parabola. Nam vidit superioribus annis, illum vehementer premi à Nathane parabolica oratione, de diuite & paupere. Adeò fractus fuit animus eius, vt summa resipiscentia diceret: Peccaui Domino. Cogitat fore, vt postea cũ intelligat ficto nomine narrari causam suam, victum se dedat, exulemq; restituat. Res magna erat & difficilis, ideò sagaci opus erat muliere, quæ instaret. *Posuit Ioabus in ore illius verba.*) Id est, informauit eam quid dicendum esset: at oportuit prudentem, hoc est, astutam esse, quæ hæc benè posset assimulare. Ignorabat Ioab, quid responsurus esset rex. Ingenium igitur in numerato eam habere oportuit, vt statim regi respondere posset. Mulier hæc à Thecoa vocatur, quæ fuit in tribu Aser. Rabbini dicunt, homines acutos & sagaces eam aluisse. Patria fuit Amos prophetæ. Ioab an Absolomo an Dauidi gratificari voluerit, incertum: puto Dauidi potius. Postea enim vocatus non venit ad Absolonem, donec fruges eius accendissent. In bello item ei non pepercit. Hæc voluntas à charitate non proficiscebatur: quia moliebatur rem turpem. Charitas non quærit sua, non agit perperam, non aduersabatur verbo Dei.

Pugnat effectus Dauidis cum lege Dei.

Cur Ioab vtatur parabola.

Thecoa.

Ioab voluit Dauidi gratificari.

Parabola est proponenda: vsus parabolarũ magnus antiquitus fuit. Casus viduæ de duobus liberis, & Dauidis, inter se conferuntur. Ad probandũ & confirmandum proponitur. Propositio probanda hęc est: Absolõ exul ob fratrẽ interfectũ, à Dauide debet restitui. Quia inhonestum hoc erat & iniustũ: pessimũ exitum habuit. Scelerati hominis restitutio nec patri nec Ioabo fuit vtilis, Parricidę nõ sunt restituendi: si non dent pœnas gladio magistratus, Deus ipse aduigilat, Orestes interfecerat matrẽ: euaserat supplicium, sed à furijs agitabatur. Nero qui matrẽ sustulerat, nõ occidebatur, in furorem quodammodo versus est. Parricidium defendere vult, quod est difficilè. Antoninus Caracalla, qui Getam fratrẽ interfecerat, voluit, vt à Papiniano iurisconsulto defenderetur: is liberè respondit: facilius cõmittuntur parricidia, quàm defendantur. Dixit, non esse boni patroni, tales suscipere causas. Sed magno constitit ei hęc παῤῥησία: occisus enim est ab Imperatore. cùm difficilis causa sit, obseruantur occasiones. Primùm nõ molitur hæc Ioab, dum Dauid in luctu esset, sed cùm consolationẽ accepisset. Deinde per mulierem agit causam. Per viduam lugubri habitu indutam, quæ clamat & plorat: cui nõ maritus tantùm perierit, sed filius, & alter ad supplicium quæratur. Ioab tanta diligentia vtitur in mala causa: nos in tuendis fidelibus nostris, cùm rapiuntur ad cædes, sumus negligentes: vt verè dicere liceat, sapientiores esse filios huius seculi, in generatione sua, filijs lucis. Si tantũ laboraremus in defendendis causis bonis, quá iste in mala, res tolerabilius haberet. Quot sunt Ioabi, qui Antichristũ parricidam putant restituendum? Aduocantur mulieres à Thecoa, è scholis inducuntur viduæ, homines sagaces & fraudulenti. Aliqui scholastici Teologi sunt: aliqui legulei, qui restituendum dicunt. Est parricida dicunt, sed prouocatur ab Euangelicis, nollet eos occidere, nisi eum irritarent. Istis & consimilibus vtuntur patrocinijs. Dum malam causam tuetur, alligat se eius criminis. Qui tuetur parricidam, consentit ei. Decipitur Dauid: quia non consuluit oraculũ: tamen non possunt hæc subterfugere prouidentiam Dei. Interea dabit Dauid pœnas. Absolon pellet eum regno, & constuprabit vxores ipsius.

Propositio.

Parricidæ non sunt defendendi.

Plus laboratur in mala causa, quàm in bona tuenda.

Ioabi imitatores.

Vidua illa translatione vtitur, de filio suo. Rixati inquit, sunt in agro filij mei: vnus alterum occidit. Credendum, qui occisus est, dedisse superstiti causam: ille se voluit defendere: noluit lædere alterũ. At nulli sunt testes, pœnas de superstite sumere volunt, Deinde miseriam cõmunẽ commorat. Sumus alioqui morituri: nõ ergo magnũ datur superstiti filio. Suá calamitatẽ refert, quòd inimicos habeat cognatos, qui obtinere velint hęreditatem. Laudat regem, quærit ab eo promissionẽ & iuramentum. Affectus immiscet. Istę sunt rationes huius mulieris. Causa est mala, nõ potest directè probari: habet legẽ diuinã cõtra se. Animus Dauidis per cuniculos quodammodo expugnatur. Sic in foro agitur à malis causidicis: quia aliter non possunt: peccata magna mẽdacijs fucatis defendunt. Generatim de illa diximus: ad singulas partes est veniendum. Primùm ingreditur ad tantum Regem, nec veretur fucum illi facere. Videmus facilem aditum ad Regem fuisse:

Summa orationis viduæ huius.

Facilis aditus ad Regem.

non

non precibus aut muneribus sibi aditum parat. Rex libenter & placidè audit: nõ alijs causam cognoscendam dat, nõ repellit eam. Deinde illa muliebri morte incipit à clamore. *Serua me ô Rex.*) Indicans se miseram esse. Dum verò Regem implorat, officium eius demonstrat, vt seruet. Reges ad id instituti sunt, vt cõsulant subditis. Quia misericordia est imploranda, miseram se facit. Hoc est procœmiũ. Sciebat Dauid in Lege viduas, pauperes, & peregrinos cõmendari: igitur ex officio astringebatur, vt istam causam audiret. Dicit se viduam esse, cõmendat se à persona sua Sed quandoquidem tractamus istam causam, videamus ad quam partem Rhetoricæ pertineat. Genus potest esse deliberatiuum, & est etiam iudiciale. Deliberatiuum, quia suadendum est Dauidi, vt recipiat in gratiam parricidam. Loca generis deliberatiui sunt tria præsertim: honestum, vtile, facile: ista attingit hæc mulier. Honestum est, vt vis vi repellatur. Lege naturæ hoc insitum est homini. Cùm igitur frater repellendo vim, alterum occiderit, non est reus mortis. Honestum est lege scripta: talibus enim dabat Deus ciuitatem refugij. Æquum videtur. Omnes morimur: citius fortè morietur, quàm putas: non dabis ei vitam perpetuam. Alterũ argumentum ducitur ab vtili. Non ero desolata: pruna mea, non extinguetur, propagatio aliqua fiet mei generis. Facilè item est te hoc facere. Rex es tanquam angelus Dei. Est iudiciale quoq; hîc genus: duplex status, absolutus, & assumptiuus. Causa iudicialis absoluta, si reus fatetur se fecisse, sed rectè & iure. Ita voluit defendere illum, quòd sit de iure naturæ. & de iure scripto, vim vi repellere. Promissione postea agit, iuramento & pactis, à iudicatis: debet hic iudicari, vt in altera causa. Est etiá assumptiuus status iudicialis: Etsi occidit fratrem, & fortasis non benè, non tamen volens fecit: est prouocatus ab illo: impulsus ira, odio. Amnon dedit ei causam. Deprecatio additur. Hæc dico, vt causa sit apertior.

Ad quod genus hæc oratio pertineat.

1. *Ad deliberatiuum.*

2. *Etiam ad Iudiciale.*

Nunc detegamus sophismata. Vidua hæc vult transferre personam in Dauidem: quasi ille sit ipsa vidua. Ille habuit duos filios: mulier dixit se quoq; habuisse duos qui rixati sint. Sed ista ne sunt conferenda: proponuntur vt similia: sed longè dissimilia sunt: quare peccatur. Vnus ex duobus filijs viduæ, alterum dicitur in agro interfecisse: sed vnus non cogitabat de altero interficiendo. At Absolon per biennium cogitauit istam cædem. In agro non erant testes: hîc fuerunt, omnes filij regis, in medio conuiuio, in meridie Amnon occisus est. Adhæc Amnon non inuasit Absolonem: at hic alter alterum inuasit. Absolom impetum fecit in fratrem. Si dixeris, prouocauit eum, quia sororem eius constuprauit. Respondemus: non erat hac via hæc iniuria vlciscenda, magistratibus ac Deo vindicta erat committenda. Addit, sibi perijsse virum: quasi dicat, liberos suscipere amplius non possum: at Dauid plures vxores habuit. Ait extinguendum carbonem, vt stirps propagari non possit: sed ex Dauide multi nati erant. Lex iubebat, vt qui casu alterum interfecisset, ad ciuitates refugij se conferret: at Absolon non sic fratrem interfecerat. Videntur omnia fucata esse. Dauid patienter audit. Vnde mihi venit in mentem, quod apud Terentiũ in Phormione legitur: omnia ista ego confingam, cùm mihi commodũ erit, tu nihil horum refelles. Nullus est, qui non videat ista discrimina: sed Dauid noluit refellere. *En insurrexit tota familia.*) Alludit ad Legem Deut. 18. Num. 35. de vindice sanguinis. Cognati trahere in ius homicidam debebant. Licet propinqui dicit, prætexant Legem Domini, tamen hoc faciunt, vt consequantur hæreditatem. Facit odiosos aduersarios magno artificio. *Vt non ponant viro meo nomen.*) Volunt extinguere nomen meum. Scimus Deum in Lege hoc non facilè voluisse: adeò studiosus fuit defunctorum, vt voluerit fratrem, vxorem fratris defuncti ducere, & semen ei excitare: Rex victus est vel vinci voluit: dicit ego præcipiam pro te, ne lædaris.

Sophismata huius orationis.

Cùm Dauid benè pollicitus esset, mulier non ibi sistit gradum, sed vt callida oratrix vrget adhuc Regem. *Super me domine mi Rex, sit iniquitas, & super domum patris mei.*) Hæc verba variè possunt accipi. Primùm vt dicat, adhortando Regem, vt pergat in sui defensione. Si quid mali, aut peccati inde metuas, totum in me recipio. Rex innocens erit. Aut alia est sententia. Abiens à me Rex, varijs negotijs distinebitur. Huius obliuiscetur: nihil periculi subibit: videbitur innocens. At hæc pœna & damnatio erit in me. Tertiò interpretantur alij subtilius: ac si dicat: Si tu non curaueris istam causam, quis pœnam feret: quasi dicat: tu obnoxius eris pœnæ. Sed quia hoc dicere in faciem Regis, durum erat, inuertit orationem. Manet te magna pœna: sed vtinam mihi potius & domui patris mei contingat, quàm tibi. Istis modis callida mulier incitat Regem, & nihilominus ei loquitur submissione maxima, & simul officij sui eum admonet. Ita erga magistratus nos geramus: admoneamus eos officij: interim reuerenter cum eis loquamur. Rex, dum ita vrgeretur ait: *Loquentem contra te, adduc eum ad me.*) Si quis tibi molestus fuerit, adducito eum ad me: testabor ei me sic iussisse. Quasi dicat: si obliuiscar ego, tu hoc remedium adhibeto. Fortè satellitem ei dedit, cuius authoritate adducerentur, qui eam impeterent. Non est parũ quod promittit. At mulier non est contenta. Vindices sanguinis permulti sunt ait, quomodo tam multos possum

Magistratui quomodo admonendi.

adducere? Venient fortasis ad te, tu accusatorum numero victus succumbes. Velim ergo decerni tum fieri quod firmetur iuramento & publicetur. *Recordetur quæso Rex Iehouæ Dei tui.*) Petit interponi iuramentum. Qui iurant, mentionem Dei faciunt, vocant eum testem. Deus vult nos stare promissis, nec mirum est: est enim ipsissima veritas. Notabimus sæpè fieri, vt illi qui malam causam habent, vix fidant nudis promissionibus, sed extorquere iuramentum conentur. Hoc fecit Papa in mala causa, vix fidem habuit promissis, vsq; dum Reges, magistratus, vniuersitates vt vocant, doctores, magistros, iuratos habuit. Quod iure obtinere non potuit, iuramento extorsit. Hoc olim Nouatus fecit, vt Euseb. Cæsar. lib. 6. cap. 43. refert. Cùm Romæ Episcopus aduersus Cornelium electus esset, habuit suam factionem. Si communio distribuenda erat, non dabo dicebat, nisi iures te mihi adhæsurum, & non reuersurum ad Cornelium. Hoc non ideò dico, quòd non illi quoq; qui bonam causam habent, iuramentũ postulare possint. Scio esse nonnullos, qui interpretentur, Recordetur dominus meus Rex nominis Dei, hoc est, mandati diuini, quod statuebat in libro Numerorum & Deuteronomij, vt qui nolentes occidissent aliquem, non occiderentur, sed se in ciuitates refugij conferrent.

Recordetur Rex Dei.

Qui malam causam habent extorquere volunt iusiurandum.

Rex iuramento addito petitionem mulieris confirmat. Habet mulier quod voluit. Loquutio regis, *Si ceciderit de capillis filij tui super terram*: est amplificatio. Saluus erit filius tuus non tantùm quoad corpus & facultates: sed etiam quoad minima, vt sunt capilli. Christus vsurpauit hanc locutionem, quando dixit, ne capillum casurum de capite nostro absq; voluntate Dei patris. Quàm mansueto corde Dauid erga viduam fuerit, hic locus declarat. Profectò sua illa importunitate multis principibus stomachum mouisset. Dauid nihil iniusti promittit hoc iuramento. Nam causa vt proponebatur iusta erat. Dum res dubiæ sunt, & desunt iustæ rationes, leges volunt vt pro reo feratur sententia. Iurauit audacter, quia nullas insidias metuebat. Nulla causa est tam iusta, quin iuraturi cautè id facere debeant. Sæpè fit vt vbi homines non timent insidias, ibi maximè eis tendantur. Quòd rex subditæ suæ & viduæ iuramentum præstat: mirum videri non debet. Quia magistratus instituti sunt ad seruandum subditos. Si nunc ad animos eorum erigendos, iuramentum interponatur, nulla est culpa. Iuramentum à malo est, at non è malo iurantis, sed eius cui præstatur. Sæpè non credit, est ergo erigendus. Si fiat in bona causa, nihil temerè agitur. Imò Deus ipse adeò se deiecit ad humanos affectus, vt cùm videat nos modicæ fidei, iuramentum interponat: per semetipsum iurauit Abrahamo & Dauidi. Mulier illa putabat firmissimum vinculum esse iuramenti: quia cum rege probo videbat sibi negotium esse. At cęterorum principum mundanorum iuramenta quanti facienda sint, experientia testatur. Nulla sunt tam firma, quæ non violentur speciosis interdum prætextibus. De Autolyco scribit Plato in 1. de Republica, quòd multum valuerit furando & iurando. Quia homines securi sibi videbantur. Hodie multi hoc imitantur. Apud Dauidem tamẽ magnum erat vinculum. Habet quod voluit mulier: & totum hoc eò spectabat, vt cùm priorem sententiam confirmârit iuramento, videatur astrictus vt alteram ferat de Absolone, quæ priori similis sit.

Dauid non iurauit iniusta.

Iuramentum est à malo.

Cur tantoperè quæsiuit iuramentum?

12 *Dixitq; mulier, Loquatur obsecro ancilla tua ad dominum meũ Regem verbum. Et ait ille, Loquere.*

13 *Tum mulier dixit, & quare cogitasti simile contra populum Dei? loquitur enim Rex verbum hoc sicut imprudens, eò quòd non reuocet Rex expulsum suum.*

14 *Moriendo nanq; morimur, & velati aquæ quæ defluunt in terram, quæ non congregantur: neq; suscipiet Deus animam, sed cogitauit cogitationes vt expulsum non expellat à se.*

15 *Nunc autem quòd veni vt loquerer ad Regem dominum meum verbum hoc, quia terruit me populus: & dixit ancilla tua, Loquar nunc ad Regem, forsitan faciet Rex verbum ancillæ suæ.*

16 *Audiet enim Rex vt liberet ancillam suam de manu viri volentis perdere me, & filium meum pariter de hæreditate Dei.*

17 *Dixit præterea ancilla tua, Sit obsecro verbum domini mei Regis ad requiem: sicut enim angelus Dei, sic est dominus meus Rex, vt audiat quod bonum est & quod malum, & Iehouah Deus tuus sit tecum.*

Callida mulier cùm omnia iam satis disposita videret, parabolam suam aperit. Quoties argumentũ est à simili, videmus habere [illegible] & [illegible]. Mulier hucusq; in [illegible] versata est, nunc ad Anta-

Similitudinis accommodatio

ad Antapodosin descendit. Causa hæc ô rex tua est: tu es illa vidua: duos habes liberos, vnus alterum interfecit, ne ergo aliter iudices in tua quàm in mea causa. Videretur alioqui inconstantia. Fit ergo comparatio per similitudinem inter ista duo, & fortasis videbatur mulieri à minori ad maius. Minor videtur esse ratio vt meus filius absoluatur quàm Absolon, & iudicasti meum absoluendum ergo multò magis iudicare debes pro Absolomo. Declaratur hæc sententia: frater extinctus fortasis superstitem inuasit. At Absolon videtur iustissima de causa occidisse fratrem, prouocatus enim est magna iniuria. Videtur adhibere dilemma. Rex vel benè vel malè iudicauit. Si malè, indignus est regio munere: si probè, stet iudicatis. Videtur quodammodo teneri medius. Nonnisi syllogismus haberi posset: sed reuera infirmum argumentum erat, casus dissimiles erant.

1. Argumentũ à iudicatis.

Dilemma.

Quare cogitasti simile contra populum Dei?) Populum Dei appellat omnes illos, vt quidam volunt, qui aufugerant cum Absolone, tanquam conscij & ministri cædis. Coguntur, inquit, inter idololatras exulare. Vel, contra Israelitas: nam restitutum cuperent Absolonem. Præterea videtur dedecus quodpiam esse Reipublicæ benè constitutæ, vt quis ita exulet citra causam. Quomodò poteris existimari filium meum saluum velle, qui tuo ipsius filio non parcis, neque eum restituis? Videris imprudenter loqui, cùm teipsum delinquentem constituis: quæ dixisti, contra te faciunt. Grauiter arguuntur principes, si ostendantur ipsi facere quæ damnant. Roman. 2. In quo alterum iudicas, teipsum condemnas. Videbatur ista iam tutò dicere, quia Rex iuramento adstrictus erat. At de priore causa tantùm iurauerat, non de posteriore. Sed facito illum iurasse quoad posteriorem: tamen iuramenta quæ materiam iniustam habent, sunt irrita. Augustinus rectè dicebat in epistola ad Seuerum Mileuitanum Episcopũ, quæ habetur in Decretis 22. quæst. 4. capite. Inter cætera. Non est repertum iusiurandum, vt fit vinculum iniquitatis: sed ad stabilienda iusta. Eodem loco Canone 5. pulchrè, scribit Isidorus de Synon. lib. 2. In mala causa rescinde fidem: in turpi voto muta decretum: quod incautè promisisti, ne feceris. Impia est promissio quæ impletur scelere. Si incautè iurauimus, peccatum admisimus, si scelere impleamus, maior erit culpa.

Contra populum Dei.

Iuramenta irrita quorum materia iniusta.

Post primum argumentum à iudicatis vel simili, aliam adducit rationem. *Moriendo morimur.*) Omnes morimur, & quasi aqua sparsa in terram labimur, quæ non potest colligi. Hoc argumentum innititur huic propositioni. Æquum est vt reges qui ad publicum instituuntur bonum, mala potiùs depellant quàm accersant, Malum mortis omnibus nobis imminet, non ergo est anteuertenda hora. Tu rex Dauid desles Amnonem quem mori oportuit: at non vis reconciliare tibi Absolomum, qui diu non superuiuet. Non accersas hoc malum, labora potiùs vt restituatur. Aqua cùm funditur in terram, & dilabitur, non potest amplius colligi: Si filium occidas etiam, non amplius potes eum colligere. Neq; ista sententia aduersatur resurrectioni mortuorum, sed naturali ratione intelligenda est. Hominum arbitrio mortui non restituuntur: nihil hîc præscribit potentiæ Dei. Sic Dauid de infantulo ante dixit, Ille non reuertetur ad me, sed ego ibo ad illum. *Neq; suscipiet Deus animam.*) Deus non recipit personam: omnes moriuntur, siue reges siue serui fuerint. Hæc sententia per expositionem idem repetit quod ante dixit, Omnes moriemur. Causa mortis est dissolutio corporis, cùm organa vitæ quodammodo fracta sunt. Vnde id contingit? ex natura contrariorum: semper illa pugnant, tandem altera pars vincit, altera succumbit. Deus tamen ita moderari hanc pugnam statuerat ab initio, vt nunquam ad internecionem vergerent. Supra naturam hoc fuit concessum, hac lege vt non peccarent: at cùm peccârunt, reciderunt in contraria, in causas mortis. Argumentum hoc si firmum esset, quando magistratus de sontibus supplicium sumeret? generalis hæc ratio est, de homicida, de fure semper hoc dixerim, morietur, non accersat malum ante tempus. Ratio est, quæ prima fronte videtur aliquam speciem habere: æquum enim est mala propellere. Quidam interpretatur: quòd rex admoneatur mortis suæ instantis: vt dicat, Tu quoq; rex obnoxius es morti, si cras moriaris, filius tuus bellum concitabit: reuoca ergo exulem. Prior sententia magis est recepta. *Cogitauit cogitationes vt expulsum non expellat à se.*) Addit tertiam rationem, Deus est imitandus: ille autem cogitat cogitationes ne suos eiectos prorsus perdat. Dat ciuitatem refugij illis qui imprudentes aliquem occidunt. Cogites ergo & tu quomodo reuoces exulem. Si hæc de ciuitatibus refugij intelligantur, quas concesserat Deus, casus non est similis. Absolon de industria fratrem interfecit. Adhæc illi non poterant redire in patriam, nisi mortuo summo sacerdote. Hîc agebatur vt modò restitueretur Absolom, vtq; Hierosolymam: at ea non erat vna ex ciuitatibus refugij.

2. Argumentũ.

Hoc non est contra resurrectionem.

Causæ mortis.

Imperfecta ratio.

3. Argumentũ.

Domùm alia est ratio, Ego veni ad intercedendum pro filio. Cùm tamen deterrerer à populo, omnes dicerent, me frustra niti, benè speraui, par ergo est ne frustrer mea spe. Ratio videtur infirma: sed valet permultum ad animum iudicis percellendũ: omnes cupiunt de se bonam haberi ex-

4. Argumentum.

pectationem. Aristoteles 2. Rhet. Amamus illos qui nos admirantur. Idcirco grati sunt amici, quia ratiocinamur, si non bonus esses, non te diligerent. Ob hanc quoq; causam adulatores nobis grati sunt, quia videntur nobis multum tribuere. Iucundi auribus comites sunt adulatores. In hoc argumento hoc expendendum est, quòd quamuis mulierem non iuuat si diligenter excutiatur (Non enim Rex sontes absoluere debet vt suam opinionem tueatur) docet tamen si ad orandum Deum accedimus, confidere bonitati Dei. Multi hanc mulierem reuocabant; ita reuocat nos sensus noster, quòd Deus preces nostras curaturus non sit, ibi debemus reluctari, & opinioni certæ quam comprehendimus fide de bonitate ipsius, adhærere.

Excutitur ratio.

Audiet enim rex vt liberet ancillam suam.) Pergit mulier in argumento suo, & ait, Idcirco speraui regem erepturum famulum de manu illorum qui me reuellere conantur ab hæreditate domini. Attingit periculum imminens idololatriæ: Quid aliud quærunt qui Absolonem ab exilio reuocari nolunt, quàm vt auellant eum à cultu Dei? Dum versatur inter idololatras, facilè se accommodabit cultui idolorum. Hoc non est tibi committendum. Nam honor Dei ibi periclitatur, & illi imminet mors æterna. Absolomus inter idololatras degebat in Gessur. Dauid etiam inter Palæstinos versatus est: pater & filius eodem locò fuerunt: sed longè diuersa ratione. Innocens erat Dauid: Absolon sua culpa ibi versabatur. Quemadmodum innocentia Dauidis Saulem extimulare debebat, vt eum reuocaret: ita culpa Absolonis Dauidem, ne ei parceret. Contraria enim sunt innocentia & culpa, quæ non eundem effectum habere debuerunt. Paulus dicit non facienda mala, vt bona eueniant. Hæc regula oportet vt constans & immota sit. Nunquam eò adduci debent homines vt committant malum, quo alter eripiatur. Proponuntur duo hîc mala: vnum est exitium Absolonis, alterum absolutio nocentis contra verbum Domini: ibi est dissolutio status populi Israelitici. Duobus malis propositis grauius vitandum est: grauius autem fuit solui & turbari rempub. quàm duos vel tres, aut etiam plures perire. Oportet semper vr verbo Dei regamur, quod est officina rectitudinis. Videamus primò an quidpiam liceat per verbum Dei. Si non liceat, etsi fractus illabatur orbis, tamen Deo euentum committamus.

3. Argumentū. Periculum idolatriæ.

Addit, *Sit verbum domini mei Regis ad requiem.*) Ac si Regi idem à commodo suaderet: omnes consolationem accipient, si eum reuoces. *Dominus meus Rex est sicut Angelus Dei, vt audiat bonum & malum.*) Impellit rursum Regem ad hoc efficiendum laude. Laus est huiusmodi, vt ostendat facilè esse. Audis vtramq; partem: potes statuere. Laus hæc à similitudine petitur: quasi dicat: In iudicando omnibus hominibus præstas, vt iam cum ipsis Angelis conferri possis. Quod est munus Angelorum qui mittuntur à Deo, vt seruiant hominibus. Vt tueantur probos, è diuerso vt puniant sontes. Hoc præstant optima fide, sunt incorrupti. Effecerunt id sæpissimè. Ministerio Angelorum euersa est Pentapolis, puniti sunt Ægyptij, Senacherib cum vniuerso exercitu ad internecionem cæsus est. Defenderunt probos, Lothum eduxerunt ex Sodomis: defendunt Israelitas proficiscentes ex Ægypto, defendunt pedes sanctorum à lapsu, sunt in circuitu ipsorum. Hoc etiam munus est principum: audire causas, iuuare pios, è diuerso punire sceleratos. Est itaq; angelicum munus, imò quodammodo diuinum. Vel à labore laudatur munus. Nam hæc faciendo non parùm grauantur vires animi. Quod enim ad voluptatum cupiditates attinet, qui toti sunt in audiendis causis & iudicando, non possunt illecebris indulgere. Tentantur quidem sæpè iracundia, sed magnum est audire homines agrestes, pauperes, & tantum deuorare tædium. Vim intelligendi adhibere oportet, deinde iudicandi. Non leue est hoc, oportet diligenter audire, si verum à falso velis discernere. Quod ad voluntatem vt exequantur quòd viderunt bonum aut malum, interdum multa obstant, veluti partes amicorum, potentum. Cùm Bias rogaretur ad cœnam à duobus amicis, vtriq; negauit, ne alterutrum offenderet. At magistratum sententiam ferre oportet, non sustinere assensum. Est ergò opus diuinum. Ideò iudices & magistratus in scripturis Elohim dicti sunt. Paulus ad Rom. dixit magistratum esse ministrum Dei. Dicit mulier, istis donis præditus es, ergo sententiam feras & incorruptè exequaris. Si boni principes cum angelis conferuntur, mali erunt diaboli. Vnde oritur magnum bonum, inde oritur magnum malum. Concludit potentissimo argumento prouocat regem ab vtilitate non quauis, sed summa. Deus erit tecum. Maius & optabilius nihil cogitari potest. Iam habes orationem absolutam.

6. Argumentū. 7. Argumentū.

Angelorum munus.

Principum munus est angelicum.

8. Argumentū.

18 *Et respondit Rex, dixitq; ad mulierem, Ne quæso absondas à me verbum quod ego interrogo te. Dixitq; mulier, Loquatur obsecro domine mi Rex.*

19 *Et ait Rex, Num manus Ioab tecum est in omni hoc? Respondit mulier & ait, Per vitam animæ tuæ domine mi Rex, non est declinare ad dexteram, vel sinistram ab omnibus quæ dixit dominus meus Rex: seruus enim tuus Ioab ipse præcepit mihi, ipse e-*

posuit

posuit in os ancillæ tuæ omnia verba hæc,

20 *Vt verterem faciem sermonis, fecit seruus tuus Ioab rem hanc: dominus autem meus sapiens est iuxta sapientiam angeli Dei, vt cognoscat omnia quæ in terra.*

21 *Dixit autem Rex ad Ioab, Ecce nunc feci verbum hoc: vade reduc puerum Absolom.*

22 *Et corruit Ioab super faciem suam in terram, adorauitq; & benedixit Regi: dixitq; Ioab, Hodie cognouit seruus tuus quòd inueni gratiam in oculis tuis domine mi Rex: fecit enim Rex verbum serui sui.*

23 *Surrexit ergo Ioab & abijt in Gesur & adduxit Absolom in Ierusalaim.*

24 *Dixitq; Rex, Deflectat in domum suam, & faciem meam ne videat. Deflexit itaq; Absolom in domum suam, & faciem Regis non vidit.*

Dauid circunductus longo isto sermone, videns orationem elaboratam, incipit olfacere Ioabum authorem esse totius illius fabulæ: rogat mulierem: Est ne tecum Ioabus? consilio ne ipsius hæc geruntur? Mulier fatetur, se ab illo subornatam esse: omnia eius ductu & auspicijs esse facta. Putauit fortè se Ioabo rem non ingratam facturam, si iam totam rem patefaceret. Sentiebat enim Regem emollitum esse. Quòd si noluisset Ioab, verita est, ne si ille postea affirmaret, ipsa deprehensa esset in mendacio *Non est declinare ad dextram vel ad sinistram ex omnibus.)* Neq; plus neq; minus est: rem acu tetigisti. Ioab mihi fuit author, vt transformarem istam meam orationem. Hic apertè illi exploduntur, qui existimant, illam mulierem reuera duos illos filios habuisse, & venisse ad Regem, vt duplici munere fungeretur, nempe vt suum filium & etiam Absolonem eriperet periculo. Ab initio dixit Ioab: Fac te lugere, hoc est, assimula luctum. Cùm fassa esset Ioabum authorem & caput istius fabulæ, addit: Dominus meus Rex sapiens est, iuxta angelorũ sapientiam: ideò nouit omnia: ac si admiraretur acumen Dauidis: quod tam facilè authorem istius orationis olfeciſſet. Posses, inquit, conferri cum intelligentia angelorum. Nemo tibi potest imponere: quæcunque sunt in terris, tu nosti: scilicet quæ ad salutem & cognitionem tuam pertinent: alioqui nõ esset vera oratio. Adulatur autem Regi. *Fatetur se à Ioabo subornatam.*

Dixit aut Rex ad Ioab.) Dauid ad Ioabum conuersus: Iam perfeci, inquit, quod postulatum est, non dat oratrici reuocationem Absolomi: quia instrumentũ tantùm fuit. Dauid etiam simulat se dare Ioabo id quod ipsemet cupiebat. Quid mulier hæc præmij reportârit ex hac actione, scriptura non exponit. Ioab adorauit Regem: maximas ei agit gratias, quasi summum beneficium accepisset. Hoc excitare nos debet, vt animo simus grati, non modò erga principes, sed maximè erga Deũ, qui quotidie nos beneficijs suis onerat. At gratias non tanta obseruantia ei agũtur. Consideremus Ioabũ fuisse ausum, vt parricidę peteret absolutionem à Dauide. Videtur audacia insignis. At illi subministrauit occasionem ipse Dauid: quia ignouerat Ioabo, qui Abnerum interfecerat. Qui aliquid aduersus legẽ Dei cõmittit: præsertim si magistratus fuerit, addit animũ subditis, vt rursus eadẽ sperent. *Nũc cognouit seruus tuus, quod inuenerit gratiã.)* Ex effectu causam colligit. Mihi rem grandem concessisti: hoc indicium est, me à te amari: at fallitur. Dauid coquebat adhuc in animo admissum homicidium: ad extremum vitæ mandat Salomoni, vt pœnas de eo sumeret. *Gratitudo.*

Dauid liberat Absolomũ, an iustè hoc fecit? Nemo qui sapiat, causam Dauidis probare potest. Pater erat, inquis, licuit pœnitenti ignoscere. At etiam rex erat. Si ignoscat, non de suo, sed de Dei iure ei largitur, quia parcit homicidæ, quem lex Dei occidi præcipit. Sed aiunt, præcepta illa iudicialia interdum poterant omitti: quemadmodum & ceremoniæ temperabantur. Sed quando? Cùm aliud præceptum grauius, quod esset morale, pugnaret, vt pro ea hora, illa ceremonia seruari non posset. Veluti si quis lapsus fuisset in puteum sabbatho, eo momento hominem extrahere & seruare oportebat. Ita verò iudicialia, præsertim hoc casu relaxari non debuerunt. Non obstabat aliud præceptum Dei, cui hoc loco cedendum esset: non publica vtilitas, aut honestas. Rex quia minister erat legum, obstringebatur. Possunt pœnæ propter circumstantias interdum aggrauari. Sed lex Dei ipsa cauet: non erat in manu Dauidis. Præterea non do esse iudicialem. Est lex naturæ, vt homicidæ occidantur: nam ante legem hoc dixit Deus filijs Noha. Adeò naturalis est hæc notitia, vt vsurparetur prouerbij loco: Qui gladium accipit, gladio peribit. Romanæ leges idem statuebant, vt apparet in Digestis de Sicarijs & veneficis. Hoc non tantum erat homicidium, sed parricidium. Quanquam etymologia vocis parricidæ appellantur qui patres occidunt, tamen illo nomine cõprehensi sunt fratres, sorores, aui, auiæ, vt habetur in Digestis ad legem Pompeiam de Parricidijs. At quispiam mihi obijciet Cainum, qui non est occisus. Adamus non pepers *An Dauid iustè Absolomũ liberauerit.* *Homicidæ occidendi.*

cit ei, sed Deus ipse sua voluntate sic eum tractauit, inseruiens ibi necessitati propagationis. Deinde suarum legum arbiter est Deus: potuit illo tempore agere quod voluit. Sed talem necessitatem de Absolomo hic afferre non possumus, quare seruatus fuerit.

Surrexit ergo Ioab & abijt in Gessur.) Ioabus quemadmodum iussus erat iuit in Gessur, vt inde Absolonem reduceret. Magna res est, quòd tantus vir eat ad exulem reducendum. Fuit magnum decus & res honorifica Absoloni, vt non per vulgarem hominem reduceretur. Dauid curauit vt ille qui minister bellorum erat, esset etiam pacis sequester. Nec fortè cuiuis Absolon fidem habuisset. Cùm reduceretur, curauit Rex, ne in conspectum suum veniret, idq; multis de causis.

Cur Absolomo prohibitus Dauidis conspectum.

Primùm ne si Absolon prorsus ipsi conciliaretur, videretur contemnere, imò approbare parricidium. Concessit itaq; vt rediret, sed ab aula & conspectu suo exularet. Deinde ne dolor filij Amnonis renouaretur, si author cædis in oculis eius subinde versaretur. Fortassis etiam ne cognati Amnonis, alij fratres & qui propinqui erant per matrem, horrerent eius conspectum, & si in aula eum viderent, vindictam appeterent. At tanta gratia regis fuit, vt nemo vltionem de illo sumi postulârit. Erat domi Absolon, fruebatur vxore, liberis, rebus suis; interea spem fouebat apud se, fore vt in pristinum gradum restitueretur. Permolestum erat ei sic manere, alioqui ambitioso & elato. Credibile est etiam patri ingratum fuisse, carere filij conspectu: sed partim vt consuleret suo honori, partim vt sensum peccati in filio excitaret, eius præsentia carere voluit.

25 *Sicut Absalom autem non erat vir pulcher in vniuerso Israele ad laudandum eum valdè: à planta pedis eius, vsq; ad verticem eius non erat in eo macula.*

26 *Et quando tondebat caput suum (solebat autem quotannis tondere: quia graue erat ei, ideo tondebat illud) ponderabat comam capitis sui ducentis siclis pondere regio.*

27 *Nati sunt autem ipsi Absalom tres filij, & filia vna, cuius nomen erat Thamar: ea fuit mulier pulchra aspectu.*

Cur Absaloni forma prædicetur.

Scriptura Absalomi pulchritudinem cõmendat. Putat Iosephus ea occasione, vt intelligamus in exilio nihil detractum esse de eius forma. Oportet ergo valdè formosus fuerit. Sed longè melius coniungunt alij, qui aiunt, seditio & rebellio eius aduersus patrem describenda erat: itaque rectè & ordine fit, si huius mali initium cõmemoretur. Superbia efferebatur. Vnde autem superbiebat: à forma corporis. Meditabatur seditionẽ contra patrem: oportuit ergo fauentem haberet populũ, is alliciebatur specie insigni. Quòd ita speciosus fuerit, non mirum est. Nam pulcherrimũ patrẽ habuit, & matrẽ formosam. Est quidẽ res grata species corporis, attamen virtus non est: nõ ergo est, quòd homines illã iactent. Nihilominus qui assumũtur ad principatus, sæpè populo hoc nomine cõmendantur. Vnde Saul dicitur pulcherrimus fuisse, & habuisse staturam procerã, ita vt reliquo populo emineret. Iactatũ est inter Ethnicos illud de Priamo, quòd species eius digna esset imperio. Deberetur formæ ornamentũ quoq; virtutũ, & præcipuè duarum, nimirũ pudicitiæ & humanitatis: hæc enim à formosis exigi videntur. Verùm Absolon neutrum præstitit. Sub illa eleganti specie barbaricam crudelitatem tegebat: nulla in eo humanitas erat. Deinde tantum abfuit à castitate, vt concubinas patris in propatulo constuprârit. Quum forma celat animum turpem, quid est aliud quàm hypocrisis? Alcibiades quoq; fuit speciosissimus, sed quales tragœdias dederit, historia tradit. Isocrates dicebat illos qui pulchri, sed vacui virtutibus erant, nauim habere bonam, sed gubernatorem malum, vnde non aliud quàm naufragium expectari posset. Forma multis fuit exitio: Ipsi Absolomo. Iosepho quot calamitates peperit? Thamara propter formã constupratur à fratre. Dina rapitur. Exemplorum omnes historiæ plenæ sunt. Plutarchus in suis amatorijs narrationibus, sponsam, scribit, cùm duceretur ad ædes mariti, fuisse apprehensam ab amatore, dumq; maritus sponsæ apprehensæ fert opem, illa misera inter amantes discerpitur. Qui abutuntur pulchritudine, nec ornatum habent animi, sunt sepulchra dealbata, vt Chrysostomus scribit in Psalmo 50. Et addit aliam similitudinem, quòd formosi sint instar veneni temperati imprudentibus, si virtutibus careant. Sunt, ait, in syluis multæ robustæ arbores, proceræ, pulchro aspectu, virentes, & fructum non ferunt nisi porcis, vt quercus. Ita sæpe fit vt species corporis, voluptates turpes impuris hominibus afferat. At vitis distorta est & deformis, quæ fructum suauissimum affert. Itaq; probitas non est metienda specie corporis. Pauo est pulcherrimus, sed non adeò vtilis vt apis, quæ mel suauissimum producit. Formica deformis videtur, sed tamen est magistra virtutis & prudentiæ. Hæc Chrysostomus.

Quæ virtutes à formosis requirantur.

Forma nihil est absq; virtute.

Sicut Absalom non erat vir pulcher.) Laudat historia pulchritudinem Absolonis, amplificatur per com

per comparationem. Nullus in Israele conferri ei poterat. Cùm dicitur à planta pedis vsq; ad verticem. Breui hac sententia omnia comprehenduntur, quæ pertinent ad pulchritudinem. Si nihil erat, quod reprehendi potuit : ergo omnes proprietates formosi habuit. Si vultis audire quæ ista sint, breuiter recensere possum. Primùm elegans statura: deinde proportio membrorum: tum color viuidus & suauis. Definitio hæc esse posset à partibus. Aristoteles libro primo Rhetor. rem quoque breuibus complexus est: dicit, pulchritudinem esse dignitatem formæ : sed hoc requiri, vt corpus sit robustum, idoneumque ad omnes labores perferendos: accedatque iucundus aspectus, qui plenus sit venustatis & gratiæ, sed cum veneratione, & quadam seueritate. Si sit species leuis & effœminata, aut lasciua, non ita probatur. Platonici aliam definitionem attulerunt, quæ comprehendit & causam efficientem & effecta: & dixerunt, pulchritudinem esse splendorem summi boni, qui effulgeat in rebus, quæ in nobis percipiũtur aut sensibus aut mente, nosq; alliciat & euehat rursus ad summum bonum. Causa efficiens Deus summũ bonum. Est quidam splendor Dei, qui refulget in creaturis Dei. Vnde fit quidam, vt ipsi dicunt, circuitus. Si rectè vtamur, intelligimus vnde dimanet: transferimur rursum ad causam, si pertracti ijs medijs, redeamus ad creatorem. Ex cõparatione igitur primùm describitur: deinde omnia comprehenduntur. *Forma definitio.*

Non erat in eo macula.) מוּם mum Hebraicũ vocabulũ significat quicquid in vituperiũ incurrit, inde fortasis vox Græca deducta est μῶμος, reprehensio, vituperium: & Deus, quem finxerunt omnia reprehendere. Oppositum est תָּם, id est, perfectum, quod reprehendi non potest. Qui tales sunt, conuertunt oculos omnium in se: nam ille splendor Dei allicit homines vt aspiciant. Si imprudentes sint pulchri, abutuntur hoc dono, & efferuntur quasi res sua sit. Qui verò virtute ornati sunt, sese deijciunt. Dauid non est elatus sua forma: filius degenerat à parente. *Capilli.*

Et quando tondebat caput suum.) Inter cætera scriptura describit formam eius, à re, quæ minimi pretij videtur à capillis. Comam densam habuit. Putarunt aliqui Hebræorum promisisse comam, quòd esset Nazaræus. Si quis obijciat, tondebat crines singulis annis: at Nazaræorum non tondebantur, nisi votum esset absolutum & interruptum. Respondent, licuisse cùm grauabatur nimium cæsarie. Sed scriptura non tradit: nec est necesse, vt dicamus Nazaræum fuisse, at promittebat capillos. Id dicit Kimhi: alia de causa fieri potuit, placebat sibi hac re, erat calamistratus. Est muliebre ita nutrire comam. In 1. ad Corinthios, vir si comam nutriat, est illi probro. Quamuis apud Lacedæmonios non ita fuit: illi volebant alere comam, vt Plutarchus tradit in vita Lysandri. Lycurgũ dicit legem tulisse, ne comam deponerent. Ratio, si sint speciosi, coma aliquid gratiæ adijcit: si sint deformes, coma eos facit truces, vt hostem terreant. Aristoteles hanc causam affert, cur capillati fuerint: vt ostenderent se liberos esse, nec cogi ad laborem. Nam promissi capilli impediunt à labore. Non autem perpetuum hoc fuit apud Lacedæmonios: vt idem tradit in vita Thesei: consueuerunt deponere comam, & Apollini in Delphis consecrare. Romæ etiam habebatur arbor, quæ capillata vel capillaris vocabatur, testantur Festus & Plinius, in qua primam tonsuram comæ adolescentes dijs consecrabant. Capilli virginum Vestalium etiam ponebantur in illa arbore. Hinc nimirũ est, quòd moniales capillos resecant. Nazaræi etiam ad extremũ voti comam suam ponebant. Paulus aũt cùm dicit, probro dari viro, si nutriat comam, iuxta sententiam sapientum loquitur. Romani & alij horrebant à comatis. Fortes Imperatores radere comam iubebant, ne inde caperentur ab hostibus. Capilli non frustra dati sunt à Deo, dicuntur omnes numerati à Deo. Mulier peccatrix rectè capillis vsa est, coma Nazaræorũ cùm abscindebatur, comburebatur coram Domino, vt decet vtendum illis est. Viros oportet sese parare vt natura docet. *Est muliebre nutrire comã.*

Quia graue erat ei: ideo tondebat illud.) Magnitudo comæ erat oneri Absolomo. Ita sæpe fit, vt quæ videntur ornamento esse, grauent homines. Corona aliquando à regibus vix ferri potest. Describitur pondus ducentorum siclorum. Iosephus quinq; pondo vel libras efficere dicit. Commemoratur, quia fortè tum temporis in ore omnium erat. Prædicantur etiam in scripturis capilli Simsonis: sed alia de causa. Non robur situm erat in capillis: sed Deus iusserat eum Nazaræum esse tototempore vitæ: quia verò desijt à voto, & caput meretriculæ cum contumelia Dei tondendum tradidit, Dominus subduxit ei robur. *Pondus comæ eius. Coma Simsonis.*

Cõmemorantur postea filij Absolomi, altera fortè causa elationis contra patrem, putabat se dignum regno, quia etiam haberet pulcherrimos filios. Videtur pulchritudo à Dauide non modò in filium Absolomũ, sed etiam in nepotes deriuata. Filij eius fuerunt inglorij: nihil enim de eis præterea in scriptura legitur: græcè habetur nescio quæ periodus: istam Thamaram fuisse Roboami Regis vxorem, matrem Abiæ. Fortasis veterum Hebræorum traditio fuit, in Scriptura non habetur. *Cur filij Absolomi memorentur.*

28 *Mansitq; Absolom in Ierusalaim duobus annis dierum, & faciem Regis non vidit.*

29 *Misit ergo Absolom ad Ioab, vt mitteret eum ad regem, qui noluit venire ad eum: & misit adhuc secundo, & noluit venire.*

30 *Dixit itaq; seruis suis, Considerate possessionem Ioab iuxta locum meum, ibi habet hordeum: ite, & comburite ipsam igni. Et succenderunt serui Absolom possessionem igni.*

31 *Surrexit itaq; Ioab, & venit ad Absolom in domum, dixitq; ei, Vt quid succenderunt serui tui possessionem quæ est mihi igni?*

32 *Respondit Absalom ipsi Ioab, Ecce misi ad te dicendo, Veni huc, & mittam te ad Regem vt dicas, Quare veni de Gesur? melius mihi esset adhuc illic esse, & nunc videam faciem Regis, & si sit in me iniquitas, interficere me faciat.*

33 *Venit igitur Ioab ad Regem, & indicauit ei: tum vocauit Absalom, & venit ad Regem, & adorauit eum super faciem suam super terram coram: & osculatus est Rex Absalom.*

Cur cupiebat patrem adire.

Absolom molestè fert suum exilium à conspectu patris, mittit ad Ioabum, vt tandem ad patrem adducatur. Non tangitur ענין, crudelis in patrem fuit: pudebat illum quasi reum haberi, vitabatur ab omnibus, cùm enim rex non admitteret eum, alij noxium putabant & excõmunicatum. Tantum aberat quòd patrem diligeret vt obitum ipsius expectare non posset, sed quamprimùm in regnum succedere moliretur. Veniendo ad regem putabat se melius ei insidias tendere posse. Fortè ex illo exilio odium conceperat, & parentem malè tractare cupiebat. Credibile est eum toto illo tempore in ocio mala consilia agitasse. Mittit ad Ioabum vt veniat ad se: ille negligit, fortè ne regem offenderet. Deinde quoddam est inter amicos decretum, vt quæ ingrata sunt amicis, nobis quoq; ingrata sint. Putabat conspectum Absolomi ingratum patri. Poterant subesse aliæ quoq; causæ, quòd malignum ingenium perspiceret: fortè etiam compositus capillus calamistratus displicebat. Quia Ioab ambitiosus erat, non libenter videbat Absalonem introduci, nolebat in aula æmulum, figulus figulum odit.

Cur Ioabus eum non accesserit.

Considerate possessionem Ioab iuxta locum meum.) Dum venire detrectat, irascitur Absalom. Nam videt contemptum suum augeri, quem vlcisci cogitat. Mandat seruis suis, vt messem eius comburant. Non tantùm vlcisci, sed eum cogere vult, vt ad se veniat. Si blanditijs eum mouere non potest, incendij vi perpellere eum vult: Res ita habet, damnum datum superauit bonum consilium Ioabi. Incendium verò illud satis permonstrat truculentum ingenium Absalonis: attamen non legimus eum pœnas dedisse. Credendum tamen est, Ioabum ægerrimè tulisse. Vnde postea in bello Ioabus eum interfecit, licet Dauid parcendum ei iuberet. *Quare veni de Gesur? melius mihi esset adhuc illic esse.*) Amplificatio miseriæ est à comparatione. Si comparetur status meus cùm essem in Gessur isti conditioni, melius mihi esset agere in Gessur. Ratio, quia ibi non sensissem tantam indignationem patris. Res molestæ si sint procul quò minus sentiuntur, eò minùs nos cruciant. In Gessur eram in honore, hîc sum tanquam reus & excommunicatus. Ea quæ facilè omnibus conceduntur, dicit, mihi vni non conceduntur. Pauperibus, viduis rusticis, patet accessus ad regem, ego filius excludor. Ingratum est, si nobis negantur quæ æqualibus & minoribus conceduntur. Ita comparatum est ingenium humanum, vt si multa bona nobis vndiq; effluant & vnum desit, magis cupiamus illud vnum, quàm afficiamur illis omnibus quæ possidemus. Deinde cùm moliretur patri insidias, videbat se commodè hæc non posse efficere, nisi in aula versaretur. *Si sit in me iniquitas, interficere me faciat.*) Nullo tangitur sensu peccati, putat se iure interfecisse fratrem. At si hoc vtatur syllogismo disiuncto, aut restituat me, aut occidat. Non occidet, quia scelus meum non est ita graue, & quia pater est: igitur me restituet. Audacter offert se patri vt se cædat. Quia optamus pericula, quæ scimus nos non posse incurrere. Emphasim habet occidat me, tandem exaturet odium quod in me concepit. Quasi dicat, vno malo mortis finiantur multa mea mala. Adeò premor ista ærumna, vt præoptem mori quàm in ista diu versari. Interim fingebat se tanti facere patrem, vt præ ista repulsa mori cuperet.

Res molestæ procul minus dolent.

Syllogismus Absolomi.

Venit igitur Ioab ad Regem.) Pater ijs auditis, victus patrio animo cedit, iubet vt Absalom adducatur, venit, adorat: pater eum osculatur. Osculum signum erat reconciliationis. Osculatur miser pater Absalonem: sed nescit quid monstri alat in pectore. Si osculo exhalare potuisset virus in

rus in pectore Absalonis reconditum, pœnituisset eum restitutionis. Osculatur non filium, sed proditorem. Recipitur in gratiam, hoc fortasis nomine, vt cùm prius occiderit fratrem, nunc patrem inuadat. Si parcitur sceleratis, gradus eis ad maiora scelera sternitur. Id passim vsu venire videmus: & qui facilè lædunt fratres, cognatos & amicos, quoties vident conducere suis cupiditatibus, parati essent etiam Deum suo loco deturbare, si possent. Dauid ergo pessimè agit: reconciliat sibi filium parricidam, & quod deterius est, impœnitentem. Quis fructus inde potest expectari? Certè ad exemplum Dei non fecit id, quod fecit. Cainus cùm impœnitens esset, non reconciliatur Deo. Ideò si postea ex illa reconciliatione multa horrenda mala consequuta sunt, sibi ipsi ascribat: sibi accersiuit tot & tanta mala: nec habet, quod iustè conqueratur, nisi de seipso.

Parcendo sceleratis sternitur illis via ad scelera.

Deo non reconciliatur Cainus impœnitens.

CAPVT XV.

FVit autem posthæc, fecit sibi Absalom currus & equos, & quinquaginta viros currentes ante se.

2 Manè verò surgens Absalom, stabat iuxta locum viæ portæ: & omnem virum cui erat causa vt veniret ad Regem pro iudicio, vocabat Absalom, & dicebat, Ex qua nam ciuitate es tu? Quumq; is responderet, Ex vna tribuum Israelis est seruus tuus.

3 Dicebat ad eum Absalom, Vide, sermones tui boni sunt, & recti: at qui te audiat non est tibi à Rege.

4 Dicebat præterea Absalom, Quis ponat me iudicem in terra, & ad me veniat omnis vir cui sit causa & iudicium, & iustitiam faciam ei?

5 Sed & quum accederet quispiam, & incuruaret se ei, extendebat manum suam, atq; apprehendebat eum, & osculabatur eum.

6 Faciebat autem Absalom hoc pacto vniuerso Israeli qui veniebant pro iudicio ad Regem, & furabatur Absalom cor virorum Israelis.

HOC capite describitur quomodo Absalom restitutus se erga patrem Dauidem gesserit. Partiemur autem hoc caput in quatuor membra. Primùm ponitur fraus Absalomi, qua seducebat populum. Deinde coniuratio potentissima contra Dauidem. Tertiò cedit Dauid vrbe Hierosolymorum, & locum dat iræ filij sui. Postremò salutaria consilia explicantur quæ Dauid in ipsa fuga cepit.

Partitio capitis.

Quoad primum membrum attinet, patefecit Absalom scelera quibus contaminatus erat, impietatem in patrem, ambitionem, seditionem, coniurationem, incestum, denique bellum ciuile & cædes. Hæc sunt facta improbi filij iam patri conciliati. Historia Iosephi proponit hæc facta esse post quatuor annos, quos ita fortè numerat, vt duo comprehendantur in absentia Absalomi. Tertio anno deductus est ad Dauidem & plenè ei reconciliatus. Quarto ita cepit se gerere. In Hebraica veritate numerus annorum non exprimitur. Nolebat expectare obitum patris: idq; multis de causis. Primùm verebatur ne se præterito, regnum Salomoni traderetur: nam ferebantur de illo sermones. Voluit igitur anteuertere factum patris. Deinde matrē habebat fortasis sese incitantē. Timebat sibi, ne alter filius ei præferretur, licet Absalon maior natu erat, sed ex alienigena natus. Auus etiam maternus rex Gessur, eum instigare potuit. Adhæc videbat se maiorem natu. Ante se duo fuerunt, Amnon & Cheliabus. Amnonem ipse sustulerat; Cheliabus vel mortuus erat, vel ad regnum ineptus habebatur: nihil enim de eo legitur. Potuissetq; prętexere aliam quandam rationem, regnum ad se iure pertinere, cùm lex in Deuteronom. habeatur, si quis duas vxores habuerit, & vnam præ altera dilexerit, non posse eum filium ex vxore dilecta genitum, primogenito ex altera vxore nato præferre. Diligebat Dauid Bathsabam, putat ergo non licere sibi Salomonem præferre. Si quis dixisset Domini verbo mandatū esse, dixisset fortè, se ignorare occultum verbum Nathani cum Dauide, ideò se nolle cedere. At nugatoria est ista ratio. Fac ita esse vt lex voluit in Deuteronomio, licuit ne ei ideo patrem regno pellere? Suspicabatur alterum sibi præferendum, non debuit hac via sibi ius dicere. Non enim iniuria ei fiebat, exciderat iure suo propter parricidium. Incendebatur etiam fortasis, quòd fuerat in exilio triennio, & postea reductus per biennium excludebatur à conspectu patris, idq; vt ipse putabat immeritò. Efferebatur item præstantia formæ, nec liberi formosissimi deerant. Sed cùm hæc sit acturus fraudulenter & inscio patre, quid consultârit est videndum. Scopus erat vt regnum occuparet: apertè id fieri non

Quando Absolom coniurârit.

Cur conspirârit.

Quid consultârit.

poterat ab initio, id faciendum erat conspiratione, quam habere non poterat nisi per dolos. Vnde auspicandum erat, non à sapientibus hominibus, non ab exercitatis & probis, illi enim statim olfecissent mala consilia, à popello ergo incipit. Facilè decipiuntur illi homines: iam illis gratus erat specie egregia corporis. Addit aliam impostu ram, facit sibi quadrigas & equites, vt apparatu etiam externo placeat. Deinde ad blanditias vertitur. Istæ sunt artes quibus ab initio vsus est.

Currus & equos cur sibi parârit.

Fecit sibi Absalom currus & equos.) Hoc pacto commendabat se populo. Genus istud commendationis, aliquid roboris secum habebat terant stipatores & satellites equitantis. Videbatur populo diuinum quid & eximium, non viderant antea. In Israele non vsus erat curruum & equitum, lege prohibebantur. Noua placent populo, noua admiratur. Vnde Papa ne contemnatur, magno apparatu incedit, mirisq; modis se cõmendat populo: humeris hominũ sublimis gestatur. Quemadmodum pater Dauid habet Chereti & Pheleti, ita ille suos stipatores & σωματοφύλακας. Quo titulo faciebat hæc? quasi regis filius & maior natu. Successionem ad regnum, sibi deberi reipsa ostendit. Pater filium non reprehendit, quem plus æquo diligebat, cùm tamen sciret ex verbo Dei, hunc excidisse iure suo & Salomonem debere regnare. Non retinet verbum Dei tanta diligentia quanta debebat. Cùm hæc aduersarentur legi Dei, prohibere debuit. Vt bonus erat, existimabat Absalonem, etsi hæc faceret, in sua potestate fore. At Absalom non tantùm volebat regnum sibi tradi, sed nec mortem patris expectat, nec vt consors regni esset, quemadmodum de multis legimus, sed patrem deijcere, neq; hoc tantùm, sed etiam patrem extinguere voluit, vt apparatus bellicus postea declarabit. Est mira hæc ambitio, vel rabies potiùs. Antoninus Caracalla filius Seueri insidiabatur patri, vt refert Dion. Cùm equitarent simul, filius gladium euaginabat vt patrem confoderet, sed cùm clamarent comites, prohibitus est. Nec expectarunt vt Claudius moreretur, sed extinxerunt eum, vt Nero ei succederet. Filij Turcarum parentes persequuntur & fratres mutuis vulneribus cadunt. Et inter Deos Ethnicorum Saturnus habetur, quem dicunt à Ioue regno pulsum esse. Saturnus patrem Cœlum castrauit. Sunt fabulis hæc decantata, vt crudelitatem ambitiosorum videamus. Infelix videtur sors Dauidis, tamen amatur à Deo. Diuinitus regnum acceperat, tamen hostes ei obsistunt, Syri, Moabitæ, Ammonitæ, Palæstini, socer, filius denique; se ei opponit. Sunt maximæ illæ necessitudines soceri & filij: at potentior fuit istis hostibus voluntas Dei. Sunt consilia Dei adamantina, non franguntur: opponant se hostes vtut libet, vincet Deus.

Ambitiosorum crudelitas.

Bonum patrem filium tam degenerem habuisse, multi mirantur. Conducit hoc ædificationi. Si semper nascerentur boni ex bonis, existimaremus pietatem hæreditario obtingere, rem esse physicam, quæ traduceretur cum semine. Donum est Dei: pater filio tradere non potest, studere quidem debet vt filios quàm rectissimè & religiosissimè instituat. Deinde parentes etsi regenerati & probi, non generant tamen liberos ea parte, qua regenerati sunt. Quia non generant spiritu sed carne. Naturam transmittunt ad liberos qualem habent ipsi: sed habent eam cum procliuitate ad malum. Augustinus sæpiùs adducit pulcherrimum simile. Agricola purum frumentum quod aristis & folliculis caret, seminat: tamen cum calamo, in spica, cum folliculis, in aristis nascitur: quæ postea repurgari oportet si vti volumus. Initia omnium illarum rerum, inquit, habebat granum in se, ideò cùm pullulat erumpunt omnia in actum quæ potentia latebant. Sic regeneratus est pater, tamen generat per carnem, quæ in se fomitem habet peccati. Ita sæpè euadunt filij scelerati, cùm patres boni fuerint. Idem de anima & eius origine libro secundo, capite sexto, scribit non esse hoc mirandum quòd ità contingat. Quilibet, inquit, est coniunctior sibijpsi quàm filijs suis. Si fieri potest vt idem homo non sibi perpetuò sit similis, sed varios mores habet, quid mirum si proereet filium moribus dissimilem? Sed hæc obiter.

Cur filij mali ex bonis patribus gignantur.

Mane verò surgens Absalom, stabat iuxta locum viæ portæ.) Absalom commendarat se populo quadrigis & equitibus, nunc aggreditur ad fallacias vt populo imponat. Versabatur in aula, summo mane surgebat, iuxta viam qua ibatur ad portam regis stabat. Id non semel & iterum, sed fermè quotidie faciebat. Cùm alij dormirent vel delitijs vacarent, ambitio illum stimulabat vt surgeret. Non autem mirum est eum venire ad aulam. Nam filij regis Cohanim aularchæ erant. Pro regno temporario hæc faciebat Absalom, nos stertimus cùm agitur de regno cœlesti. Ille alienum affectat, nos pigri sumus pro nostro. Ille patrem persequitur, nos vocantem vix sequimur. Cùm illum tam actuosum videamus, extimulari debemus, nec cõmittere vt filij huius mundi, prudentiores sint filijs lucis. Blandiebatur illis qui causas habebant, vt alliceret ad se amandum & abalienaret à patre. Laborabat iam Dauid aliquo odio propter adulterium & homicidium, nec deerant Saulini qui non libenter ferebant eum regnare. Filius releuare patrem debebat, at auget odium. Istæ sunt seditiosorum artes: cùm in republica excitare volunt seditiones, malè loquuntur de magistratibus, è contra laudant plebem, misericordiam erga illos præ se ferunt. Ita Romæ Tribuni

Studium Absalomi quomodo nobis imitandum.

Seditiosorum artes.

buni plebis se gerebant, detrahebant patribus, dicebant se fauere commodis populi. Qui imperium affectabant, populares videri volebant. Ita Iulius Cæsar se gerebat, cùm inuadere vellet Rempub. Hinc erant largitiones, spectacula, leges agrariæ, & alia huius generis. Plato de Republica dicit, illos Rhetores Athenis, qualis fuit Demosthenes & alij, prominciam suscepisse vt curarent populum belluam multorum capitum. Absalom ergo incipit à populo & patrem falsò insimulat. Traducit enim illum quòd non curam gerat iurisdicundi: eum tamen 5. cap. habuimus, iudicium & iustitiam fecisse omni Israeli. Accusat ergo illum & negligentiæ & iniquitatis, quorum vtrumq; principi seu magistratui in Republica grauissimum est.

Interrogabat blandè venientes in aulam, *Ex qua nam ciuitate es tu?*) Ita se ad vnumquemque demittebat, quasi statum causæ ipsius cognoscere vellet. Postea subdebat: *Sermones tui boni sunt & recti.*) Causa tua bona est: & rationes tuæ rectæ sunt. Fortè adulabatur eis: nam credendum est, multas malas causas habuisse. Nolebat quenquam offendere, studebant ambitiosi neminem offendere, sed placere omnibus. Pater meus dicebat est effœta ætate, non potest ius dicere, consiliarios non constituit, si qui sunt, sunt mali, cades tua causa. Pollicebatur de se meliora. *Quis ponat me iudicem in terra.*) Vtinam inquiens ego iudex essem, iustificarem venientes ad me. Ita sese venditat iuuenis, forma, curribus, equitibus, diligentia quòd mane adest & de sua voluntate prolixè pollicetur. Misera plebs sibi beata videtur. Rustici si reges eos alloquantur, existimant se cœlum digito tangere. Id norat Absolom. Quid petit? vt saltem cognitio causarum sibi committeretur, sperat se patrem posse regno exuere. Cognoscere causas, ius dicere, regum munus est. Cùm plebs eum hoc facere vult, vult eum esse regem. Notandum est hunc arrogantem se obtrudere contra legem. In lege regia Deuteronom. 17. habetur, Non poteris præficere tibi nisi quem Deus elegerit, & ille seipsum elegit. Signa quædam habebat antea: nunc manifestè prædicat quid velit. Sed ô bone dicito, annón regum etiam est sontes condemnare? cur dicis iustificabo venientes ad me? Omnium causas qualescunq; approbabat. Semel statuerat velle placere populo: ideò meminit tantùm partis plausibilis. Quamuis Iosephus paulò aliter referat, dicit eum compellasse homines, qui iam causa ceciderant: vtinam ego constitutus essem Rex, aliter me gererem: sed prior sensus est melior. Suam verò ambitionem tegere conatur studio salutis publicæ, quasi dicat, non mihi cupio regnum: sed vt hæc corrigantur.

Absolomi vera ba ad populũ.

Obtrudit se contra legem.

Sed & quum accederet quispiam.) Cùm veniret quispiam vt adoraret ipsum, tamen grato animo accipiebat, vt manum extenderet & talem oscularetur. Vult esse Rex & interea seruus fit contemptissimorum hominum. Sic quidam cùm præesse volunt, maximè se deijciunt. Omnibus Israelitis ita faciebat, non abhorrebat ab infimæ sortis hominibus, quasi non acciperet personam. Patitur se adorari, qui honor tantùm ad Regem pertinebat. Romæ qui magistratus ambiebant, prehensabant passim, discurrebant per omnes tribus, blandiebantur omnibus. Consideremus nunc hanc turpem Absolomi submissionem, non erat ex virtute. Optimè huc videtur quadrare quod Ecclesiastici 19. habetur: Est qui peruersè se humiliat, interiora verò eius sunt plena dolo: tegebat multa scelera sua illa submissione. Astutè agebat, Dauid è diuerso candidè: sed vtriusque exitus declarabit, vtrũ magis præstet candidè agere, aut tanta versutia. Interea decipitur plebs & felicem se fore existimat, si regnet Absalom: at longè aliter successisset, si imperium habuisset. Stultus est populus, putat bonum esse posse qui in patrem & Deum est perfidus. Non res ita habet, qui malus est in patrem, sæuissimus fuisset in populũ: qualis Domitianus fuit, qualis Nero? pollicebantur sibi de ijs homines multa bona, sed postea in monstra degenerarũt. Eodé modo Papa egit. Principio insinuauit se apud Imperatores, Reges & principes, hoc nomine, quòd Ecclesia meliùs habitura esset, si ab vno regeretur, quàm si sine capite esset dispersa. Credita est illi, sed postea Ecclesia nunquam crudeliorem tyrannidem experta est, nec principes grauiorem hostem habuerũt. Pulchrum videbatur, si principes illa cura exonerarentur. Sæpè enim fiebat, vt inter se contenderent Episcopi, schismata fierent, illis rebus principes affligebantur. Ita fuisset de Absolomo: ille sic se gerebat, vt audiuimus. Additur: *Et furabatur cor Israelitarũ.*) Id est: alliciebat eos ad sese amandum, & vt sibi applauderent, & se Regem optarent. Pulcherrima est metaphora furandi. Nam si respiciamus Dauidem, cor & animus populi erat ei obstrictus iuramento & fœdere, ac electione Dei. Dum autem Absolom eos ad se traduceret, id non poterat sine furto facere. Dicitur etiam furtum: quia clanculum fieret. Latebat ea res Dauidem. Græci etiam sic vtuntur hac voce. Aristoteles in suis Rhetoricis libro tertio, quando consulit celandam esse artem, dicit oratorem id consequi, si familiaribus verbis vtatur, tunc κλέπτειν λόγον, benè latet, & κλέπτεται ἀκροατὴς, celatur auditor. Labat etiam populum, qui seducebatur. Ab initio enim fraudes non intelligebant: putabant Absolonem iustitiæ desiderio optare, vt tantùm causis cognoscendis & iudicandis præficeretur. Alibi

Absolomi submissio.

Papa imitatus est Absolonem.

Furari cor.

etiam hæc phrasis legitur. Genesis 31. Iacob furatus est cor Labani Syri. Causa additur, quia celauit eum abitum suum. Pessimè Absolom fecit, sed tamen ista eadem quæ ille egit, à nobis possunt rectè fieri. Ille dicebat, malè res habere sub Dauide, nos meritò dicere & docere possumus, sub Papatu omnia pessimè habere, consulcari verbum Dei. Deinde pollicebatur ille meliora: sic nos Christianis promittere possumus, sub Euangelio res meliùs habituras esse. Ille seditiosè agebat, quia mentiebatur, traducebat patrem: nos sanctè agemus, non mentiemur, non patrem, sed Antichristum traducemus. Rectè igitur nos facere illa possumus quæ Absolom malè egit. Causa est quia Papa non est legitimus pastor. Dauid autem erat iustus rex & à Deo positus. Absolom impelebatur ambitione, nos Dei spiritu & præcepto. Mandatum enim habemus, vt quisq; pro portione suarum facultatum Ecclesiam ædificet.

Absolom quomodo rectè imitandus.

7 *Fuit præterea, in fine quadraginta annorum dixit Absalom Regi, Vadam quaso, & reddam votum meum quod vouì Iehouæ in Hebron.*

8 *Votum enim vouit seruus tuus quum manerem in Gesur in Aram, dicendo, Si reducendo reduxerit me Iehouah in Ierusalaim, seruiam Iehouæ.*

9 *Dixitq; ei Rex, Vade in pace. Qui surgens profectus est in Hebron.*

10 *Misit autem Absalom exploratores in vniuersas tribus Israelis, vt dicerent, Quum audieritis sonitum buccinæ, dicite, Regnauit Absalom in Hebron.*

11 *Cum Absalom autem abierant ducenti viri de Ierusalaim inuitati, qui abierant in simplicitate sua, nec sciebant quicquam.*

12 *Misit quoq; Absalom ad Achitophel Gilonitam consiliarium Dauidis, de ciuitate sua, de Giloh, dum immolaret victimas: factaq; est coniuratio valida: populus namq; ibat, & augebatur cum Absalom.*

13 *Et venit nuncius ad Dauidem, dicendo, Est cor viri Israelis post Absalom,*

Audiuimus quomodo plebem deceperit, nunc videndum quo nam pacto etiam patrem fefellerit. Petit ab eo facultatem discedendi Hebron, vt votum olim nuncupatum in Gessur soluat: specie religionis discedit vt in patrem conspiret. Quando hæc gesta fuerint proponitur à fine 40. annorum, qui significare etiam potest initium. Interpretes non omnes consentiunt de ista computatione. Alij rationem subducunt à primo tempore quo Israelitæ petierunt regem, quasi nunc castigandi essent: sed scriptura sacra obstat: quæ causam huius seditionis facit non petitionem Regis, sed peccatum Dauidis. Dauid qui potissimùm hîc castigabatur, non peccauit in ista petitione. Alij hos annos numerant à cæde sacerdotum facta in Nobe à Saule, quod Dauid ibi culpam aliquam sustinuerit. Occultiùs cum sacerdote agere poterat vt daret ei panes, nec Doeg Idumæus cognosceret. Sed frustra videntur hæc dici: quia scriptura ostendit qua de causa ista euenerint, nempe vt Dauid puniretur, non propter cædem sacerdotum, sed propter adulterium & homicidium. Ab illo scopo proposito non debemus temerè discedere. Sunt qui istos annos supputare velint à prima vnctione Dauidis. Hoc autem verisimile non est, quia ista vnctio fuit occulta. Supputationes autem à rebus claris & euidentibus solent sumi, quemadmodum ab egressu ex Ægypto. Sunt qui quadraginta istos annos volùt fuisse Iubilæi tunc currentis. Sed quare scriptura nunc tantùm ita supputet, non videtur probabilis ratio reddi posse. Ego simpliciter existimarem illos annos fluxisse à tempore quo regnare cœpit Dauid. Fuit vltimus ille annus regni quo ei tanta calamitas contigit. Puto me certam annorum rationem habere huius opinionis. Dauid vixit 70. regnauit 40. annis, partim in Hebron, partim in Hierusalem. Successit illi Salomon qui cùm cœpit regnare, fuit circiter annorum 11. aut 12. Natus autem est post commissum adulterium. Igitur cùm peccauit Dauid, fuit 58. vel 59. annorum. Si enim à 70. auferas 11. supersunt 59. Postquam hæc acta sunt, consequutum est stuprum Thamaræ. Absalom siluit per duos annos, postea occidit fratrem, & fugit in Gessur, ibi per triennium egit: reuersus est: duobus annis non vidit faciem regis: postea per duos annos molitus est conspirationem. Colliguntur nunc 9. anni. Ferè igitur septuagenarius erat Dauid cùm hæc acciderent: anni respondent. Vnde Rabbi Leui Ben Gerson, fortè vulgata inquit erat fama Dauidem vltrà 40. annos non regnaturum. Vnde Absalom perpendens hanc occasionem arripuit: quasi dicat, nisi ego inuasero regnum, alius occupabit. Facilè credebat posse succedere, quod rex debilis esset, deinde bonus & facilè crederet. Scio esse qui legendum dicant post quatuor annos, videntur id ex Iosepho hausisse, Latina versio etiam sic habet, sed non est nobis integrum lectionem mutare.

Quando Absolom conspirauit contra patrem.

Hoc ergo

Hoc ergo tempore petijt facultatem discedendi à patre. Quia si eo insalutato discessisset, fuisset res suspecta. Petijt autem ea ratione qua putauit sibi non negandam. Scit nomine religionis quiduis à pio patre impetrari posse. Religioni σχήμα erga patrem coniungit. Voui, inquit, Deo vt ad te reuerti possem. Insinuabat se alia ratione. In Gessur voui votum, dum essem inter idololatras cultum Iehouæ retinui. Quem non commouissent hæc verba? Astutissimè agit, scit religionis causa multa concedi, quæ alioqui non concederentur. In Digestis de Officio præsidis, in lege illud obseruandum: mandatur ne præses fines prouinciæ suæ egrediatur. Excipit causam quandam: Nisi voti dissoluendi causa, tunc enim licet egredi, ita tamen vt non abnoctet. In titulo de Procuratoribus & tutoribus in lege, Aut religionis conceditur causa religionis mutari posse procuratorem. Multa ergo conceduntur religionis nomine, quæ alioqui non darentur. Hoc vidit Absalom, petit ergo facultatem abeundi sub specie religionis. Est hypocrisis hæc, abutitur religione vt inseruiat ambitioni suæ. Hypocrisis semper propter aliud, nunquam propter se expetitur, veluti propter honores, quæstum. Papa etiam in Christianos tyrannidem exercet ecclesiæ nomine. Multa & magna mala committuntur specie religionis & boni publici. Herodes prætextu seruandi iuramenti, Ioanni Baptistæ caput amputandum curauit.

Cur discedendi facultatem petat.

Religionis causa multa conceduntur.

Hypocrisis.

Qui surgens profectus est in Hebron.) Absolom se contulit ad ciuitatem Hebron, ibi constabilienda erat inita iam coniuratio, species tamen prætexebatur religionis. Licuit eo tempore sacrificare in excelsis: nondum enim ædificatum erat templum Hierosolymitanum. In Hebron autem erat excelsum nobile, ædificatum à Abraamo. In illo oppido erat patriarcharum sepultura, & frequentes eò veniebant homines, non quod ad reliquias peregrinationem instituerent, sed propter celebre illud excelsum. Locum itaque sibi delegit opportunum quo ad speciem religionis. Deinde eius natale solum fuit. Adhæc metropolis tribus Iuda. Ipse quoque Dauid eo in loco auspicatus est regnum suum, videbatur ergo locus faustus & benè ominatus. Dicitur distare Hierosolymis 15. vel 16. milliaribus. Auspicatur ergo regnum suum ab impostoris: quemadmodum & Papa potestatem suam nactus est mendacijs ac fraudibus. Cùm eo venissent, emittit nuncios seu tabellarios ad omnes tribus, id est urbes præcipuas, vt constituta hora & die auditis tubis per vrbes proclamarent, Absalonem loco Dauidis inauguratum esse Regem. Certè astutia non vulgari omnia hæc fiunt, tamen prudentia consilia prouidentia Dei retorquentur in authores. E diuerso sanctorum consilia simplicia videntur & stulta, tamen Deus eis fauet, & successum habent. Tubicines suis adiungit, illi autem præcones orationem habebant: ita imponebatur populis. Eadem ratione antichristus suos præcones habet: nempe monachos, scholasticos theologos, canonistas & legueleios, qui potius vociferantur quàm probent Papam iustum habere regnum. Magno sanè studio omnia hæc fuerunt composita, vtinam concedat nobis Deus, ne minus simus soliciti pro propagando regno Christi.

Cur Hebron delegerit.

Cõsilia astutæ.

Antichristi præcones.

Cum Absalom autem abierant ducenti viri de Ierusalaim.) Absalom non tantùm patrem & plebem decepit, sed ducentos præstantissimos viros Hierosolymitanos, quos secum eduxerat ignaros coniurationis. Venerunt in simplicitate cordis sui, dixit textus. Vocauit eos vt viderentur secum tacere, cùm proclamatio noui regis audiretur. Vndiq; captatur fauor. Ij verò homines reprehendi iure non poterant, quòd abiuissent cum Absolomo. Non enim videndum quid agatur: sed quo animo agatur. Illi fecerunt quod licuit eis facere: nempe vt vocati irent ad sacrificia. Principes autem multos secum vocare consueuerunt. Nam in solennibus illis sacrificijs habebant conuiuia, fuitq; genus cõmunionis. Non erat conuentus ille natura sua malus. Prohibentur mali cœtus: sed illi criminis illius accusari non poterant. Absalom enim de voluntate patris iuit, petijt ab eo veniam. Accusari tamen illi potuissent si posteà cum alijs coniurassent: quomodo res acta sit scriptura non exprimit. Papistæ autem non ita excusari possunt, quòd sint cum Antichristo, quia illa erat ignorantia facti, hæc autem iuris. Tenentur scire non licere eis quæ faciunt. Deinde sic inuulgatum est Euangelium vt non possint causari se ignorare.

Nõ sunt reprehendi isti viri.

Ignorantia nõ excusat Papistas.

Misit quoq; Absalom ad Ahitophel Gilonitam.) Misit pro Ahitophele. Huius tanta in dando consilio sagacitas fuit, vt quodammodo pro oraculo Dei haberetur, quicquid consuluendo dixisset. Erat conscius coniurationis & parum propitius Dauidi. Multi dicunt auum maternũ ipsius Bathsabæ fuisse. Fieri potest si hoc non erat (tantùm enim est traditio) vt quod quotidiè videmus accidere, rege iam sene, consiliarij respiciant filium, præsertim maiorẽ natu, & cupiant illius inire gratiam. Certè creditur istius coniurationis author & caput, aut saltem magnus adiutor fuisse. Nõ omnes sciebant quid gereretur. Nõ enim vtile est, si multi sint cõscij coniurationũ. Rarò succedunt, nisi sint inter paucos. Fieri enim potest vt leuis aliquis arcana effutiat. Ventum est in Hebronem, ibi præclaros viros esse voluit, vt omnes inde conijcerent rem prudenter agi, & magnas esse causas

Achitophel.

ob quas regnum Absalomo traderetur, alioqui tales viros non accessuros esse. Probabile est aliquem orationem de isto negotio habuisse. Scelus erat coniurare in patrem: at nullum est scelus quod colorari non possit. De Simonide fertur, quòd cùm mulas laudare instituisset, tantùm fecerit mentionem equorum qui eas procreassent, non asinarum. Sic qui vitia laudant, à rebus medijs quæ laudari possunt, arripiunt ansas. Fortè dixerunt parùm fidelē in Saulem fuisse: absoluisse Ioabum cædis: commisisse adulterium & homicidiū: incidisse in proditionem: dissimulasse incestum, nec puniuisse Amnonem: contra Absalonem, vindicē tanti criminis, fuisse nimis seuerum: non curare iudicium & iustitiam. Iam Deum velle eos vindicare de tanta tyrannide. Si videretur Absalomum iniustè insurgere in patrem, dicere potuissent chariorem esse remp. pietatem & iustitiā. Absalomum diuinitus non ex sese hęc facere. Talia multa potuerunt dici. Sicuti hodiè Papa pro asserenda sua tyrannide multa deblaterat, & testimonijs sacræ scripturæ abutitur. Tu es Petrus, pasce oues meas. Successionem ordinariam, & prescriptionem longi temporis, & multa alia allegat. Sacrificabatur interea: sed quæ fuerunt illa sacrificia? Debuerunt in sacrificijs mortem Christi futuram fide apprehendere, vndè orbi salus dabatur, illi innocenti mortē machinantur. Fuit hoc sacrificium instar paschatis postremi quo Iudæi Christum capiendū consultant. Iurarunt fortè ibi. Vt principes quando fœdus faciunt, solent communicare simul: sed communio illa est conspiratio in cædes piorum. Papistę si bellum contra euangelicos gerere volunt, cantant missam de spiritu sancto. Sic Catilinarij bibebant ex poculo in quo erat vinum mixtū sanguine. Sic illi inter victimas in Dauidem conspirabant. *Populus nanq; ibat & augebatur cum Absalomo.*) Auditæ erant tubæ, allecti ergo dulcedine nouarum rerum vndiq; concurrunt. Alij quòd aliquando patrimonij & nominis naufragium fecerint ad scopulum luxus & libidinis, cupiunt res nouas. Sic ad Catilinam ambitiosi, obærati & alij nefarij homines vndiq; confluebant, vt ex istis miserijs emergerent. Accurrunt vt ineant gratiam apud nouum regem. Ita fit vt minor pars cum Christo faciat, maior cum Antichristo. Dauid interea hæc ignorat, miserat filium sacrificatū, nihil tale suspicatus erat. Nuncius venit ad eum, sed vt arbitror fero (Credibile enim est coniuratos vi. obsedisse) is dicit, populum corde sequi Absalomum. Vis coniurationis intelligitur ex isto vocabulo, Corde: volentes & vltronei veniunt, non coguntur. Propensio ad malum exprimitur. Homines non ita propensi sunt, vt Christum verum regem eligant, turmatim ad Antichristum veniunt.

Oratio qualis pro Absolomo haberi potuerit.

Sacrificia Absolomi.

Cur populus ad eum concurrat.

14 *Tum dixit Dauid omnibus seruis suis qui erant cùm eo in Ierusalaim, Surgite, & fugiamus: quia non erit nobis euasio à facie Absalom: festinate abire, ne fortè acceleret, & apprehendat nos, & impellat super nos malum, ac percutiat ciuitatem macie gladij.*

15 *Dixerunt autem serui Regis ad Regem, Quicquid elegerit Dominus meus Rex, ecce serui tui.*

16 *Egressus est ergo Rex, & tota eius familia in pedibus eius, & reliquit Rex decem mulieres concubinas vt custodirent domum.*

17 *Egressus inquam est Rex, & vniuersus populus in pedibus eius, qui substiterunt loco longinquo.*

18 *Cuncti autem serui eius transibant ad manum eius: omnes quoq; Cherethi & omnes Pelethi, atq; omnes Gitthæi, sexcenti viri qui venerunt in pede eius de Gath, transibant ante faciem Regis.*

19 *Dixit autem Rex ad Itthai Hitthæum, vtquid venis etiam tu nobiscum? reuertere (& mane cum Rege: quia alienigena es, & etiam profugus) ad locum tuum.*

20 *Heri aduentus tuus & hodie mouebo te vt venias nobiscum? ego autem vado quo vado: reuertere, & reduc fratres tuos: tecum misericordia & veritas.*

21 *Respondit verò Itthai Regi, ac dixit, Viuit Iehoua, & per vitam Domini mei Regis, quòd in quocunq; loco fuerit Dominus meus Rex, tàm in morte quàm in vita, quòd ibi erit seruus tuus.*

22 *Dixit ergo Dauid ad Itthai, Veni, & transi. Et transiuit Itthai Hitthæus, & omnes viri eius, & omnes paruuli qui erant cum eo.*

23 *Et tota terra flebat voce magna, vniuersusq; populus transibat: Rex autem transibat per torrentem Cedron, & vniuersus populus transibat contra faciem viæ ad desertum.*

Dauid

Dauid accepto nuntio, intelligit quis sit ille proximus de domo sua excitãdus contra se, de quo Nathan propheta prædixerat. Vidit filiũ esse, nõ ergo potest nõ consternari. Consternatus est cùm fama ferret ad eum omnes filios esse occisos: quid núc cùm audit audit filiũ arma capere contra se? Deliberat imò constituit fugiendũ esse. Ista fuga nõ est coniuncta cum desperatione: sed tamẽ perterrefecit Dauidẽ: quia vidit manũ Domini super se: memor est verborũ Nathani. Eum non despe rasse testatur Ps. 3. compositus in fuga ista. Quã multi sunt ô Domine qui affligunt me! Dicit Deum esse clypeũ suum. Sperabat, dolebat attamen, quia videbat se vulgo haberi tanquã proiectũ à Deo. Fiebat magna iactura existimationis eius: inuulgabantur passim scelera ab eo commissa, singuli dicebant quæ volebant. Dolet non tantùm de re ipsa, sed etiam de causis: scit enim se causam dedisse. Vires alioqui Absolomi non ita timebat, quia nec ipsi vires deerant. Assuetus erat bellis, viros plures secũ habebat, Chereti & Pelethi, ciuitatẽ munitam, arcem firmã. Sed cogitat hæc nullius momenti esse, cùm hæc afflictio à Deo immitteretur. Non morieris audiuerat à propheta. At cogitat cauendũ esse. Deus promittit multa prædestinatis, sed non oportet eos ignauos esse. Cogitat non esse pugnandũ cum iuuene ambitioso & crudeli, cui sol quodammodo oriretur, cùm ipse esset in occasu vitæ. Accidunt multæ res in quibus expedit se committere Deo. Sic Christus sæpè fugiebat & abscondebat sese. Si mansisset, videri poterat velle tentare Deum. Cùm quis ita se submittit, vt res omnes omnes in Deum reijciat: rem gratã ei facit: sacrificiũ hoc est præstantissimũ. Fugiebat ab Absalomo, at non à Deo, sed se maximè illi commendabat. Sciebat sanctus vir cum ambitione coniunctam esse maximam crudelitatem: ideò dicit, *Fugiamus, quia non erit nobis euasio à facie Absalom.*) Propheta erat & industrius senex: vidit quid accidere possit. Ambitiosi vt obtineant quod optant, omne ius violant. Cæsar dixit, si ius violandum est, propter regnum violandum est. Ambitiosorum crudelitatem ostendunt gesta Syllæ & Marij: Pharsalica pugna: item conspirationes & proscriptiones inter M. Antonium, Augustum, & Lepidum. Parci voluit ciuitati, & abstinere si fieri posset à bello ciuili. Sperabat fortè aliquo modò res componendas esse. Confidebat se non minus in fuga Deo placere, quàm cùm pacata ratione in throno sedebat. *Dixerunt autem serui Regis ad Regem.*) Serui fideles erant. Dum filius perfidus est, serui dicunt quicquid elegeris faciemus. Vnde prompta hæc voluntas erat in istis? Quia videbant Deum esse cum eo. Repetebant secum omnia transacta, quomodo electus esset, quàm feliciter rexisset populũ & hostes deuicisset. *Egressus est ergo Rex & tota eius familia.*) Videtur historia quibusdam narrare Dauidẽ egressum pedestri itinere. R. Leui Ben Gerson ideò eum sic egisse ait, vt inter alios esset quasi gregarius miles & non agnosceretur. Possumus dicere afflictam fortunam postulasse talem habitũ. Erat tempus lugendi peccata sua & filij, item precandi. *Et reliquit Rex decem mulieres concubinas vt custodirent domum.*) Cur hoc fecit? Putauit filium non esse grassaturũ in eas. Quis lædat mulierculas? Non veniebat ei in mentem tantum facinus, quod postea commissum est. Sed implendum erat oraculum Dei: dixerat enim per Nathanem, Proximus tollet vxores tuas, &c. Si implendæ sunt minæ, solet numen illorum qui puniendi sunt mentem quodammodo auferre. Exemplis plenæ sunt omnes historiæ. Inconsultè facit Dauid concubinas relinquendo domi. Concubinæ dicuntur, tamen, vt alias diximus, vxores erant, sed minore loco. Pluris fecit alias vxores. Videtur enim ancillarum esse custodire domum, præsertim difficilibus temporibus. Quid aliæ vxores egerint, ignoratur: fortè exiuerunt cum Dauide, vel missæ sunt in loca tuta.

Egressus est inquam Rex & vniuersus populus.) Cum Absolomo etiam ingens multitudo fuit: contrahenda ergo est vniuersitas. Intelligitur de illis qui fauebant regi. Notę vniuersales non semper vniuersaliter accipiendæ sunt. Veluti, cũ Paulus dicit, Deus vult omnes homines saluos fieri. Augustinus exponit, in omnibus ordinibus habet Deus suos quos ad salutem destinat, &, quotquot saluantur, volente Deo saluantur. Ambrosius de vocatione gentium dicit, habet Deus suam vniuersitatem distinctam ab altera. Non credendum est omnes Hierosolymitanos cum Dauide exijsse: fortè aliqui nõ probabant eius causam. *Qui substiterunt loco longinquo.*) Dum egressi essent, constiterunt quodam loco procul ab vrbe, expectantes exitum rei. Ibi Dauid illos expectauit qui eum sequebantur. In ipso & illis qui fugiunt, imaginem videmus ecclesię in persequutionibus. Diuexantur fideles, iustè sanè quo ad Deũ, iniustè quo ad persequutores, qui malo animo faciunt, & vna cum populo verum Dauidem persequuntur. *Cunctis autem seruis eius transibant ad manum eius.*) Non tantùm Chereti & Peleti Dauidẽ sequuntur, sed etiam Gethei 600. Isti putantur proselyti fuisse, qui Dauidem amârint, & postremis temporibus ad eum venerint allecti pietate, probitate & felicitate ipsius. Iosephus & alij putant illos Iudæos fuisse, & fugisse ad Dauidem ob persequutionem Saulinam: & in Siclag non procul à Geth habitasse. Peregrinos dici quo ad Hierusalem. Extremo tempore cùm aliquid periculi imminere Dauidi intelligerent, aduenisse vt eum

Fuga Dauidis.

Qua de re doluerit.

Cur fugit?

Serui cur ita fideles.

Cur pedibus eat.

Deus illis mentem auferit qui puniendi sunt.

Imago ecclesiæ.

Gitthæi qui fuerint.

Itthai. iuuarent. Quicquid sit, fuerunt viri bellicosi. Dux ipsorum Itthai fuisse creditur. Colligitur ex historia illos non multum ante venisse ad Dauidem, dicit enim, heri venisti, & hodie mouebo te? Nec desunt qui istum regis Achis filium fuisse sentiant, qui ad Iudaismum conuersus sit. Sed scriptura de hoc nihil commemorat. Hoc verò colligamus, illum induci à spiritu sancto vt fidelitas eius erga Dauidem ostendatur: & ex collatione eius videamus quanta perfugarum fuerit perfidia, cùm peregrinus ille fidem violare noluerit, & illi rebellârint. *Mane cum Rege.*) Regem appellat filium Absalonem, non quòd iure regnaret, sed quod iam rex haberetur. Vtitur autem varijs argumentis vt persuadeat isti reditum. Primum dicit, *Heri aduentus tuus.*) Tu recens venisti. Non videtur æquum vt rursum te huc & illuc circunducam: danda est tibi aliquando quies. Candidus est, videt quid par sit vt cum peregrinis agatur: nempe vt sedes certa eis detur. *Ego autem vado quo vado.*) Putas fortè, dicit, me iturum ad certum locum. Sum ipse mearum rerum incertus, eo quo eo: nimirum quo Deus voluerit: annona mihi non est parata. *Redue fratres.* Scilicet hos 600. & consolatur eum: *Tecum misericordia & veritas,* video te mecum egisse misericordiam & veritatem, ego vicissim rependam, & Deus rependet. Certè hoc agit Deus, vt hominibus candidis & qui misericordia iustè mouentur, misericordiam rependat. Quod facit Deus, homines inter se agere debent.

Misericordia & veritas. Istæ duæ voces חסד & אמת sæpissimè in scripturis coniunctæ reperiuntur. Nam primum propensus est Deus, vt nobis benefaciat, & destinet multa dona ex misericordia. Deinde cùm exequitur illam voluntatem, veritatem dicitur facere. Sic homines mouentur misericordia erga proximos, & dum implent illum affectum, dicuntur facere veritatem.

Cur Dauid nudat se præsidio. At Dauid videtur sese abdicare præsidijs dum remittere vult illos, vult ne ire nudus & inermis sine apparatu bellico? Colligimus eum non fuisse ex illo genere hominum, qui omnia ex suis commodis metiuntur: modò ipsis benè sit, nihil curant. Rationem habet exterorum, considerat quid illis expediat: deinde intelligebat Deum suum esse clypeum quemadmodum in tertio Psalmo cecinit. Vtiles sunt militares copiæ, at nihil prosunt si Deus nobis iratscatur. Sperat se habiturum propitium Deum, si legem eius obseruet. Sæpè scriptura nobis peregrinos commendat, ergo non nudat se, sed armat potius præsidio Dei. Deus vicissim rependit illi, & ita confirmat animum ducis, vt iureiurando se obstringat quòd nunquam deserturus sit Dauidem. Ista est constantia verorum amicorum, vt non mutent animum cum fortuna. Imò addit, *Tàm in morte quàm in vita.* Offerebat se ad omnia pericula. Hac ratione suos Deus consolatur in afflictionibus, vt dum sibi coniunctos, hostes sentiunt, exteros benevolos sibi & fideles reperiant. Dives est Deus, multos modos habet quibus suos iuuet. Hoc expertus est Helias, cùm ab Achabo & Iezabele in exiliũ pelleretur, inter ethnicos & à vidua Sareptana recipitur. Christus affigitur cruci à Iudeis, latro ipse eum confitetur, & centurio, à quibus nemo expectasset. Apostoli eijciuntur à Iudæis, ethnici accipiunt eos & Euangelium admittunt.

Dei auxilium præsens in afflictionibus.

Cedron. *Rex autem transibat.*) Transmittebat rex torrentẽ Cedron. Is erat vltra Hierusalẽ, qui significat nigrum & obscurum esse. Videtur torrens in valle, loco quodam opaco & vmbroso fuisse. Christus hunc torrentem transiuit. Sæpè legimus in libris Melachim & Paral. excelsa à bonis regibus in hunc torrentem esse deiecta. *Populus vniuersus transibat contrà faciem viæ ad desertum.*) Dicunt fuisse desertum Hierichuntinum, locus est decliuis & desertus. Lucas Euangelista huius meminit 10. cap. in Parabola de Samaritano qui in latrones incidit. *Et tota terra flebat voce magna.* Lachrymas illas exprimebat affectus misericordię, qui solet excitari ex aliena miseria, sed vt doctè Aristoteles dicit, non quauis, sed tùm cùm videamus miserè aliquos tractari & indignè. Nam si fuerint commeriti, non ita mouemur. Quo ad Dauidem considerabat populus senem, regem, sanctum esse & benèmeritum de repub Israelitica. Ob oculos versabantur res eius gestæ: repentinam quoq; fuisse illam calamitatem. In ea videbantur omnia iura naturalia & politica violari. Deturbabatur de solio suo, vrbem relinquere cogebatur, nesciebat quo iret, carebat commeatu: hæc omnia indignè videbantur Dauidi accidere: maximè quòd à filio hæc omnia pateretur. Flebant omnes Dauidici, contra Absolomici triumphabant & conuiuia agitabant. Diuersi erant affectus inter illos. Deus sedebat arbiter inter duos illos affectus, probat lachrymas piorum, improbat aliorum petulantiam.

Misericordia.

24 *Ecce præterea etiam Sadoc, & omnes Leuitæ cum eo portantes arcam fœderis Dei & statuerunt arcam Dei, ascenditq; Ebiathar, donec finiret vniuersus populus transire de ciuitate.*

25 *Et ait Rex ad Sadoc: Reduc arcam Dei in vrbem: si inuenero gratiam in oculis Iehouæ, reducet me, atq; illam ostendet mihi, & tabernaculum eius.*

26 *Si verò sic dixerit, Non beneplacitum est mihi in te: ecce ego, faciat mihi quod bonum est in oculis suis.*

27 *Dixit*

27 *Dixit præterea Rex ad Sadoc ſacerdotem, Nónne Videns es? reuertere in ciuitatem in pace: Abimaas autem filius tuus, & Ionathan filius Ebiathar, duo filij veſtri vobiſcum.*

28 *Videte, ego moror in campeſtribus deſerti, donec veniat verbum à vobis vt nuncietis mihi.*

29 *Reduxit ergo Sadoc & Ebiathar arcam Dei in Ieruſalaim, & manſerunt ibi.*

Sacerdotes poſteà deſcribuntur, qui vt patroni iuſtitiæ & bonæ cauſæ ſequi volunt Dauidem: beneficiorum etiam memores erant à rege acceptorum. Quia verò Arca non erat relinquenda ſine miniſterio, eam vnâ ſecum ferũt, vnde preces fieri poſſent pro Dauide, & vnde oracula ſi opus eſſet haberentur. Leuitæ quoq; veniebant. Nam erant miniſtri ſacerdotum: nec recta ratio patiebatur vt ille ordo à ſacerdotibus auelleretur. Conſtituunt certo loco Arcam vt illic maneret, donec populus tranſiret. Cùm veniſſet Abiathar ſtabat & ipſe iuxta Arcam. Hinc Iudæi neſcio quid fabulantur. Dicunt Abiatharum veniſſe, & quia potiori loco erat conſuluiſſe Deum pro Dauide, & Deum ei nõ reſpondiſſe, ſed poſteà Zadoco. Hinc factũ vt omnes intelligerent illum, Deo gratiorem fuiſſe. Sed ſcriptura hoc non tradit. Scimus quidem Zadocum prælatum Abiatharo, ſed poſteà ſub Salomone. An verò inchoauerit nunc iſta promotio, ſacris literis non eſt expreſſum. Videntur Hebræi adducti ad illa comminiſcenda, quòd Dauid Zadocum alloquitur & Videntem appellat: ſed alia de cauſa hoc fieri potuit. Alloquitur eum quia prior venerat: poſteà cùm ſuperueniſſet Abiathar etiam ipſum alloquitur, dicens, habetis duos filios, per illos poteſtis me certiorem reddere de rebus Abſolomi. Videntem appellat quia prior aderat. Deinde fortè vices erant miniſtrandi, & ipſe tunc miniſtrabat. Poſteà tempore Salomonis deiectus eſt Abiathar. Hieron. in quæſtionib. (ſi tamen eius ſunt) addit, quòd Abiathar conſuluerit dominum Deum, illum non reſpondiſſe, ideò Dauid Arcam noluiſſe habere ſecum. Illis omiſsis videamus quid Dauid loquatur cum ſacerdotibus, iubet vt in vrbem redeant, Arcam ſecum ferant. Mirum in tanta deſperatione à ſeſe tantam conſolationem reijcere voluiſſe, quam ex Arca præſenti habere potuit. Profecto illa erat vnde oracula dabantur, iuxtà quam fundebantur preces. Cùm eſſet in deſerto, columna nubis ſtabat interdiu ſuper ea, & noctu ignis: cùm Arca adeſſet ſiccatus eſt alueus Iordanis, mœnia ciuitatis Hierichuntinæ illa præſente ceciderunt. Deinde illa eſt quę Deum Palæſtinorum Dagonem de ſua ſede deiecit: quæ Palæſtinos fœdiſsimo vulnere percuſsit. Hæc illa erat quam Dauid magna pompa Hieroſol. deduxerat. Cur nunc eam comitem ſuæ peregrinationis non vult habere? Plurimæ cauſæ aſsignantur. Aliqui dicunt hoc eſſe factum ne ſacerdotes Domini exponeret periculo. Etenim abſq; miniſterio ſacro eam in caſtris retinere non poterat. Si aliquo modo obtinuiſſet Abſalom, fortè ſacerdotes erat interfecturus. Iam ſatis ſua cauſa periclitatos eſſe putat in Nobe, quando multi erant occiſi. Nolebat igitur ordinem ſacerdotalem ſua cauſa quidpiam pati. Alij dicunt, vt Hieronymus, quemadmodum paulò ante diximus, quòd reſponſum non habuiſſet, ideò iudicabat inutilem fore. Alij quòd Arca iam haberet locum ſuum Hieroſol. ideò nefas fuiſſe eam inde moueri. At iſtud non eſt verum. Hieroſolymis quidem erat, ſed adhuc proprium locum non inuenerat: ſed eo tempore quo Gad Dauidi locum areæ Ornam oſtendit. Poſt Arcæ aduentum Hieroſolymam, educta fuerat ad expugnationem Rabba. Vrias id teſtatur. Nam cùm Dauid ei ſuaderet, vt iret domum ad vxorem, dixit, Arca eſt ſub pellibus. Ideò ratio non eſt firma, quòd nefas eſſet amplius è loco ſua eam educere. Sed videbatur etiam locum habere in Silo: tamen tempore Heli educta fuit. At dices, malè cecidit, capta enim fuit. Non id accidit quòd Arca in caſtra deducta fuit, ſed quia adhuc erant idololatræ. Educere Arcam & adhuc animum impœnitentem retinere, eſt ſacramenta polluere. Cùm autem templum extructum eſt, tùm prohibiti ſunt vlterius eam educere, quemadmodum in 1. & 2. Paralipom. habetur. Moriens Dauid teſtatus eſt, & Ioſias rex ne hoc fieret. Dicunt alij factum hoc eſſe à Dauide ne caſus accideret in caſtris, vt Ozæ acciderat, & populus conſternaretur: aut ne Abſalom eam caperet. Videbatur indignum vt cauſa Dauidis captiua fieret. Sed vera cauſa exprimitur in hiſtoria. Voluit ſacerdotes redire in vrbem, Arca autem ſine ſacerdotibus in caſtris manere non poterat. Cur decernit vt ſacerdotes redeant? vt certiores eum facerent quid factu opus eſſet. Vtiliores erant ei in vrbe quàm apud ſe in caſtris. Sed cur tantum conſolationis ſpiritualis à ſe reijcere voluit? an propter tuum commodum, ſacramentum Areæ reijcere quodammodo debuit? Sanctiſsimè ſe geſsit: non exiſtimat in periculis grauibus opus eſſe ſymbolis iſtis aſpectabilibus. Arca erat ſacramentum præſentis auxilij diuini, re ſignificata contentus erat. Papa verò alienam à pietate ratio-

Cur Arcam abstulerint.

An Sadocus hic prælatus ſit Abiatharo.

Cur Arcam ſecum habere noluerit.

1.

2.

3.

1. videtur, potuiſſe etiam domi ſub pellibus fuiſſe.

Cur ſacramentum Arcæ à ſe reijcit.

Pueri absq; baptismo mortui.

nem sequitur. Si faciat iter, semper vult suum Deum Maozim habere super equo albo. Causam afferunt, vt si quis in itinere moriatur, in promptu sit. Si fidelis non possit habere sacram communionem, priuabitur ne re sacramenti? non puto. Alij etiam, qui nimium tribuunt externis sacramentis, errant. Putant infantulos Christianorum, si non facultas detur eos baptizandi, perire. Ha-

Gratia non est alligandi sacramentis.

benda quidem sunt sacramenta in precio, sed non ita, vt tota salus inde pendere credatur: non est alliganda eis gratia. Erraüit in eo vir alioqui magnus Augustinus. Quis legit, Hebræos liberos damnatos fuisse, si intra octo dies nondum accepta circuncisione mortui essent? An hoc irritum faciebat testamentum Dei? Quòd si illi pueri non damnabantur, cur nostri sunt deterioris conditionis? Concedunt Papistæ baptismum flaminis, hoc est spiritus sancti: & si adulti credentes pereant, nec possint tingi, aiunt seruari baptismo flaminis. Si spiritus sanctus subuenit adultis, quomodo eo casu paruulis non subuenit? Si præterea ad Christum & Ecclesiam non pertinent, quorsum tingunt eos? nemo baptizat alienum. Si autem pertinent ad Ecclesiam; etsi pereant sine externo

Baptismus flaminis.

symbolo, salui sunt. Nō est mendax Deus, qui pepigit fœdus nobiscū, cuius primum caput est, vt nobis peccata remittat. Rom. 11. 1. ad Cor. 7. dicit: alioqui filij vestri impuri essent, nunc sancti sunt. Iterum ad Rom. 11. si primitiæ sanctæ & conspersio, si radix & rami. Non quòd sanctitas per semen traducatur, sed ex promissione Dei adest. Vnde & infantes Christianorum dum nascuntur, filij Dei sunt, & filij iræ. Quomodo? Si æstimentur ex naturâ corrupta, sunt filij iræ. Si æstimentur ex eo quod Deus circa illos agit, sancti sunt: in fœdere sunt, & ad Ecclesiam pertinent. Hæc obiter, ne nimium tribuatur externis symbolis. Rectè ergo fecit Dauid, quòd in tanto periculo contentus

An dubitet se placere Deo.

fuit re sacramenti. *Si inuenero gratiam in oculis Iehouæ.)* Quomodo se consoletur, pulcherrimum auditu. Aut Deo inquit, complacet in me aut non. Si Deo complacet in me, restituet me, & concedet, vt signis externis frui possim.: ostendet mihi tabernaculum suum. Si non ei complacet in me, præsto sum. An dubitat Dauid se placere Deo? Si certus est de salute, cur tale dilemma ponit? Quo ad æternam salutem certus erat: sed hîc de restitutione in regnum agitur. At Deus ei regnū promi serat. Nesciebat an ex conditione esset illa promissio, an absoluta: nec necesse erat, vt sciret, an resti

Mortificatio vera.

tuendus esset: habuerat regnum, sobolem iam habebat. *Faciat mihi quod bonum est in oculis ipsius.)* Hæc est vera mortificatio, quæ proficiscitur ex fide vera: cupit Dei voluntatem fieri. Sic Christus orauit: non mea, sed tua voluntas fiat. Proponit sibi duo, regnum & voluntatem Dei, quam regno & suæ restitutioni anteponit. Sicut initium perditionis fuit in Adamo, facere voluntatem suam, & non voluntatem Dei: ita initium salutis, reiecta voluntate sua, Dei voluntatem facere. Nihil aduersus Deum dicit, nec contra Absolomum hostem suū. De peccato suo cogitat: quod ad reliqua acquieuit voluntati Dei. Qui sic facit, non potest infeliciter cadere Ratio firma est. Voluntas Dei bona est: si bona est, bona vult. Deinde illi qui sic affecti sunt, benè sentiunt de prouidentia diuina. Nam si putarent res casu agitari, aut Deū minimè benè velle suis, non cōmitterent se eius vo-

Constantia sacerdotum.

luntati. Sanum est eius consilium. Probanda est constantia sacerdotū. Periclitata erat familia eorum in Nobe, propterea quòd faueret Dauidi: non tamen desistunt amare Dauidem, cum eo pe-

Tu es videns.

riclitari volunt. *Dixit præterea Rex ad Sadoc sacerdotem, nonne tu es Videns?)* Subobscura sunt verba, sed plana faciam. Sensus est: Tu Videns es, id est, potes vaticinari:, cognoscis verbum Dei, versatus es inter oracula: audi consilium meum: iudica an bonum sit, suadeo redeas in vrbem. Tu Videns es: tuo officio mihi hîc præstare nihil poteris, quod nō in vrbe etiam possis, & aliquid maius etiam. Cùm peritus sis oraculorum Dei, quid præstares, si mecum esses? orares & consuleres pro me Dominum, hoc in vrbe potes facere, & præterea cognoscere, quid moliantur mei hostes, & me de omnibus rebus certiorem reddere. Mitto te in vrbem & Abiatharū, vt per filios vestros fiam certior. Ne nuncij huc & illuc oberrent, ostendit locum, vbi mansurus sit: valdè eis fidit. Per deserta illa inquit, moram traham: vtimini filijs vestris Ahimaas & Ioathano pro nuntijs. Fortè

Cur vult sacerdotes sua causa periclitari.

alios quoq; liberos habuerūt: sed Dauid illos delegit, fortè quia adultiores & sapientiores essent. An vult eos periclitari sua causa? Si enim deprehensi fuissent, capitale fuisset. Id ex charitate non proficisci possit videri. Respondeo: Periculum non vsq; adeò certum fuisse. Variæ & multiplices viæ erant, quibus euadere potuissent. Adhæc cùm Dauid propheta erat, videbat eos non ista causa perituros. Quid si periclitarentur? Non imperabat aliquid quod esset contra officium: multum

Media non negligenda.

legitimo suo regi, multum reipub. debebant. Pro capite interdum membra periclitantur. Si vixissent, officium præstabant, regi, si fuissent cæsi, laudi eis fuisset & gratum Deo. Dauid committit se Deo, tamen non destitit vti medijs opportunis, & rebus naturalibus accommodatis. Nō pugnant acquiescere voluntati Dei, ac vti medijs legitimis. Quia Deus vtrunq; vult. Expendamus adhuc Dauidem in luctu fuisse, non tamen in eo, qui prorsus rationem obrueret. Ita sanctis vsu venit: mœrore non insaniunt: sed adhuc prudenter agunt.

30 *Porrò Dauid ascendebat per ascensum oliuarum, ascendens, & flens operto eius capite, & nudis pedibus: vniuersus q; populus qui erat cum eo operuerunt quisq; caput suum, & ascendebant ascendendo & flendo.*

31 *Nunciauit autem Dauidi, dicendo, Ahitophel in coniuratoribus cum Absalom. Dixitq; Dauid, Infatua obsecro consilium Ahitophel, ô Iehoua.*

32 *Peruenit autem Dauid ad verticem vt illic adoraret Deum, & ecce in occursum eius Husai Archites scissam habens tunicam suam, & terra super caput eius.*

33 *Dixitq; ei Dauid, Si transieris mecum, eris mihi oneri.*

34 *Si autem in ciuitatẽ reuertaris, & dixeris ad Absalom, Seruus tuus ero ô Rex: seruus patris tui ex tunc, nunc verò seruus tuus: dissipabis mihi consilium Ahitophel.*

35 *Et an non tecum ibi Sadoc & Ebiathar sacerdotes? Porrò quicquid audieris de domo Regis, indicabis ipsi Sadoc & Ebiathar sacerdotibus.*

36 *Ecce ibi sunt cum eis duo filij eorum, Ahimaas ipsius Sadoc, & Iehonathan ipsius Ebiathar, per quorum manus mittetis ad me quicquid audieritis.*

37 *Venit itaque Husai amicus Dauidis in ciuitatem, & Absalom ingressus est Ierusalem.*

Ascendit Dauid per montem olearum, & ascendendo flet. Nimirum quòd ipse causam dederit tot lachrymis. Lachrymæ sanctorũ multum faciunt ad prouocandam misericordiam Dei. Imò vt cecinit Dauid, sunt numeratæ ante Deum. Vnde pulcherrimam habemus vocem Christi in Euangelio: Beati qui lugent, quoniam consolationẽ accipient. Ita Deus quodammodo cudit suos, & formatad vitam æternam. Istis crucibus reuocantur homines ad vitam: magni spiritus, qui sunt inimicitia aduersus Deum, hoc pacto deprimuntur. Quis in Dauide flente, non videat Christum ascendentem ad Golgatha? Flebat Dauid, & populus cùm eo. Dum flet inuocat Dominum Deum suum, quemadmodum Psalmi ea de re compositi abundè testantur. In ista inuocatione luctuosa æstimare debemus acerrimam luctam fuisse inter carnem & spiritum. Inuocat Deum quem caro hostem sentiebat, Deum affligentem se vocat: tamen victoria erat fidei. Incedebat tecto capite, dicunt nonnulli deiectionis fuisse symbolum. Vnde mulier cooperto capite orare iubetur. Sed verisimilius est, opertum fuisse caput more lugentiũ. Qui verè lugent delectantur fletu, & quos verè pœnitet malorum, toti in hac cogitatione esse volunt, non oculos hinc inde circumferre. Nec cupiunt ab alijs videri lachrymas eorum: satis est vt à Deo videantur. Populus imitatur principẽ: res per se miseræ erant, sed exemplum regis magis ad misericordiam eum prouocabat. Videntur non comitari regem, sed illo viuente, vidente, & seruiente funus ducere. Luctus non proderat ad pugnam & victoriam. Alacritas est quæ admodum idoneos ad pugnandum reddit. Vnde sapientes φιλοσοφίαν τελεσφόρον appellarunt. Mœror deijcere vires videtur. Sed illi auxilium ex Deo tantùm expectabant. Nudis pedibus incedebat rex. Aliqui dicunt hoc signum esse cedentis. Antiquitus enim illi quorum erat possessionem aut agrum redimere, si cedere proximo vellent, exuebant calceos, vt habetur in libello Ruth & in Deutero. Ostendit se coactum cedere Absalomo hæreditatem. Mihi potius habitus lugentium videtur. Peccatum ortum habuit ex voluptatibus & delitijs, nunc è diuerso agit, commoditatem carnis & pedum abijcit: ideoque sic incedit. Intelligebat quod dicitur à sapientibus, ἀσθενὲς καὶ μικρὸν ἐστιν ἀλλεσαι. Isti sunt fructus solidæ pœnitentiæ. Ex isto itinere pedestri quidam colligunt Dauidem non adeò senem fuisse cùm hæc acciderunt. Nam existimant pedestre iter adeò vigenti ætati proprium esse, vt senibus non conueniat. Sed errant. Possunt enim senes reperiri tàm benè temperati, vt iter pedestre faciant. Deinde necessitas eum vrgebat, quæ durum est telum: prætereà etsi pedibus hoc iter confecit: tamen lassatus est vt infrà audiemus.

Lachryma sanctorum.

Preces in luctu.

Cur incesserit operto capite.

Cur nudis pedibus incesserit.

Nunciauit autem Dauidi quispiam, dicendo, Ahitophel in coniuratoribus.) Dum sic incederet, nunciatum est ei Achitophelẽ cùm Absalomo facere. Animus Dauidis multis modis impeditur, patientia ergo singulari opus erat. Neque ita pungebatur animus Dauidis, vt dolor statim transiret, sed aculeus relinquebatur. Nam cùm hæc patefieret, ad causam malorum se transferebat, nempè, peccatum. Iosephus scribit nihil tristius hoc tempore Dauidi nunciari potuisse. Nam inter se conferre oportet apparatum bellicum & vires Absalomi, cùm astutis consilijs. Certè mala consilia magis noxia sunt, quàm apparatus bellicus & corporis vires. Quia hęc omnia instrumenta sunt ad victoriam, at callidum consilium ceu artifex existit. Vt artifex instrumentis præstat: ita consilium malum plus noxium est quàm alia illa. Illa sunt corporea, consilium verò ad rationem peru-

Consilia astuta quomodo valeant.

net. Multos Achitopheles hodiè Antichristus habet secum, quod intelligimus ex illis quæ astutè agit. Abundat Papatus copijs & principum armis, sed astuta consilia magis timenda sunt. Imitemur ergo Dauidem, oremus Deum, vt infatuet consiliũ Achitophelis. Vt consilia dona Dei sunt: ita illius est ista impedire. Dixeris fortasis, Deus non infatuauit consilium Achitophelis, ergo non audiuit Dauidem. Certè effecit Deus, vt ea consilia quæ astuta erant, Absolomo fatua viderentur. Dei ergo est opus, consilia hominum irrita facere, aut ijs dare successum. Pulcherrimè scribit idem Dauid Psal. 23. Deus dissipat consilia gentium: consilium verò Dei manet in æternum. Non est eo ingenio Deus, vt delectetur frustratione hominum: sed culpa hominum fit, qui temerarij sunt, vt Deus illis sese opponat. Consilia eorum si bona essent, non impedirentur: at adeò mala sunt, vt si successus eis daretur, nihil esset saluum. Suscipiunt bella, non tantùm contra honestatem & pietatem, sed etiam contra Deum ipsum, ideò eis occurrit. Sed ipsum Dei consilium, quod destinauit ad gloriam suam & salutem electorũ, manet. Sunt adamantina Dei consilia. Zach. 6. cap. cùm videret quadrigas, hoc est, quatuor monarchias, quæ afflicturæ erant Ecclesiam, emittebat eas Deus intra montes æreos, ad significandam firmitatem sui consilij, vt Deus decreuerat, ita euenit. Dauidis preces coniunctæ sunt cũ insigni confessione diuinæ potentiæ, quòd in manibus habeat consilia hominum. Sæpe efficit, vt quæ vtilia proferuntur, videantur stulta, & reijciantur, ita mala etiam efficit, vt impijs videantur vtilia. Vnde Augustinus scripsit in suis quæst. ad Simplicianum, lib. 1. quæst. 2. Nõ esse in potestate nostra, vt res nobis offerantur eo modo, vt possint accipi aut placere: id efficit Deus. Sæpe fit, vt bona se nobis offerant, vt placeant, id inquit ille, non est nostrum. Et è diuerso videtur mentes impiorum excæcare, vt quæ bona sunt, vt mala accipiant. Videmus ergo vt nobis opus sit diuino auxilio. Primùm, vt benè iudicemus de rebus, deinde, vt voluntas eligat, quod vt fiat, impedimenta remoueri oportet. Fit vt lumine Dei benè iudicemus, sed affectibus repressi non eligamus. Hinc videmus, quàm infirmum sit arbitrium humanum. Quo ad iudicium, quatitur vehementer: res non semper offeruntur, vt placeant: si offerantur, adhuc sunt impedimenta multa. Gratia ergo opus est, vt regamur quo ad notitiã & amotionem impedimentorũ. Si Filius nos liberauerit, inquit Seruator noster, verè liberi erimus. Possumus quidem iactare libertatem, sed aliud est iactare, aliud habere. Rogat ergo Dauid Deum, vt infatuet consilia Achitophelis, vt vafra consilia stulta videantur: orat ne ita noceat, vt vellet. Cæterum dixeris, non omnino impedita sunt eius consilia. Quoniam vt consuluit, nempe vt Absolom pollueret nouercas suas, id fecit: non iudicauit consilium illud fatuum. Concedimus quo ad hanc partem Deum non irritum fecisse consilium, sed quo ad alteram partem, videlicet oppressionem Dauidis. Cur in priore non irritauit? Quia decretum erat, vt hoc fieret. Nam dixerat Propheta, Veniet proximus tuus, & auferet vxores tuas, &c.

Deus consilia mala irrita facit.

Auxilium Dei quàm nobis sit necessarium.

Consilia Achitophelis quatenus sint impedita.

Peruenit autem Dauid ad verticem, vt illic adoraret Deum.) Processit Dauid ad verticem montis oliuarum. Potuisset iter facere per latus montis, & fortasis mollius, sed rectà per cliuũ voluit ascendere. Causa ex fine apponitur, vt illic adoraret Dominum. Quia inde patebat prospectus ad vrbem Hierosolymorum, vbi arca erat. Ex latere incedendo vrbem non vidisset. Tanta fuit eius pietas, vt pedibus eò conscenderit. Adoratio externa licet ceremonia esset, tamen Deo placuit, ex fide enim proficiscebatur. Arca coniunctas habuit promissiones. Noluit spernere, dum locum ad prospiciendum eò haberet. Nulla est hîc superstitio. Nam arca locus erat, quem Dominus elegerat. Sic Daniel in captiuitate faciem vertit versus Hierosolymam. Dauid videtur quasi valedicere velle arcæ fœderis. Cùm amicus ab altero discedit, significationem sui amoris solet ostendere: nos nostram arcam, Christum habemus, semper eò oculos conuertere debemus. Discamus ex Dauide, qui cùm in tristi fuga versaretur, nullis armis quàm precibus vtitur, quid nos agamus. Dat Deus orantibus multa, & promisit se daturum: quasi preces prouocent misericordiam Dei. Sed non est ea prouocatio, qua Deus ipse mutetur: sed misericordia Dei dicitur elici, & fletibus, & precibus: quia ipse constituit dare multa dona, sed contritis corde & orantibus. Dat illis Deus, vt orent, & illa quæ consequuntur ad preces: dat vt lugeant ex fide, & concedit dona, quæ dare constituit contritis corde. Nõ sunt preces & lachrymæ causæ per se illorũ bonorũ: sed media, quibus Deus ad eas consolationes eos vult deducere 2. ad Thessal. 1. cap. Iustum est, inquit Apostolus apud Deum, reddere ijs, qui affligunt vos, afflictionem, & vobis qui affligimini, relaxationem nobiscum. Ostendit afflictiones nostras non causas esse relaxationis sequentis: sed quia hunc ordinem Deus posuit, & illam connexionem rerum esse voluit. Orat Dauid. Quid orat? non exponitur: sed facilè est diuinare. Vt liberetur à crudelitate filij, à noxijs consilijs Achitophelis. Orat pro fillo, vt desistat à malo instituto: pro populo qui insaniebat: pro seipso, vt crux imposita aut leniretur, aut darentur ei vires ad fortiter ferendum. Mementote in isto monte Christũ ad patrem

Cur in montẽ ascenderit.

Cur versus arcam oret.

Preces an sint causæ beneficiorum Dei.

Quid Dauid orârit.

erasse.

esse. Sæpè in eo, vt Euangelistæ produnt, pernoctabat: & ad extremum vitæ, in horto Getsemani ad radices montis orauit. Occurrit ei Chusai tristis admodum. Non tantùm animo: sed etiam signis externis tristitiâ significabat, scissione vestium, & puluere in capite. Archites dicitur. Est nomẽ gentile: ciuitas fuit in tribu Ioseph, id est, inter tribũ Manasse & Ephraim. Ios. 16. cap. Orauerat vt consilia Achitophelis dissiparentur, exauditur: offertur ei homo per quem consilia istius confringerentur. Potuisset hoc per seipsum agere Deus. Nam ita afficit animos vt quæ sunt bona videantur mala, & è contra quæ sunt mala videantur bona: sed interdum adhibet ministerium hominum. Verba externa Chusai nihil effecissent, nisi spiritus in corde Absolomi operatus fuisset. Is vir interea laudandus est: amicus erat Dauidis. Videmus verum fuisse: qui enim amicus est verus, vt habetur in 17. Prouerb. omni tempore diligit. Qui diligunt tantùm fortuna secunda, non sunt veri amici. Is sequitur Dauidem non ad delitias & opes, sed ad crucem & exilium. Credendum est hominem magnę authoritatis fuisse, & vnum ex consiliarijs. Alioqui non ita facilè eum retinuisset Absalom.

Chusai Archites.

Chusai fuit verus amicus.

Dixitq; ei Dauid.) Dauid opera eius vtitur. Hoc non repugnat fidei. Si ex fide orauit Dauid, promisit sibi ita futurum: tamẽ externo medio vtitur. Deo fidere & ordinarijs medijs à Deo concessis vti, non repugnant. Deus vult vtrunque. *Si transieris mecum, oneri eris mihi.)* Non modò in comitatu meo te habebo, sed curam tui geram. Dauid in ista fuga non suis tantùm malis, sed & comitum premebatur. Deinde annona non abundabat. Repentina enim erat fuga: populi erat magna auersio: non iuuabant eum commeatu prout debebant. Volo inquit, vt sis alicubi, vbi mihi commodo esse possis: vade ergo in vrbem: docet quid agere debeat. Si recipiaris ab Absolomo ambitioso, omnia indicare mihi potes, quæ agantur: expedit autem mihi omnia scire.

Hæc sunt consilia Dauidis: ergo docet eum mentiri. est ne hoc probi viri munus? dicũt, mendacium officiosum erat. Isto mendacio volebat impediri scelera filij sui: nolebat eum interficere, at curabat modus vt peccandi fieret. Quid si occisus fuisset? Præstabat eum occidi, quàm parricidâ fieri. Multa, inquiunt, talium mendaciorũ exempla extare in scripturis, vt Rachab, obstetricum in Ægypto, Saræ: ita dicunt non peccauisse Dauidẽ. Equidem scio Augustinum in libro de Mendacio ad Consentium scribere tria esse mendaciorum genera, Pernicioſum, officiosum, iocosum: ad quod pertinent fabulæ, ridicula, spectacula: sed non est propriè mendacium, homines non decipiuntur, omnes sciunt rem fictam esse. Officiosa dicuntur esse quibus salus alicuius procuratur, aut nostra aut proximi, quoad vitam, famam, fortunam: & quo peccata impediuntur sine damno cuiuspiam. Placent aliquibus ista mendacia, ita vt dicant prudentiam esse & zelum qui conueniat pijs etiam: non esse peccatum. Imò sanctos sæpè oportere inclementem fortunam gubernare aut lenire ijs mendacijs. Ego sinam istos iudicare quod verisimile eis videtur: dicam tamen quæ mihi veriora videantur, Mendacium officiosum (non loquimur de pernicioso quo damnum proximi quæritur) deformitatem & defectum habet. Nec debet negari quoquo modo peccatum esse: non tamen ita graue vt mendacium pernicioſum. Peccatum tamen est ex illo genere, sine quibus humana vita non transigitur. Idque probo istis rationibus. Primum aduersatur veritati: cùm veritas bona sit, retinenda est, nec committenda sunt, quæ cùm ea pugnant. Deinde verba symbola sunt aut notæ rerum. Non quidem vt extant ipsæ res: sed prout in animo nostro eas habemus. Sæpè quis dicit quod non est, non tamen mentitur, quia putat ita esse. Sed si quis rem aliter dicit quàm nouerit esse, abutitur illis signis: non autẽ est eis abutendum, non in hunc finem à Deo nobis data & concessa sunt. Adhæc præcipit nobis, vt loquamur veritatem & mendacium euitemus. Ad Ephes. 6. cap. Loquimini veritatem quisque cum proximo suo. Colos. 3. Ne mentiamini vobis inuicem. Imò ipsius mendacij origo, diabolo ascribitur. Ioan. 8. In Psalmo 5. Deus dicitur perditurus omnes qui loquuntur mendacium. Adhæc nullum extat præceptum quo iubeamur mendacijs istis iuuare fratres. Præceptum datur ne mentiamur. Sed dicunt intelligendum esse de noxio mendacio: scriptura tamẽ ista exceptione non vtitur. Si imitari Christum & Apostolos volumus, reperiemus semper vera loquutos esse. Imò nefas est, vt contendit Augustinus contra Hieronymum, vt putemus talia mendacia in scripturis haberi. Accedit huc, dicentis authoritatem amitti: homines posteà suspicantur eos mentiri, tametsi veritatem dicant. Dicunt, nescio an ex officio mentitus sit. Amissio autem tanti boni non conducit. Læditur etiam humana societas, etsi quoquo modo in illo casu iuuari videatur. Denique multis malis fenestra aperitur. Hinc fortiter à nobis stat Augustinus in libro de mendacio ad Consentium. Scio Platonem dicere, Priuatis non concedi, sed magistratibus, vt mentiantur, at argumenta nulla vel admodum friuola habet. Sed quoniam exempla adducebantur veterum, vt respondeamus hoc libet præfari. Esse positas à Deo leges quę in vniuersum homines obstrictos habent: prętęr illas interdum sunt quędam priuilegia.

An Dauid Chusai doceat mentiri.

Officiosum mẽdacium.

Officiosum mẽdacũ esse peccatum.

Responsio ad obiectiones.

Deus potest dispensare circa leges.

Nam Deus interdum extra communes illas regulas, aliquid à sanctis fieri vult. Vetatur homicidium, & ne quis alterum velit occidere: attamen Deus præcipit singulariter Abrahamo, vt iugulet filium Isaacum. Est contra communem legem: sed Deus author legis potest interdum aliquid contra communē legem velle. Prohibetur ne quis seipsum occidat: Sampson tamen seipsum occidit. Furtum prohibetur, sed peculiariter Deus vult vt Israelitæ ab Ægyptijs auferant vestes, aurum, argentum. De mendacijs veterum respondeo. Si humano impulsu mentiti sunt, peccarunt: sin verò Deus peculiari instinctu voluit hoc fieri, minimè peccarunt. Deus enim est arbiter legis suæ. Si dixeris, accipio humano arbitrio eos hæc dixisse, dicam eos peccasse. Labuntur enim & sancti. Sed Deus dicitur præmium dedisse Rachab & obstetricibus illis Ægyptiorum. An remuneratus est peccata? Ob id præmium eis dedit, quod erga Israelem benè fuerunt affectæ, idq; ex fide quam habuerunt verbo Dei. Quatenus peccarunt, nihil eis Deus largitus fuisse dicitur.

De facto Dauidis & Chusai.

De Dauide autem & Chusai quid sentiemus? Alterutrum dicere possumus: quod Deus peculiariter hoc medio vti voluerit, vt infatuaret consilia Achitophelis, tunc non peccarunt: quod mihi satis placet. Si moti sunt humana ratione, peccarunt, & non sunt excusandi. Nam posteà audiemus Mephibosethum inauditū & absentem iniustè mulctasse: vbi eum excusare nō possemus: cur ergo tantopere laboramus, vt hoc loco eum excusemus? Sed dicunt, ille Chusai reuera Absolomo inseruire voluit. Institutū eius erat frangere & impedire mala: est autē etiam quandoq; inuitis benefaciendum. Fatebor bonū fuisse animum, at negare non possumus, quin mentitus sit. Salua autē esse debet regula Apostolica, non facienda esse mala, vt bona eueniant. Vsus est quadā proditione: non tamen omnes malę sunt, vt aliàs ostendimus. Obseruabimus hîc stratagema non contemnendum. Dauid volebat rescire hostium consilia. Id vtilissimum est tempore belli, ne lateat nos quid hostes designent. Hodie multi pij viri in aulis principum prosunt ecclesię: ostendunt quæ consilia contra sanctos tractentur, qui sint capiendi: vtile autē est pręscire quò declinemus rabiem eorum.

Absolom Rex dicitur & non erat.

Christus habebat suos Nicodemos. *Seruus tuus ero ô Rex.*) Absolomū regē appellat, non quòd iustus esset rex, sed quod sic iā proclamatus esset, ac pro rege haberetur. Diabolus etiā ἀνομάτως dicitur, non quòd legitimus sit imperator mundi. Deus vtitur eius opera ad castigandum homines.

In ecclesia sunt qui tamen non sunt de ecclesia.

Mittit ergo Dauid Chusai vt exploret, nō vt cōmunicet peccatis alienis. Ingressus est vrbē eodem tempore Absolō quo Chusai: ciuitatē sanctā, ecclesiā ingreditur, quemadmodū Antichristus se in templo ostentat. Ostentant se in ecclesia, cùm reuera de ea non sint. Ecclesia est corpus sanctorum. Congregantur vt communionē habeant. Habent autē earū communionē, ex quibus apparet tales nō esse de ecclesia, nec cōmunicare illis bonis, etsi in ecclesia sint. Cōmunia sunt, Christus, Spiritus sanctus, gratia, verbum, sacramenta, preces, persecutiones & alia multa huius generis. Quemadmodum corpora Ethnicorum quandoq; simul congregantur, multa communia habent, dignitates, honores, labores. In symbolo dicimus, Credo sanctam ecclesiam, & per expositionem subijcimus, sanctorū communionē. Pręcipuè corpus Christi communicat ijs bonis, quæ per caput instillantur: per ipsum habemus spiritum & vitam, Ephes. 4. Coloss. 2. deriuantur per cōmissuras in totum corpus. Iactet se Antichristus in ecclesia, veniat Absolom in ecclesiam, tamen non sunt de ecclesia. Inepti sunt qui dicunt, sunt membra ecclesiæ, sed mortua, quæ possint viuificari & excitari. Corporis viuentis membrū mortuū statuere, est dicere membrū esse non membrū. Si viuentis corporis membrū sit, oportet viuat. Paulus 1. Cor. 6. correxit hanc sententiā, tollā membrum Christi, & faciam membrū meretricis? Quasi dicat: Hoc fieri nō potest. Sunt ergo in ecclesia mali, vt mali humores in corpore: vt dolores excitent: non tamen viuunt aut viuificantur putres humores huiusmodi. Nam ecclesia est cœtus credentiū, qui colliguntur à Deo in Christo, per spiritū sanctū & verbū. Proinde impij licet versentur Hierosolymis & in ecclesia, tamen non sunt verè de ecclesia. Obijciunt quidā, hinc sequeretur ecclesiā Romanam, vbi se ostentat Antichristus, esse veram ecclesiam. Appellatur quidem ecclesia, sed reuera non est ecclesia: si capite Christo careat. Dicitur ecclesia, quia Absalomi isti iactant ecclesiam esse. Deinde quòd fuerit olim templum Dei & ecclesia. Nunc euersa est, non tamen sic quin maneant vestigia & reliquiæ. Papistæ adhuc habent Biblia, Baptismum. Propriè tamen non est ecclesia. Quomodo enim vera ecclesia esse posset cùm absit verus Dauid? Absalon venit Hierusalem, vt quodammodo ibi regni possessionem capiat. Id Dauid dixerat futurum, ideoq; sibi fuga consulebat.

Ecclesia quid?

CAPVT XVI.

QVum Dauid transisset paululum de vertice montis, ecce Siba puer Mephiboseth in occursum eius, cum pari asinorum stratorum, super quos erant ducenti panes, & cen-

& centum ligaturæ vuæ passæ, & centum massæ carycarum, & vter vini.

2 *Dixitq; Rex ad Siba, Quid ista tibi? Respondit Siba, Asini pro familia Regis ad equitandum: panis verò & caryca, vt comedant pueri: & vinum, vt bibat qui lassus fuerit in deserto.*

3 *Dixitq; Rex, Et vbi est filius domini tui? Respondit Siba Regi, Ecce remansit in Ierusalaim: dixit enim: Hodie restituet mihi domus Israelis regnum patris mei.*

4 *Et dixit Rex ad Siba, Ecce tua sunt omnia quæ habet Mephiboseth. Tunc ait Siba, supplex oro inueniam gratiam in oculis tuis, domine mi Rex.*

Partes capitis.

IRIA præcipuè hoc caput complectitur. Primùm, deceptionem Sibæ: deinde execrationem Semei. Tertio loco pollutionem vxorum Dauidis ex malo consilio Achitophelis. Ad priorem partem explicandam aggrediamur. Proponuntur nobis ab initio capitis duæ graues tentationes Dauidis. Vna siquidem est adulatoris Sibæ, altera Simei crudelis execratio & lapidatio, & licet posterior hæc validior videatur, attamen ibi Dauid perstitit, altera verò, etsi leuior videatur, Dauidem prostrauit. Vt intelligamus quandam alternationem esse in vita sanctorum: aliquando vincunt tentationes, aliquando ruunt in illis quæ leuiores videbantur. Sed scrupulus occurrit, dùm sic labuntur sancti in tentationibus, non videtur locum habere, quod Paulus 1. Corinth. 10. pronuntiat. Fidelis Deus, qui non sinet vos tentari suprà id quod potestis: imò faciet vnà cum tentatione euentum, quo posſitis sufferre. Si pij cadunt, iam non dat illis Deus exitum: videntur non potuisse ferre illas tentationes. Respondemus, sermonem ibi fieri de regeneratis, non quibusuis hominibus. Nam qui regenerati non sunt, nullas habent vires ad resurgendum. Sensus est verus. Nam ij homines qui fide donati sunt, habentque verbum Domini, superare possunt tentationes ijs armis instructi: sed tamen ea est humana infirmitas, vt non semper vtamur fide, ac sic attentè verbum intueamur vt par erat. Attamen Deus est fidelis, & facit in tentatione exitum cum suis electis, altero duorum modorum. Aliquando dat vt non labantur, sed vincant. Interea verò dum labuntur, & interdum cadunt, non sinit eos cadere in æternam damnationem. De electis loquor: dat eis vt resipiscant, manum suam eis supponit & releuat eos. Vtrumq; in Dauide videmus, labitur in prima tentatione, in altera stat fortiter.

De lapsibus sanctorum in tentationibus. Locus 1. Cor. 10 explicatur.

Nunc ad Sibam veniamus. Seruus est & malus seruus. Vt autem vitium eius perspicaciùs videatur, bonorum seruorum officia ex sacris literis proponenda sunt: quibus cognitis videbimus quantum ab officio boni serui discesserit. Paulus ad Ephesios & ad Colossenses bonorum seruorum dicit esse, vt in simplicitate cordis dominis suis obtemperent, non astutè vt Daui, non ad oculum eis inseruiant, vt tantisper suum faciant officium dum videntur à dominis, mox si celatum credant quod agunt, astutia vtantur. Vult vt seruiant dominis suis, non tanquam hominibus: sed tanquam Deo in illis: ita vt Deum humanarum sortium authorem agnoscant. In Epistola ad Timotheum dicit, vt serui dominos suos omni honore dignos ducant, eosque non despiciant. Sæpè fit vt serui pluris se faciant quòd peritia præditi sint, & rudes habeant dominos: tunc indignos ducunt quibus inseruiant. Præcipit autem ne hoc faciant, rationem subiungit, ne doctrina malè audiat, & nomen domini blasphemetur. Si contingat vt domini sint fideles, docet eos vt non desinant eis inseruire, sed eò magis. Ad Titum docet, ne sint furaces, sed omni fide dominis suis inseruiant, non compilent eos, vt serui Comici introducuntur. Videamus de Siba vt ille se gerat. Non simplici corde: sed fraudulenter agit: seruit domino suo ad oculũ: quia putat se latere posse, in tanta confusione rerum prodit quod in animo latuerat. In domino suo Deum non respicit: neq; honore dignum eum ducit. Et cum sit ipse quoq; Iudæus vel proselytus, indignum putat vt amplius ei inseruiat. Furax est, nõ agit omni fide, sed insidiatur bonis heri sui. Sic possumus ingenium Sibę cognoscere ex illis bonorum seruorum regulis. Animum seruilem habuit: sed non propterea omnes serui damnantur. Multi serui liberos habent animos, è diuerso multi liberi, ingenio seruili, præditi sunt. Multa autem impulerunt eum vt tàm fraudulenter ageret. Cupit excutere iugum seruitutis, putabat enim in illis turbis quasi signum datum esse suæ manumissionis. Mouetur praua appetitu rerum domini. Accedit infirmitas domini, itaq; putat facilè ei imponi posse. Ducebat se illis possessionibus magis dignum quàm herum suum. Ista eum incitant: præsertim cupiditas quæ radix est omnium malorum. Callidus est, sequitur Dauidem specie humanitatis, gratitudinis & pietatis erga regem: reuera autem suum commodũ sequitur. Similis illis qui Christum verum Dauidem propter panes sequuntur. Affert secum panes, sed quærit panes, & multò plus vult habere panũ quàm afferat. Imitatur aucupes & piscatores, qui parua esca magnas aues, magnosq;

Bonorum seruorum officia.

Quid Siba contra officium fecerit.

Quid Sibã ad fraudem impulerit.

Qui nam Sibæ similes sint.

piſces quærunt. Tales ſunt qui pietatem quæſtum putant. De ijs agebat Apoſtolus in Epiſt. ad Philip. cap. 3. Multi ambulant, de quibus ſæpe dixi vobis: nunc autem & flens dico: inimici crucis Chriſti, quorum finis perditio eſt, quorum Deus venter, & gloria in dedecore ipſorum, qui terreſtria curant. Siba ergo & iſti ſimiles ſpecie iuſtitiæ Dauidem Chriſtum ſequuntur; & quærunt commoda ſua. Simon Magus precium offerebat Apoſtolis, vt haberet facultatem illam, ſi alicui imponeret manus, ſtatim acciperet ſpiritum ſanctum, & varijs linguis loqueretur.

Nunc Dauidem ipſum ſpectemus. Oppugnatur intus & extra. Extra crudeliſsimus filius cum exercitu & multitudine populi ſæuiunt: intus Sibam habet. Mephiboſeth deſtitutus eſt, habet ſeruum, ſed illum experitur proditorem: habet Dauidem, qui tanquam pater eſſe debebat: ſed vtrinque fallitur. Diſcamus igitur nullis fidere hominibus. Si ſeruos habeas, ſi benefactores, reges poſſunt te fallere. Nemini fidendum niſi vni Deo & verbo eius. Et quæ hæc ſors eſt humanæ infirmitatis? Dauid eſt in luctu & pœnitentia: iam orauit in monte: nunc paulò poſt ita labitur. Opotet ergo non remiſſè agamus: caueamus perpetuò nobis: in ipſis precibus & pœnitentia labimur & peccamus. Siba perſuaſum habet Dauidem reſtituendum, alioqui ad Abſolomũ ſe conuertiſſet: ſagax erat. Regi imponere vult, ac dominum ſuũ prodere: ſed opportunitates captat. Regem adire vult in fuga, dum ab alijs deſeritur, cumque egeſtate premitur. Cùm impoſtor ſit & proditor.

Hominibus non fidendum.

Adulatoribus perſona auferenda.

perſonam induit hominis officioſi. Prudentum ergo eſt, iſtas perſonas auferre, cùm accedunt adulatores & calumniatores: maximè verò principes, & qui ſunt à gubernaculis reipub. hoc facere debent. Tot enim ferè hoſtes habent quot aulicos. Putabat forte Siba, dominum illicò occidendũ eſſe & ſibi demandandam hanc prouinciam: ideò tam audacter agit. Munus adducit, quod conſtabat iumentis, pane, copia carycarũ, ficuũ, paſſularũ, vino. Munus maximũ fuit, ſi dantem reſpicias: ſeruus enim erat. Magna ſunt munera, vt Ariſtoteles in Rhetoricis ſuis dicit, propter circumſtantias, locum & tempus. Eo loco, in deſerto cùm talia non reperirentur, munus dignũ erat: & cùm deſtitueretur annona. E diuerſo conſiderandum eſt, hunc ſeruum non de ſuo largiri, ſed de alieno: Nam quicquid habet ſeruus, domini eſt: quin & peculiũ ipſum. Hoc aũt quærit, vt boni regis animum corrumpat, illo maximè tempore, quando magna integritate ei opus erat. Erat enim ſub flagello Dei. Abigail olim ſic egit cum Dauid: venit cum aſinis, munera habuit propemodum eiuſdẽ generis, ſed aliquanto plura: nam erat dies & hera: diuerſum autem habuit inſtitutum à Siba. Ille animum Dauidis corrumpere vult: illa corruptum animum vult ſanare, cùm aliter non poſsit, ſaltem muneribus, quod nos erga fratres noſtros facere debemus.

Munus Sibæ.

Dixitq́ Rex ad Siba, Quid iſta tibi?) Dauid cùm hæc videret, interrogat quid ſibi hæc velint. Putauit fortè prima fronte munus à Mephiboſetho mitti per familiam. Reſpondet ſagax & acutus admodum acutè, & verbis ornat ſuum munus. Aſini ſunt ad vehendum pro familia. Intelligunt omnes de vxoribus Dauidis: adſunt aſini ſtrati, vt quæ defatigata eſt, aſcendere poſsit ac vehi. Cibi propter ſeruos regis adueẽti ſunt. Oſtendit non dignum rege munus: detrahit de munere ſuo: ſed hoc facit ad amplificationem. Vinum habent, vt poſsint ſeſe recreare laſsi. Dauid ijs auditis, rogat, vbi eſt dominus tuus? Bono animo credendum eſt rogaſſe: non voluiſſet ei aliquid accidiſſe. Seruus qui excuſare dominũ debuit, accuſat eum, & quidem non leuis criminis, ſed proditionis. Manſit inquit, Hieroſolymis, & hodie dicit regnum paternum & auitum mihi reſtituetur. Interea mentitur Siba. Paralogiſmus eſt: vtitur non cauſa pro cauſa. Non ideò manſerat in vrbe, ſed quia claudus erat: cauſa vera tacetur, quæ pertinebat ad damnandum, ea profertur. Dauid autem facilè credit: quam ob cauſam? quia principes & reges, regna & principatus exiſtimant res eſſe expetendas, ideò ſtatim credunt, vt damnent eos, quos audiunt regnum affectare. Qui ſic faciunt, malè faciunt. Eſt quidem res appetenda, ſed non omnes appetunt, falſò aliqui illius crimi nis accuſari poſſunt: Laudantur etiam ab Ethnicis hiſtoricis illi principes, qui huiuſmodi accuſationibus non temere crediderunt. Accuſatio eſt breuis, ſed admodum veriſimilis. Multa autem veriſimilia falſa ſunt, & è diuerſo multa, quæ abſurda & παράδοξα videntur, vera ſunt. Non debent iudices ſinere ſe abduci veriſimilibus rationibus: debent certa quærere. Veriſimilia hîc erant maximè tria. Primùm, Mephiboſeth nepos erat Saulis; non abſimile erat vero, odium Saulinum deriuari in nepotem. Aliqui plus auos referunt, quàm parentes immediatos, vt rectè docet Ariſtoteles. Huc accedebat, quòd eum in comitatu fidelium ſuorum non videbat. Si quiſquam ille certè maximè Dauidem ſequi debebat. Conſiderabat item Dauid exemplum aliorum: qui fidi maximè eſſe debebant, infidi erant. Conditio temporum quoq; ſuſpicionem augere potuit? omnia erant confuſa.

Siba dominum ſuum accuſat.

Cur Dauid Sibæ tam facilè credat.

Quæ veriſimilia fuerint in hac accuſatione.

Interea Dauid non audit alteram partem: contentus eſt tantùm accuſatione Sibæ, damnat abſentem. Tua, inquit, ſint quæ erant Mephiboſethi. Mirum quòd nullus eum accedit ex conſilia-

Dauid audit tantùm alterã partem.

rijs,

rijs, eumq; admonet, vt sustineat sententiam. Nulli ferè sunt, qui velint reprehensiones incurrere. Hinc fit, vt non corrigantur qui sunt loco magno: Graue est, puòd causa tam magna, tam repentè deciditur. & ex altera parte, si per tot annos causæ differantur. Magna est calamitas Dauidis: patitur iniuriam, & infert, quod postremum grauius est. Nam qui infert iniuriam, iniustus est, non autem statim qui patitur. Vincitur duobus grauibus malis, scilicet adulatione & corruptione munerum. Quis vnquam credidisset Dauidem, sanctum regem, Mephibosethum filium Ionathæ amici sui, cui iuramento erat obstrictus, præcipiti sententia condemnasse? Hinc videmus, quanta sit humana infirmitas, etiam in sanctis viris, cũ Dauid in ipso supplicio sub ferula Dei peccet. Non par fuit, vt ita sententiam suam præcipitaret, quemadmodũ fecit. Vnde meritò laudatur Theodosius Imperator, qui cũ sententiam suam in Thessalonicenses præcipitem tulisset, postea legem tulit, quæ in Codice de Pœnis habetur, incipit Si vindicari: qua præcipit, vt si princeps in causa sua iudicârit iracundius, exequutio ad diem 30. differatur, quo corrigi possit sententia. Ambrosius ei suggessit hanc legem. Dauid non tantũ iniustè fecit, sed temeritas etiam apparet & ingratitudo in illa sententia: deinde violatur iuramentum. Condemnat Mephibosethũ, & sine testibus: vnica voce audita, quòd erat contra legem Dei. Vitium hoc non tantũ corrigitur lege illa ciuili: sed etiam admonitione Pauli in 1. ad Timoth. cap. 5. Obtestor inquit, te, vt hæc custodias χωρὶς προκρίματος: vult Timotheum suum longè abesse à iudicio anticipato & præsumpto, quòd temerè profertur causa non benè perspecta: aut si à προκίνω deriuari vis, quod significat præpono vnum alteri. Vult eum esse sine affectione, qua vnum alteri præponimus, ita vt acceptio sit personarum. Addit, μηδὲν ποιῶν κατὰ πρόκλισιν nihil facias ad inclinationem, vt magis in vnam quàm in alteram partem declines: metaphora sumpta à libra, quæ debet esse recta. Officium Regis fuisset, cùm audiuit seruũ obloquentem domino suo, non credere statim, sed potius rigido aspectu ostendere, se non libenter audire. Pulchra sententia Prouerb. 25. legitur. Ventus Aquilo pellit pluuias, at vultus seuerus linguam dalatricem. Duo sunt venti, qui contraria effecta habent. Auster colligit nubes, Aquilo dissipat: Ita duplex vultus hominum, si homines alicui obloquantur. Si ostendimus nos libenter audire, augentur calumniæ. Si contrahimus vultum, detractor sentit nos non libenter audire, desistit, & vultu nostro quodammodo corrigitur. Siba audit damnationem sui heri, & non intercedit pro eo. Si habuisset rectam mentem, saltem aliquid dicere potuisset, vt leniret mentem regis. Ait: Adoro te ô rex quòd gratiam inueni in oculis tuis Pulchra gratia: reportat præmium proditionis. Delatores sæpè coniunctos inter se committunt: ita Siba alienat regem à Mephibosetho.

Sententiam suam præcipitat.

Quid Dauid hic facere debuisset.

5 *Venit itaq; Rex Dauid vsq; ad Bahurim, & ecce inde vir egrediebatur è familia domus Saulis, cuius nomen erat Simei filius Gera, egrediebatur egrediendo, & maledicebat.*

6 *Et proijciebat lapides in Dauidem atq; omnes seruos Regis Dauidis: & omnis populus, & omnes potentes erant à dextera eius, & à sinistra eius.*

7 *Sic autem dicebat Simei dum malediceret illi: Egredere, egredere vir sanguinum & vir impie.*

8 *Reddidit tibi Iehouah omnem sanguinem domus Saulis pro quo regnasti: tradiditq; Iehouah regnum in manu Absolom filij tui: & ecce es in malo tuo, quoniam vir sanguinum es.*

9 *Dixitq; Abisai filius Seruiah ad regem, Vt quid maledicet canis mortuus hic domino meo Regi? transibo nunc & amputabo caput eius.*

10 *Ait verò Rex, Quid mihi & vobis filij Seruiah si maledicat? nam Iehouah dixit ei, Maledic Dauid: & quis dicet, Cur fecisti sic?*

11 *Et dixit Dauid ad Abisai, & ad omnes seruos suos, Ecce filius meus qui egressus est de vtero meo, quærit animam meam: quantò magis nunc filius Iemini? finite illum vt maledicat: quia dixit ei Iehouah.*

12 *Forsitan respiciet Iehouah ad afflictionem meã, & reddet Iehouah mihi bonum pro maledictione eius hodie.*

13 *Et ibat Dauid & viri eius per viam: Simei autem ibat per latus montis è regione eius, eundo, & maledicebat, & proijciebat lapides è regione illius, & iactabat puluerem.*

14 *Peruenit itaq; Rex & vniuersus populus qui erat cum eo, lassi, & requieuit illic.*

Nunc ad alteram tentationem veniamus. Dauid proficiſcitur verſus Bahurim ciuitatem: ex illa, prouidentia Dei egreditur Simei vltor peccati antiqui & recentis. Bahurim eſt in tribu Beniamin, Ioſue 21. etiam ſuperius hæc ciuitas fuit notata, eò quòd Palthiel, alter vir Micholis, eam comitatus ſit vſq; Bahurim. Paraphraſtes Chaldæus vocat עלמה almath, & eodem nomine 1. Par. 3. cap. item 8. & 9. nominatur. Nec mirari debetis, ſunt enim ſæpe in aliquibus harum vocum ſignificationes. Bahurim iuuenes ſignificat, vel electos, deliguntur autem iuuenes ſtrenui ad aliquid. Alamuth iuuentutem. Veniebat inde Simei qui infeſtus erat Dauidi: nec maledictis tantùm agit, ſed verbis miſcet lapides & puluerem. Redditur cauſa cur odio habuerit Dauidem. Erat ex cognatione Saulis. Quia ſuum cognatum amabat, odio illum habebat quem hoſtem putabat Saulis: quamuis Dauid reuera eius hoſtis non erat. Eſt odium inueteratum, benè celatum antea, nunc opportunitate oblata erumpit. Quid ait inter conuitiandum? *Egredere, egredere.*) Congeminatio facit ad amplificandam contumeliam. Quaſi dicat, Iam deponito regnum malè partum, dignus es quia ſic ejiciaris. *Vir ſanguinum.*) Cædem Isboſethi & Abneri ei aſcribit: & fortaſsis omnes quæ in bello ciuili interceſſerunt inter milites Dauidis & Abneri. Appellat virum Belial, qui ſine regula legis imperauerit. Rabbi Leui Ben Gerſon putat eum hæc dixiſſe propter adulterium cum Bethſaba. *Reddidit tibi Iehoua omnem ſanguinem domus Saulis.*) Quaſi dicat, Hæc non fortuitò accidunt, vt te conſoleris tales caſus eſſe humanos. Deus eſt qui te vrget. *Pro quo regnaſti.*) Intruſiſti te loco Saulis. Sed, *Tradidit Iehoua regnum filio tuo Abſolom.*) Adhuc magis regem vulnerat, cùm dicit, hoc ei accidere per filium. Eſt pœna talionis: quod feciſti ſoceró tuo, filius tibi facit. *Es in malo tuo, quia vir ſanguinum es.*) Hæc dicit, vt ſentiret Dauid ſe premi non aliena culpa, ſed ſua malitia. Tua, inquit, crudelitas te vexat. Traducit miſerè Dauidem: tamen falſa erant iſta crimina, & meræ calumniæ. Nam Dauid reuera non eripuit regnum Sauli. Deus ei abſtulit, & ita prædixerat futurum per Samuelem. Dauid regnum ſibi à Deo collatum habuit. Clam primùm fuit vnctus, deinde palàm in Hebron, tandem ab omnibus tribubus receptus eſt. Nec vllam cædem commiſit in familiam Saulis. Si Abner occiſus eſt, certè non iuſſu Dauidis eſt occiſus. Si Isboſeth, à latronibus occiſus fuit, quos Dauid poſtea ſupplicio affecit. Si bellum fuit, non factum fuit iuſſu Dauidis: miſit milites ſuos vt cuſtodirent fines. Nec Ioab pugnam cœpit, ſed Abner, qui dicebat, Exeant pueri & ludant coram nobis, Non erat vir Belial, ſine lege, ſed ſtudioſiſsimus legis. Lapſus eſt quandoque, vt homines ſolent. Quanti autem fecerit legem Dei, multi Pſalmi teſtantur: Quòd ait, Deum tradidiſſe regnum Abſolomo, non rectè dicit. Non enim verbum vllum habuit quo ſibi regnum concederetur, ſed vſurpauit ſibijpſi. Peccatum tuum, inquit, te premit: Verum dicit, ſed in cauſa errat. Non ob cædes familiæ Saulis puniebatur, vel ob regnum ereptum: ſed propter adulterium commiſſum, proditionem Vriæ & cædes. Adeò inſanit, vt peccatum, quo maximè ipſe laborabat, aſcribat Dauidi. Sanguinarium vocat, ipſe talis erat, exitium enim regis quærebat. Videtur probare impium Abſolonem, bonam cauſam eius facere, bonumque Dauidem improbare. Iſta facit vt prorſus carnalis. Solent iſti tantùm euenta ſpectare. Videbat Abſolonis res ſecundas, ideò electum à Deo putat: & è diuerſo Dauidis res afflictas, ideò à Deo reiectum eſſe. At non hoc pacto metiendæ ſunt res humanæ: imò beati qui lugent, quoniam conſolationem accipient. Ijs calamitatibus non perdebat Dauidem Deus, ſed illuſtrabat maximis virtutibus, præcipuè patientia & manſuetudine. Dum maledicit Dauidi, ipſi Deo maledicit: nam Deus ipſum regem conſtituerat. Et ſanè mirum eſt, hominem priuatum & ſolum tanta audacia præditum fuiſſe vt in regem hæc diceret: nec in eum tantùm, ſed & in fortiſsimos homines lapides iaceret.

Dixitq; Abiſai filius Seruiah ad Regem.) Abiſai qui magnus erat dux militaris, ferre non poteſt, vellet omninò impetum in eum facere, Habet quidem bonam cauſam: ſed ſtudiũ eſt malum. Sæpè ſic labuntur magni viri, vt Apoſtoli apud Lucam 9. cap. cùm Samaritani Chriſto hoſpitium negarent, interrogant Iacobus & Ioannes, an velit vt iubeant ignem deſcendere de cœlo, & illos conſumere, quemadmodum & Helias fecerit. Is etiam conquerebatur apud Dominum, dicens, Prophetas tuos occiderunt, altaria tua demoliti ſunt, &c. Ionas noluiſſet ſeruari Niniuen, ſed omnes perdi. Videntur habere iuſtas cauſas: ſed iraſcuntur malo zelo. Hîc duos viros habemus, vnus ſtat pro Dauide, alter contra Dauidem: ſed communem habent malam voluntatem: & vterq; agit pro cognato ſuo, ille pro Dauide, hic pro Saule. Verba Abiſai videntur prima ſpecie verba charitatis eſſe: & ſunt: at non diuinę charitatis, ſed humanæ. Nam diuina charitas hoſtibus benè facit. *Ibo & amputabo caput canis illius mortui.*) Phraſis hæc eſt ſcripturæ, per contemptionem vſurpatur. Abner cùm increpareturab Isboſetho quòd cum concubina Saulis rem haberet, an, inquit, canis ſum in Iſrael? Mephiboſeth cùm adductus fuiſſet ad Dauidem, & Dauid multa ei promitteret,

Bahurim.

Cur oderit Dauidem.

Oratio Simei.

Confutatio huius orationis.

Carnales tantùm ex euentu iudicant.

Studium malum in bona cauſa.

Verba Abiſai.

Canis mortuus.

mitteret, dicit, Quid respexit dominus rex ad canem mortuum? Quamuis Iosephus hoc paulò aliter narrat. Canis rabidi mentionem facit: sed tribuit Dauidi, qui dicat, Non respicio canem illum rabidum: sed cedo Deo, qui eum in me misit. Historia nostra de Abisai hoc refert.

Iehonab dixit ei, Maledic Dauidi.) Iosephus aliam affert causam prohibitionis mortis Simei: ne demus causam noui motus. Quasi ex hac cede aliquid turbandum esset. Sed hoc omittamus: illud potius consideremus. Ferendam dicit contumeliam. Non quòd natura sua bona esset: sed non considerat nunc Dauid naturam contumeliæ, sed prouidentiam & gubernationem Dei respicit. Malum & peccatum ipsius Simei nunc non cogitat, tempore suo cogitabit & puniet. Nunc tantùm Dei voluntatem considerat, & videt Deum velle vt nunc hæc patiatur: & idcirco ad Dei prouidentiam resoluit. Non cogitat de proxima causa, mala voluntate Simei: quemadmodum & Iosephus qui ad fratres suos dicit, Non vos me misistis in Ægyptum, sed Deus. Auertunt sæpè sancti oculos suos à consideratione proximæ causæ, quæ reuera mala est, & resoluunt suas miserias ad prouidentiam Dei. Ita etiam Iobus fecit. Dominus, inquit, dedit, Dominus abstulit: sicut placuit ei, ita factum est. Non cogito nunc de Sabæis, Chaldæis, & latronibus, tantùm Dei prouidentiam gubernatricem omnium rerum considero. Non ergo Dauid committit se vexandum diabolo aut membris eius: sed voluntati Dei se committit. *Analysis ad prouidentiam Dei.*

Quid mihi & vobis filij Seruiah?) Vtinam ante ad Sibam quoq; dixisset, Quid mihi & tibi serue nequam? nunc vincit auxilio Dei, Corripit istos; non, inquit, communico vobiscum in istis rebus. Vnus se obtulerat ad occidendum Simei, Dauid duobus loquitur. Quia credendum est quòd Ioab comitem se præbere voluerit. Fortè veniebat illi in mentem Ioabum præcipitem esse ad cædes: & eum prius Abnerum occidisse. Videbat hoc loco Propheta Deum velle ipsum ista pati, isto tempore.

Typum Christi gerebat qui in cruce contumelias patiebatur, Descende, dicebant de cruce. Potuisset omnes perdere si voluisset, & descendere de cruce: sed cùm ei maledicerent non maledixit. Tempus erat patientiæ. Similis Dauidi erat, hoc intererat, quòd Dauid propter sua, Christus propter aliena peccata patitur. Contumeliæ stomachum & bilem mouere solent, hîc mansuetudo Domini opprobria hæc vincit. Sed regis est punire scelera, fateor, at cùm tempus datur: nunc erat tempus patiendi, & Dauid quodammodo cesserat regno. Crucem ferebat: non ergo opus erat, vt animus eius vltionibus occuparetur. Interea verò ille grauissimè peccat. Exod. 20. Dijs ne detrahas, & principi ne maledixeris. Dominus iussit ei. Locus hic requireret vt duo loca tractarem, vnum, cùm maledicta & conuitia sint peccata, an ferri debeant à magistratibus: alterum, de causa peccati, an Deus ea mandet: sed textum prius explicabo, deinde in fine capitis hos locos enarrabo. *Typus Christi.*

Et quis dicet, cur fecisti sic?) Deus bonus est. Si bonus est, benè facit: non inquirendum in eum, quis dicet ei, cur fecisti sic? potiùs ferendum quod immittit, quia benè agit quæ agit. Et iure creationis omnia sua sunt, potest gubernare quocunque modo voluerit: nec potest à quoquam accusari. Non debent dicere homines, hæc ego non sum commeritus, Deus crudelis & iniustus est. Hæ reuera blasphemiæ sunt. Peccata nostra cogitanda sunt cùm premimur, & dicere nos oportet, grauiora meremur: si iniquitates obseruaueris Domine, quis sustinebit? Non contendendum est cum Deo, tamen velimus nolimus, pullulant motus in cordibus nostris, quemadmodum in Iobo exprimitur. Studium nostrum videtur in illis casibus esse tantùm vt peccatum eleuemus, vbi potiùs nos accusare deberemus. Hieronymus in quæstionibus suis super hunc locum, hæc verba. Quis dixerit, quare hæc fecisti? non ad Deum, sed Simei refert. Sed non probo. Poterat enim in Simei inquiri, errabat, falsa dicebat. Sed si referamus ad Deum, ibi oportet vt labia compescamus. Quod Deus agit, benè agit: & quod facit potiùs est ferendum, quàm inquirendum. Hîc Dauid mortificabat suam voluntatem, & se conformabat ad diuinum iudicium, quod est magnæ perfectionis. *In Dei iudicia non inquirendum.*

Et dixit Dauid ad Abisai, & ad omnes seruos suos.) Summa est, Dauidem noluisse impediri istas exacrationes qua erant pœnæ. Non placebant ista maledicta natura sua vt peccata erant, vt autem cruces erant nolebat impediri. Vtitur tribus rationibus. Prima petitur à prouidentia Dei, altera à comparatis, tertia à fructu. Nos illis passim vti debemus quum affligimur, vel dura nobis contingunt. Primum argumentũ sumitur à prouidentia Dei. Vult Deus ista me pati, non ergo est vestrum impedire. Intelligebat partim spiritu suo, partim ex verbis Nathani prophetæ hæc sibi ferenda esse, Deum velle eũ sic affligere. Quo Paulus respiciens 1. Cor. 10. cùm qui Christiani erant, idolothyta vesci vellẽt, Num, inquit, prouocatis Deũ: num fortiores Deo sumus? Cùm Deus cruces immittit ex suo decreto, non possumus obsistere. Secunda ratio, quæ est ex comparatione, potentissima est, à maiori ad minus. Si filius meus quærit animam meam, quantò magis iste filius Ieminis? Illa crux maior est quàm hæc sit. Si fero maiores iniurias, cur minores non ferrem? Quomo- *Summa rationum Dauidis.* *1. Ratio à prouidentia.* *2. Ratio à comparatis.*

do autem maior erat illa crux quæ inferebatur ab Absolomo, quàm quæ à Simei? Varijs modis. Primùm ille est filius, iste verò alienus est à me: grauius ergo est quòd patior à filio quàm quod ab extraneo. Circumstantia personæ aggrauat. Deinde ex fine grauatur. Filius occidere me vult, ille tantùm in me iacit probra & lapides. Adhæc egressus est ille ex vtero meo, & vitam ex me habuit: nunc vsuram vitæ huius mihi vult eripere. Est confirmata inter illum & me necessitudo lege Dei & naturæ filius meus est. Filij parentes defendere debent: at ille quærit animam, vult interficere me. Anima sæpè pro vita ponitur. Ex hoc loco intelligimus Absolomo non satis fuisse regnum vsurpare, fugasse patrem: sed vita eum spoliare voluit. Est parricidium, à quo ita abhorruerunt gentiles quoq;, vt in legibus ad legem Pompeiam de parricidio, lege penultima exquisitum supplicium parricidis constituerint. Insuebant eos culeo vnà cum simia, vipera, gallo gallinaceo, & cane, atq; ita deijciebant in mare, aut si mare procul fuisset, in profluentem. Quòd si neq; mare neq; fluuius affuisset, ex rescripto Adriani bestijs deuorandus obijciebatur. Liuius libro 48. tradit, non fuisse quenquam ante bellum Cymbricum hoc supplicio affectum. Postea P. Malleolus interfecit matrem, qui insutus est culeo. Dolor erat grauior, quòd pater sciret proximum de quo Nathan dixerat, non esse cognatum aliquem sed filium, erga quem tam clemens fuerat. Seqitur tertia ratio. *Forsitan respiciet Iehoua ad oculum meum.*) Ad lachrymas & luctum meum: benignè videbit, quanta patiar, & bonum mihi dabit pro maledictione hodierna. היום חזה hodie: aliqui exponunt, quasi dicat, hodie me liberabit: sed die illo non est restitutus: refero igitur ad maledictionem. Confidit Dauid, & ratiocinatur ab eo quod sequuturum est. Vnde nouit sequuturam esse salutem? Permulta exempla habuit: In Iosepho ita actum est: Iobus itidem tentatus fuerat, sed postea restitutus est: Filij Israel afflicti fuerant in Ægypto, postea magnificentissimè erepti sunt. Sed missis exemplis, Deus in Deuteronomio dicit, se percussurum Israelem propter scelera, & tandem si clamauerint ad ipsum, eos erepturum. Ista erigebant animum Dauidis, vt benè sperare. Cur dicit fortè? Non quòd de æterna salute dubitaret, sed de restitutione in pristinum statum non ita certus esse potuit. Promiserat ei regnum Deus, at dederat. Promiserat sobolem, at dederat. Vel quòd grauitatem peccati sui olim admissi cogitârit secum, & dum adeò enormiter se peccasse cogitat, an mala tam citò lenienda sint, dubitat, de vera tamen salute per Christum non dubitat. Cùm dicit propter hanc maledictionem Deum ei repensurum bona: non accipiendum est quasi propter cruces vel patientiam, qua feruntur, mereatur salutem. Tantùm intelligamus ordinem à Deo hunc poni, vt quoad suos electos, post cruces sequatur felicitas. Præcedunt ista, sed non sunt causa: Deus bonorum causa existit. Mala in bonum cessura dicit: sic Paulus. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Sic consolari nos debemus in cruce. Cogita, hæc prouidentia Dei contingunt: Sum membrum Christi, ergo in salutem mihi cedent. Qui nos affligunt, tantum abest vt nobis noceant, vt dicantur potiùs, nos parare ad percipienda bona quæ Deus gratis nobis promisit. Quare Dauid rectè canebat Psalm. 116. Custos est Deus paruulorum, id est, illorum qui se consilijs expedire non possunt: qui tantùm clamant: & in Psal. 118. dicit se ex angustia clamasse ad Dominum, & Dominum respondisse ei in latitudine. Hæc sunt consolationes Dauidis.

Pœna parricidæ.

3. Ratio à fructu.

Qua de re hic Dauid dubitet.

Crux non est causa bonorum quæ eam consequuntur.

Ibat autem Dauid & viri eius per viam: Simei autem ibat per latus montis.) Interea pergit Simei & terram etiam & cespites proijcit in Dauidem, non quòd pertingere ad ipsum posset, sed ignominiæ causa. Rationibus istis Dauid represit suos milites, quæ non est parua laus. Sunt alioqui milites, & præsertim fortes, valdè impatientes calumniarum: potiùs ferunt vulnera: tamen reprimit eos. Hoc facere Moyses non potuit: cùm exploratores ex terra promissa redirent, voluerunt Israelitæ redire in Ægyptum: postea voluerunt hostes inuadere, non potuit prohibere Moyses, cæsi itaq; fugatiq; sunt. Venit autem Dauid quò tendebat, nimirum Bahurim. Lassi eò venerunt: non modò labore, sed etiam mœrore. Spiritus tristis exiccat ossa: magis homines fatigat mœror, quàm labor corporis. Corpora curarunt, sunt refecti. Ecclesiæ imago proponitur: sancti deficiunt quodammodò lassantur animi, postea reficiuntur: sunt dies quodammodo halcyonij. Simei officium erat consolari Dauidem, at afflictionem afflicto addebat.

15 *Absalom autem & vniuersus populus viri Israel, venerunt in Ierusalaim, & Achitophel cum eo.*

16 *Quum autem ingressus esset Husai Archites amicus Dauidis ad Absalom, dixit Husai ad Absalom, Viuat Rex, viuat Rex.*

17 *Dixitq; Absalom ad Husai, Ista est misericordia tua erga amicum tuum? quare non iisti cum amico tuo?*

18 Respon-

18 *Respondit Husai ipsi Absalom, Nequaquam: sed quem elegit Iehouah & populus iste, & omnes viri Israel, illius ero & cum eo manebo.*

19 *Et secundo, cui ego seruiturus sum? nonne filio eius? quemadmodum seruiui patri tuo, sic ero coram te.*

20 *Dixit autem Absalom ad Ahitophel, Date consilium quid faciamus.*

21 *Respondit Ahitophel ad Absalom, Ingredere ad concubinas patris tui quas dimisit ad custodiendam domum: audietq; vniuersus Israel quòd abominationem feceris in patrem tuum, & roborabuntur manus omnium qui tecum.*

22 *Tetenderunt ergo ipsi Absalom tabernaculum super tectum, & ingressus est Absalom ad concubinas patris sui in oculis totius Israelis.*

23 *Consilium autem Ahitophel quod consulebat in diebus illis, erat quasi quis interrogasset verbum Dei: sic erat omne consilium Ahitophel, etiam Dauidi, etiam ipsi Absalom.*

Videamus nunc vt Chusai inseruierit amico suo Dauidi: eo die ipse quoq; Hierusalem venit quo Absalom. Repetitur id ob continuationem historiæ. Addit aliquid ista repetitio: eum venisse in vrbem cum Absolomo, Ahitophele & ingenti multitudine, Inter applaudentes nouo regi, ipse Chusai etiam fuit: penetrauit vsq; ad Regem. *Viuat Rex, viuat Rex*, inquit Luculenta est acclamatio, & plena affectibus: sed præclarum interea admiscet mendacium. Dicit se cupere vt viuat Rex, quem sublatum vellet. Pernicioſa erat adulatio, Potiùs mori velle debet homo, quàm scelerato in scelere blandiri. Sancti etiam viri egent gratia & condonatione peccatorum, Absolom miratus est, dicit, *Hæc ne est misericordia tua erga amicum tuum?*) Dicit hæc, vt inquirat quo animo ad se veniat. Nam suspecta ei fuit hæc salutatio. Veretur ne aliqua proditio lateat. Quamuis occæcatus esset Absolom, videt tamen amicorum officium esse, non deserere amicos in aliqua necessitate. Videt hoc, non quòd approbet. Nam si approbaret, cur non diceret secum, Hæc est pietas, quam rependis patri qui te genuit? In altero reprehendit, quòd in se non arguit: & tamen grauiùs peccabat, qui patrem deserebat: patris enim filius est pars. Nam filij corpulentam substantiam ex patribus habent. Est quidem Ironia satis amara, sed interea patrem non nominat, quia odio eum habet: abstinet etiam à proprio nomine, tantum ex adiuncto appellat.

Acclamatio Chusai.

Absalon agnoscit officium, quod non præstat.

Respondit Chusai Absalom: Nequaquam.) Chusai callidus promptissimè respondet. Non fieri debet, vt hoc casu amico meo gratiam præstem. Consilij sui duas causas affert. Prima est, non esse aduersandum Deo. Voluntas eius præferri debet omnibus vinculis & necessitatibus. Cùm ergo ille te elegerit, miraris si amicum reliquerim? Ciuilis etiam est ratio & debitum, vt non reuellemus, quæ consilio publico sunt facta. Populus Israel te elegit. Sum priuatus, inquit, plebis consultis non debeo aduersari. Interea scelleratos illos, populũ & quodammodo populũ Dei appellat. Illi vera Ecclesia non erant. Veri Israelitæ Dauidem sequebantur. Quidam vt leniant hoc mendacium, dicunt, vera dixit. Viuat Rex, scilicet vita sempiterna: à malitia eum reuocare voluit. At non ita verba indicabant, dicit velle se vt viuat rex, se illum sequi, Deum eum elegisse, istæ sunt adulationes. Sed nostro tempore si eueniret (quod Deus auertat) quod quandoq; euenit, vt mutentur magistratus, aliqui expellantur, & loco eorum minus boni instituantur, an parere illis debemus, qui se loco bonorum intruserunt? Debemus. Quia respub. absq; magistratibus consistere non potest. Illi eiecti sunt, iure an iniuria videat Deus. Dum res est in controuersia, faueamus bonis illis: sed si occisi vel expulsi sunt, parebimus alijs quoad nihil contra Deũ præceperint. Nõ tamen laudabimus factum, non adulabimur eis. Sic populus Romanus oppressa libertate, obedit Iulio Cæsari. Sic Phocæ cùm interfecisset Mauritium. Ergo dicet aliquis, benefecerunt isti Israelitæ, qui parueruut Absolomo, & quæ dixit Chusai licita erant. Respondeo, hîc longè aliam esse rationem. Dauid non extrusus, non occisus erat, nec prorsus priuatus regno, studioſos reipublicæ & pietatis secum habebat. Adhæc alij principes expressum verbum Dei non habent, quemadmodum Dauid per Samuelem accepit quòd deberet regnare: & populus sciebat hoc: non ergo licuit eis esse cum Absolomo. Idem posset quæri de ministris Ecclesiæ. Interdum mutantur vi tyrannorum, & alij instituuntur fortè non ita boni, quid ibi agendum? In Lege veteri aliquando id factum. Solomon deposito Abiathare, Sadocum in eius locum substituit: & alij post captiuitatem Babylonicam depositi fuerunt. Iustinianus Imperator Syluerium & Vigilium amouit, & alios substituit. Respondeo, Quantum fieri potest, precibus & alijs rationibus curare debemus, ne boni eijciantur. Si alij substituuntur, audiendi erunt. Non potest carere ministris

An sit obediendum his qui se loco bonorum principum intruserunt.

An obediendum ministris Ecclesiæ qui à tyrannis instituuntur.

Ecclesia, modò ergo purè prædicent, & sacramenta administrent, parebimus eis. At non ita boni sunt, obijcis, vt expulsi, non benè ingressi sunt Ecclesiam. Respondeo, Ipsi Deo rationem reddent. Dicebat Christus Matthæi 23. In cathedra Moysis sedent scribæ & pharisæi: omnia ergo, quæcunque iusserint vos seruare, seruate & facite. Imò Paulus ad Philippenses de illis loquens, qui nō puro animo prædicabant. Gaudeo, inquit, modò prædicetur Christus. De animo ipsi Deo rationem reddent. Et Iudas malus prædicauit, & miracula edidit. Hæc obiter. Redeamus ad historiam.

Et secundò, cui ergo seruiturus sum?) Chusai ostendit se se sequuturum Absolonem. Secundam affert rationem. Iure debeo hoc facere: Seruiui Regi, qui præcessit, nunc ad quem me transfero: non ad alienum, sed ad filium. Video regnum non ex vna familia in aliam transferri: non magna est mutatio. Interea dissimulat proditiones, & patrem non esse mortuum, nomen Dauidis reticet. Tertio loco se se obstringit: dat ei fidem. *Sicut sermoni patris tui, sic erò coram te.)* Commendat se ipsum à fide & constantia. Hoc pacto Absolom patitur pœnam talionis, Dolis patrem circumuenerat, ita nunc dolis ipse capitur: malò nodo malus cuneus. Hæc est iustitia Dei, quæ se in illis rebus declarat. Mendacijs fallitur Absolomus, & peccata inseruiunt nonnunquam diuinæ iustitiæ. Chusai venerat, vt Absolomum iuuaret, sed suo consilio causam eius valdè perdidit.

Cùm res hoc pacto haberent, dicit Absolom Ahitopheli principi consiliorum: *Date consilium, quid faciamus?)* Materia & scopus consilij erat, vt confirmaretur regnum in manu Absolomi, & populus in fide retineretur: de medio autem & via, qua hoc assequatur, vult consultari. Ahitophel dat impium consilium, & statim recipitur. Credendum est, Chusai non interrogatum, fortè nō iuerat. Bonus vir erat, non consensisset in tantum scelus. Quid Ahitophelem impulerit ad hoc dandum consilium, satis est perspicuū, & ipse declarat suis verbis. Poterat populus suspicari, inquit, te rediturum in gratiam cum patre, & metuit, ne fortè cudatur hæc faba in eorū capitibus. Dum ita consulit eis, sibi quoq; consulit: ne si reconciliatio fiat, ipse sit daturus iustas pœnas. Vna eademque opera populo, Absolomo, & sibi consulere videtur. Quòd veretur de Absolomo, hodie videmus fieri. Monarchæ qui bella gesserunt, pacem faciunt inter se se, & qui partes iuuarunt sæpe dant pœnas. Elicimus hinc, non esse tutum in istis diſsidijs, iuuare parentes contra liberos, liberos contra parentes, vnum fratrem contra alterum: nam illi reconciliantur. Quid consulit Ahitophel? Vt odium inter patrem & filium fiat implacabile. Consulit tanta contumelia parentem afficere debere, vt desperanda sit reconciliatio. Vt incestu polluat vxores patris, omnibus videntibus, vt agnoscant non ex composito rem geri. Est verisimile argumentum, non tamen necessarium. Nam etsi ita erat pater offensus, non tamen desijt illum amare: imò in bello mandabat, quem admodum infra audiemus, ne interficeretur. Ruben antiquitus ita defœdauerat thorum patris, non tamen ita offensus ei factus est pater, vt eum è filiorum numero eijceret: multatus quidem est, & ius primogenituræ amisit. Achitophel non respicit quæ rarò fiunt, sed quæ verisimiliter euenire possunt. Quoad populus suspicabitur te redire posse in gratiam cum patre, abijcient arma, aut timidiùs pugnabunt. Hæc cauere vult suo consilio. Quàm malè se gerat ita consulendo, hinc liquet, quòd verbum Dei abijcit. Leuit. 18. & 20. mandarat Deus, ne filius retegeret pudenda patris sui. Nunc Absolomo dat consilium non iuxta legem Dei, sed humanam rationem: non enim respicit quid sit honestum, sed tantùm quid sit vtile. Ante omnia ob oculos habere oportet, id quod lex Dei sancit. Vtilitas etsi non apparet, tamen suo tempore apparebit. Deus non sinit sua mandata carere vtilitate. Præponit vtilitatē à se visam vtilitati quā Deus suis parauit: malus est ergo consultor. Volebat pollui concubinas. Id ex iustitia Dei fiebat, & ex consilio Achitophelis. Vtrinque idem fiebat, sed malò animo. Ista verò iustitiæ Dei bono fine inseruiebant, vt declararetur odium peccati, & Dauid seriò pœniteret. Consilium Achitophelis parùm differt à Ionadabi consilio, quod prius Amnoni dederat vt posset pro libidine sorore sua abuti. Tales pestes in aula sua Dauid habuit. Si non caruit istis malis sanctus rex, quid putamus fieri in aulis prophanorum principum? Achitophel licet sagax esset, tamen non videre potuit, hoc consilium Absolomo & sibi fore exitiale. Non tantùm voluit isto consilio, sibi, populo & Absolomo cauere, sed etiam vlcisci priuatam iniuriam. Nam vt Hebræi interpretes tradunt, erat auus Bathsaba. Voluit igitur vt vxores Dauidis contaminarentur, sicut ille neptem suam contaminauerat. Quod Hebræi dicunt, non videtur vanum esse. Nam cùm Dauid interrogaret, quæ esset illa mulier, respondens, filiam Eliam. Infra autem 23. cap. huius libri, quando fortes commemorabuntur, inter alios ponitur Eliham filius Ahitophelis Gilonites: videtur ergo dicere neptem eius fuisse ex filio. Istæ sunt vulpeculæ exiles, vno consilio cauere Absolomo, populo & sibi voluit, & vlcisci propriam iniuriam. Illud item annotandum est, Absolomum & Ahitophelem velle populum constantem esse in tuendo Rege, cùm ta-

Impium consilium Ahitophelis.

Argumentū Ahitophelis non est necessarium.

Consilium hoc est contra legem Dei.

Hoc consilio seipsum vlcisci voluit.

eius mente illi perfidi fuerint aduersus Deum & legitimum Regem. Israelitæ autem ex turpi re gesta ab Absolomo, videre poterant, hanc rem ex Deo non esse, vt Absolom regnaret, quando tam impijs modis regnum affectabat. Ista non erant opera Dei. Excæcati tamen manent cum Absolomo. Absolom cùm committit incestum, ostendit non voluisse eum occidendo Amnonem, tol lere crimen incestus, quòd tantopere ab eo abhorreret. Grauiùs enim est quòd nouercas suas pol luit, quàm quòd ille sororem suam polluerat. Deus enim copulam illam vt frater sororem habeat aliquando concessit, nunquam autem vt filius patris vxorem habeat

Absolonis incestus grauior quàm Amnonis.

Consilium autem Ahitophel.) Scriptura postea laudat consilium Ahitophelis. Nimirum hac de causa, vt ostendat in quanto periculo versatus fuerit Dauid, quòd tantum aduersarium habuit. Vi detur comparari consilium Ahitophelis oraculis diuinis, non quo ad rectitudinem & iustitiam, est illud versutum, astutum: sed hyperbole quædam est, & ostenditur consilium Ahitophelis in magno pretio fuisse illo tempore. Comparatio quædam est, non æquiparatio. Fortè impij qui sus que deque habebant oracula diuina, consilia eius diuinis oraculis æquabant. *Etiam Dauidi, etiam ipsi Absalom.*) Non credendum Dauidem consilio Ahitophelis tantum confisum esse, quantum verbo Dei: deferebat oraculis eius si congruerent verbo Dei. Primum locum dabat oraculis Dei. Absolom verò verbi diuini rationem non habebat. Hæc consilia etsi adeò approbantur, nihil ta men contra institutum Dei potuerunt. Commemoratur ergo laus istorum consiliorum, vt appa reat quanta vis sit consilij Dei. Hæc de historia. Iam descendo ad tractationem duorum locorum, quorum primus est de Contumelia, an ferenda sit: alter de Causa peccati.

DE CONTVMELIA.)

Quod ad primum locum attinet, existimo quatuor esse videnda. Primum, quid sit contumelia: deinde vnde oriatur: hinc an peccatum sit: postremò an ferenda. Ijs capitibus excusis, ad Dauidem rem applicabimus, considerando an rectè fecerit eam ferendo hoc tempore. Quid sit hoc pacto cognoscemus: primùm etymon spectabimus, deinde definitionem proponemus. Contumelia, si credamus Vlpiano Iurisconsulto in titulo de Iniurijs, in Digestis lege 1. dicitur à contemnendo: & reuera ortum habet ex contemptione. Illos afficimus cõtumelia quos despicimus. Quo ad definitionem ex lib. 2. Rhetor. Aristotel. colligimus, malum hoc habere genus suum, quod est ὀλιγωρία contemptio: quid sit definitur, ὅτι ὀλιγωρία ἐστὶ περὶ τὰ μηδενὸς ἄξια φαινόμενα. Est actio quædam, & versatur in opinione, & est de ea re quæ apparet nobis nullius pretij. Nos mente & cogitatione nostra contemnimus, quæ nullius pretij videntur. Huius contemptionis tres facit species: καταφρόνησις despicientiam, secundo ἐπηρεασμὸν, est incommodatio quædam. Si ita affecti sumus erga alios, vt impediendo cõmoda eorũ, voluptatẽ capiamus. Reperiuntur superba ingenia, quæ præ se aliquo bono homines indignos putant. Tertia species est, de qua nunc agimus ὕβρις, consistit ea in dictis & factis: Si acerbioribus dictis & factis vtimur, ad deformandum honorem cuiuspiam, & ex ea re voluptatem capimus. Vnde Cicero pro M. Celio dixit: Maledicta nil propositi habent præter cõtumeliam, quæ si petulantius iactetur, conuitium, sin verò facetius, vrbanitas nominatur. Vt melius cognoscas, scire debes antithesin habere, contumelia afficere, & honore afficere: sunt in eodem genere, & vt aduersa maximè distant. Versantur in significatione honoris. Si honore afficimus quempiam, significamus nos benè existimare de eo: si contumelia, aliquo signo, verbis vel factis ostendimus, nos malè sentire de illo. Et ideò oportet, vt si quis afficiat, vel afficiatur contumelia, semper ista intercedat significatio. Nam si aliquid gereretur, quod indignum esset aliquo homine, tamen non existimationem malam significaremus: propriè non diceretur contumelia. Rem exemplis declarabo. Aliquis effringit fores alterius, vt furetur, admittat adulterium, aut occidat aliquem: fractio illa ianuæ est res indigna: non aũt fit eo fine, vt dehonestetur, est iniuria. Si effringit, vt opprobrio sit illi, contumelia eum afficit. Ne longiùs discedamus, Absolomus corrumpit vxores patris sui: si ex libidine fecisset, esset incestus tantùm, non contumelia: sed quando hæc facit non captus amore earum & forma, sed tantùm odio patris, vt eum dehonestet, iam contumelia dicitur. Cùm iaciuntur probra in istis contumelijs aduersus quempiam, ea interdum peccata sunt, aliquando non. Vt si quis alicui exprobret, quòd sit strumosus, claudus, cæcus. Quandoque peccata sunt, vt cùm Simei Dauidem virum sanguinis vocat. Adhibetur alia etiam distinctio. Scelera hæc interdum vera sunt, interdum falsa. In Dauidem falsa erant, non affectarat regnum, non commiserat iniquas cædes. Peccata ea interdum occulta sunt, interdum manifesta. Hinc sumitur grauitas contumeliarum: quandoque à ratione personæ, vt si ille cui fit contumelia non sit priuata sed publica persona, vt magistratus, concionator. Et semper exigitur intentio

Distributio huius loci.

Contumeliæ etymon.

Contumeliæ definitio.

Species contumeliæ.

Contumeliæ contrarium.

Probrorum diuisio.

Alia distinctio.

Probra aliquando non sunt contumeliæ.

& consilium dehonestandi famam aut dignitatem alterius. Quod idcirco dico, quoniam si iaciantur probra non isto fine, sed vt homines corrigantur, non sunt propriè contumeliæ. Vnde si qui præpositi scholæ, aut ministri Ecclesiæ amaris dictis vtuntur, vt reuocent homines à peccatis, non contumelioſi dici possunt. Disciplinæ causa interdum homines licet ita tractare. Id argumento à maiore colligitur: Si licet vti verberibus, etiam acerbis dictis licet vti. Sic Paulus Galatas stultos vocauit, & Christus, ô stulti & tardi ad credendum. Spectabatur emendatio, contumelia non erat. Prophetæ etiam in eo sunt, vt interdum acerbissimè agant contra Israelem, appellant meretricem, Sodomam: non vt infamia aspergerent populum Dei, sed vt ab idololatria & sceleribus reuocarent. Paulus quoq; acerrimè in Cretenses videtur inuectus, ad Titum 1. cap. adduxit carmen Epimenidis: κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί. Videtur fuisse durum tanta infamia notare vniuersam gentem Cretensium. Non tamen hoc spectabat Apostolus, sed admonebat Titum vt intelligeret, quàm vrgere populum illum deberet. Aduertendum tamen, non esse à pastoribus aut præceptoribus sine iudicio admouendas contumelias. Nam si frequenter vtantur acerbioribus dictis, qui reprehenduntur incipiunt odisse illos quos amare debebant, atq; hoc pacto admonitiones parùm procedunt: aut alterum sequitur, vt non moueantur, sed callum obducant si sæpè acerbiora audiuerint. Vnde Augustinus in sermone Domini in monte, rarò hoc dicit faciendum esse & cum iudicio. Fnitimum est quòd dictis falsis, quæ plus amaritudinis quàm salis habent, fieri solet. Qui his vtuntur, sunt de numero illorum, qui malunt amicum amittere, quàm bonum dictum. Cauendum est ne homines temerè lædantur. Hæc de natura, ac definitione, proprietate & vsu contumeliæ.

Causæ contumeliarum. Iracundia.

De causis nunc secundo loco pauca dicenda sunt. Oriuntur plerunq; ex iracundia. Sunt genus quoddam vltionis, quod sanè ad manus est. Facilè sese ita vlciscuntur homines, præsertim plebei, aut mulierculæ, & in summa qui viribus aut armis non valent. contumelijs vtuntur. Ex iracundia quadam execrabatur Semei Dauidem, volebat vlcisci iniurias quas putabat eum familiæ Saulinæ intulisse. Oritur etiam ex quadam superbia. Sunt qui homines alios nihili præ se faciunt, idcirco

Superbia.

proni sunt ad contumelias. Ideò rectè dixit Salomon: Vbi superbia, ibi contumeliæ. Maledicta

Stultitia.

quæ Rabsace iaciebat in Deum, non alium ortum habuerunt. Nascitur item ex quadam stultitia. Sic Nabal Carmelus maledixit Dauidi. Salomon dicit, honorificum esse homini, vt sese subducat à contentionibus, stultos autem contumelijs misceri.

An contumelia sit peccatum.

Tertio loco an peccatum sit est videndum. Distinctionem adhibere oportet: si ad correctionem referatur, vitiosa res non est: sed si tantùm spectamus vt dehonestetur honor & dignitas proximi, id peccatũ esse non debemus diffiteri, aduersatur enim charitati. Salomon ait, Odium rixas excitat, charitas verò operit multitudinem peccatorum. Omnia boni consulit, studet emendare iustis rationibus, non se conuertit ad contumelias. Charitas est virtus, ergo contumeliam peccatum esse oportet. Contumeliæ inurunt dolorem proximo, famam imminuunt, ista mala sunt. Sic Christus dicit Matth. 5. cap. Quicunq; fratri suo dixerit rhaca, obnoxius erit concilio, Quisquis autem dixerit fatue, obnoxius erit gehennæ incendio. Contumelia malum atrocius est ipso furto.

Contumelia est malum grauius furto.

Nam grauitas vitiorum penes obiecta consideratur. Furtum circa bona fortunæ versatur: sed inter hæc bona fama est res præstantissima. Cùm ergo contumelioſi famam imminuant, grauius peccant quàm fures. Melius est nomen bonum inquit sapiens, diuitijs multis. Honor autem potissimùm situs est in excellentia virtutis, ergo qui virtutes auferunt quantum ad eos attinet, ac vitia & sæpè falsa affigunt, peccant. Huc accedit quòd vix vnquam fama rependitur, vt tantùm reddatur quantum ablatum est. Possunt aliqui dicere vt honori alicuius consulant, res non ita habet, semper tamen aliqua nota relinquitur.

An ferendæ sint cõtumeliæ.

Quartum caput an ferendæ sint contumeliæ, an potiùs statim reprimendæ. Primùm hoc dico, iudicium idem esse de contumelijs perferendis ac iniurijs: quod de genere dicimus de specie intelligamus. In Euangelio mandauit Christus vt feramus iniurias. Si quis te percusserit in dexteram maxillam, obuerte illi & alteram: & ei qui te velit in ius trahere, ac tunicam tuam tollere, permitte illi & pallium: & qui te adegerit ad milliare vnum, abi cum illo duo, Matth. 5. cap. Præcepta hæc quandoq; non rectè intelligentes, grauiter offenderunt. Hinc obiectum est Augustino, Christianam religionem parùm facere ad Rempublicam. Romanam Rempublicam imminui istis rationibus. Ille respondet: quo ad animi præparationem, oportere pios ita esse factos, vt velint perferre omne genus iniuriarum pro Christi nomine; modò videant id expedire ad honorem Dei & salutem proximorum: quòd si non cedat ad gloriam Dei, & illi noxium sit qui facit iniuriam, non necesse esse vt actu perferantur. Exemplũ in Christo habemus; cùm cæderetur à seruo pontificis, non statim adhibet alteram maxillam: sed repressit eum: quia videbat non expedire gloriæ Dei, vt videretur malè loquutus: deinde non erat vtile seruo illi vt foueretur in suo peccato. Qui ita fe-

runt con-

sunt contumelias, animos addunt impijs, vt maiora audeant, & perseuerent in peccatis, quod non est committendum: potius amputare peccata debemus. Vnde Solomon: Qui imponit stulto silentium, mitigat iras. Imminui repressione peccatum potest. Iuxta quam sententiam idem Solomon dixit. Respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne videatur sapiens. Hoc conducit ei, nisi dicas aliquid, perget in stultitia sua. Deinde si non debemus contumelias ferre in proximo, etiam pati non debemus vt dicantur in nos. Debemus enim proximum diligere sicut nosipsos. Et qui contemnit famam suam, crudelis est. Reprimendæ ergo sunt contumeliæ in gratiam eius, qui eas facit, vt peccare se agnoscat & desinat. Deinde in aliorum gratiam, qui impetuntur, & nostra causa, ne authoritatem amittamus, quæ sit vtilis Ecclesiæ & Reipub. Nam qui tacet consentire, videtur. Qui astant, talem te iudicabunt esse: tua functio in Ecclesia & Repub. erit posthac despicabilior. Dignitas autem publicarum personarum vtilis est & retinenda. Istis ergo casibus licet reprimere contumelias. Quandoq; verò ferre oportet, nec quicquam retaliandum est: nempe si videamus, nos nihil profecturos esse, hominem illum fortè adeò malũ esse, vt repressione deterior fiat, & si excitandus sit ex parua scintilla magnus ignis. Qua ratione iusit Ezechias nihil respõdere Rabsaci. Nihil enim fuisset profectum aliqua responsione. Feruntur etiam nostra ipsorum causa, si sentimus nos commotos, & increpando excessuros fines. Ita intelligendum est, quod Salomon ait: Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne & tu ei similis efficiaris. Sunt qui dum alterius insaniam reprimere volunt, ipsi magis insaniunt. Si videant in procliui esse, abstinere debent, ne Deum offendant. Quod item faciemus, si videamus nos nõ ideò adduci, quòd doleamus dehonestari nomen Dei, sed tantùm quia nostra quærimus. Videndum item, ne feramus contumelias huius generis hoc nomine, vt aduersarium nostrum magis excruciemus. Sunt qui putant, præclarum genus vindictæ esse, si contemnant prorsus quæ in eos dicuntur, vt ille videat se nihili fieri. Sunt qui taceant, & ferre volunt, quod sibi laudi ducendum existimant. Seneca dicebat, vituperari ab improbis, est laudari. Et attendendum ad extremum, ne dissimulatio contumeliæ, ex ignauia oriatur. Sunt multi amantes altæ pacis, qui nihil suscipere volunt quod molestum sit & coniunctum cum periculo. Addendum etiam hoc, ferendas esse, quando aliter non possumus.

Contumeliæ cur reprimendæ.

Quando contumeliæ sint ferendæ.

Quid vitandũ in ferendis contumelijs.

Si aũt iudicauerimus non tolerandam contumeliam, duplex ratio est agendi, aut priuata, vt nos eum corripiamus, aut iuridica. Possumus ire ad iudices: hoc enim licet, & curare, ne suspicione laboret munus nostrum. Si priuatim agatur, consultum est, vt lenioribus verbis loquamur, quod Apostolus docuit ad Galatas, spiritũ lenitatis cõmendat. Fratres inquit, si occupatus quis fuerit in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instaurate huiusmodi spiritu mansuetudinis, &c. Gal. 6. cap. Non quòd interdum acerbius non sit agendum. Cùm agitur de dogmatis, cùm honor Dei, si fides orthodoxa periclitatur, vel cùm homines ita sunt præfracti, vt lenioribus verbis emendari non possint, austeriora sunt adhibenda. Videndũ tamen, ne in authorem contumeliarũ reijciamus aliquod falsum crimen: quia tunc mendacium esset. Quod autem iustum est, iustè agere oportet. Ipse inquis, mentitur: non oportet ei similis efficiaris. Si non reprimatur contumelia in ijs casibus quos expressi, saltem rectè viuendo, ipsisque factis ostendamus, quod verbis non possumus, illum esse mentitum. Multi contenti fuerunt generali ratione: quando ferenda sit iniuria, & quando non, spiritum nos docturum: capere consilium in arena nos debere. Ethnici prudentiam & rationem sequendam esse dicerent. Voluit tamen hæc paulò distinctiùs explicare.

Quid agendũ, quando contumeliam statuimus non ferendam esse.

Supereſt vt descendamus ad Dauidem. Vsus est tribus rationibus, quæ tantùm valere debent istis casibus quibus ferenda est iniuria & contumelia, non in vniuersum: quia quandoque non est ferenda. Prima ratio fuit, ne impediatis Dei consilium, Deus præcepit ei vt mihi maledicat, &c. Ad hanc dicemus, in eo casu bonam esse: nec tamen in vniuersum concludere, alioqui nulla scelera punirentur. Semper diceremus, Dei est consilium, ipse tollet cùm visum ei fuerit. Secunda ratio, à filio meo grauiora patior, & non feram ista? Valet ista ratio vt nos in afflictione consolemur, & videamus quid fecerimus: in vniuersum non valet. Si magistratus dicat, propter temporis necessitatem hoc tuli, leuiùs ergo mala feram, impunita dimitteret scelera. Tertia item ratio non est vniuersalis, hanc afflictionem Deus videt & reponet mihi bonum. Id quidem in mentem nobis venire debet, si cogimur contumeliam ferre, non tamen semper ferre tenemur. Hæc de rationibus Dauidis diximus. Nunc quare dissimulauerit & an benè fecerit est dicendum. Meo iudicio sanctè fecit, & probatum fuit consilium eius militibus & proceribus quos secum habuit: occupabatur alijs rebus, erat in ipsa fuga. tunc considerabat peccatum suum, & referebat ad vindictam quam prædixerat Deus per prophetam eum laturum esse. Non quidem prorsus pepercit, distulit supplicium. Omnia suum tempus habent: nunc opus erat resipiscentia, flebat. Altera causa quæ

Rationes Dauidis expenduntur.

An Dauid rectè hac contumelias tulerit.

potuit ei hoc suadere fuit, ne fortè ipse aliqua ira raperetur & atrociùs commoueretur, ac tunc satiùs erat continere se intra fines. Tertia ratio, spiritu vidit (propheta enim fuit) Deum velle, ipsum hoc articulo hanc contumeliam ferre. Hæc hactenus.

AN DEVS SIT AVTHOR *peccati.*

Restat nunc de altera quæstione agamus: an Deus sit author peccati. Tam enim execratio Semei, quàm hæc constupratio concubinarum Dauidis prima fronte à Deo videtur proficiscisci. De execratione quippe dixit ipse Dauid, à Deo profectam esse: per Nathanem verò dictum fuit sub persona Dei, de constupratione concubinarũ. Iure ergo dubitatur an Deus causa peccatorum dici possit. Et sanè argumenta sunt valida in vtranq; partẽ & permulta. Bonam partẽ ego recensebo, ad quæ omnia alia possunt referri. Deus non videtur verè ac rectè dici posse causa peccati. Pulcherrima sententia est Augu. in li. 83. quæst. Deus non est author vllius rei qua homo fiat deterior: sed nemo dubitat peccato homines deteriores fieri, ergo Deus propriè author peccati dici nõ potest. Non est par quòd Deus hominẽ velit deformare: artifices ornare cupiunt sua opera. Deinde Deus ipse in vniuersa scriptura profitetur se vltorem peccatorum. Si vltor est, non est author: nam tunc puniret sua. Si verè causa esset peccati, damnaret id quod fecit, id absurdum est. Tertiò dicitur amare quæ fecit, & nihil odisse eorum quæ fecerit. Testatur verò se odisse peccatũ, non ergo ad peccandum impellit. Odisse & amare aduersa sunt: de eadem itaq; re, vno eodemq; tempore diei vtrunq; non potest. Si peccatum odio habet, ergo non diligit, at si fieret à Deo, diligeretur: amat Deus illa quæ fecit. Deus si causa esset peccati, in peccato producẽdo peccaret. Si quis furtũ facit, est fur: si quis homicidiũ, homicida. Absit aũt vt Deus dicatur aut peccator aut peccare: quid est peccare nisi à cõgruo fine aberrare? At Deus est infinitus, à vi alia potẽtiore non potest abduci à fine. Nõ est ignarus, vt aberret à fine, quia sapientissimus. Et quòd ipse faciat alios peccare absurdũ videtur. Spectemus quid fiat inter hæc naturalia à Deo cõdita. Sunt multæ causæ efficientes: studiũ cuiusq; efficientis videtur, vt id circa quod operatur simile sibi efficiat. Ignis si corripit ligna, id agit, vt illa in quæ agit, similia efficiantur: homo generat hominem. Agentia in rebus creatis sic habent, cur non in rebus Dei dicamus studium eius esse, vt sui similes faciat? ergo non peccare. Scripturæ sanctæ idem suadent. Inducunt leges, quæ vrgent bona opera, nunquam peccata. Si Deus incitaret, vel fieri vellet, videretur hypocrita: occultè & clam aliud ageret, quàm foris prae se ferret. Ieremias dicebat de pseudoprophetis, Ipsi currebant & non mittebam eos: prophetabant & non locutus eram cum eis, scilicet, vt hoc dicerent. Oseas, salus tua, ô Israel, ex me est, exitium verò ex te. Nemo autem ignorat causam exitij peccatum esse. Si exitium erat ex Israele, ergo peccatum. Salus verò & quæ salutẽ præcedunt ex Deo. Si ita distribuantur effecta, salus & exitium, causæ etiam distribuendæ sunt, vt vnum sit Dei, alterum hominis. Peccatum erit ex hominibus, virtutes ex Deo. Clarius habetur Ioan. 8. cap. vbi agitur de diabolo. Cùm inquit, mendacia loquitur, ex proprijs loquitur: si ex proprijs, non habet opus incitatione aliena. Et rursus hanc esse condemnationem hominum, quòd lux venerit in mundum, ipsi verò tenebras plus dilexerint. Iacobus testatur Deum neminem tentare. Per tentationem verò homines incitantur ad peccandum. Quare si Deus esset causa peccati, non posset dici non tentare quenquam. Concupiscentia est qua tentamur, illa verò non est ex Deo, sed ex mundo. Est pulcherrimus locus 2. Paralip. vltimo capite, vbi causa redditur excidij Hierosolymitani, refertur in populi peccata. Et ita reijcitur Deum esse authorem peccati, vt testetur Deus aliter se voluisse. Non ergo causa reijcienda est in Deum. Misit prophetas suos ad illos summo mane, dicit, illi verò obfirmarunt cor. Christus fleuit super vrbem Hierusalem, dolebat de illius euersione. Si displicebat effectus, causa multò magis: flebat eos ita peccare vt mererentur extremum exeidium. Si lugebat Christus qui non solùm homo, sed etiam Deus verus fuit, displicebant ei peccata: non ergo Deus est author peccati. Nec potest causa peccati poni Deus, nisi tyrannidem ei impingamus: qui condemnet homines peccatorum causa, quia scelerate egerint: tamen quoquo modo ad scelera induxerit. Tyranni solent leges proponere, deinde artibus curant, vt ciues contra illas aliquid committant, quo malè multare eos possint. Præterea Deo attribuit scriptura iudicium vniuersæ carnis. Quomodo autem mundum iudicabit de peccato, si ipse author fuit peccati? Ad Roman. 3. cap. si nostra iniustitia iustitiam Dei commendat: an iniustus est Deus inferens iram? vt absurdum habetur peccata nostra facere ad gloriam Dei. Nam si facit quomodo damnat? Si ibi valet ratio, vehementiùs hîc concludit: si Deus causa sit peccati, quomodo iudicabit mundum? Videbuntur item constituendæ in

Deum non esse causam peccati.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16

Deo

Deo voluntates duæ,& eæ ſibi mutuò contradicentes.In Deo verò vna eſt voluntas.Si eſſent plures,eſſent pugnántes ſimul de eadem re:vt velit nos non facere,& ſimul incitet ad ea. Quæremus 17
quid ſibi velint in ſacris literis tot obteſtationes,obſecrationes,vocationes ad benè agendum.Omnia illa videbuntur inania.Quorſum monebat Chriſtus Iudam,ſi volebat ab eo tradi. Hæc quodam ludo agi videntur. At Deus grauiter & ſeriò agit, quæ agit cum hominibus. Sequeretur 18
item magnum abſurdum,quia tolleretur diſcrimen inter bonum & malum,inter rectè facta & peccata. Vtrinq; poneretur Deus author:qui cùm ſit ſummum bonum, nihil ab eo proficiſci poteſt quàm bonum. Si quis homicidium,adulterium,inceſtum deteſtaretur,diceret ille,opus eſt bonum.Eò deduceretur res,vt bonum malum,malum verò bonum diceretur. Imò non eſſet diſcrimen inter illa.Nam ex voluntate Dei,quia prohibet & mandat aliquid,iudicamus de bono & malo:hoc autem ἀπαράτως tolleretur.Tollerentur item iudicia conſcientiarum,ad Romanos legitur.habere nos cogitationes quæ ſe mutuò defendant,& accuſent in iudicio Domini.Colligemus ſi vera eſſet altera hæc ſententia,non ſe ſed Deum authorem accuſare debere.Sceleratis excuſatio ſuppeditábitur,dicent,cur me facti huius pœnitear, cùm Deus ipſe author ſit?auferetur pœnitentia, & feneſtra aperietur magnis malis.Quibus de rebus agemus Deo gratias:an quòd liberauerit nos de peccatis?At peccatum erat bonum:tantundem erat iacere in peccato.Non dolebimus de peccatis,ſed gaudebimus potiùs:opus enim Dei eſt.Par eſt vt lætemur de operibus Dei.Si Deus ipſe ſit author peccati,ſequetur laus & gratulatio,non dolor. Multum detrahetur de exiſtimatione Dei,ſi ponatur author peccatorum.Poſſet etiã adduci quòd oſtendunt,Deum velle omnes homines ſaluos fieri.Si ſaluos vult,bonis mediis vtitur,non incitat ad peccandum.Peccata enim ad exitium deducunt.Multa alia poſſent adduci, ſed his nunc contenti erimus.

19 20 21 22 23 24 25

Videamus ex altero latere, quæ ſint quæ Deum cauſam peccati ſtatuant.Rom.1.cap.ſcribitur, Deum idololatras,qui cùm Deum cognouiſſent & non glorificârint quemadmodum par erat,tradidiſſe in reprobum ſenſum, in affectus ignominioſos.Si tradidit,incitauit,mouit.In Exodo ſcribitur cor Pharaonis craſſum feciſſe & indurâſſe:ita vt non audiret cùm Moyſes nomine Dei iubere emittere populum.Iſaiæ 6.cap.dicitur excæcare populum vt non videant.Cùm ad Deum fundimus preces,oramus ne nos inducat in tentationem,ſed liberet nos à malo:quid oraremus ſi hæc aliquando non fierent?Nemo deprecatur niſi quæ fieri poſſunt, aut impendent,aut timentur futura. Solent dicere Deum iſta facere & velle,non vt peccata ſunt,ſed qua pœnæ ſunt caſtigantes eum qui peccauit.At difficilè eſt ponere vnam eandemq; rem culpam eſſe & pœnam,cùm diuerſa ſit ratio pœnæ & culpæ.Culpa ex voluntate oritur:pœna verò contra voluntatem infligitur.Si voluntariè ſuſcipiatur,iam non eſt pœna. Statuere rem voluntariam eſſe & contra voluntatem, vix videtur poſſe conciliari.Id quod eſt cauſa cauſæ,dici etiam poteſt cauſa effecti. Nemo autem dubitat voluntatem à Deo nobis datam,inclinationes,proprietates & affectus quibus incitamur ad peccandum.Si Deus affirmatur cauſa iſtarum rerum,cur abhorremus cauſam dicere peccatorum?Id quod remouet prohibentia,ſi poſtea ſequatur aut caſus,aut effectus,cauſa dicetur. Quid prohibet maximè peccata?gratia,ſpiritus Dei bonus,niſi hæc nos retineant,ruemus in grauiſsima ſcelera.Quis poteſt remouere gratiam,aut ſubducere ſpiritum,niſi vnus Deus qui hæc dedit? Si remouet impedientia,cauſa certè aliqua eſt peccatorum.Item qui occaſionem alicuius rei ſubminiſtrat,videtur eſſe author eius. Etſi non ſit præcipua cauſa,det occaſionem,non euadet quin author dicatur. Nouit Deus duritiem cordis Pharaonis,& ſcit eum ſi non iuuetur ſpiritu, irritandum ad peccatum. Sic lex augere dicitur peccatum, ſi proponatur non regeneratis. Nitimur in vetitum ſemper,cupimusq; negata.Iubet dimittere populum, hoc quid niſi occaſionem eſt proponere,vt magis induretur?Occaſiones quin Deus ſubminiſtret negare non poſſumus.Quin non tantùm occaſiones dat,ſed mandata etiam proferre poſſumus quibus iubet peccatum.In hiſtoria Regum habemus Achabum impium fuiſſe,Deum decreuiſſe illum punire in bello.Adulationibus & falſis adhortationibus pſeudoprophetarũ voluit eũ ad hoc adduci.Inducitur Deus qui loquatur eũ ſpiritibus,quis ſeducet Achab?proſilijt malus ſpiritus,qui dixit,Ego ero ſpiritus mẽdax in ore pſeudoprophetarũ.Deus approbat & iubet,eas,ita facias:addit animũ:ita erit.Præterea negare nõ poſſumus,peccatũ eſſe actionẽ quandã humanam.Actio verò quęuis vt actu eſt, à principio omniũ rerũ dependet.Deus eſt primus actus,vt philoſophi etiã norunt:niſi eo ſuſtinente nullus actus poteſt eſſe.Pendet ergo peccatum à Deo vt à cauſa efficiente.Peccata ſunt plerunq; motus: motus ordinẽ habẽt,vt inferior à ſuperiore pendeat:ergo cauſa peccati ſaltẽ quatenus motus eſt, dirigitur ad ſuum motorẽ.Auguſt.habet huius rei aliquot teſtimonia & cõfirmat etiã aliquot locis ſcripturæ.In lib.de Gratia & libero arbitrio cap.21.dicit nõ eſſe dubiũ, Deũ operari in animis hominũ,ad inclinandũ voluntates eorũ,ſiue ad bonũ ſecundum miſericordiã ſuam, ſiue ad mala

Argumenta in oppoſitum. 1 2 3 4

Obiectio. 5 6 7 8 9 10 11

secundum merita eorum, iudicio quidem suo, interdum aperto, interdum occulto, semper autem iusto. In initio eius cap. ait: Quis non contremiscat ad hæc horrenda iudicia Dei, quibus agit etiam in cordibus malorum quæ vult, reddens cuiq; iuxta merita sua? Et addit, Agit quidem in cordibus hominum etiam voluntatis motus & per illos facit quæ facere vult, qui tamen iniustè velle nihil nouit. Probat hoc scripturis. In 1. lib. Reg. historiam habemus Roboami, qui non audiuit seniorum consilium, vt mansuetè cum populo ageret: sed dicitur istam conuersionem fuisse à Domino, vt constabiliret sermonem Ahiæ Silonitæ. Igitur vt interpretatur Augustinus, illa mala voluntas à Domino erat. Adducit alterum locum ex 2. Par. 21. Deus suscitauit Palæstinos, Arabas aduersus Ioram, qui sectabatur idololatriam, Deus voluit punire eum. Non dubium est malum fuisse motum animorum in Palæstinis & Arabibus aduersus Ioram, qui inuadebant alienos fines, & laborabant crudelitate: Deus tamen dicitur eos suscitauisse. In eadem historia Regum agitur de Amasia, qui prouocauit regem Israel ad bellum. Quin ipse Ioas deterruit eum, nec non & propheta Domini. Ille tamen non audiuit monita sancta, idq; ex ambitione: quod tamen erat à Deo, qui volebat vt tra-
12 deretur in manus eius, quia sequebatur idola Edom. In Ezech. 14. cap. legitur, Si deceptus fuerit pro-
13 pheta, ego seduxi eum. Et extendam manum meam ac percutiam eum. De falsis prophetis agit,
14 qui subinde lactabant populum. Ier. 4. dicit Dominum decepisse populum suum. Isa. 63. conqueri-
15 tur propheta quare Deus ita errare fecerit vel seduxerit populum, vt discederent ab eo? Salomon in Prouer. Vt impetus aquarum, ita cor regis est in manu Dei. Proculdubio rex erat Pharao, inclinabat ergo cor eius quocũq; volebat. Nabuchadonosor erat rex, igitur voluntatẽ eius inclinabat in
16 quamcunq; partẽ voluisset. Psal. 104. dicitur de Ægyptijs, Conuertit Deus cor eorũ, vt odio habe-
17 rẽt filios Israel. Prius videbãtur amare Israelitas. 2. Thess. 2. Quoniã homines abiecerũt dilectionẽ
18 veritatis, Deus immisit eis efficaciã erroris, vt crederẽt mẽdacio. Ios. 11. scribitur nullas ex nationibus Chananiticis pacẽ fecisse cũ Israel (si excipias Gabaonitas) Dominus enim corroborauit cor eorũ vt pugnarẽt contra Israelitas. Finis additur, vt delerẽtur ab eis. Corroborauit scilicet vt non
19 peterẽt pacẽ, sed bellũ mallẽt. Præterea qui vult finẽ, videtur velle quæ ad finẽ faciũt: & eadem voluntate vult ea media quę finẽ expetũt. Medicus quia ęgrotũ sanare vult, videt cõuenire sectionẽ, vstionẽ, aut amarissimũ potũ: vult & ista vti sanitatẽ. Cùm Deus voluerit à martyribus testimoniũ reddi veritati, & Christum mori: etiam voluit quę ad hanc finẽ perducebant: nempe vexationẽ sanctorum, crudelitatem regum & populi. Nam ad illum finem istis mẽdijs veniendum erat. In pro-
20 phetis præsertim Isaia, reges instar virgæ, mallei, securisq; in manu Domini fuisse dicũtur, quę collationes nõ locũ habent, nisi Deus intelligatur mouisse corda. Illa enim non mouentur nisi impel-
21 lantur. Cumq; Deus iratus esset populo Israelis, quemadmodum infra audiemus, incitauit cor Dauidis, vt numeraret per capita gentem illam, quod nefas erat. Non iuuat si dixeris in Paral. legi, sãtanam incitasse eum. Quia satan nihil potest nisi quod Deus ei dederit. Siue Deus per se, siue per sãtanam fecerit, vides Dauidem voluntate Dei incitatum ad id quod non licuit. Solent excusare, Deum permittere non iuuare. *Obiectio.* Dicimus non satis esse: nam adhuc offensio in animis nostris relinquitur. Adhuc Deus videtur quoquo modo velle peccatum: scit per se hominem stare non
22 posse. Si ambularet coram nobis cæcus quispiam & videremus eum vel impacturum in lapidem, vel casurum in foueam, adsumus, possumus iuuare, sed nolumus, sinimus eum ire, & cùm cadit, nõ dicemur aliquo modo rei eius casus? Volebas eum cadere, si cùm obsistere potuisses, non fecisti.
23 Et quod adhuc grauius est. Si debilis senex inniteretur baculo, & ita vtcunq; incederet, & quispiam auferret illi baculum cui innitebatur, etsi non impelleret eum vt caderet, an non diceretur aliquo modo author casus? Deus subducit spiritum hominibus debilibus, qui citra hunc non possunt incedere, an non quoquo modo causa lapsus videtur? Erit ergo infirma defensio quam afferunt, si dicunt Deum deserere homines. Dum excusare Deum volumus, conijcimus eum in æquè
24 grauia, nempe vt non fiat amplius Deus, & dum fumum fugimus, in ignem incidimus. Si fiunt aliqua præter Dei voluntatem, illo inuito, si producuntur quorum ipse non est causa, non est vniuersalis causa, nec Deus. *Obiectio.* At non impellit vt cadat: non est plena excusatio. Si aliquis paterfamilias
25 cuius familia pessimè se gerat, reprehendetur, excusabit se dicens, non mandaui eis, non iussi, Non iusta habebitur illa excusatio. Non debuit permittere quod prohibere potuit. Paterfamilias sæpè non potest prohibere scelera: at potentia Dei inuicta est. Nullæ voluntates tam malæ & cor-
26 ruptæ sunt, quas non possit bonas facere. Anshelmus de causa diaboli, cap. 19. cur hoc, inquit, pro absurdo habemus, vt Deus faciat singulas actiones per malam voluntatem, cùm sciamus illum facere singulas substantias, quæ producuntur per inhonestam actionem? Vt cùm filius procreatur per adulterium. Adulterium malum esse nemo dubitat, at puer ille est creatura Dei. In Actis Apo-
27 stolorum bis videtur hoc statui 2. cap. Petrus dicit de Iesu filio Dei, quòd illum ipsi accepissent re-

ditum

ditum definita voluntate Dei & consilio, & illum interemerint. Postea 4. cap. Ecclesia cùm gratias ageret Deo, ita loquitur in precibus. Conuenerunt aduersus Iesum filium tuum, Pilatus, Herodes, Gentes, & populus Israel, ad facienda ea, quę manus tua & consilium tuum decreuerunt vt fierent. His argumentis, quibus alia etiam adijci possunt, nunc contentus ero.

De quæstione.

Supereſt rationibus positis ad vtranque partem, vt quæstio ipsa explicetur. Video tres opiniones. Prima detestabilis est, nempe Libertinorum, qui dicunt omninò Deum causam esse peccati: & ita dicunt vt affirment peccata omnia esse excusanda, nec reprehendenda, quòd sint opera Dei. Culpam si qua esset in Deum reijcerent. Hoc vnum student vt sensum peccati cunctis eximant. Si quispiam homicidium commiserit, non, inquiunt, ille fecit, Deus fecit. Et nisi quis sic sentiat, dicunt eum imperfectum esse: non posse probare omnia opera Dei. Quid scelestius cogitari potest? non faciliorem ad gehennam viam reperire diabolus potuisset. Mittamus eos quando non possumus in bonam, in malam rem. Oremus Deum vt auferat has pestes ex ecclesia. Altera sententia est quorundam doctorũ virorum, qui non abhorrent ab illo sensu quem præse ferunt scripturæ primo sensu, dicunt Deum indurare, punire peccata peccatis, & denique illum concedunt esse causam peccati. Sed addunt istas actiones cum à malitia ipsa hominum proficiscantur, quatenus à Deo sunt, rationem habere iustitiæ: nec homines excusari, quia ad hęc sint propensi: culpam in Deum nõ reijciunt, qui suas partes rectè agit. Si ratione non possit comprehendi dicunt, quomodo ipse iuste, nos iniustè agamus, acquiescendum esse scripturarum iudicio. Sunt multa alia quæ ratione humana agnoscere non possumus, quę tamen credimus. Tertia opinio est eorum qui omnia hæc loca scripturæ interpretantur per verba, passus est, siuit, permisit, vel vt Græca ponam εἰασι, ἐφῆκε, & similia. Sic euitari omnia pericula putant.

Tres opiniones.

Prima Libertinorum.

Secunda opinio.

Tertia opinio.

Quid verò iudicem ego, non grauabor proferre: vestrum posteà erit iudicare. Vtque res faciliùs cognoscatur, operæpretium erit altius repetere: & nonnihil dicam de malo, sub cuius genere peccatum continetur. Malum est priuatio, boni inquam, nec boni cuiusuis, sed requisiti ad creaturæ cuiuslibet perfectionem, quod pertineat ad rei absolutionem quæ spoliatur. Nam si visum lapidi auferamus, non erit ei malum: illi enim naturæ habitus non conuenit. Malum cùm sit priuatio, consistere sine bono non potest, subiectum enim habere oportet. Subiectum cum sit natura, res bona est. Ergo malũ nõ potest esse nisi in bono: vt cęcitas priuatio est visus, nõ pendet in aere, hæret in oculo. Ita multis alijs exemplis ostẽdi potest. Sed vt nõ recedã ab eo quod agimus, peccatũ ipsum priuat humanã actionẽ decoro & obedientia erga verbũ Dei. Ista actioni inesse deberent, cũ autẽ peccamus, actio spoliatur ijs bonis. Et actio quũ res quędã sit, sua substantia bona est, ergo malũ esse non potest nisi in bono. Adhæc malum non per seipsum expetitur, sed ratione boni peccant homines: quippe nisi species boni aliqua se offerat nõ recedẽt à probitate. Tanta ergo vis est boni, vt malum nisi in bono, & nisi ad bonum esse possit. Vnde rectè dixerunt sapientes, posse concedi summum bonum, sed non posse statui summum malum quod priuet bonum in vniuersum. Nam tunc destrueret seipsum: non haberet subiectũ in quo esse neq; speciẽ qua expeteretur. Distinguitur malum (vt nunc de eo agimus) in pœnam & culpam. Culpa id dicitur quod committimus contra legem Dei. Pœna est quæ infligitur propter peccatum, & habet ipsa quoq; alicuius commodi priuationem. Vt cum Deus immittit morbum, morbus est priuatio sanitatis, & locum habet in corpore animantis. Immittit famem & sterilitatem, quæ fœcunditatis est priuatio, & est in ipsa terra: hęc inquã ad pœnam attinent. Peccatum verò in animo tantùm locum habet: pœnæ verò in animo & corporibus esse possunt. Additur tertium membrum, quod ita est pœna vt etiam sit peccatum. Vt est peccatum originale, item fomes qui relinquitur post Baptismum. Istis iam positis propono quandam sententiam seu propositionem confirmandam, quæ habet duas partes: nempe primam, Deum non esse per se & propriè causam peccati: alteram, nihil in mundo fieri, nec etiam peccata ipsa, præter illius voluntatem & arbitrium seu prouidentiam.

Definitio seu tractatio quæstionis.

Quid sit malũ.

Propositio qua definitur quæstio.

Quæstio si probanda est, confirmetur oportet quo ad ambas partes. De priore agamus, Deum per se causam non esse peccati. Huc faciunt argumenta primo loco posita. Sed addo, cùm opponantur bonum & malum, tanquam habitus & priuatio, nunquam habitus per se inducit priuationem. Lux semper ipsa illuminat, nunquam inducit tenebras. Quare si ponamus bonũ & malum, vt priuantia opponi, ex bono non erit malum. Deus autem est summũ bonũ, ideo ponemus eum vt habitum, priuationẽ ergo per se & propriè non facit. Sed dixi non esse per se ac propriè causam peccati. Adieci hæc, quoniã si minus propriè loqui velimus, poterit dici aliquo modo aut initium aut causa peccati, non propria quidẽ, sed ea causa quæ remouens prohibens à philosophis appellatur. Similibus rem declarabo. Sol totus lucidus est, effectum eius propriũ est illustrare: aliquo modo tamen dici potest facere tenebras, nõ qua splendet, sed qua mouetur & discedit ab vno loco ad

Deũ per se non esse causam peccati.

Deus causa peccati remouens prohibens.

alterum. Corpora enim sunt rotunda, cùm ergo discedit propter motum nõ semper lucere potest in eo loco vnde recedit, sed vmbræ intercedunt, tenebras igitur facere vtcunq; suo discessu dicitur, quòd corpora ita sint disposita, & ipse moueatur. Sic etiam accidit de domo quadã ruinosa: sustentatur columna, accedens aliquis amouet columnã, cadunt lapides & ædificia de summo loco, suo pondere cadunt, quæ in seipsis descensus habent causam. Tamẽ qui aufert columnam, dicitur vtcunq; facere casum: remouet enim fulcrũ quod ruinã prohibebat. Sic Deus natura sua bonus est, quatenus tamen iustus vult punire peccantes, tollit gratiam, & quoquo modo causa eorũ quę postea malè fiunt potest dici, non vera causa, nam ea propria est interior, mala scilicet eorũ voluntas. Quare autem spiritum suum interdum auferat hominibus, ratio assignari potest. Illis peccantibus remouet gratiam, non tantùm vt puniat: sed vt fauoris sui præstantia cognoscatur, & vt sciamus id quod Deus dat, gratis dare, non ex natura esse. Nam si nos semper haberemus eodẽ modo, ac si Deus vires suas interdum non remitteret, bona quę facimus nostris viribus daremus. Verum Ita fit vt agnoscamus infirmitatem nostram, & vt ardentiùs precemur pro conseruatione ac augmento cœlestis doni. Cùm verò gratia & fauor Dei iustè à nobis aufertur, peccatum sponte succedit, nec est opus aliqua alia causa efficiente, non alia causa inquam opus est ab affectibus nostris vitiatis atq; corruptis: id in similibus allatis videtur. Si Sol recedit, nulla efficiente causa, sed sponte sequuntur tenebræ. Si remouetur habitus, statim priuatio sua sponte adest. Si quis lædat oculum vt visus amittatur, statim cæcitas sequitur, nec quærere oportet aliud agens. Quod cũ Manichæi non animaduerterunt, fœdissimè errarunt. Nolebant causam mali Deo bono assignare, videbant autẽ multa esse mala, iudicabantq; mala existere non posse sine vera causa. Duo igitur principia constituebant Et quia magnam vim vtrinque in bono & malo videbant, duos deos induxerunt, vnum bonum, alterum malum. De his multa leguntur apud August. At malũ quod est peccatum, oritur si spiritus Dei auferatur: tùm enim homo sibi relinquitur. Sed an ita relinquitur, vt Deus amplius nihil circa ipsum vel eius peccatum faciat? Vt res hæc intelligatur, exponam triplicem rationem operandi quàm cognoscere possumus in Deo circa eius creaturas, non quod alia eius opera non possint ostendi, sed quòd ista tria vel maximè ad rem præsentem faciunt.

2. Actio Dei generalis.

Actio quædam Dei generalis est, cum prouidentia sua omnia fouet, sustinet, gubernat in suis conditionibus, qualitatibus & inclinationibus, vt habuerũt ab initio cùm sunt creata: atq; ita conseruatur ordo naturæ, quæ res pulcherrima est cognitu. Videmus cœlum suam naturam retinere, habet sanè multa admiranda. Naturam ignis videmus vehementem, suauem aeris, irriguam aquę, metalla quoq;, arbores, opera artificũ. quæ planè sunt stupenda. Hæc omnia gubernantur à Deo: imò si manum subtraheret, in nihilum abirent. Vtilis profectò est consideratio diuinæ illius gubernationis Deus sæpè in Psal. nos hortatur vt Deum celebremus ob hæc opera Rom. 1. scribitur gentes per has creaturas cognouisse Deum, & æternam quandam eius vim, actum & gubernationem, & diuinitatem. Ita vt Aratus dixerit τοῦ μὲν γὰρ καὶ γένος ἐσμὲν. Pulcherrimũ huius operis exemplum in nobis habemus. Anima quæ non videtur & impartibilis est, tamen totum corpus mouet & viuificat. Ita omnes creaturæ suas inclinationes & proprietates retinent.

Secundum genus actionum Dei.

Secundo loco aliud opus Dei est, quo non tantum conseruantur & reguntur creaturę, sed obsequuntur Dei consilijs. Nam Deus actionibus omnium rerum vtitur, etiam hominum & malorum hominum: vtitur inquam ad sua consilia constabilienda. Cùm fauet suis, dat eis largos prouentus frugum, pluuiæ sunt tempestiuæ ac serotinę: Sin verò ex iustitia castigare sceleratos velit, nihil succedit: datur cœlum æneum, terra ferrea: si sint maturæ fruges, vna nocte pereunt. Ista fortunæ non sunt ascribenda. Quando causam non cognoscimus, fortunam ponimus, vnde poeta dicit, Nos Te facimus fortuna deam, cœloque locamus. Non ergo in generali illa tantum consideratione rerum mundi versari debemus, sed vsum cogitare, quo diuinæ prouidentiæ inseruiunt. Cùm à proprijs causis, à nostra inquam voluntate praua affectionibusq; corruptis sit peccatum: inseruit tamen & ipsum Deo Simile: Venena multa sunt in mundo, malas & noxias qualitates habent, attamen accedit medicus & magistratus, & vterq; istis rectè vtitur. Medicus temperando venena, sanat ægrotos: magistratus Athenis dabat venenum sontibus tollendis. Sic Socrates coactus est cicutã bibere. Quamuis ergò venena mala sint, tamẽ magistratus & medicus benè vti possunt, ad salutem Reipublicæ, ac ægrotantium. Ita Deus peccata, quæ causas proprias habent depraua tas, regit ad sua consilia perficienda, & ad actum deducenda. Possum & alio vti simili: ea quæ videntur nobis fortuitò fieri in mundo, prouidentiæ Dei maximè seruiunt. Nam dicit Dominus in Lege Exodi 21. & Deuter. 19. Si duo in syluam ierint, vt cædant ligna, & fugiat securis è manu alterius, & ea percutiatur ille qui proximus ei est & occidatur, ille imprudens hoc fecit, non erit reus mortis. Deus enim tradidit illum, & iustis de causis, certo consilio eum tradidit, nos

Peccata quomodo Deo inseruiant.

Fortuita quomodo Dei prouidentiæ inseruiant.

non

non intelligimus, ipse nouit. Sic qui peccant, agunt quidem illi sua: constituerunt sibi quid velint, sed Deus vtitur istis actionibus. Sic execratione Simei vult Deus patientiam Dauidis omnibus perspectam esse, & sua iudicia contra eius adulterium & homicidiū patefacere. Iste autem vult ostendere odium suum aduersus Dauidem. Deus facit illud quod vult de ijs sceleribus, quæ homines alio consilio admiserunt: non vt obsequerentur voluntati Dei, sed suis prauis cupiditatibus. Vtq; redeam ad testimonium iam positum. Qui ligna cædit, hoc vult, at securis percutit alterum: & percussio seruit consilio Dei. Hiero. super 12. cap. Ier. scribit: Nihil accidit bonorum aut malorum temerè & sine prouidentia, sed omnia iudicio Dei accidunt. Proinde creaturæ sunt organa quædam in manu Dei: illis vtitur pro ratione sui consilij. Non tamen instrumenta hæc sunt eiusdem ordinis. Aliqua enim reperiuntur, quæ nō cognoscūt, nec sentiunt, nec volunt. & nihilominus inseruiunt Deo. Alia verò sentiunt, intelligunt & volunt quæ agunt, & tamen non semper hoc animo agunt, vt Deo inseruiant: imò sæpe nolentia aut imprudentia exequuntur, quod Deus vult. Dicemus igitur animata & non animata, sententia & non sententia, angelos bonos, & malos, atq; vniuersas creaturas instrumenta esse Dei, quibus vtitur pro ratione suæ prouidentiæ. Vsus est Assyrijs, Chaldæis, Persis, Græcis, Romanis, ad affligendos sceleratos Hebræos: diabolo quoq; contra Saulem, & contra Iobum. Sed vlterius cogitandum est: cùm Deus vtitur creaturis, præsertim rationalibus & malis, vt sunt mali homines & diaboli, non sic vti eis, vt ipsi nihil agant. Adhibent & ipsi suam prauitatem: Deus autem vtitur. Non agit Deus cum istis tanquam cum lapidibus, qui nihil sentiunt, volunt, sciunt & sentiunt: cumq; praui homines & diabolus, malè agunt, & propria libidine mouentur, sunt vsui prouidentiæ Dei. Sentiunt vtiq; & volunt, non quòd animus eorum is sit, vt Deo seruire velint: nam sua quærunt. Neq; sic mouentur à causa superiore, vt suam malitiam non adhibeant. At dixeris: Si hoc pacto Deus vt causa summa ad istas actiones concurrit, & mali eas tanqnam causæ proximæ faciunt, idem opus Dei erit, diaboli, & hominum malorum. Hoc quidem non est inficiandum. Sed longè aliter à superiori causa bona hoc opus proficiscitur, & alia ratione à proxima causa corrupta: Opus hoc vt est diaboli, & malorum hominum, malum est. Malitiam trahit à prauitate diaboli & malorum hominum, qui cùm sint arbores malæ, non possunt bonos fructus facere. Deus autem suprema causa optima, vt concurrit ad istas actioneseas rectè atq; ordine facit. Vt vrbem Hierosolymam, & Deus & diabolus excindi volebant: sed alia ratione. Deus vt obstinatos puniret: diabolus, vt exaturaret odium suum erga genus humanum. Christus tradendus erat in crucem: quod & factum est. Id autem opus erat malum, vt ab odio & malitia Hebræorum proficiscebatur. Idem verò qua Deus actione illa sanctissima voluit prospectum generi humano, bonitatem habuit. Idcirco in Actis Apostolorum dicitur illos fecisse contra filium eius, quæ consilium & manus eius decreuerunt. Simpliciter tamen, quæ fecerunt contra Christum, mala dicenda sunt: quia à proxima causa nomen & naturam accipiunt: quamuis Deus rectè vsus est eis iuxta suam prouidentiam. Diabolus & Deus exercent Iobum longè diuerso consilio. Sabæi quoque & alij prædones diripiebant bona illius, vt odio satisfacerent, ita etiam diabolus. Deus verò, vt probaretur eius patientia, & exitu læto suam erga pios beneuolentiam testaretur. Eadem ergo opera erant, sed diuersa consilia. Vnde Iobus cùm ait: Dominus dedit, Dominus abstulit: laudat Deum vt causam summam, sine cuius prouidentia hæc non gerebantur, & cuius prouidentia omnibus rebus vtebatur ad finem placitam: non tamen laudat prædones & diabolum, Ita Dauid quoq; se gessit: non commendauit Simei: non dixit illa maledicta esse natura sua bona, sed conuertit se ad Dei prouidentiam. Prauum erat opus, tamen aliquo modo opus Dei dici potest: quia ipse id regebat, & eo vtebatur. In propheta item dictum est: Maledictus qui opus Domini facit negligenter. Opus aūt Dei vocat afflictionem populi, qua illum impij premebant. Vnde nō est propter hunc vsum Dei, vt scelerati excusent peccata sua: nam causam eorum in seipsis habent. Et, quemadmodum bonus vsus Dei harum rerum, non excusat peccantes: ita vicissim malitia peccantium non contaminat bonum vsum Dei & prouidentiam, qui malefactis optimè vti nouit. Augustin. in Enchiridio ad Laurent. cap. 101. ostendit fieri posse, vt eandem rem velit Deus & homo, Deusq; rectè faciat ita volendo, homo verò peccet, tametsi ea velit quæ vult Deus. Exemplum affert. Pater mali filij ægrotat: Deus vult eum iusto iudicio mori eo morbo. Filius sceleratus etiam idem vult, sed quò citius ad hæreditatem perueniat, & liber fiat à potestate patris. Deus iustè vult, filius aūt impiè. E diuerso inquit, fieri potest, vt quispiam illud velit, quod Deus non vult, & tamen rectè velit cùm ipse, tùm Deus. Facite patrem, qui ægrotat, bonū habere filiū, Deus vult mori patrem, filius piè nollet: nam cupit patrem viuere: diuersa volunt, tamen vterq; bene vult. Tantum situm est in cōsilio voluntatis: etenim crebrò inde pendet bonitas, & inde prauitas. Sed occurrit scrupulus: Si

Creaturæ sunt instrumenta Dei, sed non eiusdē ordinis.

Quomodo idē opus sit Dei, diaboli, et hominū malorū.

idem opus pendet à Deo & ab homine: ac malitiam contrahit à prauitate hominis, rectitudinem verò aliquam habet, quatenus Deus vtitur, ita vt nihil Deum seu Dei prouidentiam subterfugiat, cur conqueritur Zach. 1. Paululum iratus fui populo meo, illi verò ad malum iuuerunt, id est, excesserunt fines? Videtur id quòd peccant excedere prouidentiam Dei, ita vt plus faciant, quàm Deus decreuerat. Respondemus non intelligendum plus fecisse, quàm ea res vsui prouidentiæ inseruire potuerit. Nihil enim fieri potest omninò præter voluntatem Dei & decreta eius, quæ sunt firmissima. Augustinus in eodem Enchiridio ad Laurentium 102. capite dicit, Inuicta est voluntas Dei. Quomodo ergo excessisse dicuntur? Non terminos decreti æterni, sed modum iustæ victoriæ. Sunt quidam fines decorum & leges, quæ à victoribus debent seruari: excesserunt id quod se decebat: sed quod plus facere potuerint quàm prouidentia vti voluerit, nequaquam concedendum est.

Tertium genus operum Dei.

Tertium dicimus genus operum Dei, quod peculiare est sanctis: eo enim multa clementissimè in illis efficit. Regnat quippe, viuit, agit in nobis velle & perficere. Alioqui sumus natura steriles quædam arbores, sumus cæci, non volumus bona. Corruptum est iudicium, voluntas, electio praua est in illa fece peccati originis. Deus autem electos suos suo spiritu refingit. Naturam ab initio ad similitudinem Dei datam habemus, cui conueniret velle eligere, hæc & illa facere: sed quòd bona per nos non possimus, ex corruptione profectum est. Quod autem rectè velimus, & inchoata obedientia Deo seruiamus, ex gratia Dei est supernaturali. Primum itaq; genus operum Dei, quod ad vniuersalem pertinet prouidentiam, nõ facit ad præsentem disputationem. Secundum opus huc pertinet, ac tertium.

Malinõ est causa efficiens quærenda.

Licet itaq; Deus etiam peccata malaq; gubernet: non tamen causa efficiens propriè dicitur. Augustinus de Ciuitate Dei lib. 12. cap. 7. pulchrè loquitur de praua voluntate, cùm inquit, Mala res non habet causam efficientem, sed deficientem, & si quis inquirere causam hanc velit efficientem, perinde est ac si oculis tenebras videre, & auribus silentium percipere velit: quæ cum sint priuationes, non opus est vt causas efficientes habeant. Sunt attamen res nobis notæ: contrariorum enim idem est sensus. Visus non nisi lucida videt, auris non nisi strepitus audit, & tamen cognoscimus istis sensibus etiam hæc, non vsu eorum, sed priuatione tantùm. Praua autem voluntate vtitur Deus ad suos fines, non quòd non valeat peruenire quo vult, nisi per hæc media. Sed ita placuit ei suam sapientiam & potentiam declarare, vt ostendat se, quemadmodum loquuntur,

Causæ malarũ actionum.

mediate & immediate aliquid posse facere, nec eius referre an bona an mala sint instrumenta quibus vtatur. Malarum ergo actionum causa deficiens quærenda est. Et inter cætera praui affectus & inclinationes reperientur: quæ cùm deficiant à verbo Dei, & recta ratione, non mirum, si inde quæ defectuosa sunt, proficiscantur. Istæ sunt causæ interiores peccati, sed potius deficientes, quàm efficientes. Diabolus item dicitur causa peccati. Nam in libro Sapientiæ legitur: Per diabolum mors ingressa est in mundum, ergo & peccatum: mors enim effectũ est peccati. Attamen diabolus non potest propria & absoluta causa peccati nostri dici. Et ratio est, quoniam causa propria & perfecta eius est ingenij, vt ea posita necessariò sequatur effectus. At non ita se habet in diabolo. Quantumuis mala interdum pijs suggerat: non tamen semper sequitur peccatum: multi quippe sancti fortiter ei resistunt. Et cùm non sequatur peccatum, simplex & perfecta causa eius dici non potest. Incitat quidem homines, sed non ita vt peccatum necessariò sequatur. Possem afferre aliam rationem: fingamus diabolum ipsum non defecisse à Deo, & creatum fuisse hominem, adhuc homo natura sua potuisset peccare, & habuisset causam peccati in seipso: attamen suggestio diaboli causa eius non fuisset, à Deo alienatus cùm nondum esset. Adhæc diabolus necessariò inducere non potest voluntatem ad peccandum. Ergo causa peccati est imperfecta, non plena, sed suadens & alliciens. Diximus ergo vnde peccatum causam deficientẽ habeat, nempe à nostra corruptione.

Quomodo Deus peccata regat.

Deus tamen ipsum peccatum regit & gubernat: non spectat otiosus, agit partes iudicis, & gubernatoris, nec relinquit omnia sine habenis. Sed quomodo peccatum regere dicitur? quo ad tempus, modum, speciem, materiam, vt videlicet modo potius in hunc, modo in alterum feratur. Prauitates nostræ in nobis latitant: sed Deus non patitur vt quouis tempore grassentur, nec quandiu praui vellent: frenat peccata, interrumpit aliquando. Deinde efficit, vt prauitas nostra magis in hanc quàm in alteram partem vergat. Vt Simei furor in Dauidem magis, quàm in alium, & hoc magis quàm alio tempore, prouidentia Dei fertur. Vires Nabuchadnezar magis contra Hebræos, quàm vicinos dirigebat Deus.

Quomodo Deus offerat occasiones peccãdi.

Est item quiddam aliud in peccatis cogitandum, cùm erumpunt in actum. Deus ipse aliqua suggerit, quæ natura sua bona sunt, attamen quia in prauos incidunt, arripiuntur in malam partem, & occasiones fiunt peccandi: ita vt peccata quæ prius latitabant erumpant. Istæ tamen suggestiones

gestiones interiores vel exteriores, causæ peccati propriè dici non possunt, cum eæ intus sint in hominibus: tamen occasiones dici possunt. Sed occasionum aliquæ sunt datæ, aliquæ acceptæ. Quemadmodum scandalum distinguunt: scandalum acceptum est occasio offensionis. Non ex parte dantis, nam agit quod est vtile, tamen malus hoc malè interpretatur, acceptum est scandalum. Sic Christus de Scribis & Pharisæis dicit, Sinite eos, cæci sunt, & duces cæcorum. Docebat Apostolos rectè agere, debere, si alij offenderentur culpam non hærere in ipsis. Datum autem est quando facimus quæ non deberemus. At non ita in Deo est: suggerit aliqua natura bona quæ incurrentia in malam naturam, fiunt occasiones peccandi.

Exemplaria occasionū.

Exemplis res declaranda est. Pius aliquis videt hominem peccare, accedit, monet sedulo vt caueat. Bonum est quod suggeritur: sed incidit in animum prauum: incipit magis ac magis erumpere in odium virtutum, & ferocire contra bonos. Admonitio fuit occasio, vt hæc erumperent in actum. Deus per pium virum suggerebat id quod natura bonum est, vnde is rectè agere dicitur: nam ex officio facit. Sic bona malis occasiones peccandi fiunt, & atrocius peccandi, quàm fortè si submiuistratæ non fuissent. Verum hoc discrimen est inter nos & Deum. Nos dum bona suggerimus fugit an ille deterior futurus sit; Deum autem non fugit. Exemplum. Deus mittit Mosem & Aaronem ad Pharaonem, iubet vt dimittat populum, istam suggestionem sua natura bonam, malè accipit Pharao, incipit magis ferocire. Si in pium incurrisset hæc suggestio, dixisset, oportet me Deo parere, & quia vult vt populum dimittam, omnino faciam: mihi enim non est ius in illum, nisi quamdiu ipse velit. At Pharao ijs auditis blasphemare incipit, quis inquit est iste Deus? & in crudelitatem erumpit. Eandem rem alijs exemplis & testimonijs scripturarum illustrabimus. Non tantùm illa admonitio Pharaoni per Mosem & Aaronem facta est res bona, & apponitur per Deum externè, ac ille qui malus est ea malè vtitur, sed idem habemus ad Roma. cap. 7. Lex est sancta & spiritualis, sed operata est in me concupiscentiam & mortem. Mandatum Dei natura sua est ad vitam, sed occasionem accipit fomes per ea quæ suggeruntur. Neque tantum exterius hoc fit, sed interius etiá quandoq; per bonas cogitationes id efficit Deus. Nam quæcunq; bona sunt, semper cogitandum est à Deo esse. Pharao qui veniebat post mortem Ioseph, cogitare secum cœpit, videndum est ne Respublica detrimentum patiatur: cogitatio hęc bona est, ergo proficiscitur à Deo. Incidit autem in malum animum, ideo contra Hebræos detorquetur. Dicit enim, Hebræorum populus crescet, & nos data occasione opprimet: extinguatur igitur. Proponit edictum, vt filij Hebræorum mares in profluentem proijciantur. Cogitatio prima bona erat, vitio autem illius in malum vergit. Nabuchadnezar dicit non esse boni principis, vt sit in otio, sed debere vti sua potentia: bona erat cogitatio: at se ad exteras nationes conuertit, neq; vt debuit armat potentiá suam contra scelera sui populi. Est idem in aula sua, vt apud Danielem legitur, reputat secum victorias quas habuit, & magnitudinem principatus quem erat nactus. Sunt eæ cogitationes bonæ: nam beneficia Dei expendere debemus. At incidunt in malum animum: statim cogitat se constituisse regnum illud suis viribus, ibi peccat contra Deum. Filij quoq; Iacobi cogitant Iosephum amari à parentibus, ornari à Deo insomnijs diuinis, ista cogitatio bona est: debemus enim opera Dei etiam in alijs, ne dum in nobis contemplari: si rectè vsi fuissent ea cogitatione, gratias Deo egissent, sed detorquent in inuidiam, cogitant de eo tollendo & vendendo. Deus verò qui suggerit hæc bona, cùm fiunt eo sciente, illic occasiones malorum non impedit, sinit fieri, sed adest sua prouidentia & gubernat. Vnde per Pharaonem vult glorificari: per Nabuchadnezar vult punire Israelitas: per fratres vendentes Iosephum, vult eum ornari magnis beneficijs in Ægypto, & pascere familiam Iacobi. Simei videt eijci Dauidem, regnum conferri in Absolomum, dicit hæc sunt iudicia Dei, cogitatio illa bona est: incidit in prauum animum, abutitur, insultat Dauidi, inseruit irę suæ & vltioni. Absolomus adeptus est regnum, suggeritur ei, audienda esse sapientum consilia, plus videre oculos quàm oculum. Bona cogitatio, sed incidit in malum animum, & consilia modo sint vtilia etsi sint nefaria & turpia, iudicat audienda esse: suggestione prima bona malè est vsus. Deus patitur, non vult impedire, regit vt castigetur peccatum Dauidis, & ostendatur Dei odium erga patrem. Puto rem iam claram esse.

Cur Deus ea suggerat quibus homines scit abusuros.

Sed quæritur, cùm Deus sciat homines prauos abusuros istis suggestionibus internis & externis, licet bonis, quare suggerit? Rationem ipse habet suorum consiliorum, at nobis se duæ offerunt. Prima vt appareat magis iustitia eius: sumus nos ad iustitiam Dei intuendam cæci: ex collatione autem cognoscitur, nempe ex iniustitia, quam in Deo nullam videre possumus, videmus autem eam in diabolis & corruptis hominibus. Altera vt hominum audacia cohibeatur. Multi enim dicerent, si Deus bonas cogitationes nobis suggereret, haberemus voluntatem & vires ad faciendum bona. Ecce dantur bonæ cogitationes, quæ dum incidunt in corruptam

naturam, nisi ea impediatur, ex rebus quantumuis bonis, vitio nostro peccatum nascitur: ex occasionibus inquam acceptis, non autem datis. Et sic intelligo quæ Augustinus dicit in libro de Gratia & Libero arbitrio: Deum quandoque inclinare voluntates nostras, vel ad bonum vel ad malum. Quia si incidunt quæ suggerit in bonos, inclinantur ad bonum, sin incidunt in malos, inclinantur ad malum. Sic etiam intelligo quod contra Iulianum scribit libro quinto capite tertio, Deum operari non tantum in corporibus hominum: sed etiam in animis. Sic accipio & quę Zuinglius piæ memorię, vir doctus & constans, quandoq; scripsit, diuina prouidentia quandoq; homines ad peccandum incitari, & actionem malam eandem à Deo & prauis hominibus proficisci: inde iustè, hinc iniustè. Sic intelligo loca scripturæ, quibus Deus dicitur homines tradere in reprobum sensum, incitare. Est permissio quidem ibi, sed aliquid amplius effectibus illis loquutionibus ostenditur. Permissionem & nos damus, nam si vellet Deus resistere, hęc non fierent: permittit ergo. Sed sciendum est permissionem genus quoddam esse voluntatis: non est quidē efficiens voluntas, genus attamen est voluntatis. Nam vt Augustinus dicit in Enchiridio ad Laurentium, Deus aut permittit volens aut inuitus: non certè inuitus, quia id esset cum tristitia, & potentiam se maiorem haberet: si volens permittit, permissio est genus quoddam voluntatis. Sed quæris, si vult aliquo modo, quare prohibet? Vicissim quærerem, si omnino non vult, quomodo fit? Est enim inuicta Dei voluntas. Paulus dicit, Voluntati eius quis resistet? Vult Deus, & iustè vult id quod vult: qui peccant, iniustè volunt, id quod volunt. Iulianus ille contra quem disputat Augustinus, volebat in illis rebus nudam permissionem, vt intelligeremus Deum prorsus nihil agere, dicebatq;, Deum potius ferre, & ad patientiam eius id pertinere. Augustinus respondet, non modo ad patientiam, sed etiam potentiam: quia regit peccatum, & de eo efficit quod vult. Adducitq; locum ad Romanos, Si Deus volens ostendere suam iram & manifestare suam potentiam, tulit vasa iræ magna lenitate. Hinc videmus quidem eum ferre, sed potentiæ quoq; eius mentionem fieri. Prima Petri quarto scripsit, Proinde qui affliguntur secundum voluntatem Dei, & ita vt afflictiones Christianorum diuinæ voluntati tribuat. At illi non possunt pati, nisi alter agat. Si vult passionem, vult actionem: passio proficiscitur ab agente. Voluntas hæc permissio est, sed quæ etiam ad voluntatem pertineat. Hoc declarauit Augustinus in Enchiridio suo ad Laurentium capite centesimo, tractans locum Psalmi, Magna opera Dei, exquisita in omnes voluntates eorum. Sequitur versionem Græcam: in Hebræo habetur, ad omnem voluntatem eorum. Scribit quantum ad illos attinet, (agit de peccatoribus) id quod noluit Deus, fecerunt. Quo ad potentiā eius, hoc efficere nullo modo potuerunt. Hoc enim ipso quod fecerunt contra voluntatem eius, de illis facta est voluntas eius: ideo magna sunt opera Dei. Addit, Miro modo & ineffabili, non fit præter voluntatem eius, etiam id quod fit contra voluntatem eius. Non enim fieret, nisi fineret, nec finit nolens, sed volens: nec bonus fineret fieri malè, nisi omnipotens de illo malo bonum facere posset. Concurrit voluntas Dei ad bona & mala, sed diuersa ratione. Ad mala obliquè, permittit ea fieri, suggerit bona, sed quia in malos incidunt, peccata sequuntur. Sed bona non tantum suggerit, sed efficit. At regit & gubernat etiam peccatum ne in quemuis, nec omni tempore, nec vlera modum grassetur. Latitant illa mala in nobis, cùm autem erumpunt, non possunt Dei prouidentiam effugere. Bona autem, vt dixi, non tantum non impedit, sed efficit, cooperatur, flectitq; suauiter voluntatem nostram, vt libenter faciamus quæ displicebant. Alia ergo est ratio generalis prouidentiæ, alia vsus rerum etiam malarum, alia rerum quas in nobis regeneratis agit. Sic intelligo Pharaonem induratum esse à Deo, & etiam sese induraſſe. Nam causam in sese habuit obdurationis. Deus verò dicitur induraſſe propter suggestionem & gubernationem. Deinde quia sic rexerit peccatum, & vsus fuerit eo ad gloriam suam. Et Paulus dicit, Deum suscitasse eum ad ostendendam suam potentiam. Sic intelligo vasa iræ aptata esse ad interitum. Quomodo? Ex seipsis, ex sua malitia, ex vitiata natura, sunt prona ad peccandum. A Deo itidem aptata quoquo modo dici possunt, quia malitia per eius suggestiones bonas erumpit: & dum erumpit, est adhuc in manu Dei, vt flectatur huc vel illuc, quo voluerit: bona voluntate agit Deus, quod nos pessimo animo. Est genus voluntatis permissio, sed non simpliciter. Quia propria voluntas Dei est causa rerum: non est vt humana, volumus multa quæ non efficimus. Quare ergo Deus non vult peccatum? quia peccatum ex illis rebus est, quæ non opus habent causa efficienti, sed deficienti. Non ergo cadit peccatum propriè sub voluntatem Dei. Et si Deus causa eius ponatur non efficiens, sed deficiens, num dicemus Deum deficere in seipso? Non, sed dicitur deficere, quia non impedit, non resistit, non emollit. Quæ erit ista voluntas? vult non impedire, vult non emollire, vult non illuminare.

De permissione.

Voluntas non cogitur.

Neque tamen Deus, aut suggerendo quippiam, aut non impediendo cogit voluntatem, nec diabolus

diabolus hoc poteſt. Nam ſi voluntas vltrò non faceret, non eſſet voluntas, eſſet potius nolun-
tas: tàm aſcribi non poteſt voluntati, vt cogatur, quàm igni vt non ſit cálidus. Natura ergo no-
ſtra & voluntas ita corrupta, ſi fauor Dei ſubductus eſt, inclinat vltrò, & per ſeipſum ad malum.
Quæ tamen ex eo quòd cœpit eſſe non mala eſt, ſed quia ex nihilo producta eſt, nam ſi ſubtra-
hatur id quòd firmat eam, ſponte in deterius ſubinde verget. At ſi voluntas hominis non cogi-
tur ad malum, nec ex inſtitutione ſua, mala eſt, ſed tantùm dicitur peccare ex deprauatione, quid *De primo ho-*
dicemus de peccato primi hominis? Ibi natura bona erat, gratia non deerat & auxilium Dei, pec- *mine.*
cauit attamen. Hic dicimus aliud iudicium faciendum eſſe de primo homine & natura noſtra,
quam nunc habemus corruptam. Deus multa dona ei contulit: ſed tamen ita illum conſtituit,
vt poſſet ſtare, poſſet item labi. Potuiſſet quidem ſi voluiſſet Deus, tàm abſolutum condere, vt
peccare non poſſet. Id declarat ſtatus beatorum. Sancti enim ſpiritus in cœleſti patria, & nos
cùm ibi erimus, ita confirmabimur, vt peccare amplius non poſsimus. Alioqui plena felicitas non
eſſet: coniuncta cùm eſſet cum timore lapſus. Non tamen Adamo hoc præſtitit, cumq; ſua præ-
ſcientia nouerit illum eſſe caſurum, potuiſſet lapſum impedire, at noluit, ſed voluit pati vt labe-
retur: & ex decreto æterno remedium lapſus eius Chriſtum habuit. Cætera de illo ſtatu ſpecia-
lius explicare non poſſumus: quia eum perfectè cognitum non habemus. Ad noſtram conditio-
nem redeamus. Quæ ea eſt vt ante renouationem per Chriſtum, nihil boni poſsimus velle, ſed in
peccatis neceſſario iacemus, neque nos poſſumus erigere, tantum abeſt vt in rectitudine ſtare
poſsimus, vt primo Adamo conceſſum fuerat. Quamuis autem Deus, vti diximus, non eſt pro-
priè cauſa peccati, attamen non detrahendus eſt ex ſolio ſuo, quin regat etiam peccata & illis me-
deatur. Idq; confirmemus apud noſipſos, nihil à nobis vel ab vlla creatura poſſe fieri, præter Dei
voluntatem: ſed tamen ex hoc non excuſemus peccata noſtra, quaſi peccando Dei voluntati ob-
ſequi velimus. Debemus accuſare noſipſos, cum initia peccati in nobis habeamus. Quod volun-
tatem Dei attinet, ſequi debemus quod ſcriptura docet, nec deficere ab eius Lege, cumque inter-
dum ab eo deficimus, expendere debemus, motum auerſionis à Deo, & conuerſionis ad illece-
bras mundi, proprium eſſe voluntati noſtræ iam corruptæ, non vt inſtituta fuit à Deo. Sunt er-
go cauſæ deficientes iſtius motus, efficientem autem cauſam quæ Deum quoq; cooperantem ha-
beat, non oportet quærere. Vnde obſeruamus in lib. Gen. tenebras non dici factas eſſe à Deo. Te-
nebræ, inquit, erant ſuper faciem abyſsi. Deus tamen eas moderatus eſt, vt obtinerent noctu. Pri-
uationes erant, Ita motus hic auerſionis à Deo cùm deficiat & priuet bonitate congrua hominum
actiones, cauſam quidem habet, ſed deficientem.

Iis expoſitis, tria ſuperſunt dicenda. Primum erit de reatu peccatorum, vel obligatione ad
pœnam: ſecundum de ſubiecto deformitatis ac priuationis, id eſt, de actu ipſo voluntatis huma-
næ. Tertium quod & vulgo receptum eſt, peccatum eſſe pœnam peccati, & an ſub ijs tribus ratio- *De peccatorũ*
nibus dici poſsit peccatum pendere à Deo. Quod ad primum attinet, ſciendum eſt, deformem & *obligatione ad*
vitioſum actum eſſe fundamentum cuiuſdam reſpectus ad pœnam debitam. Stipendium enim *pœnam.*
peccati, dicit Apoſtolus eſt mors: cumque peccamus, naſcitur obligatio ad ferendam pœnam pro
ſcelere admiſſo. Reatus ille ex diuina iuſtitia oriri dicitur, quatenus vult ſuum cuique reddere.
Sed non oritur obligatio niſi peccatum ſit aut fuerit: damus ergo iuſtam obligationi ad pœnam
occaſionem peccando. Vnde ſi per peccatum reatum intelligamus & obligationem, hæc à Deo
eſſe vt efficiente cauſa non dubitamus. Verum iſta propriè peccatum dici non debent, cùm ad
iuſtitiam pertineant. Aliquando tamen ſic appellantur, vt cùm Deus dicitur remittere, delere,
condonare peccata: non enim efficit vt non ſint, aut non fuerint, & ſanè remanent in nobis mali
motus, ſed obligatio ad ferendam pœnam pro ſcelere admiſſo tollitur: quæ vti diximus, ad iuſti-
tiam pertinet & res eſt bona.

Secundo loco videndum eſt de ſubiecto ipſo, cui deformitas peccati inhæret, & de hoc ſi lo- *De ſubiecto*
quamur, vti res eſt, non verebimur Deum dicere cauſam. Quia ipſa actio res quædam eſt natu- *priuationis.*
ralis. Quicquid autem eſt, quatenus eſt, non tantum à creaturis, ſed per Deum producitur: ſiqui-
dem omnia per eum facta ſunt, dicit ſcriptura. Particula vniuerſalis complectitur omnia quæ-
cunque ſunt, quocunque modo ſunt, quatenus ſunt. Auguſtinus in libro de moribus Manichæo-
rum: circa initium inquit, Catholica credit Deum authorem omnium naturarum & ſubſtan-
tiarum. Quid per naturam intelligat, paulò ante explicauit his verbis: Natura aliud nihil eſt,
quàm quod intelligitur in genere ſuo aliquid eſſe. Itaque vt nos iam nouo nomine, ab eo quod
eſt eſſe, vocamus eſſentiam, quam plærumque ſubſtantiam etiam nominamus: ita veteres qui
hæc nomina non habebant, pro eſſentia & ſubſtantia naturam vocabant. Cùm ergo motus ani-
mi noſtri ſint res quædam, hoc pacto à Deo pendere non eſt dubium. Agit quidem Deus vt cau-

sa summa, cooperantur creaturæ. Vnde Anshelmus scripsit in libro de Casu diaboli, ipsum malè velle diaboli, quatenus velle est, à Deo pendere: res autem ipsa praua non est, nisi quatenus ipse malè vult. Quòd verò ille actus quæpiam res sit, ex eo patet, quòd est in genere vel prædicamento actionis: vt ergo quidpiam est, à Deo est, & creatura est: imò dixit Augustinus in libro 9. de Trinitate cap. 10. animi accidentia præstantiora esse quàm corporum, propter nobilitatem subiecti. Vnde forma vel species vt est in animo, nobilior est quàm vt in corpore inuenitur exterius. Ipsa item anima qua anima est, vtut praua fuerit, adhuc est nobilior quouis corpore. Cum itaq; actus animi quibus postea vitio nostro inhæret priuatio, quatenus res sunt, sine Deo non producuntur, Anshelmus dixit, loco iam adducto, Deum ipsum esse productorem rerum, non substantialium tantùm, sed accidentalium, vniuersalium & indiuiduarum, & motuum voluntatis etiam malorum. Vis quippe Dei est infinita: quare nihil potest produci cuiusmodi sit, quod non subijcitur eius actioni. Nam si eam quidpiam subterfugeret, tunc non esset infinita, non omnia impleret. Nec voluntas nostra posset in actum erumpere, nisi vnà agente voluntate illa summa. Augustinus de vera religione cap. 34. ita scribit, Ipsum quantulumcunq; esse, bonum est, quia summum esse, est summum bonum. Paulò post, summa species summum bonum est, minima species, minimum bonum est, attamen bonum est. Vnde si actio illa de qua loquimur quoquo modo ad esse pertinet, aliquid est boni. Si ergo disputatur de peccato, distinguendum est, videndumq; quid ibi sit positiui, vt in scholis loquuntur, ac primum subiectum ipsum est considerandum: ex altera verò parte quid defectus atq; priuationis inhæreat. In ipsa verò priuatione, cùm defectum videamus, eius causa non efficiens, sed deficiens quærenda est. At quod illic positiuum reperitur, id causa efficiente opus habet: summa autem omnium efficientium causarum est Deus.

De peccatis omissionis.

Sed scrupulus non leuis occurrit. Sunt quædam peccata quæ appellantur omissionis, ibi non videtur esse actus aut opus voluntatis substratum, cui defectus aut priuatio inhæreat. Sed quicquid ibi est, videtur priuatio. Omittere aliquis officium dicitur, quia non facit quod debet. Exempli gratia, vt si quis non diligat proximum, si quis non veniat ad sacrum cœtum vt audiat verbum Domini & vsurpet sacramenta: hîc videtur tantùm priuatio esse in hoc peccato, absq; vllo actu certo qui huic substernatur. Respondent aliqui, isto etiam loco quærendam esse naturâ seu actionẽ, opus aut rem quæ substernatur priuationi, & dicunt voluntatem esse quæ deficit. Ipsa enim vt natura est, conseruatur in ordine suo à Deo, voluntas peccans, sed non quatenus peccat. Ferri potest hoc, sed mihi rem subtiliùs indaganti, aliud videtur. Video in illis peccatis omissionis actum. Fit enim quandoque per contemptionem illa omissio officij: tunc corruptus ille vult non amare proximum, vult non ire ad sacrum cœtum. Proinde videmus hic actum voluntatis, & illa eius actio, qua est actio naturæ, à Deo pendet, deformitas & priuatio non item. Sed quandoq; omittuntur quod quis non cogitat de illis rebus, non inquam ex contemptu. Hîc dico, tametsi actio ibi non est eius generis, alia tamen est quæ pugnat cum recta actione. Non cogitat de sacro cœtu, quia vult obambulare, seu ludere: cum recto autem opere pugnant illæ actiones. Aut si tunc non est actio illa, fuit tamen paulò ante. Verbi gratia, noctu voluit ingurgitari, postea non potuit mane surgere vt adesset cœtui sacro. Reperiemus igitur in peccatis omissionis actionem: aut propriam illius generis, aut aliam pugnantem cum bono motu voluntatis, siue quæ tunc retineatur, siue quæ præcesserit.

Vitium quomodo cõtrahatur ex natura secũdarũ causarũ.

Est igitur Deus causa omnium rerum, agitationem autem primæ causæ, res inferiores iuxta earum naturam recipiunt. Vnde si vitium contrahitur, secundarum causarum natura contrahitur. Simili rem illustrabo. In animantibus vim habemus quæ loco motiua dicitur, mouetque animalia, vel ad ambulandum, vel ad currendum. Ea verò vt recipiunt motum à loco motiuo, mouentur. At si tibia fuerit vitiata, luxata aut curua, ille motus cursus claudicationem coniunctam habet: sed illa claudicatio vt motus est, à facultate animi motiua est: vt vitiosa & claudicans pendet à vitio tibiæ quæ fracta fuit. Sic est de motu illo Dei perenni, quo agitat creaturas. Est sanè communis influentia, & recipitur in rebus pro qualitate earum. Sic subiectum deformitatis vel priuationis est à Deo, motusque Dei quandoque transit per animum deprauatum: vnde actionis vitium non à Deo, sed à proxima causa contrahitur. Quid verò Deus ibi agat, & quomodo regat illam deformitatem, expositum est supra: nunc de actu ex voluntate nostra erumpente agimus. Vnde rectè dicitur priuationẽ rectitudinis, nõ sequi opus voluntatis nostræ, & motum eius quatenus est in genere naturæ, sed vt est in genere motus. Augustinus de ciuitate Dei libro septimo cap. 30. dicit, Deum sic administrare creaturas, vt illas proprios motus exercere & cogere sinat. Non enim solus agit Deus, sed praui vt suprà dixi, & diabolus suam malitiam in agendo adhibent. Sed cùm dicimus actum ipsum, qui posteà vitio nostro malus est, à causa suprema, id est,

Deo

Deo & nobis,id est,voluntate nostra,produci,quomodo id accipiemus? an quòd Deus totum faciat,& nos totum? an quòd ille partem & nos partem? Atq; hic productionem contrahimus ad ipsum actum voluntatis nostræ. Respondetur,Si ratio toti referatur ad causam,vno modo est dicendum:si referatur ad effectum,aliter. Si totum referamus ad causam,ita vt intelligamus voluntatem nostram totam,causam actionis esse,vt per se absque Deo possit producere,verum non est. Quia nisi Deus annueret,non posset actionem edere. Ita Deus etsi absoluta potentia sua, per seipsum opus facere posset,tamen vt est cursus rerum, non vult solus agere,sed vult creaturam coagentem habere. Hoc pacto nec voluntas,nec Deus,dicuntur tota causa. At si ad effectum ipsum referatur, Deus & voluntas causa sunt plena. Nam Deus & voluntas totum effectum faciunt,licet coniungantur in actione. Exemplo rem ostendam. Ad actionem producendam voluntatem habemus & intelligentiam,& voluntas totum effectum facit,& intelligentia est causa totius effectus. Sed vna est propinqua,altera est remotior. Ita est de voluntate & Deo,ipsa totum facit,& Deus totum facit: sed vna causa est prima,altera secundaria.

Quomodo idē actus à Deo et à nobis producatur.

Quomodo peccatum sit pœna peccati.

Quod ad tertium attinet,dicitur peccatum sequens interdum pœna esse præcedentis peccati:& ita Deus dicitur peccata peccatis punire. Si ergo sequentia peccata cogitentur, vt pœnæ sunt,vtcunque tribuuntur Deo. Non quòd instillet nouam malitiam,aut directè ad peccandum impellat,sed cùm dona sua subtraxit, iam peccatum sequitur, quo vastatur animus. Illæ autem vastationes,& illa vulnera animorum,vt pœnæ sunt,meritò nobis accidunt. Hac de re ad Romanos primo capite scribitur,Deum tradidisse eos in reprobum sensum,quomodo iam ante explicauimus. Peccatum autem habere rationem pœnæ: quia vitiat naturam, clarum est. Augustinus dicit,& decantatissimum est , Iusisti Domine,& verè sic est,vt omne peccatum sit pœna peccantis. Id etiam Ethnici agnoscunt. Horatius dicit:

Inuidia Siculi,non inuenere tyranni, Maius tormentum.

Praui illi affectus exsiccant medullas,debilitant vires, animos affligunt. Iustè tamen hoc fit. Iustus enim est Deus,& rectus in omnibus vijs suis. Verùm si priuamur gratia,id commeriti sumus.

Conclusio quæstionis.

Concludimus itaq; nostram hanc quæstionem,& dicimus: propriè & simpliciter loquendo, Deum non esse causam peccati,nec velle peccatum. Nec tamen propterea,quòd Deus non possit efficere peccatum,dicitur imperfectior esse aut debilior: non enim id est imperfectio & impotentia,sed perfectio. Hæc non potest Deus. quia summum bonum est,& summa perfectio. Imò ponit leges contra peccata: clamat in ea & punit. Nec miremini cùm dixi,Deū non posse propriè peccatū velle: quia tunc posset homines auertere à seipso,tunc autem negaret se esse Deū. Ad Timoth. dicitur,Deus seipsum negare non potest. Qua ratione motus est Bernhardus in libello suo de præcepto & dispensatione,vt diceret,Deum posse relaxare aliquid de præceptis posterioris tabulæ,non prioris. De altera remisit aliquid,vt cùm vult Abrahamum iugulare suum filium. Sic etiam dum Israelitas aliena bona auferre iubet. Quæ autem sunt prioris tabulæ, remitti non possunt: ibi Deus negaret seipsum,si nollet coli atque mari. Si est summum bonum, nonne illum debemus amare & colere? Et rationem aliqui afferunt,quòd bona illa,quæ ad proximum pertinent,particularia sint,Deus autem potest aliquod priuatum bonum auferre, vt maius reponat. At quæ ad cultum eius pertinent,rationem boni vniuersalis habent : ideoque tolli non possunt. Augustinus in libro, qui inscribitur Confutatio Catholica quorundam sibi falsò impositorum. cap.3.dicit : Ab authore naturæ alienum est,quodcunque damnatur in aliquo. Ibidem: Detestanda est opinio,quæ credit Deum cuiusquam malæ actionis aut voluntatis esse authorem. Causæ autem propriæ peccati in genere ostensæ sunt: at si sigillatim agendum sit, peccati causam ponimus voluntatem humanam,intellectum,sensum deprauatum, appetitum sentientem , bonum apparens,quod sese offert (nihil enim appetitur à nobis,nisi sub ratione boni) Accedit fomes peccati originis: inde tanquam ex Mephiti semper exhalant mala,praui affectus. Causa item est infirmitas,ignoratio,suggestio diaboli,malorum hominum,non tamen plus possunt , quàm Deus concedat. Sunt mala exempla,peccatum ipsum est causa peccati. Nam aliquis prodigus, vt satisfaciat suo appetitui,furatur. Quare cùm tot sint veræ causæ peccatorum,non oportet Deum authorem facere,quo nos excusemus. Iam apparere potest, prauam opinionem Libertinorum damnandam esse: quia omnia peccata excusant. Qui Deum causam mali faciunt,sed non ita,vt excusemur nos: non videntur benè hanc quæstionem explicare. Item qui nudam permissionem faciunt. Primùm ergo,vt omnia in pauca colligamus,diximus Deum propriè non esse authorem peccati. Deinde Deum,quando vult,iustè remouere gratiam suam,quæ prohiberet peccatum. Adhæc posuimus Deum ita regere peccata sua prouidentia , vt non vlterius grassentur,

Causæ propriæ peccatorum.

Summa eorum quæ de hac quæstione exposita sunt.

quàm ipse patiatur, nec alio modo quàm prouidentiæ ipsius expediat. Ostendimus Deum interdum suggerere intus & extra, quæ natura sua bona sunt, tamen si in corruptos homines incidunt, fiunt occasiones acceptæ non datæ peccatorum. Deum item non impedire, sed permittere peccata: illam tamen permissionem non omnino citra voluntatem Dei esse. Cumque peccatum sit defectus & priuatio, non opus habet causa efficiente, sed deficiente. Motum item auersionis à Deo proprium esse voluntati qua corrupta est, non vt instituta fuit à Deo. Diximus quoque reatum pendere à Deo. Tum etiam actionem quæ subiectum est deformitatis, tùm à Deo esse tùm à nobis in suo genere causæ. Nec non peccata peccatis puniri. Et veras postremò peccatorum causas enumerauimus.

Quid dicendũ ad rationes proximæ partis.

Nunc verò rationes iam deinceps supra positas excutiemus. Qui negabant Deum esse causam peccati, vt etiam nos dicimus, his vtebantur rationibus. Prima. Augustinus dixit in libro 83. quæstionum quæstione 3. Authore sapiente homine, non efficitur homo deterior, ergo nec authore Deo. Concedimus, non enim quatenus Deus Legem dedit, homo fit deterior, siquidem Lege sua non præcipit mala. Nec quoad actum naturalem, quem producit Deus homo fit deterior. Deterior autem fit ex defectu, cuius ipsi causas deficientes in nobis habemus. Diabolus itaque, praui homines, cupiditas nostra, & in primis corrupta voluntas, nos deteriores reddunt: datur itaque Deo aut homine nos minimè fieri deteriores. Secunda. Fulgentius dicit, Deus non est vltor rerum quarum est author. Concedimus argumentum: Deus non vlciscitur actum illum vt res est naturalis, vt ab ipso pendet, nec suam gubernationem quam adhibet, sed prauitatem, quæ à nobis dependet & ex nobis est. Tertia, Deus non odit quæ facit, odit autem peccatum. Firma est ratio. Sed dubium est: si verè odit peccatum, quomodo non prohibet cùm posset? Vix potest humana ratio perfectum odium Dei videre contra peccatum, cùm ipsum non tollat. Est sanè difficile. Attamen sæpè fit, vt aliquid quod displicet non tollatur, in finem aliquam bonam. In humanis rebus exempla non desunt. Quispiã malè habet quod ad corpus attinet, fit erumpentibus sordibus, vt vlcus in aliquo membro nascatur, quod sanè displicet, tamen quia is intelligit sibi profuturum, fert molestiam, neq; obturat vlcus. Zizania item nascuntur inter triticum, displicet, tamen non tolluntur, quia verentur homines, ne triticum euellatur. Sic possemus dicere de Deo, habet fines suas, vt non tantum bonitas, sed & iustitia eius declaretur. Ideoq; peccata odit, non tamen ita quin præstitutam finem assequi per ea velit. Alia argumenta, Si faceret peccatum, esset peccator, ac si induceret nos ad peccatum, contra naturam suam ageret. Etenim naturalia agentia student vt id quod agunt sui simile efficiant, &c. Firma sunt hæc argumenta: neq; sic constituenda est actio Dei & cooperatio creaturæ id est humanæ voluntatis, vt ipsi malitiam nostram non adhibeamus. Deus ex hypocrisi videretur agere, si ex vna parte bona mandaret, ex altera peccatum vellet. Respondeo argumentum esset efficax, si Deus diceretur infundere nouam malitiam: at ex eo quod gubernat peccatum, nihil contra Legem suam operatur. Præterea distinguendum est de voluntate Dei, vt fertur in mandata & in homines. Mandata scripta dicimus voluntatem Dei esse, exprimunt enim eius naturam & ingenium: sed si vt fertur Dei voluntas in homines attendatur, dicamusq;, Deum ex æquo promouere velle omnes homines ad mandata seruanda, & omnibus ex æquo dare gratiam, non est concedendum. Deus enim habet suos electos & alios quos iusto iudicio præterit, & peccato ac exitio relinquit. Dominus dicit, miserebor cuius misereor, id est cuiuscunq; libuerit miserebor. Sed aiunt homines habere liberum arbitrium, quo possint Legem Dei seruare si velint, neq; distinctionem ponendam in Dei auxilio & gratia quę non omnibus eodem modo concedatur. Ego verò liberum arbitrium in Deo pono, is liber est in sua electione & gratijs distribuendis: sed libertas eius non pendet à nobis, qui verè liberi erimus si filius nos liberauerit. Itaq; in Lege seu mandatis Deus ostendit quodnam suum sit ingenium, & quæ recta iudicet. At de fauore quo prosequitur singulos homines ad ea seruanda, alia est quæstio. Dicebatur ex 2. Paralip. Deum mane surrexisse, misisse prophetas, ergo non est causa peccati. Deum hoc fecisse verisimum est: sed suggestiones natura sua bonæ, incidebant in homines natura malos, qui suo vitio deteriores ijs admonitionibus efficiebantur, nam sua culpa ad peccandum incitabantur. Vt parceret populo suo Deus ita monebat, & monita talia erant, vt recepta indulgentiam secum afferrent. Quod autem decretum Dei tunc fuerit eos omnino seruare, non est dicendum. Quippe is iustè gratiam suam eis subtraxerat, illi vero per se monitis prophetarũ obsequi, nec potuerunt, nec voluerunt. Filius Dei fleuit ob excidium Hierosolymitanum: id autem accidit propter peccata, non itaq; Deus vult peccata. Concedo peccata voluntate Dei propria non fieri. Quid ergo flebat? Erat iam proximus noster, non poterant ei non dolere proximorum mala, peccatũ item contra voluntatem Dei esse intelligebat, licet non ignoraret præter voluntatem Dei fieri non posse.

Ad 1.

Ad 2.

Ad 3.

Ad 4. 5.

Ad 6.

Ad 7.

Ad 8.

Scribitur

Scribitur in Osea propheta, Perditio tua ex te Israel, salus vero ex me. Verissima est sententia, nam cùm peccata sint à nobis ipsis ex proprijs causis: perditio ex nobis est, reatus vel obligatio ad pœnam ferendam dici potest ex Deo esse. Sed ea vt superius ostendimus, nõ dicitur propriè peccatum: sed pertinet ad iustitiam. Ioan. 8. diabolus cùm loquitur mendacium, ex proprio loquitur. Verissimum est: Deus non instillat ei malitiam, tamen mendacijs eius consueuit vti, quemadmodum alijs rebus. Apud Ier. legitur, Currebant, & non mittebam eos. Non agitur ibi de prouidentia Dei, sed de malitia pseudoprophetarum: qui fingebant se à Deo accepisse verbum, conscij tamẽ sibi ipsis Deum non loquutũ esse. Dicebant, somnium somniaui, & sibi reuelatum quippiam à Deo blaterabant, cùm tamẽ mentirentur, & scirent se mentiri. Quare nullæ calumniæ ob id Deo struendæ sunt: quasi sua prouidentia eorum mendacijs, illi vti nõ licuerit. Hæc est condemnatio eorum, quòd lux venit in mundũ, homines verò magis dilexerunt tenebras, quàm lucem: non ergo Deus causa est, sed ipsi qui tenebras dilexerunt. Conceditur argumentum: ex propria malitia habet voluntas hominis motum auersionis à luce ad tenebras. Dicebatur Deum neminẽ tentare, & si causa peccati esset, tentaret homines. De eo loco sic accipite. Non agitur illic de quouis genere tentationis, alioqui sermo non esset verus. Tentat enim Deus quandoq; suos, non vt eius notitia augeatur, sed vt homines se cognoscant, & alij etiam agnoscant, quantum Deus in illis effecerit, vtq; gratiam illis collatam videant. Est item quoddam genus tentationis expetendum, vnde in Psal. dicit Dauid, Tenta me, vre renes meos, & cor meum. Nec obliuiscendum est, quòd constituimus Deum suggerere aliquando interius & exterius, quæ natura bona sunt, & pro ingenio hominũ accipiuntur, nec ista genera tentationum à Deo sunt remouenda. Loquitur autem Iacobus de interiori cupiditate qua propriè suggeruntur mala, quæ nos incitant vt contra Dei Legem agamus, nec eiusmodi cupiditas pendet à Deo, nisi quatenus non ei resistit, quemadmodum etiam non semper diabolo obstat. Subdebatur Deum videri posse tyrannicè agere. Ad quod respondetur, eum nõ incitare propriè ad peccandũ, vtitur tamen peccatis malorum, gubernat etiam ea ne vltra fines progrediantur. Additum est, quomodò mundum iudicaret? nam si esset author peccati, iudicaret seipsum. Dicimus Deum iustè iudicaturũ mundum Homines enim committunt contra Legẽ Dei, id quod faciunt sponte & vltrò, non coactè: & coarguet spiritus Dei mundũ de iudicio, de peccato, &c. Inferebatur adhæc, id sequuturũ vt pugnantes inter se in Deo sint voluntates. Respondemus in Deo quod naturam attinet, simplicẽ & vnicam esse voluntatẽ, quæ Dei sit essentia & natura. Tamen si postea varia obiecta consideramus, multiplex dici potest. Quo ad mandata, iusta est, bona & vnica: quo verò fertur ad homines, alios promouet, alios nudat iustè fauore suo. Non autẽ sunt pugnãtes, quia non sunt circa idem: quę verò pugnant, oportet circa idẽ subiectũ versentur. Pater duos filios habet, vnum vult dare operã literis, alterũ non. Sunt ne duæ voluntates patris? Non. Vna est, & is rectè facit, modò bona ratione faciat. Dicit prẽterea Iacobus, dicitis ibimus in hãc ciuitatem: dicere debetis, si Dominus voluerit 4. cap. Voluntas ergo Dei est, non tantum de lege & mandatis, sed etiam de illis rebus quæ quotidiè fiunt ab hominibus: eaq́ue voluntas non est mandatorum, ista enim non continentur in Decalogo, & quodammodo sunt indifferentia. Pulcherrimè scripsit Augustinus in Enchiridio ad Laurentium cap. 102. Omnipotens Deus siue per misericordiam miseretur cuius voluerit, aut per iudicium iudicauerit quemcunque voluerit, nihil iniustè facit, nec nisi volens facit. Posteà dicebatur, si causa esset peccati, quorsum tot eius admonitiones, obtestationes per filium Dei, prophetas & Apostolos? Dicimus hæc frustra non adhiberi, imò cum vtilitate. Primum qui admonent, corripiunt, hortantur, obediunt mandatis Dei, qui vult hoc fieri. At non proficiam, inquies? Euentus est committendus Deo. Deinde sanctis, prædestinatis hęc prosunt. Etsi statim non appareat, alieno tamen loco suum fructum habent. Impios verò minus reddunt excusabiles. Lege de hac re lib. Augustini de Correctione & gratia: nam & hæc ei obijciebantur.

Ad 9.

Ad 10.

Ad 11.

Ad 12.

Ad 13.

Ad 14.

Ad 15.

Ad 16.

Ad 17.

Concludebatur, si hoc pacto res haberet, omne discrimen boni & mali auferretur, omnia simpliciter essent opera Dei, vt Libertini aiunt. Fatemur, si Deus verè esset causa peccatorum, Libertini rectè dicerent, at opinio ipsorum est detestabilis. Tolleretur iudicium conscientiarum, tollerentur accusationes intrinsecę & pœnitentia, aperiretur fenestra malis, gratiarũ actio tolleretur, gauderemus enim de peccato, & multum deperiret de existimatione Dei. Omnia hæc verissima sunt, sed contra nos non faciunt. Nam Deum verè peccati causam non facimus. Ad extremum afferebatur Deum velle omnes saluos facere. Si hoc vult, vtitur bonis medijs, non malis, igitur non est causa peccati. Fatemur apertissimè, Deum non esse propriè peccati causam, de loco tamen isto affirmo cum Augustino in suo Enchiridio cap. 103. sententiam non ita simpliciter accipiendam esse, quasi nullus sit quem Deus non velit saluum esse. Sententia hæc ita intelligitur,

Ad 18.

Ad reliqua argumenta.

Quomodo Deus velit omnes homines saluos fieri.

inquit, Deum ex omni qualitate & conditione hominum, suos electos habere, ita vt quoad hoc personam non accipiat: vocat Reges & priuatos, liberos & seruos, mares & fœminas. Et loco Pauli pulchrè quadrat hæc interpretatio. Iusserat orare pro principibus, & existimare quis potiss. set, conditionem eorum eam esse, cum qua salus pugnaret. Nequaquam dicit, ex omni genere hominum Deus suos habet. Consimilem illi loquutionem adfert ex Matthæi decimo tertio capite. Decimatis mentam, rutam, & omne olus, hoc est, omnia genera olerum quæ sunt apud vos, non quæ in India, Europa. Quomodo enim totius orbis olera decimare potuissent? A qua sententia non alienus fuit author libri de vocatione Gentium, quem Ambrosio tribuunt, dicit enim, Deum suam habere vniuersitatem. Quare sic iudicat contrahendam esse hanc vniuersalem propositionem: vt Deus eos dicatur velle saluos, qui ad suum cœtum & numerum pertinent, quemadmodum cùm dicitur, omnes fore θεοδίδακτοι, & Videbit omnis caro salutare Dei. Alter modus quo Augustinus hunc locum exponit, eodem loco habetur, dicitq;, intelligimus nullum fore saluum, nisi quem Deus seruare voluerit. Vt si dicas, Grammaticus est Tiguri, qui omnes grammaticam docet, is non dicit omnes ciues, sed nullum esse qui grammaticam docetur, quem ille non doceat. Atq; sic intelligit, Illuminat omnem venientem in hunc mundum, hoc est, quotquot illuminantur, ab hoc verbo illuminantur. Simpliciter autem ait, non est verum velle omnes homines saluos fieri. Matth. enim 11. scribitur, Væ tibi Chorozain, væ tibi Bethsaida, quoniam si in vrbe Tyri aut Sidonis factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in sacco & cinere scelerum suorum pœnitentiam egissent. Christus noluit virtutes miraculorum edere apud eos, quos dicit pœnitentiam facturos fuisse, si edita essent. Et addit, quocunque modo exponatur, modo non cogamur credere Deum omnipotentem voluisse aliquid fieri, factumque non esse, cùm veritas canat, In cœlis & in terris omnia quæcunque voluit fecit: & profecto quod noluit non fecit. Hæc de argumentis ad priorem partem.

Responsio ad argumenta secundæ partis.

Nunc argumenta sumamus illorũ, qui Deum dicunt mali causam esse. Ad Rom. 1. dicitur Deum tradidisse eos in reprobum sensum. Facilis est interpretatio: tradidit desiderijs cordis sui, vt postea ipse explicat, ergo desideria illa prius mala erant. Quid fecit Deus? concessit vt desiderijs malis obsequerentur. Nõ fecit mala: sed destituẽdo illos gratia sua, desideria quę mala erant, in eis obtinuerunt (priuatio per se sequitur) vsus attamen est Deus prauis desiderijs eorũ, ad perficiendã suam

Ad 1.

Ad 2. iustitiam, nimirũ puniendo ipsos. De induratione Pharaonis supra satis est expositũ. Isa. 6. cũ dicit

Ad 3. Deus per prophetam: Excęca cor eorum vt audientes nõ audiant, & videntes, nõ intelligant, &c. Est duplex ratio exponendi. Hiero. vt interpretetur hæc verba, locum assumit ex cap. 11. ad Rom. vbi dicitur de Ethnicis & Hebræis, Gentes olim incredulæ erant, cùm vos crederetis, nunc autem sunt misericordiam consequutæ ex vestra incredulitate. Dum gentes non credebant, Iudæi verum cultum habere videbantur, è diuerso postea cùm prædicatio illis est oblata, illi non crediderunt. Eis relictis conuerterunt se Apostoli ad Gentes, illi ergo futuri erant increduli, quo Gentes admitterentur in gratiam. Ita vtebatur Deus illa incredulitate Iudęorũ, & ideo subdidit: concludit Deus omnes sub incredulitate, vt omnium misereatur. Excęcatio ergo illa incredulorũ inseruitura erat diuinæ prouidentiæ, quod propheta vaticinatur. Alia potest esse interpretatio cõmodior. Deus voluit legare Isaiam vt prædicaret: sed ne postea perterrefieret, cùm videret illos obfirmatos, & accipere verbum in scandalum, Deus id futurum ei prædicit. Verbum Dei ex se hoc non habet: sed subtraxit eis iustè spiritum & gratiam. Hoc tuum, inquit, verbum erit occasio accepta, vt magis cæci fiant, & à me abalienentur. Intelligendum hoc est quo ad maiorem partem, erant enim aliqui inter illos boni. In hunc autem finem hoc futurum esse declaratur, vt pereundo iustitiam Dei manifestarent, qui hac eorũ cæcitate vti iusto suo iudicio voluit. Quòd autẽ à Deo esset

Ad 4. cæcitas non intelligere debemus, nisi quoad externa, is enim verbum illis per Isaiam suggerebat.

Alius locus, Ne inducas nos in tentationem: sic dicitur, quasi Deus aliquos inducat, & ita causa sit peccati. Hanc sententiam Domini Augustinus interpretatur in libello suo de Natura & gratia cap. 58. vt resistamus diabolo precamur, & aufugiat diabolus, cùm dicimus, ne nos inferas in tentationem. Ideo & admoniti sumus, tanquam ab imperatore milites exhortante & dicente, vigilate & orate ne intretis in tentationẽ. Refert igitur ibi Augustinus hæc ad diaboli tentationem, qui nihil efficere potest, nisi quantum Deus concesserit. Et cap. 67. eiusdem libri addit, duobus modis cauentur morbi corporis, vel vt non contingant, vel si euenerint vt cito liberemur. Ideò cùm dicimus, ne inferas nos in tentationem, volumus vt Deus auertat ne peccatum contingat. Quòd si lapsi sumus & commisimus peccatum, vt remittat & condonet eum rogamus. Idem author contra duas Epist. Pelagij lib. 4. cap. 9. ex Cypriani testimonio scribit, cùm dicitur, ne inferas nos in tentationem, admonemur infirmitatis & imbecillitatis nostræ. Nam dicitur à Domino, vi-

gilate

gilate & orate ne intretis in tentationem. Ratio subijcitur, Spiritus promptus est, caro autem infirma: ne insolenter extollamur. Hîc tentatio carni & imbecillitati ascribitur, ita vt Deus author excludatur. In libro de bono Perseuerantiæ cap. 6. dicit: inducere Cyp. illam particulam illis verbis, ne patiaris nos induci in tentationem, videt enim diabolum non plus posse quàm Deus ei concesserit. Deus autem quoad suos, efficit vt non præualeat. Quo verò ad malos si præualuerit, Deus culpari non potest: nisi culpam dicamus quòd non impediuit, regitq; mala, & pro sua prouidentia ijs vtitur. Hîc opponebamus vix fieri posse, vt idem sit pœna & culpa. Quia peccatum dicitur, qua est voluntarium, pœna verò inuitis semper infertur: quomodo autem conuenit vt idem sit voluntarium & inuoluntarium? Respondemus, nos posse considerare voluntatem nostram quoad peccatum bifariam. Vno modo vt peccatum inde proficiscitur, vtq; ab ea efficitur, quo pacto res voluntaria dicitur. Altera ratione cogitatur peccatum, vt inest animo seu voluntati, ac eum deformat, atq; ita voluntarium esse non potest. Nulli enim praui vellent suum animum fœdari, vulnerari aut destrui. Peccatum ergo vt à voluntate effectiua causa producitur, voluntarium est, vt maculam infert, contra voluntatem fit. Vellemus enim omnes integri esse. Addebatur, Deus est causa causæ peccati, ergo & causa peccati. Quibus rebus peccamus? voluntate, affectibus, quos Deus produxit, ergo effecti postremi etiam est causa. Respondemus, peccatum non pendere à voluntate & affectibus, quatenus à Deo condita sunt: sed à iam vitiatis: exemplum supra attuli de claudicatione. Ad 5

Adhæc dicebamus Deum remouere gratiam & spiritum quæ prohibent peccata, ergo, &c. Fatemur hoc: sed addimus, remouet iustè spiritum suum. Est quidé causa remouens prohibens, at illa non est propria causa, sunt etiam interiores malorum causæ in nobis. Dat occasiones: Verum est, Ad 6 Ad 7
suggerit exterius & interius, sed bona quibus vitio suo malè vtuntur homines. At non tantùm occasiones dat: sed mandata etiam protulit: dixit diabolo egredere, facito. Paucula de hac re annotabo. Inducitur Deus à propheta per prosopopœiam, qui sedeat in soleo tanquam iudex, vult occidi Achabum, quærit quis decipiet eum? quid vult sibi ista inquisitio? Insinuat id quæri aliunde, quia in natura diuina non est, vt decipiat. Proponitur ibi finis ex iustitia, vult Achabum iam occidi: Proponuntur varij modi, hic spiritus hoc, alius aliud dicebat: vt intelligamus prouidentiam Dei, innumerabiles habere vias, quibus punire homines possit. Ea proponuntur ibi, at non exponuntur quia prouidentia ijs vti nolebat. Spiritus egressus est, qui dixit, Ego decipiam eum. Colligitur diabolos promptos esse ad fallendum, & ex suo aguat cùm decipiunt. Interea docemur non posse spiritus illos agere, nisi quantum concesserit Dominus, & quatenus vti eis vult: sunt carnifices Dei. Dicit ergo Deus, Egredere. Imperatiuus iste modus est, si ad finem referamus, nimirum vt occidatur & puniatur Achab: sed quatenus diabolus debuit exercere malam voluntatem & decipere, ista erit concessio, & Deus vtebatur diaboli peccato, noluitq; impedire illius opus, nec Achabum qui crederet falsis prophetis. Augustinus in lib. 83. quæstionum, quæst. 53. tria notauit. Primùm quod fecit Deus contra Achabum, per iudicium fecit. Secundò per angelum, non per se. Tertiò inquit non per quemuis angelum, sed per malum, natura sua paratum ad decipiendum. Dicebatur peccatum motum esse & actionem quandam, Primum motorem esse Deum. Nihil concluditur, nisi subiectum peccati, id est, actum ipsum habere causam proximam voluntatem, & Deum quatenus res naturalis est. August, sententia de gratia & libero arbitrio 21. cap. exposita est de inclinatione ad bonum per se, ad malũ obliquè. Factum quoq; Ieroboami & incitatio Palæstinorum, & quòd Amasias noluerit acquiescere monitis prophetæ regis Israel, pertinent ad iustitiam Dei. Deus punire eos voluit. De sermone Achiæ Silonitæ vt impleretur: non fuerunt facta quòd essent prædicta, sed prædicta quia Deus futura esse præuidebat: & vt ita fierent, ad malos puniendos constituerat: sciebatq; quomodo vti vellet, & rationes Deo suę constabant. Ezech. 14. Si Propheta seductus fuerit, &c. Hîc nihil aliud habemus quàm peccatum pseudoprophetæ bifariam posse considerari. Vt à voluntate mali prophetæ proficiscitur, sic displicet Deo, & ideò dixit se puniturum. At si postea vsus consideretur, quòd Deus ea seductione, populum vlcisci volebat, iustè gratiam suam ei subducebat: deinde vtebatur seductione ea, quæ per se Deo ac propriè non potest adscribi. Ad 9 Ad 10 Ad 11 Ad 12

Adducebatur locus ex Prouerb. 21, vbi dicebatur cor regis esse in manu Dei, & quocunq; voluerit inclinare illud. Propositio catholica est, quocunq; voluerit inclinat illud, nihil excipitur: ergo tam ad bona quàm ad mala. In Iob. 12. cap. habetur, Deum auferre illis cor, qui terræ præficiuntur, & quòd instar ebriorũ eos errare faciat. Quomodo illa de inclinatione intelligenda sint exposui. Itaq; non aliter intelligo istam sententiã Salomonis, quàm illa verba Augustini de Gratia & libero arbitrio, quòd inclinet voluntates nostras ad bonum vel malum secundum suum beneplaci- Ad 13

Ad 14. tum. Aliud argumentum ex Psal.104.fuit,vbi dicitur,conuertit Deus cor eorum, vt odio haberent eos. Quæ sit illa conuersio,quam fecit in corde eorum,præclarè docet August.in illo loco. Cor bonum non erat,quòd Deus fecerit malũ:sed ea est Dei bonitas,vt angelis & hominibus vtatur,& cùm mali sint,ex illis eliciat bona.Auxit Israelitas prole,opibus:ista bona erant.Deus ergo benefaciendo Hebræis,conuertit cor eorũ ad inuidiam. Nam inuidia est odium felicitatis alienæ. Cor ergo illorum spontè malũ,conuertit Deus ad odium Hebræorũ,non malũ cor eorum faciendo.Videtis ergo me non finxisse,cùm dixi Deũ suggerere, quæ natura sua bona sunt:siue interius siue exteriùs;sed nostro vitio fieri occasiones,sed acceptas non datas,peccandi:quæq; suggerunt occasiones,non sunt causæ remotissimæ, vt abies cæsa in monte Pelio,sed immediatæ sunt occa-

Ad 15. siones,quæ irritant nostras cupiditates,vt felicitas Hebræorũ immediata fuit occasio inuidiæ Ægyptiorũ.Isa.63.Cur seduxisti nos Domine?Hieron.interpretatur de indulgentia Dei.Nõ statim

2 puniebat Deus peccata:contemnere ergo cœperunt Dei iudicia : suggerebat Deus illis hanc suã misericordiam,quæ bona erat:sed vitio eorum ad contemptum rapiebatur.Possunt etiam impiorum esse verba,qui causam peccatorum suorum in Deũ reijciunt.Aut pij cogitant se iusto iudicio à Deo fuisse desertos gratia,& agnoscentes postea sua peccata,ita loquuntur: non quidem Deum reprehendendo,sed eius admiranda iudicia.Sed quomodocunq; intelligas,Deus exemptus est à

Ad 16. culpa.Ier.4.Vę seduxisti populũ tuum. Hieron.respondet:Videbantur prophetæ ea quæ nunc dicebantur,pugnare cum alijs,quæ tertio capite dicta erant,vbi reuelârat Deus prophetæ,Hierosolymam solũ Dei appellandam,& omnes gentes confluxuras ad eã,nunc verò dicebat Deus,cõcidet cor regis & principum,obstupescent sacerdotes & populus.Ideoq; clamat propheta,dixisti pax erit,sed ecce gladius.Sed distinguenda sunt,inquit Hieron.tempora. Nam quæ prius dicta sunt,implenda erant post captiuitatem Babylonicam:tribulatio aũt,quæ postea nunciabatur, erat præ foribus.

Iosue dicit Deum induraſſe corda gentium illarum Chananaicarum, vt pacem non facerent

Ad 17. cum Israelitis:quia Deus volebat eas perdere.Ergo ipse causa peccati videtur. Respondemus cum Augustino,ex cap.8.de gratia & prædestinatione,inscribitur etiam liber, de voluntate Dei, Quid est indurare?nolle emollire.quid excæcare?nolle illuminare: quid impellere seu reprobare?nolle vocare:quod non de generali vocatione loquitur,sed de efficaci. Non infundit nouam duritiem Deus,quę in corde nõ sit. Dicetur ergo Deus illas gentes obdurasse,quòd noluerit emollire,vt pacem cũ Hebræis facerent:tamen ob sua peccata iam erant perdendæ.Sed obijcitur, nulla creatura ad hoc est destinata, vt sit in perditionem,nõ creauit Deus hominem,vt eum abijciat:adducituṙq; Hieron.in Abakuk prophetam cap.2. Etsi anima vitio suo efficitur hospitium Chaldæorũ,natura tamen sua est tabernaculũ Dei,& nulla creatura rationalis ad id facta est,vt sit habitaculum dæmonis. Respondit: Hæc quidem ille dicit:at si simpliciter accipias,aduersatur scripturæ:quæ secus loquitur.Dicit potestatem habere figulum,vt ex eadem massa faciat vas gloriæ,& vas ignominiæ.Et de Pharaone dicitur,in hoc te excitaui,vt ostendã potentiam meã.Deus fert vasa aptata ad interitum,vt ostendat suam potentiam.Per Salomonem quoque dicitur Prouerb.16.impium esse factum ad diem malum. In Epistola Iudæ de quibusdam dicitur, qui olim descripti fuerant ad hoc iudicium vel ad hanc condemnationem. Verum quidem est,hoc decretum Dei priusquam habeat exequutionem , damnandi quempiam causam iustam habere. Intercedunt enim peccata propter quæ damnandi damnantur:decretum tamen Dei est vt non vocet efficaciter:& sanè iustum est illud decretum. Quod tamen attinet ad ipsum Hieronymum,respondeo,non factam creaturam rationalem ad hoc vt cogatur, vitio suo peccat,tamen in decreto Dei est,non impedire illud eius vitium: Respondeo vlterius vt Zuinglius in suo libello de prouidentia Dei sexto capite:sequeretur Deum furta curare & alia:dicit perge vlterius & dicas,ad declarandam iustitiam id fieri:tunc videmus ad quid rationalis creatura facta sit, vt bonitas Dei ex vna,& seueritas ex altera parte declaretur. Quis esset vir sapiens,qui instituere quidpiam ad finem quem sciret non subsequuturum?Deus præscius est omnium,scit impios damnandos. Non ergo dicetur facere ad salutem eos,qui sunt damnandi. Aliud argumentum erat. Si Deus vult finem,vult etiam media ad illum finem. Fateor: vult patientiam martyrum: ergo persequutiones.

Ad 18. Vult quidem sed non eodem modo.Id vult per se quod est bonum. Persequutiones quæ fiunt à tyrannis vult aliquo modo , nimirum propter aliud vult tolerare,non impedire,vult vti illis rebus.Et si dico aliquo modo,non inferri debet,ergo sophisticè,falsò.Ioannes dicit,qui natus est ex Deo,non peccat,scilicet in spiritum sanctum,& sine pœnitentia. Cumq; is aliquo modo peccat, non licet inferre,sophisticè peccat,quia non sequitur:peccat enim verè non sophisticè ac falsò. Item lex per se sancta est aliquo modo:tamen est causa iræ & damnationis,non tamen falsò,non sophisticè.

phisticè. Sic enim loquitur Paulus, & verè loquitur. Itaq; non sequitur. Deus aliquo modo vult, ergo illud vult falsò & sophisticè. Sed si Deus vult illa quæ sunt ad finem, & peccata aliquo modo, quòd non obstare decreuerit, & vti eis vult: voluntas aũt eius est immutabilis: ergo erit ferrea necessitas. Respondeo, necessitas erit, sed non coactio. Et si deseratur à gratia Dei, voluntas nostra, est in necessitate peccandi. Prouidentia verò Dei, quoad sua decreta est ferrea, & adamantina. Zacharias enim de quadrigis & imperijs, quæ sibi succeſſura erant, per montes ferreos, inquit, ibant. Decreta Dei constantissima sunt. Et Christus dicit, quos mihi dedit pater, nemo de manu mea potest rapere. Sed videtur aliquid obstare huic sententiæ. Psal. 68. habetur, Deleantur, de libro viuentium: ergo non constans videtur voluntas: si delentur qui prius erant scripti. Legite August. in eo loco. Homo dicit, quod scripsi scripsi, & Deus delebit quod scripsit? Quomodo igitur deleri dicuntur? Locutio est ad spem eorũ: vt reuera scripti nõ erant, sed scriptos se putabant. Sed sunt qui obcæcationes & obdurationes ad præscientiam tantũ referant: veruntamen non est nuda præscientia istarum rerum, sed quædam voluntas Dei, qua Deus nõ potest præscire futura, nisi quæ futura sunt. Quæ aũt sunt futura, aut quæ sunt, non possunt esse futura, aut esse, nisi Deus velit aliquo genere voluntatis ea esse aut euenire. Præscientiam ergo aliqua voluntas Dei præcedit, vult non impedire: vult vti eis ad sua prædestinata consilia,

Ad 19.

Aliud argumentum. Tyranni isti, Nabuchadnezar, Senacherib & alij, erant in manu Dei quasi baculus & virga: igitur Deus causa videtur peccati fuisse. Erant quasi virga, hoc est certũ, proijciebanturque postea in ignem, cùm functi essent officio: non tamen erant stupidi, sed voluntate sua mala mouebantur, ergo iure puniuntur. Duplex enim genus est instrumentorum, vti superius exposui. Non est autem impostura hæc, velle vti istis malis, & præcipere ne faciant. Isti faciunt mala voluntate, Deus malitia vtitur. Homines quoq; malis actionibus aduersariorum benè vti possunt, & citra impostura sæpe vtuntur: nempe vt caueant sibi, & patientiam præstent. Vtitur Deus peccatis ad puniendum interdum peccantes ipsos: imò semper his peccatum semper est pœna peccantis, & interdum ad puniendum alios. Aliud argumentum erat: Deum immisisse in cor Dauidis, vt numeraret populum. Loquitur sanè scriptura hoc modo: Non audimus in Poetis istas loquutiones, sed in verbo Dei: Poetas ex sua republica Plato eijcere potuit: scriptũ ras ita loquentes explodere nõ possumus. At ostendi suprà, quomodo hæc sint intelligenda. Subtraxit Deus auxiliũ suũ, non impediuit Dauidem: voluit vti illo opere ad puniendũ populum, sed obijcitur: Si Deus subducit gratiam, iustè subducit: fateor, tamen subducit. Deinde vtitur etiam diabolo. In Paral. dicitur diabolũ impulisse Dauidem: fecit ergo etiam Deus: quia id concesit diabolo. Sed obijciunt contra id, quod sæpè diximus, gratia subducta per se obrepere peccatum, cùm voluntas nostra per se ad id inclinet, quemadmodũ subtracta luce tenebræ sequuntur in natura. Deus inquiũt, nõ est tanquam Sol: quia lux eius est vbiq;, sed homines sunt, qui se auertunt in angulos. At si illuminatio eius est vbiq;, in quos angulos irent homines, vbi nõ esset lux illa? Scriptura diuina aliter loquitur: dicitur enim de illo, qui talento abusus est: auferte ei. Dauid orat: ne auferas à me spiritum tuum. Itaq; vti voluit Deus peccato Dauidis ad puniendum populum. Et à quibusdam iniustè Æschylus tragicus accusatur, qui Deũ dicit si velit perdere, ac tollere aliquos, dare causas & occasiones: quia scriptura sic loquitur, quæ potest loqui contra leges Platonis, sed non contra leges Dei. Dicit enim quòd filij Heli patrem non audierint: quia Deus vellet eos perdere: & Roboam non audiuisse senes, quòd esset auersio à Deo. Dicebatur, si hoc pacto res haberet, tunc Deus non esset omniũ rerũ causa, si non esset causa peccatorũ. Non sequitur: nam quamuis non est causa peccati Deus, tamen peccata quæ fiunt, gubernat: illis vtitur, & substratũ ipsum facit, quatenus res est physica. Sed oportet peccatũ esse voluntarium. Si de actuali loquamur, verum est, de originali non est verum. Primi etiam motus, qui peccata sunt, non sunt voluntarij. Et Bernhardus de libero arbitrio gradus facit humanæ naturæ. Peccare non possunt homines, qui beati sunt in patria. Adamus poterat non peccare. Post peccatũ nos non possumus nõ peccare. Sic sunt damnati, sic reprobi & scelerati: Sed pij & regenerati possunt nõ cedere peccato, & efficere, vt non prorsus regnet: atq; hoc habent ex spiritu Dei. Vnde apparet ex ista partitione, peccatum damnatorũ esse necessarium, cùm tamen sit peccatũ. Nam etsi necessarium sit, est attamen voluntarium, sed non ita voluntarium, vt per nosipsos alteram partem ei oppositam valeamus eligere. Electionem enim in alteram partẽ habere non possumus, nisi ex eodem spiritu Dei. Puniũtur iustè peccata, sed nõ respicitur quid tu possis aut nõ, sed quod agis, an sit contra legem Dei. Et Deus nemini facit iniuriam. Vnde illa obiectio firma est quoad Deum: crudelitas videtur, si quis cæco non porrigat manũ, si eum videat labi, aut eum nõn erigat. Deus videt hominem casurum, nõ dat manum: crudelitas videtur: in quibus? in hominibus: quia illis est præscripta lex. Deus nõ est sub-

Ad 20.

Ad 21.

Ad 22.

iectus istis legibus: hoc respondit Zuinglius in lib. suo de prouidentia, & in lib. de falsa & vera religione, vbi agit de merito. Etsi verò Deus reprobis non tantum dat quantum alijs, tamen multa eis dat. Prædicatio Euangelij eis proponitur, multaq; alia concedit omnibus, etsi non omnium misereatur ad salutem. Deus de suo potest facere quod vult. Isti, dicis, misericordiam repellunt. Hieronymus in Ionam. Deus natura misericors & clemens paratus seruare misericordia quos iustitia non potest: sed nos oblatam eius misericordiam abijcimus. Fateor, in quantum offertur generali prædicatione. Deus tamen non mutat voluntates eorum, & posset hoc facere, quia negat: si non vult, iustè non vult. Augustinus de bono perseuerantiæ cap. 4. In eadem re videmus diuersum iudicium Dei, & in diuersis rebus vnum iudicium. Erant gemini in vtero Rebeccæ, antequam boni quippiam fecissent aut mali, tamen dictum est: Iacob dilexi, Esau verò odio habui. In vinea aliqui toto die, aliqui vna tantùm hora laborarunt, tamen accipiunt eandem mercedem. Instantia de pa-
23 trefamilias cuius filij aut serui peccant, dicit non impuli eos: accusatur iure paterfamilias, quia legem præscriptam habet. At Deus non habet sibi legem præscriptam: præscripsit ipse sibi ne quid iniustè faciat, at voluntas eius est prima regula iustitiæ. Deserit Deus reprobos & est desertus ab illis, & rectè facit. Quòd autem deserat se deserentes id 2. Paral. 25. testatur. Azarias filius Obed Propheta. Amasiæ regi dicit: Quando vos relinquitis eum ipse relinquet vos. Est vbiq; Deus per essentiam & potentiam suam, in suis per fauorem, gratiam & auxilium. Prioribus duobus modis
25 non deserit impios, sed tertio. Adducebatur sententia Anshelmi de casu diaboli, si Deus per turpem operationem vt adulterium producit filium, cur non potest per malam voluntatem ipsum velle producere quatenus res physica est? Concedimus subiectum produci à Deo. Sed postea in illo defectum oportet considerare.

In Actis legitur illos conuenisse contra Christum, vt facerent quæ manus & consilium Dei
24 decreuerant. Et quòd Christus definito consilio Dei fuerit traditus. De morte Christi, quoad Christum & Iudæos aliter se habet diuina voluntas. Quoad Christum vt ferret ex obedientia, ex charitate crucem, voluit Deus quia est nostra redemptio: effecit in eo natura diuina vt ferret. Quòd Iudæi tam crudeliter agerent, permisit Deus, sed voluntas erat in illa permissione non impediendi malam voluntatem vt vteretur & sequeretur redemptio. Potuisse impedire si voluisset hinc patet. Annon posset, inquit Iesus, pater mihi dare vndecim legiones angelorum, quæ pro me pugnarent? Vsus est illo peccato vt redimeret nos. Multa sunt suggesta à Deo Iudæis quæ bona erant, vt erat prædicatio, miracula, reprehensiones quas adhibebat; sed vitio eorum rapiebantur in malam partem. Deserti ergo sunt in necessitate peccandi. Vbi erit liberum arbitrium? amissum

De libero arbitrio.

est. Augustinus trigesimo capite in Enchiridio suo ad Laurentium. Cùm homo peccauit, se & liberum arbitrium perdidit, bis dicit in hoc capite & alibi: & in lib. 2. sentent. distinct. 25. habetur. Sed Bernhardus dicit non esse amissum. Non pugnant, si rectè intelligatur. Quia Augustinus accipit liberum arbitrium pro facultate libera eligendi opposita, hoc vel illud. Dum autem non sumus regenerati, Deo verè grata facere non possumus, nisi reparemur per filium Dei, quia in nobis liberum arbitrium non superest, quo ad illa. Bernhardus cùm dicit manere, quid intelligit? Etsi peccent non coguntur, consensum habent, volunt: tale liberum arbitrium manet. Et ipsemet se declarat, quando ponit triplicem libertatem. Libertatem habet à coactione: à peccato quando est regenerata: à miseria, quando erit in patria. Libertatem à miseria in hoc seculo non habemus: habemus à necessitate, per necessitatem intelligit coactionem. Patet hoc ex Bernhardo. Nam ponit in Deo libertatem arbitrij, necesse est sit bonus. tamen libertatem hoc non tollit. Angeli & sancti in patria non possunt peccare, tamen liberam habent voluntatem. Diabolo & damnatis etiam dat libertatem, tamen non possunt esse boni. Sed malum quod volunt, vltrò volunt, non quòd possint oppositum. Idem inquit, Gratia est, quæ seruat, arbitrium est quod seruatur. Quomodo? Capit sanitatem, id est, assentitur, consentit: sed non dicit quòd consentiat ex seipso, imò adducit locũ Pauli, quòd non possimus ex nobis aliquid boni cogitare, nedum consentire: & Deus operatur in nobis velle & perficere. Proponit inquit Deus sine nobis præueniendo nos bonas cogitationes, postea immutat voluntatem, immutat, inquit, affectum, vt ea mutata sequatur consensus. Vnde dicit Deum in nobis quatuor facere. Primùm excitat immittendo bona cogitata. Deinde sanat, id est, mutat voluntatem. Tertiò roborat, id est, deducit ad actum. Quartò seruat vt non sentiamus defectum, vt perseueremus. vt actio bona absoluatur. In summa dicimus & nos, quod peccatũ attinet, Deum αἴτιον κατὰ συγκ. esse quemadmodum Epiphanius scribit, quia non est causa propriè, non tamen dormit. Deinde vox ista etiam inculpabilem significat. Deus non potest à nobis trahi

Nihil fit sine prouidentia Dei.

in ius, iustè facit quod facit, Additur à nobis, vniuersale esse dogma & retinendum in Ecclesia, nihil fieri in mundo siue bonum siue malum sine prouidentia Dei. Actiones humanæ prouidentiam

Dei egre-

Dei egredi non possunt. Quoniam omnes pili capitis nostri numerati sunt. Si passeres contemptissimæ auiculæ, non decidunt in terram sine voluntate Dei, quid de actionibus humanis dicemus quæ longè præstant? Latissimè patet diuina prouidentia. Etsi non eodem modo erga bona & mala se habet: tamen non fiunt citra prouidentiam Dei, quæ est voluntas diuina, qua potenter & optimè res gubernantur dirigunturq; ad suas fines. Nec offendere nos debet quòd relinquit in mundo aliqua mala, nam si sunt contra particulares naturas, communi tamen bono conducunt. Si omnia sublata essent mala, multis commodis careremus. Vnde dicitur, Non esset vita leonis, nisi cædes esset ouium, quibus vescuntur leones: neque patientia martyrum, nisi crudelitas tyrannorum permitteretur à Deo. Huic nostro dogmati videtur obstare quod Plato in secundo libro de Republica dicit, paucarum rerum authorem hominibus esse Deum, quòd multa mala sint inter homines, & Deus nullorum malorum sit causa. Vnde videtur prouidentiam Dei in angustum contrahere. Si causam effectricem accipiat, & loquatur de peccatis, concedimus, interea tamen non sterrit prouidentia: sed eo in loco habet Plato quòd à pijs in vniuersum concedendum non est, quia negat Deos venire ad homines in similitudine hospitum. At Angeli ab Abrahamo & Lotho hospitio suscepti sunt. Quòd inquit Deum mutari non posse, quoad substantiam verum est: sed quòd non in aliquibus formis interdum apparuerit, non est concedendum. Cum Moyse ex rubo ardente loquutus est in monte Sina declarauit se vocibus: varijs speciebus se prophetis exhibuit, Puto Platonem agere de obscœnis illis conuersionibus, quibus Poetæ dicunt conuersum in cygnum, aquilam, taurum, ista remouenda sunt à Deo. *Obiectio.*

Sed quòd dixi omnia agi Dei prouidentia quæcunque fuerint, nec obstare quòd dicit Plato, non videtur satis, nam & Damascenus se opponit libro secundo, & capite vigesimo nono ait, subijci prouidentiæ Dei, τὰ ἐφ' ἡμῖν, quæ non sunt in nobis: nam subdit, τὰ γὰρ ἐφ' ἡμῖν, οὐ τῆς προνοίας ἐστί, ἀλλὰ δι' ἡμᾶς ἐστὶν ἀνατρεπόμενα, id est, quæ enim sunt in nobis, non sunt prouidentiæ Dei: sed nostri liberi arbitrij. An igitur actiones nostræ quas ille in nobis esse dicit, non sunt in prouidentia Dei? Credant hoc qui voluerint, ego non credo. Addit quod est durius: ἡμῶν αἵρεσις τῆς προαιρετῶν ἐφ' ἡμῖν ἐστι, τὸ δὲ τέλος τῶν ἀγαθῶν, τῆς θεοῦ συνεργείας. Hoc est, Electio agendarum rerum in nobis est, perfectio autem & absolutio bonorum, est cooperationis Dei. Quis hoc dixerit, si eligimus facienda quæ bona sunt, ex nobis esse? Deus, inquit Apostolus, operatur in nobis velle & perficere. Dum verò Damascenus ista prouidentiæ diuinæ subducit, mihi non probatur. Distinguit prouidentiam in εὐδοκίαν & συγχώρησιν, in beneplacitum & concessionem. Istis me non oppono, vtrumque statui, prouidentiam bona non modò regere, sed & efficere, mala verò permittere, sed non ita vt sibijpsis prorsus permittat, vtitur enim eis. Illam verò συγχώρησιν vel ἐγκατάλειψιν distinguit & aliam ponit παιδευτικὴν & κολαστικὴν, nempe quæ ad eruditionem sanctorum facit, si ad tempus reliquantur aliquando τέλεια dicitur perfecta & quasi desperata, vt quando homines inemendabiles suo vitio redduntur & pereunt. Etiam nos dicimus, Deum ad tempus electos relinquere: alios perpetuùm. Deinde dicit, Deum homines προηγμένους participes velle fieri salutis: sed postea vult punire cùm peccant, θέλημα ἐπιτιμητικὸν vocat, quasi sequatur ex nostro vitio. Dico ego simplicem esse voluntatem Dei, sed varia obiecta, sunt electi quos vult saluos esse, sunt & reprobi, quos vult propter peccata puniri, sed ibi non sistendus est gradus, vult potentiam suam ostendere in eis. Vniuersalem ergo facio prouidentiam, non obstante Damasceno: quod augustinus etiam sensit, sententia 58. Nihil agitur visibiliter aut sensibiliter, quod ab inuisibili aut intelligibili summi imperatoris aula, non iubeatur aut permittatur, & ita nihil subtrahit diuinæ prouidentiæ. *Obiectio alia.*

Hæc sunt quæ ista de re dicenda iudicaui. Multa alia superessent, sed finis imponendus est Scio quidem venerabilem virum Philippum Melanchthonem quem amo & suspicio, aliud videri dicere: sed ego hîc prouoco ad ipsum eundem in veteribus suis locis communibus. Legite quæ habeat de prædestinatione & libero arbitrio. Ille quod ego fortasis non dixissem, dicit vocem liberi arbitrij alieniſsimam esse à diuinis literis, à iudicio & sensu spiritus. Dicit Platonicam philosophiam ab initio Ecclesiæ pietatem labefactasse. In epilogo eius loci, Si veniamus, inquit, ad actus nostros internos & externos, si referantur ad prouidentiam, omnia eueniunt vt sunt destinata. In actionibus verò externis si referantur ad voluntatem, esse libertatem. Si consideremus bona interiora quæ Deus requirit, ibi dicit non esse libertatem: si incipiant fremere affectus, cohiberi non posse. Idem dicit Ambrosius in Lucam & sæpè citatur ab Augustino, cor nostrum non esse in potestate nostra. Alij ab illis non dissentiunt. Zuinglius & Lutherus reformatæ religionis heroes, Oecolampadius, Bucerus, Caluinus. Possum & alios adducere, sed non suffragatoribus ago. Dixi Deum proprié loquendo non esse causam peccati, nihilque fieri in mundo siue boni siue mali citra Dei prouidentiam. Quòd si non assequutus sum scopum, dolet mihi. Si quis idoneis proba- *Conclusio huius loci.*

tionibus ostenderit hanc sententiam impiam, aut bonis moribus noxiam esse, paratus sum mutare Verbosius autem hæc dixi, quia res est magni momenti & sæpè in sacris literis recurrit. Melius autem intelligunturq; uæ integrè, quàm quæ hinc inde frustulatim proponuntur. Hæc hactenus: redimus ad nostram historiam.

CAPVT XVII.

Dixit autem Ahitophel ad Absalom, deligam nunc duodecim millia virorum, & consurgam & persequar Dauidem nocte.

2 *Et irruam in eum: is enim est fatigatus, & remissis manibus: terrebo eum, & fugiet vniuersus populus qui est cum eo, & percutiam regem solum.*

3 *Atq; reducam vniuersum populum ad te: quum reuersi fuerint omnes, vir quem inquiris; vniuersus populus erit in pace.*

4 *Et rectum fuit verbum in oculis Absalom, & in oculis omnium seniorum Israelis.*

Partitio capitis.

HOC caput quadripartitam habet tractationem. Prima pars est consultatio de bello gerendo contra Dauidem: in altera nunciantur consilia Dauidi: tertia pars est stipendium mali consultoris: quàrtà quomodo Dauid transmiserit Iordanem. Quod primam partem attinet, consultatio est de bello gerendo contra Dauidem, & quo pacto malus filius posset patrem expugnare. Consultores sunt Ahitophel & Chusai. Consilium Ahitophelis est,

Consilium Ahitophelis.

vt Absalom vtatur victoria, non cunctetur. Id quia Pompeius non fecit, dixit Cæsar, penes hostem hodie victoria fuit, si ea sciuisset vti: totam vtilitatem in celeritate ponebat. Quid censuit? accipiam mihi duodecim millia virorum, ibo noctu, percutiam Dauidem, reducetur populus, erit tranquillitas. Breue consilium: rem ponit & causas rei. Offerebat se quasi imperatorem, non consultatorem tantùm. Non solùm consilio pollebat, sed manu strenuus erat. Adeò confidit suo consilio, vt ipsemet velit periclitari. Id non semper faciunt consultores; cauent aliquando sibi post principia. *Ibo noctu*, inquit.) Tempus conducebat ad celeritatem, ne horæ illæ frustra laberentur. Deinde ad maiorem horrorem incutiendum. Spectabat hoc, ne Dauid se in locum munitum reciperet, vnde vix extrahi posset, & auxilia colligeret. *Duodecim millia virorum.)* Putant aliqui, ex omni tribu capiam mille. Iosephus ponit decem millia.

De consilio.

Vtcunq; sit, Ahitophel consilio abutitur. Consilium alioqui res sacra est, inter dona spiritus sancti numeratur à propheta. Ethnici Consum Deum habuerunt quem præfecerunt consilijs: authorem fuisse Romulum dicunt. Nos sciamus consilium rem diuinam esse. Alphonsus rex Arragonum quandoque dicebat, si contigisset me viuere stante Republica Romana, curassem ædificari ad curiam fanum, & dedicassem Ioui positorio. Interrogatus quare? respondit, vt senatores, priusquam ingrederentur curiam, ibi ponerent odium, iram & similes affectus. Vtinam hodie in concilijs & colloquijs quæ de religione habentur hoc fieret. Id non fecit Ahitophel, affectus adhibet prauos in Dauidem.

Materia consiliorum.

Materia consiliorum quæ nam sit, tractatur etiam à philosophis. Non consultamus de rebus necessarijs, vt de Mathematicis propositionibus, quæ non possunt mutari: non de rebus præteritis, sed futuris, quomodo sint administrandæ: non de illis quæ pendent à natura, nam more suo agit, etsi millies consultemus: non de fortuitis rebus quæ rarò fiunt, quis enim illas nosse potest? Materia sunt illa quæ ab homminibus aguntur, disponunturque hac vel illa ratione: qui fit vt necessaria & impossibilia non veniant in consilium, Ahitophel peccauit in illa materia, quia necessarium erat ex prædictione diuina vt viueret Dauid & regnaret, quis vult hoc mutare? Peccat ergo de re deliberans, quæ in deliberationem non cadit. Peccat item Ahitophel, quia si naturam boni consilij consideremus, aliqua requiruntur quæ ipse non præstitit. Aristoteles Ethicorum libro sexto, consilium inquit, primum ad bonum tendat & honestum. Deinde ista per bona media velimus adipisci. Si res malæ sunt, & media mala, consilium bonum esse non potest. Tertiò deliberatio non sit præceps, nec nimis lenta: labuntur enim occasiones quando tam diu consultamus. Ahitophel errat: consilium eius non dirigitur ad bonum, sed ad eædem boni: medium aptum fortè proponit, sed finis honestus non erat. Laudatur tamen consilium Ahitophelis ab vtilitate, in eo genere quo fuit nihil videbatur melius. Non tamen sic accipiendum consilium hoc, quantumuis

Quibus in rebus Ahitophel peccârit.

sapiens

sapiens & vtile, vt si factum fuisset, Deus non habuisset innumeras vias liberandi Dauidem. Voluntas diuina nullis humanis consilijs superari potest. Deus moderatur peccatum. Filius vult perdere patrem, consiliarius malus idem machinatur. Deus fingit & refingit animum Absalomi, consilium Ahitophelis nunc placet illi, mox verò displicet, tamen versatur in peccato: offusæ sunt tenebræ oculis vt nihil videat.

Irruam in eum, is enim est fatigatus.) A facilitate argumentatur. Si iuero statim bona manu militum & noctu, omnia consequentur, reducam populum, omnia erunt tranquilla & pacata posthac. Est lassus inquit pater tuus. Optimè hoc videbat. Primùm molestia animi grauabatur, deinde labore itineris, hinc inopia rerum. Sed non cogitabat sapiens ille huius mundi, Deum reficere Dauidem posse contra omnes insultus. *Est remissus manibus.)* Hoc est, non suppetunt ei vires pristinæ. Per manuum potentiam & robur significat scriptura. *Terrebo eum.)* Ista mea profectio, inquit, & impressio nocturna in eum, habebit plurima effecta vtilissima. Primùm futurum est, vt incutiam ei terrorem meo repentino aduentu. Certè multa erant ordinis naturæ quæ eum consternare potuissent: nox erat, lassus erat Dauid, & videbat multos defecisse: sed Deus confirmat corda hominum. Et si contingat vt dux exercitus metu corripiatur, exercitus facilè dissipatur.

Quid sit territ efficere Ahitophel sua impressione.

Et fugiet vniuersus populus qui est cum eo.) Alter effectus, fuga eorum qui sunt cum Dauide. Meus aduentus incutiet eis timorem, sequetur vt diffugiant. *Et percutiam Regem solum.)* Postea habebimus hoc, vt solus Rex quem quæris cædatur: cæteræ multitudini parcetur. Sed non intelligebat ferream fuisse Dei sententiam, Dauidem non moriturum isto casu. Non est sapientia, non est consilium contra Dominum: hoc dicitur in Prouerbijs Salomonis. Isaiæ 46. capite, ait propheta sub persona Dei, Consilium meum firmum est, & quod volo faciam. Verùm eos sua prudentia & coniecturæ quantumuis probabiles & verisimiles fefellerunt: perierunt ipsi, Dauid euasit. Iobus 24. capite, Deus in vno est, quis auertet illum? Constituerat vt Dauid non occideretur sententia definitiua, quicquid ergo conaretur Ahitophel aut Absalom, erat dissipandum. Persuadebant illi multitudini esse abiectum Dauidem propter peccata, at non erat. Pollicebantur sibi facilè perituram regem, eò quòd attonitus esset & quodammodo obstupefactus in illa fuga.

Et reducam vniuersum populum ad te, & quum reuersi fuerint omnes, virum quem tu quæris.) Vnus, inquit, peribit, parcetur multitudini. Hoc videtur esse ciuile consilium. Populus reducetur ad te, & omnia erunt tranquilla. Finis belli est pax, iam pollicetur pacem pro extremo effectu nocturnæ profectionis. Sed quæ pax impijs esse potest? Sic agunt impij, ex suis sceleribus sibi quietem promittunt, sed res longè aliter cadit. Tale consilium erat Caiaphæ, vnus Christus tollatur: & omnia erunt tranquilla. Sed Deus capit astutos in astutia ipsorum. Laus videtur imperatoris, si posuit victoria incruenta potiri.

Et rectum fuit verbum in oculis Absalom.) Dato isto consilio, approbatum est ferè ab omnibus: videbant secum habere coniunctam vtilitatem. Senatores illi admodum impij, immemores erant beneficiorum, obliuioni tradiderant suum vindicem. Placet etiam Absalomo consilium, sed efficere quod voluit non potuit: vi diuina agebatur. Venit ei in mentem vt audiat Chusai, excæcauerat Deus Absolomum vt Chusai sibi fidum amicum crederet, qui Dauidi intimus fuerat: ita merebatur. Isto consilio voluit Deus illudere Absalomo & omnibus senatoribus. Consilio adulatorio & hyperbolico vsus est. Sic potest Deus homines potè illo compunctionis & vertiginis, vt aut non videant quod sit vtile, aut si videant aspernentur. Vtitur his ad decipiendum Absolonem, qui merebatur decipi, & audiuit preces Dauidis, qui orabat vt Deus consilia Achitophelis dissiparet.

Cur Absalom bonum consilium non sequatur.

7 *Dixitq; Absalom, Voca obsecro & Husai Architam, & audiamus quid in ore eius etiam fuerit.*

8 *Et cùm venisset Husai ad Absalom, dixit illi Absalom dicendo, Secundum verbum hoc loquutus est Ahitophel: numquid faciemus verbum eius an non? tu loquere.*

9 *Tum dixit Husai ad Absalom, Non est bonum consilium quod consuluit Ahitophel hac vice.*

10 *Addidit Husai, Tu nosti patrem tuum & viros eius quòd fortes sint, adhæc amari animo sunt sicut vrsus orbatus in agro: præterea pater tuus est vir bellicosus, nec pernoctabit cum populo.*

9 *En nunc delitescit in quadam fouea, vel in quodam alio loco: & erit quum inciderint in illos initio, & audierit qui audiet, dicet, Fuit plaga in populo qui erat post Absalom.*

10 *Vt etiam vir fortis, cuius cor sicut cor leonis, liquescendo liquescat: scit enim vniuersus Israel quòd fortis est pater tuus, & fortissimi qui sunt cum eo.*

11 *Sed consulo vt congregetur ad te vniuersus Israel à Dan vsq; Beersebа, tanquam arena quæ est ad mare in multitudine, & facies tua vadat in bellum.*

12 *Tum veniemus ad eum ad quendam locum in quo inueniri poteris, & irruemus in eum quemadmodum cadit ros super terram, & non relinquetur ex eo nec ex omnibus viris qui sunt cum eo, etiam vnus.*

13 *Quòd si in vrbem collegerit sese, portabunt vniuersus Israel ad ciuitatem funes, trahemusq; eam vsq; in torrentem, donec ne lapillus quidem inueniatur ibi.*

14 *Dixit Absalom & omnis vir Israel, Melius est consilium Husai Architæ consilio Ahitophel. Iehouah autem præceperat destruere consilium Ahitophel quod bonum erat, vt induceret Iehouah super Absalom malum.*

Consultatio Chusai.

Prodit in medium Chusai, interrogatur, respondet. Consultatio eius sic partienda est. Primùm auertit sententiam vel consilium Achitophelis: deinde suum vult proferre. Rationes quibus euertit consilium Achitophelis quinæ sunt. Prima ratio est à fortitudine Dauidis, Non facilè perterrefiet: fortis est, & qui sunt secum: non diffugiet. Secunda ratio, Sunt amaro animo, & ira acuit fortitudinem: est veluti cos fortitudinis. Tertia à prudentia militari, Non est tyro, sed exercitatus. Quarta ratio, Latitabit, non erit cum alijs vt gregarius miles: frustra tibi promittis, te regem capturum. Quinta ratio à periculo imminenti, Si qua cædes parua contingat in exercitu Absolomi, fama spargetur, dissoluentur vires militum. Summa hæc est rationum Chusai. Dat postea ipse aliud consilium prorsus diuersum, vt congregentur omnes Israelitæ, & persequantur Dauidem. Quid spectat suo consilio? Dilationem temporis: non vult citò eum opprimi. Dilationem scit in rem Dauidis esse: nam si hoc fiat, non imparatum fore: poterat etiam interea de his moneri quæ fiebant. Ista erat prudentia Chusai. In summa, totum dixi, sed excutiamus nunc singulas partes.

Quid spectarit in suo consilio.

Cur authoritatem Achitophelis non conuellit.

Proœmio vtitur, dicit, *Non est bonum consilium Achitophelis hac vice.*) Non traducit vt stultum laudat ab alijs consilijs quæ sint arguta, hoc tamen sibi tale non videri dicit. Vna vtitur exceptione: non vult conuellere eius authoritatem: amouet à se suspicionem odij in illum, aut amoris ac fidei in Dauidem. Ostendit plenum periculorum esse quod proponit. Primùm dicit, Fortis est Dauid, Fortes sunt qui agunt cum eo. Accedit ira: nam volent vlcisci iniurium: indigna res eis videtur quòd rex pulsus sit regno, ipsi priuentur opibus & fortunis suis, omninò fortiter agent. Affertur similitudo vrsæ: cui catuli abrepti sunt. Vrsus iracundus est, si accedat abreptio pullorum, in rabiem vertitur: dicitur vrsina rabies de vehementer iratis. Monebitur inquit illis bilis, fortiores reddentur. Prouerb. 17. Satiùs est virum occurrere vrsæ orbæ, quàm stulto in stultitia sua. Nam solet vrsa orba incurrere in primum quem obuium habet, quem putat raptorem esse catulorum. Ista quæ commemorat animum victis addere possunt, vt reparent prælium: commonefacit igitur eos ne putent se statim potituros victoria.

Refutatio consilij Abitophelis.

Vrsa orba.

Dauid peritus rei militaris.

Pater tuus est vir bellicosus.) Vera quædam admiscet. Dauidem prudentem esse, milites ipsius bellicosos, nam falsa alioqui persuadere non posset, nisi admisceret vera. Rationem adducit de peritia rei militaris: quasi dicat, Nouit omnia stratagemata, considerat quid accidere possit: cogitabit id posse fieri, adhibebit remedia. Futatis ne eum habiturum exercitum sine excubijs? profectò vigilabunt, non de improuiso opprimentur: quod ipsum attinet, latitabit. Sæpè hoc faciunt magni duces cùm ordinârunt omnia, secedunt à reliquis, maximè si sit periculum proditionis. Sæpè sunt præsentes, at non se ostendunt omnibus. Quàm peritus latitationum fuerit, poterant multa experimenta habere. Tempore persequutionis Saulinæ nunquam venit in manus quærentium. Non ergo verum erit mox periturum solum, imò potiùs alij prius peribunt.

Et erit quum inciderint in illos initio.) Postrema ratio, magno te expones periculo. Si fit pugna nocturna aliqui cadent, statim diuulgabitur fama cladem magnam factam, vires dilabentur: parua cædes initium erit magnorum malorum. Prima pugna qualis qualis, totius certaminis præiudicium quoddam videbitur. Repetit in cõclusione quę magna erant, & Dauidem similes eius for-

eius fortes esse, ac facilè fieri posse vt initio clades accipiatur, si pauci eant. Fama crescit eundo, & qui videtur cor leonis habere, etsi fuerit Achitophel ipse, dissoluetur.

Sed consulo vt congregando congregetur ad te vniuersus Israel,) Iam verò subiungit suum consilium. Diuersum consulo, non dico noctu fiat, differatur, congregetur totus Israel, securè pugnemus: non exponamus nos periculis fortunæ. Eas non cum duodecim millibus tantùm, sed cum vniuerso populo, qui collectus est instar arenæ maris, tanta est eius multitudo. Ista multitudo indicat facilitatem expeditionis. *Tanquam arena quæ est ad mare.)* De magno numero vsitata est loquutio Hebræis & alijs etiam nationibus. Græcè dicuntur ψαμμώδεις illa quæ æquant numerum arenæ.

Consilium Chusai.

Instar arenæ.

Faciestua vadat in bellum.) Achitophel vellet per legatum ipsum vel alium ageres, ego consulo vt tu præsens adsis: præsentia multum iuuat. Interea iuuenis inflatur, & hoc consilium est plausibile superbis, nihil tibi erit impossibile cum tanto exercitu, tibi ascribetur victoria non legato tuo. Interea quæritur exitium Absolomo, nam cùm præsens est, ibi interficitur. Docet Absolomum confidere multitudini, humano brachio: est maledictio quæ latitat. Interea nulla mentio fit auxilij diuini, promissionum diuinarum, verbi aut oraculi, omnia sunt Thrasonica. Pergit in suo consilio.

Consilium hoc est Thrasonicum.

Tunc contra eum veniemus.) Et se recensèt inter eos qui Dauidem inuadant: tum distinguit de successu. Aut deprehendetur in campestribus: aut se in ciuitatem aliquam munitam abscondet. Primum, inquit, si sub diuo deprehendamus eum, castrametabimur contra eum: tanto numero vt cùm rore cœli possit conferri, quando noctu destillat & terram implet: ita nos operiemus illum. Hæc collatio etiam in Psal. 110. legitur, vbi de regno Messiæ agitur, cuius exercitus non tantùm erit spontaneus, sed tanto numero vt sit ceu ros ab vtero auroræ: nam solet ros cadere sub tempus auroræ. *Quòd si in vrbem collegerit sese.)* Sin verò ipse Dauid receperit sese in aliquam vrbem munitam, vniuersus exercitus afferet funes ad ciuitatem, & detrahemus illam in torrentem, ita vt nec lapis supersit. Non modo perdetur Dauid, sed tolletur vrbs. חבל ambiguum est, cuneum vel turmam significare potest, iuxta quam significationem 1. Sam. 10. accipitur. Cùm discesseris, inquit Samuel ad Saulem חבל נביאים turmam prophetarum obuiam habebis. Si accipiatur nunc ista vox illa significatione, sensus erit: Israel admouebit cohortes vndique circa ciuitatem, totam cingent & oppugnabunt vt omnia euertantur. Sin verò significet funes, sensus erit: Israelitæ accedent ad vrbem & funes afferent, nimirum ad ædificandas machinas militares, quarum multæ funibus contexuntur. Alij volunt sensum hyperbolicum esse: quasi dicat, Quid putatis pro futuram ciuitatem Dauid? erit ac si res nobilis sit, quæ trahatur funibus, & loco moueatur. Omnes hæ interpretationes probabiles sunt. Hyperbole est in illo. Non relinquetur lapis, scilicet suo loco, funditùs euertetur vrbs. Quòd dicit, In torrentem, nihil aliud est quàm in fossas demittendam. Vrbes enim fossas habent, quæ plerunq; aquis plenæ sunt. Quòd dicit אתה ipsum masculino genere, cum עיר sit fœmininum, Rabbi Chimhi Migdal arcem aut propugnaculum intelligit, vt dicat, Migdal cum ciuitate in torrentem proijciemus. Tali consilio Imperator Turcarum vtitur, adducit magnam multitudinem, sibiq; cuiusuis vrbis expugnationem pollicetur. Sic Xerxes minabatur Græcis. Omnia sunt hyperbolica.

Roris simili-tudo.

Funis.

Attamen id considerare debemus in ista consultatione, sententias dici ab istis duobus consiliarijs, nudè, sine conuitijs. Id in omni consultatione de re graui esset seruandum. Ibi graui etiam iudicio opus esset. Nam post consilium iudicium adhibere oportet, vt docet Aristoteles 6. Ethicorum. Non minus est iudicare bona consilia quàm inuenire Vt donum Dei est consilium, ita à Deo oportet vt sit iudicatio de recto consilio. Inuocandus ergo Deus, ne ibi decipiamur. Hodie in Papatu dicunt se, cùm ineunt aliquod consilium, inuocare spiritum sanctum, sed potiùs abigunt. Nam ipsorum ceremonijs Spiritus sanctus potiùs repellitur. Non secus faciunt, quàm illi qui canem vocant, & baculum ei ostendunt. Attendamus Absolomum Arcam & sacerdotes habuisse. Deum non consulit: sat habet humanorum consiliorum. Hæc est impietas eius: aspernatur consilium Dei. Chusai admirandus est, qui forti animo dat consilium, res leuis non erat, propositæ sententiæ à tanto viro contradicere: liberè agit ac fortiter. Cùm sciret Ahitophelis sententiam quodammodo receptam, & se in suspicionem venire posse vt amicum Dauidis, & se puniendum si detegeretur, tamen dicit. Vtinam in Concilijs & Synodis tanta esset libertas: quis ibi vult loqui contra Papam? Nemo audet. Erant multi in Concilio Tridentino, nihil tamen audebant decernere, nisi quod Roma venerat. Non habemus Paphnutios hodie qui loquantur audacter.

Indicare consilia non minus est quàm inuenire.

Chusai fortitudo.

Vt Chusai consilium iuueni ambitioso probaret, omnia tragicè & magnificentissimè loqui.

tur. & in summa obtinet. Probarunt consilium Chusai: vnde id erat? à Domino, qui voluit sententiam bonam euerti. Scriptura dicit, consilium fuisse bonum, hoc est aptum & vtile: quia medium aptum habebat ad id consequendum quod proponebatur. Ergo scriptura vtile ab honesto distinguit? non inde hoc est concludendum. Nam verum vtile est honestū, & verum honestum est vtile: sed se sæpe demittit spiritus sanctus ad loquutiones humanas. Si verè bonum fuisset, non diceret scriptura, dissipatum esse à Deo. Quæ bona sunt, non dissipat Deus. Fit vt impij, cùm peccata ipsorum id promereantur, excæcati non admittant bona consilia: subtrahit eis gratiam: illi relicti sibi, palpant vt cæcus in meridie. Sæpe Deus concedit etiam satanæ, vt mentem eorum obfuscet. Sic Deus finit, ne Roboam audiat consilium seniorum. Puniuntur ergo impij quoad consilia, duplici ratione: vel mala pro bonis amplectuntur, vel consilia bona repudiant.

Chusai rectè facit, quòd Dauidem iuuat.

Chusai cùm dedisset hoc consilium, Dauidi consulebat non Absolomo, cui videbatur fauere. Interea quoad hoc, non est accusandus. Dauid legitimus erat Rex, sanctus: quare si fouet causam eius, rectè facit: iusserat enim Dauid vt hoc faceret. Debuit se conatibus Absolomi opponere, qui se non opponit malis quando potest, videtur consentire. Augustinus in Psal. 81. quando interpretatur hæc verba, Eripite egenum, &c. Non erant, inquit, innocentes omnes Iudæi Hierosolymis, cùm passi sunt Christum occidi: nam tanta turba erat, vt timerent sibi principes. Si perstitisset populus, terruissent eos, sed conniuebant. Qui cùm possit obsistere impijs, & non facit, consentit. An autem bono modo fecit, an peccauit? Peccasse eum non negârim, quædam committit quæ communi regula facienda non erant. Primùm dicit, Viuat Rex: scit tamen eum legitimum Regem non esse. Deinde dicit à Deo electum. Sic populus in suo errore, & in malitia corroborabatur. Tertio obstringit illi fidem suam: Seruiam tibi dicit. Non autem ita sunt iuuandi amici, vt iuramenta eorum causa interponamus, quæ postea non præstemus. Si afflatu spiritus sancti hoc fecit, nihil dixerim, Interea apud nos expendamus, amicos fucatos admodum esse pernicioſos. Nulla alia ratione magis potuisset obstari Absolomo: expugnat eum quasi sine armis, cùm tale obtrudit consilium.

Peccat Chusai quòd omnia non bono animo fecit.

Consideratio prouidentiæ Dei in his consilijs gubernandis.

Videmus hîc duos Reges, Absolomum & Dauidem: vterque impetitur hostili consilio, ille Chusai, hic Achitophelis: Vtrinque sunt insidiæ: tamen ille solùm procedunt & locum habent, quas Deus vult locum habere. Hæc est maxima consolatio piorum, qui sciunt se habere Deum, qui sciat perrumpere omnes machinationes hostiles. Duo consilia dederat Achitophel Absolomo. Primùm, vt vxores patris violaret. Prius illud consilium Deus non fregit, statuerat enim, vt Dauid pœna talionis ita puniretur. Alterum verò frangit: quia decreuerat Dauidem non occidi ab istis. Consilia ergo impedit, prout contra sua decreta faciunt, aut non faciunt. Iusserat, inquit scriptura, Deus, hoc est decreuerat malum vel pœnam inducere contra Absolomum: in quem finem? vt peccata coherceret, & odium erga scelera ostenderet. Duo grauissima commisrat Absolomus: primùm conspirârat in patrem, & animo parricida erat. Deinde incestum belluinum admisit. Hîc videmus corda Regum esse in manu Dei. Duo habet consilia Absolom, de vtroque iudicat. Pulcherrimè & verissimè Isaias capite octauo dicit: Inite consilium, & dissipabitur. Vult Deus vt homines ineant consilia: impedire posset, at non facit. Finis est, vt puniantur scelerati, & agnoscatur eius potentia. Amplissima est prouidentia Dei: admiscet se omnibus rebus: si videre possemus, obstupesceremus. Flectit Deus mentem Absolomi, vt consilium habeat locum, quod ad institutum Dei facit. Quomodo flectit voluntatem? violenter nè? Nequaquam. Non enim potest cogi voluntas, sed suauiter flecti. Necessitas quædam erat, non absoluta, sed ex hypothesi. Non intrinseca erat, ita vt voluntas cogeretur. Seruabatur contingentia: quia voluntati natura sua, vt voluntas est, non repugnabat, vt se flecteret in hanc vel in illam partem. Sed cùm te ad prædestinationem, ad hypothesim illam vertis, necessitas sequitur, sed citra coactionem.

15 *Dixit autem Husai ad Sadoc & Ebiathar sacerdotes, Sic & sic consuluit Achitophel ipsi Absalom & senioribus Israel: & sic & sic consului ego.*

16 *Nunc ergo mittite festinanter, & renunciate Dauid, dicendo, Ne moreris nocte in campestribus deserti, sed etiam mox traijce: ne fortè deglutiatur Rex & vniuersus populus qui est cum eo.*

17 *Ionathan autem & Ahimaas stabant in fonte Rogel quò ibat ancilla, & nunciauit eis: ipsi verò ituri erant & renuntiaturi Regi Dauid: non enim poterant ostendere sese ingrediendo vrbem.*

18 *Vidit*

18 *Vidit tamen eos puer, & renuntiauit ipsi Absalom: abierunt itaq; ambo festinanter, & venerunt ad domum viri in Bahurim cui erat puteus in atrio suo, & descenderunt illuc.*

19 *Tulit verò mulier & expandit operimentum in superficie putei, & expandit super illud grana contusa: & non est cognita res.*

20 *Venerunt autem serui Absalom ad mulierem in domum, ac dixerunt, Vbi est Ahimaas & Ionathan? Respondit eis mulier, Transierunt vadum aquæ. Et quæsierunt: non inuenientes autem, reuersi sunt in Ierusalaim.*

21 *Quum autem abijssent illi, ascenderunt de puteo, atq; abierunt, nuntiauerunt q; Regi Dauidi, ac dixerunt ipsi Dauidi, Surgite, & transite festinanter aquam: sic enim consuluit contra vos Ahitophel.*

22 *Et surrexit Dauid atq; omnis populus qui erat cum eo, transieruntq; Iarden, donec illuceseceret mane: vsq; ad vnum non defuit qui non transiret Iarden.*

Attendamus fidem Chusai: quod promiserat præstat Dauidi: curat ei indicari datum consilium, per pontifices. Non videtur hoc fidi consiliarij esse: nam ea quæ tractantur, arcana esse oportet: Chusai autem prodit arcana. Sæpenumerò etiam consiliarij iurati sunt, ne reuelent quæ agitantur. Pœna grauis est eorum qui reuelant secreta, præsertim in re militari. In Digestis de Re militari, in lege, Omni, fit capitale. Sciendum tamen, nullum iuramentum de arcanis dicendis esse, quod ita obstringat nos, quin quod in salutem proximi, Reipublicæ, aut Ecclesiæ faciat, liceat reuelare. Iuramentum non est vinculum iniquitatis: & omnia ista iuramenta sanè sunt interpretanda saluis Dei mandatis, salua charitate. Non ergo peccauit: nec conscientia eius perplexa erat: Si taceo, periclitabitur Dauid: si reuelârò, periurus videbor. Alioqui consiliarij arcana tacere debent, quæ si reuelentur, periclitabitur Respublica. Hinc Papirius Prætextatus laudatur, qui matri reuelare noluit quod in senatu tractatum erat. Quare voluit hoc consilium Dauidi nuntiari, cùm omnes suam sententiam approbassent? Quoniam dubitauit vt populus est leuis, reges sunt inconstantes, ne repudiatum consilium reciperetur. Inconstantiæ Absolonis specimen iam viderat: audiuerat consilium Achitophelis, laudârat, ab eo discedit: cogitat eum iterum posse discedere, præsertim cùm astutus esset Achitophel & multum valeret gratia. *Ne fortè absorbeatur Rex.*) Diffidebat ne prouidentiæ aut promissioni diuinæ. Dixit Dominus, non occidendum esse Dauidem. Non est diffidere prouidentiæ Dei, quando humana media quæ videntur expedire, adhibita fuerint: imò inseruiunt prouidentiæ. Fines rerum constituit Deus, media etiam decreuit. Res sic habebat. Pontifices erant in vrbe, illic Area degebat, filij eorum extra vrbem morabantur, vt internuntij essent. Excubiæ verò, vt credendum est, portis erant appositæ. Isti pueri aperti erant hostes, sciebant omnes eos facere cum Dauide. Quid agitur? mittunt ancillam ad fontem Rogel vbi erant: ancilla lauandorum pannorum, aut hauriendæ aquæ causa exire potuit. Iam Deus vtitur non solum Chusai & pontificibus, sed etiam ancillula ad iuuandum Dauidem. Omnibus rebus vtitur diuina prouidentia ad absoluendas fines quos decreuit. Deus, vt apud Ezechielem & alios Prophetas describitur, equitat ventos, currus eius trahitur ab animalibus celeribus & oculatis: dirigit omnia quocunque voluerit. Fons Rogel dictus à pedibus, ait Rabbi Chimhi: quasi fullonum esset, qui pannos pedibus calcant. Targum fontem fullonum interpretatur. Mentio eius fit Isaiæ 15. Erat hic fons extra publicam viam, non facilè duo iuuenes ibi videri poterant: attamen vtut sibi cauerint, visi sunt à puero quodam. Quis ille fuerit ignoratur: putant quidam huius ancillæ fuisse. Iosephus ab equitibus Absolomicis visos dicit. Ille nunciauit Absolomo: veniunt igitur in discrimen. Sed sciendum pios benè agendo ferè semper in periculo esse, quod attinet ad res huius mundi. Imò Christus verus Dauid non seruatur, causa eius non agitur citra periculum: sed periculum corporis. Hoc martyres testari possunt: dum Christo inseruire volunt, occiduntur. Mirum videri potest omnes quodammodo ita satagere pro Absolomo, discurrunt, insimulant, accusant. Videmus quotidie quot & quanta pro Antichristo contra Christum geruntur. Vbique sunt retia, sunt oculati & auriti ferè parietes, noua ergo nobis esse res non debet. Veniunt in periculum iuuenes, Pontifices duo, Chusai, Dauid simul periclitantur. Omnia plena sunt periculis iis qui Deo inseruiunt. Sed benè res habet: ex omnibus periculis nos eripere potest, si ei visum fuerit.

An Chusai fuerit fidus consiliarius.

Quomodo hæc nunciata fuerint Dauidi.

Fons Rogel.

Pij semper sunt in periculo.

Animaduerterunt se visos esse, ideirco auditis mandatis citò se proripuerunt. Veneruntque in Bahurim, vbi Dauid non ita multò ante fuerat. Apparitores adsunt, illi descendunt in pu-

Nuncij Dauidis absconduntur.

teum. In eo puteo aut nulla aut parua fuit aqua: vt puteus in quem Ioſephus fuit deiectus. Mulier induſtria celauit eos, os putei texit panno. Induſtria mulierecularum & virorum inſeruit prouidentiæ Dei. Decipitur humana prudentia: vtut ſagaces ſatellites fuerint, non tamen eos inuenerunt. Imitata eſt hæc mulier Rachabam, quæ exploratores Iſraelitarum abſcondidit. Super pano contuſa habuit grana tritici vel hordei: granorum contuſorum olim vſus fuit, quemadmodum ex Leuitico apparet. Vtebantur fortè ad res varias. Vtitur hæc mulier mendacio artificioſo: imitata eſt obſtetrices Ægyptiorum & Rahab: de iſtis & etiam pernicioſis mendacijs alibi ſatis dictum eſt. Animus mulierculæ bonus fuit, placuit itaque Deo: ſi interpoſuit mendacium, peccatum fuit. Illi ſatellites quæſiuerunt: nimirum omnes angulos domus explorarũt: cùm nuſpiam viderent eos, putant aquas tranſmiſiſſe. Nec cùm pauci eſſent, ad exercitum Dauidis eis venire integrum erat.

Grana contuſa.

Dauidi nunciatum eſt Iordanem tranſmitteret, ne noctu opprimeretur. Magnis laboribus premitur: diem totam magnis laboribus tranſegerat, fleuerat, maledicta Simei audiuerat, nec nox quieta ei conceditur, vt ſaltem nocturno ſomno vires reficere poſſet: & iam in foribus liberatio erat. Cùm maximè vrgemur, citò liberandi ſumus. Deus perfecerat quæ voluerat. *Tranſierunt (Iarden donec illuceſceret mane.)* Tranſit fluuium noctu, ita vt ſub auroram omnes tranſmiſerint. Promiſsiones habebat, fidit Deo, tamen bona cõſilia audit, non indulget torpori. Adhibuit Deus non leuem conſolationem, dicitur ad vnum omnes incolumes tranſmiſiſſe. Potuiſſent ab eo aliqui deficere in tantis laboribus: perire in aquis: in tenebris aberrare: ſed Deus ab omnibus illis periculis eos ſeruauit. Agnoſcimus typum veri Meſsiæ. Non perdidi inquit, ex eis quenquem. Si quando q; ex illis qui pij videbantur, aliqui pereunt, dicendum eſt cum Ioanne Euangeliſta, Egreſſi ſunt ex nobis: ſed non erant ex nobis.

Cùm maximè vrgemur, citò ſumus liberandi.

Typus Meſsiæ.

23 *Abitophel autem videns quòd non eſſet factum conſilium ſuum, ſtrauit aſinum, & ſurrexit, abijtq́ domum ſuam in ciuitatem ſuam, & præcepta dedit familiæ ſuæ, poſtea ſtrangulauit ſeipſe, & mortuus eſt, ac ſepultus in ſepulchro patris ſui.*

24 *Dauid autem venit in Mahanaim, & Abſalom tranſijt Iarden, ipſe & omnes viri Iſraelis cum eo.*

25 *Et poſuit Abſalom Amaſa pro Ioab ſuper exercitum: Amaſa autem filius erat viri cuius nomen Ithra, Iſraelita, qui ingreſſus fuerat ad Abigal filiam Nahas ſororem Seruiah matrem Ioab.*

26 *Et caſtrametatus eſt Iſrael & Abſalom in terra Gilad.*

27 *Fuit autem quum peruenisſet Dauid in Mahanaim, Sobi filius Nahas de Rabbah filiorum Ammon, & Machir filius Ammiel de Lo-debar, & Barzilai Giladites de Roglim.*

28 *Lectum & crateres, & vaſa figulina, & frumentum, & hordeum, & farinam, & polentam, & fabas, & lentes, & polentam.*

29 *Et mel, & butyrum, & pecudes, & caſeos vaccinos obtulerunt Dauidi, & populo qui cum eo erat, ad veſcendum, dixerunt enim, Populus ille famelicus eſt, & laſſus, & ſitiens eſt in deſerto.*

Dauide conſtituto in loco tuto, ſcriptura narrat quid Achitopheli contigerit. Vidit non factum eſſe iuxta conſilium ſuum, ſtatim cogitauit Dauidem ſuperaturum Abſolomum. De no quid fier. ſuam pœnas. Conſtituit non expectare Dauidem: vult arbitrio ſuo mori, non inimici: ad laqueum ſe recepit. Non fuit hæc fortitudo, ſed infirmitas, quòd aduerſos caſus ferre non potuit. Hac de re pulchrè Auguſtinus diſputat in libro de Ciuitate Dei, vbi factum Catonis tractat. Iuſtum animi robur eſt, expectare forti & intrepido animo quæcunque Deus voluerit, qui haec facere non poſſunt, manus ſibi adferunt. Sic impijs vſuenit, non fidunt Deo, tantùm hærent humanis conſilijs, cùm remedia ferè omnia eos defecerint, deſperant. Hac ratione Iudas adactus eſt ad laqueum. Videbatur ſibi tam grauiter peccauiſſe, vt nihil auxilij ſupereſſet. Sic Achitophel cogitat reconciliationi nullum locum eſſe. Malè cogitat. Dauid placido erat ingenio, ſolebat reſipiſcentibus veniam dare. Impij alios metiuntur ſuo pede. Cogitabat, ego crudeliſsimè egi, ſum ergo daturus pœnas abſq; omni miſericordia. Sic Iudas exiſtimauit: egi crudeliſsimè, nullum ſupereſt remedium, nulla ſpes veniæ, & factus eſt ſuſpendioſus. Malum conſilium conſulori peſſimum. Conſilium eius prouidentia Dei non nocuit Dauidi, ſed authori, foueam fecerat alteri, in quam

Mors Achitophelis.

Impiorum exitus.

in quam cecidit. Factus est suijpsius carnifex: parauerat interitum Dauidi, & ipse miserè interit. Habebatur sapiens consultor, at sibi sapiens non fuit, sibi cõsulere non potuit. Vt legisperitus, sciuit neminem occidendum, & minus seipsum, sed legem Dei non moratur. Sic plerunq; sunt sapientes mundi: & iustè puniuntur. Quid putatis praua esse cõsilia? nihil aliud sunt quàm laquei. Laqueo ergo vitam finiuit. Hoc meretur abusus donorum Dei. Abutitur suis donis ad perniciem legitimi sui principis: commouerat malis consilijs totum regnum: iuuerat impios conatus Absolomi contra patrem: impulerat Absolonem ad incestum: consilium internecinũ dederat contra patrem. Cum exteriores vindices non haberet, ipsemet seipsum ferre non potuit. Ita ratiocinatur: Absalom aut vincet aut non: si non vincat, incidam in manus Dauidis: si vicerit, adhuc ego inglorius viuam, Chusai consilio videbitur vicisse. Vincebatur duobus pessimis affectibus, metu & ambitione. Voluit potius mori, quàm inglorius viuere. Sic pereunt hostes Euangelij, qui vellent suis consilijs tollere Euangelium. Credendum est hunc hominem deprehendisse apud se fictam amicitiam Chusai erga Absolomum, & stultitiam populi. Suspendit seipsum non amentia, non furore vt aliqui alienati ratione: compos sui erat: nam præcepit domui suæ: loquutio est, Testamentum fecit. Isaias dicit ad Ezechiam, Dispone domui tuæ, hoc est, conde testamentum. Magna stultitia hæc est, prospicere domui suæ, & nihil cogitare de altera vita. Sic illi faciunt qui à Deo sunt alieni: ea quæ nihili facienda essent, maximi pendunt, & quę maximi facienda essent, nihili faciunt. Si cogitarent ij quid postea sit eis euenturum, quantas pœnas subituri sint, temperarent sibi: sed hoc non cogitant. Plutarchus scribit in libello de Claris mulieribus cap. 11. Milesias virgines talem amentiam peruasisse, vt appeterent mortem & suspendiosæ fierent, nec possent satis custodiri. Rogata est lex, vt virgines illæ post mortem per vrbem denudatæ veherentur. Cum itaque viderent hanc ignominiam se subituras, timore eius ignominiæ sibi temperarunt. Sic miseri illi si cogitarent de æterna morte & ignominia, abstinerent. Id non facit Achitophel: cogitauit tantùm de domo, agris, pecunia, de animo & vita æterna nihil. Fœdum est hoc genus mortis vt sibi quis manus afferat: est discedere à statione sua inquam Deus eum collocauit. Sunt proditores qui stationes ab imperatore designatas relinquunt: quod de illis qui produnt arces non habentes signum ducis, hoc de illis quoque qui manus sibi adferunt, est iudicandum. Fœdum est cuiuis homini: sed Hebræo qui iactet se in fœdere Dei esse, & ei qui nouit legem, longè turpissimum est. Iudicia Dei vigent: manus intulit sibi, vt sit exemplum omnibus ne verum Dauidem Christum prodant, aut contra ipsum aliquid moliantur.

Achitophelis ratiocinatio.

Præcipere domui.

Impij de vera ignominia non cogitant.

Quàm fœdum sit sibi manus afferre.

David autem venit in Mahanaim.) Dauid transmiserat Iordanem cum suis copiolis, & venerat Mahanaim. Huius ciuitatis nomenclatura exponitur 32. cap. Genes. Iacob veniebat ex Mesopotamia, & congressurus erat cum fratre Esau, quem vehementer exhorrescebat: at Deus consolatus est Iacobum visione. Nam obuios habuit angelos instar castrorum, vt intelligeret Deum sibi præsidio fore: etsi debilem manum secum haberet: tamen angelica castra statura à partibus eius. Vnde Iacob nomẽ loco imposuit. מחנים commorari significat, quiescere, & sese continere in aliquo loco: verbum est plerunq; militare. Vnde nostri interpretes ferè castrametari conuertunt. Si particula ים addatur, significat obsidere. Mahanim castra significat numero multitudinis, in duali Mahanaim, quia cernebantur duo castra. Hebræi expositores, illic dicunt vna turma fuit quę erat Iacobi, altera erat angelorum: erant ergo duo castra, vnde locus Mahanaim castra appellatus est.

Mahanaim.

Opportunus erat Dauidi, si respiciamus ad præteritam historiam. Vti Iacobus metuebat fratrem suum Esau: sic Dauid metuebat ne à filio suo Absolomo perderetur. Deinde illustris erat hoc ciuitas eò nomine, quod Isboseth cum regnum sibi vendicaret, eò transmisit. Ibi erat tribus Manasse, Gad & Ruben dimidia. Iosue 21. fit mentio huius ciuitatis. Erat in tribu Gad ciuitas sacerdotalis, vna ex illis ad quas confugiebant homicidæ, qui imprudentes aliquem occidissent. Ibi Dauid contraxit maiorem exercitum: etsi non magnam multitudinem habuit. *Et Absalom transijt Iordanem ipse & omnes viri Israel secum.)* Si illi qui cùm Dauide erant, conferantur cum Absolomicis, videri possunt vniuersus Israel. Absolom itaq; instructus exercitu numerosissimo venit contra patrem. Sed etsi numerosa esset multitudo, destituebatur tamen consilio astutissimo Achitophelis, & diuino auxilio, tandemq; victima fit hostibus.

Quære in Mahanaim manserit.

Et posuit Absalom Amasa pro Ioab super exercitum.) Absolom præfecerat exercitui suo Amasam: genus eius & cognatio hic exponitur, sed melius intelligetur, si referamus quæ 1. Paralip. 2. cap. habentur. Ibi scribitur Isai pater Dauidis multos liberos mares habuisse: sed tantum duas filias commemorat. Zeruiam quæ tres liberos pepererit, Ioab, Abisai, Asahel. Altera soror Abigail dicta est, ex qua Iethra ipsum Amasa sustulit. Ille igitur imperator nepos Dauidis ex sorore fuit. Magna fuit illa perfidia, quod patruum suum expugnandum suscipit. Sed mirum videri potest

Ar 2.

quomodo Absolom illi fideret, consobrino suo contra patrem vteretur. Hoc honore eum sibi obstringit: loco Ioabi eum constituit, qui fuit locus post regem primus, quo ad ciuilia. Alioqui pontifex primus erat post regem. Credendum est Amasam ambitiosum fuisse. Constituit Absolom non patrem tantùm, sed consobrinum suum Ioabum perdere. Iste Amasa postea perfidiæ suæ pœnas dabit. Ille Iether, qui pater Amasæ ponitur, hîc Israelita, sed in libro Paralipo. Ismaelita dicitur: videntur hæc pugnare, sed non pugnant. Rabbi Kimhi dicit genere quidem Israelitam fuisse, sed tamen quia apud Ismaelitas commoratus fuerat, hoc nomen asciuisse. Dicit Rabbi Iosephum patrem suum dicere: cùm erat inter Israelitas dictum Ismaelitam: cùm inter Ismaelitas, Israelitam. Sed annotauit Rabbi Chimhi lectionem, *Ingressus est ad eam.*) Non dicitur fuisse maritus Abigail, vnde suspicio esse potest, ante nuptias rem cum ea habuisse: sed non est necessarium, vt tam leui argumento credamus. Potius attendendum patrem Isai Nachas dici: aiunt binominem fuisse. Vox illa serpentem significat. Non rarum fuit apud Hebræos, vt aliqui duobus nominibus appellerentur. Ista ratione multa conciliantur in genealogia Christi, quæ à Matthæo & Luca describitur. Cur Nachas dictus fuerit diuinant Hebræi. Rabbi Chimhi ait per antiphrasin, eius innocentiam significari voluisse, quasi nihil de veneno serpentis retinuerit. Ioseph Kimhi aliam rationẽ affert, quòd ex quodam vaticinio sic dictus sit: quòd ex eo fortissimi viri egressuri essent, qui gentes alienigenas tanquam serpentes occisuri essent. Locum proferunt ex 14. Isa. De radice Nachar egredietur aspis, &c. Ad Dauidem & Ezechiam præsertim referunt. Sed sunt leues rationes. Si indulgendum sit allegorijs, dicerem: quia ex eo descenderit Christus verus serpens suspensus, ad quem respicientes sanantur.

Iether Israelita et Ismaelita.

Isai dictus Nachas.

Fuit autem, quum peruenisset Dauid in Mahanaim.) Priusquam historiam de conflictu militari describat, refert quomodo Dauid ab illis exceptus sit, qui erant trans Iordanem: magna scilicet clementia & liberalitate. Et primùm recensetur Sobi ex Rabba Ammon: quis fuerit dubium est. Aliqui putant eum fratrem fuisse Chanum filij Nachas regis Ammon, qui clemens olim fuit erga Dauidem. Vnde Dauid filium eius de morte patris voluit consolari, sed filius primogenitus Chanũ, legatos Dauidis contumelia affecit. Misericordiam igitur, quam illi rependere nõ potuit, dicunt eum alteri fratri Sobi rependisse: dedisse ei principatũ. Vnde fuit gratus erga Dauidem: excepit eum liberaliter. Alius fortasis ab eo defecisset, dicendo, datur nunc mihi occasio, vt paternũ regnũ recipiam. Iosephus tamen in suis antiquitatibus, eũ Siphar appellat, & scribit Dynastam inter Ammonitas fuisse. alij Israelitam fuisse volunt, Ammonitam dictũ, quòd peregrinaretur inter illos. R. Salomo dicit ipsum Chanũ esse. Nã post victoriã Dauidis Iudęũ factum & seruatũ. Sunt qui contendunt filiũ eius fuisse. Res est incerta: nos nihil audemus affirmare. Prior sententia, quòd cæci regis frater fuerit, magis est recepta. Aderat etiam Machir. Iste est, qui apud se Mephibosethum filiũ Ionahtani habuit. Tertius fuit Barzillai, cuius postea mentio fiet: venit de Rogel: ciuitas fuisse videtur intribu Gad, nulla eius fit mentio in libro Iosue. Non misit Dauid ad eos non petijt annonam: sponte se obtulerunt. Vera ista est misericordia si subuenimus, nec expectamus, donec rogemur. Calamitas præsens Dauidis, in eis misericordiam excitauit. Imò ipse Deus impulit eos, vt sic agerent: nam prouidentia sua ipsum Dauidem gubernabat. Decreuerans isti refrigerare Dauidem, & in eo Deum ipsum refrigerabant, qui alioqui nostris bonis opus non habet. Nobis debet hæc magna esse consolatio, cùm destituimur rebus necessarijs, & consilia vsitata longè videntur abesse, de improuiso dantur. Deus habet in manibus suis corda hominum: vtitur & flectit ad perficienda sua consilia. Excitat amicos, quos non putauissemus. Filius qui natus erat ex Dauide, ingenti exercitu insectabatur eum: illi qui alieni sunt, non de tribu Iuda, clementer eum tractant. Nemo ergo præscribat Deo modum opis ferendæ. Suis fert Deus opem, quando & quomodo voluerit. Patitur grauia Dauid à suis, tamen ab alienis excipitur. Christus dicit: Nemo propheta acceptus est in patria sua. Homines sæpenumero tribules suos non magnificiunt: quia à pueris viderunt eos cum alijs coætaneis ludere: & quia sæpe est æmulatio inter pares. Illa etiam nerunt Christo. Melius tractabatur à Samaritanis quàm Galilæis. Fratres quoq; illius non credebant in eum. Cùm ascendisset in cœlos, Ethnici receperunt Euangelium, Iudæi Apostolos repulerunt. Non ergo mirum, si hæc patiatur Dauid, qui veri Dauidis erat typus. Hæc passus est Ioseph à fratribus. Helias persequutionem passus ab Achabo, à Sarephtana vidua interim alitur. Et sanè Deus ita suos consolari consueuit, vt cùm deserti sibi videntur, subsidia insperata & repentina inueniant, è diuerso aũt impij solent ijs fraudari auxilijs, quę sibi paratissima fore iudicabãt. Sic inter Ethnicos Pompeius, dum à Pharsalica pugna fugeret, ac sese conferret ad Ptolemæum, ab eo interemptus est, quem antea summo beneficio affecerat. Et in historia Iudicum legimus, à loco quæ auxilium seu latebras pollicebatur, Sisaram miserè fuisse occisum. Isti proinde insignes viri laudandi

Machir. Barzillai. Exemplum misericordiæ.

Consolatio de auxilio Dei in sperato.

Prophęta non est acceptus in patria.

Exemplum veterũ amicitiæ.

laudandi sunt, qui Dauidem suo illo durissimo tempore iuuerunt. Amicitiæ profectò constantissimę dederunt egregiam significationem, quando in aduersis illi adesse minimè detrectarunt. Non est vtiq; res leuis momenti proscriptum iuuare, vt Dauid fuit eo tempore, graue quippe incurritur periculum, si eiusce modi hominibus quispiam adiumentum præbeat. Vnde Cicero non immerito pro summo beneficio habuit, si à quopiam tempore sui exilij, quando ei aqua & igni erat interdictum, fuisset humaniter exceptus. Verùm ad ipsum Dauidem redeamus regem potentissimum, & Deo præ cæteris gratum, eumq; spectemus omnium rerum egenum, & eo loco positum vt beneficijs alienis & quodammodo eleemosynis sustentetur. Non tantum ei deerat annona, & quæ ad tolerandam vitam faciebant, sed etiam omne genus supellectilium. Vnde illi viri quos historia iam recensuit, vtroq; rerum genere illum iuuerunt, illi afferendo non tantùm cibos, verùm strata, sindones, & vasa quibus eius familia vteretur: adeò enim subitò & tumultuario egressu Hierosolymis profectus est, vt nihil fermè secum efferre potuerit.

Exemplum veræ amicitiæ.

CAPVT XVIII.

RECensuit autem Dauid populum quem habebat secum, & posuit super eos tribunos & centuriones.

2 Et misit Dauid populum, tertiam partem sub manu Ioab, & tertiam partem sub manu Abisai filij Seruiah fratris Ioab, & tertiam partem sub manu Itthai Gitthei, dixitq; Rex ad populum, Egrediendo egrediar etiam ego vobiscum.

3 Dixit verò populus, Non egredieris: si enim fugiendo fugerimus, non ponent super nos cor: & si mortua fuerit media pars nostrùm, non ponent super nos cor: nunc autem es sicut nos decem millia: nunc igitur melius est quod sis nobis ex ciuitate auxilio.

4 Et dixit ad eos Rex, Quod bonum est in oculis vestris faciam. Substitit itaq; Rex in loco portæ, & vniuersus populus egrediebantur centeni & milleni.

5 Præcepit autem Rex ipsi Ioab & Abisai & Itthai, dicendo, Leniter propter me tractate puerum Absalom. Vniuersus autem populus audiuit quum præcepta daret Rex omnibus principibus propter Absalom.

QVadripartita est capitis quod aggredimur distributio. Primo agitur de ratione qua Dauid exercitum suum instruxit. Deinde memoratur conflictus inter vtrunq; exercitum. Postea victoriæ iam partæ significatio describitur. Ad extremum luctus exponitur quo Dauid mortem filij defleuit. Quod ad primum, cùm Dauid satis multumq; fleuisset coràm Domino, cum eùm admissorum scelerum pœnituisset, orasset ex magna fide, ac Deo suam causam commendasset, ad artem militarem & procuranda humana media se conuertit. Quod & nos imitari debemus: cùm enim aliqua suscipimus incœpta, prius cum Deo summa pietate agendum est. Deinde ne illum videamur tentare, humana media sunt quærenda. Lustrauit exercitum considerando militum & vires & numerum, non enim possunt ordine ac rectè disponi, si quot sint, & qua virtute prædíti à nobis ignoretur. Itaq; ijs lustratis præfecit eis tribunos & centuriones. Deinde in tres acies distribuit, quarum vnam Ioabo, alteram Abisai fratri eius attribuit, Itthai verò Gitthæo dedit tertiam gubernandam. Est distributio hæc tùm commoda tùm vsitata, soleat enim plerunq; exercitus instrui circuli figura, ita vt duo sint cornua, dextrum & sinistrum: deinde pars media in centro collocatur. Cauit itaq; Dauid confusionem, quæ vt exercitum debilitet multa exempla docent. Pompei exercitus in Pharsalia multis hominum generibus & linguis constabat, vnde infirmus fuisse dicitur, cùm disciplinam probatá non posset ex illa diuersitate retinere, cùm alioqui numerosissimus esset. Cæsaris verò numerus erat minor, sed cùm ordine ac disciplina militari esset benè instructus, victor euasit. Proinde ordo in acie maximum addit robur, confusio verò summam debilitatem. Quî fit vt egregij imperatores maximam dare operam consueuerint, vt disciplina & ordo militaris quàm diligentissimè conseruetur. Hoc Dauid ex historia Mosaica potuit addiscere. Deus enim cùm populi exercitum per desertum duceret, illis tribunos & centuriones præfici voluit. Quin & sacerdotes distribuit in Gersonitas, Chaatitas & Meraritas, eosq; distribuit sub manu Aaronis Eleazari & Ithamari. Confluxerant iam ad Dauidem permulti qui speciem exercitus numero suo haberent, & præsertim contraxisse manum videtur ex locis vltra Iordanē, hi enim minus ab Absalomo blanditijs & prehensatione corrupti erant, vt ab aula remotius vixerant.

Partitio capitis.

Lustrat exercitum.

Ordo quàm necessarius sit in exercitu.

Dauid autem etsi lustrat milites atq; instruit, vni tantùm Domino fidit, à quo & promissiones de regno acceperat. Nec suum abijcit propositum quo dixerat, si Dominus dixerit mihi, Non places. præsto sum: dum tamen ei aliter non indicabatur de voluntate Domini, locum in quo ipse illum posuerat studebat retinere. Cumq; videret sui causa expeditionem suscipi, obtulit se ad proficiscendum in campum cum exercitu, ne dum alijs distribuebat operas & labores, videretur sibi ipsi otium attribuere. Noluit extra periculum esse, verùm vnà cum alijs belli aleam subire. Secus aliquot imperatores Romani degeneres & imbelles fecerunt, delitiabantur in vrbe, versabantur in ganeis, popinis, in circo & lustris, dum eorum legati pro ipsis, & pro republica strenuè militabant. Sic fuit Nero, cuius legatus Corbulo apud Parthos rempublicam fortiter defendebat. Commodus item & Galienus ita sese gesserunt. Noster autem Dauid iam grandæuus non sic facit, verum vltro se offert ad militandum vnà cum exercitu. Quæ illius voluntas, vti credendum est, militibus multum animi attulit. Non tamen illi acquieuerunt milites, sed sui capitis existimarunt esse rationem habendam, vt in corpore quodlibet membrum naturæ impulsu pro capite vult periclitari. Sic fiebat in primitiua ecclesia, stagebat plebs vt suos episcopos, qui verbo & vita ædificabant credentes, defenderet. Polycarpum, Athanasium, & consimiles diligentia incredibili occultabant. Paulum Damasco per sportam emiserunt. Idem testatur Priscillam & Aquilam pro salute sua ceruices posuisse. Dicunt igitur milites, Dauidem sibi esse pro decem millibus. Si vertamur in fugam, hostes non curabunt. Si dimidia pars nostrum cædatur, non apponent hostes nostri cor. Ijdemq; si viderint te abesse, non acriter pugnabunt, siquidem te vnum quærunt. Ac si fuerint in prælio superiores, non putabunt solidam obtinuisse victoriam: quia sibi non poterunt persuadere, quin tecum adhuc habeas aliquam aliam manum militum, quia non est verisimile regem solum & nudatum omni præsidio abesse. Adhæc ideò non putabant expedire vt Dauid in acie staret, quia cum ipse vnus quæreretur de consilio Ahitophelis, totum pondus prælij cæteris missis in eum inclinaturum fuisset. Ita contigerat in bello Saulino contra Palæstinos, in Saulem omnis dirigebatur hostium conatus. Vtq; dicetur in primo Melachim, Syriæ rex præcepit suis vt contra nullos alios pugnarent quàm contra regem Israel. Argumentum itaq; militum est ab vili. Cùm tu sis pro decem millibus, tua vita imprimis nobis debet esse curæ. Deinde in vrbe poteris nobis esse præsidio tùm precibus tùm consilio, & auxilia interdum si opus fuerit submittes. Præterea te saluo si nos cadamus, bellum potest redintegrari: sed te amisso omnia nostra incœpta perierunt. Vtriusq; partis voluntas Deo placebat, nam ex charitate oriebatur, tàm enim Dauid quàm populus ista in re non sua quærebat, nec milites regi suo ex petulantia, sed ex reuerentia & charitate resistebant. Neq; sui consilij causam assignant, quòd eis suspectus sit vt nimis liberorum amans, vereanturq; ne in ipsa victoria consequenda, quo filio parcat eam impediat, sed tantummodo saluté eius sibi curæ esse debere ostendunt. Audita eorum voluntate rex acquieuit, vnde apparet non esse indecorum, vt reges aliquando honestis subditorum consilijs pareant. Ita enim Moses Iethronis obediuit monitioni, quamuis eum multis modis præcellebat.

Dauid laudandus quòd vnà proficisci voluit.

Curandum ne caput periclitetur.

Cur Dauidem nolunt secum proficisci?

An vtile sit principes interesse pugnis.

Quo animo putamus Dauidem se obtulisse ad pugnam contra filium quemadmodum amabat? Laborabat duplici affectu, non vult deserere populum, deinde nolebat pugnare contra filiũ: sed quod honestius fuit, vincebat. Videmus interdum expedire vt principes pugnæ interfint, aliquando non, vt hîc. Chusai consuluerat Absolomo, vt præsens esset in bello. Veruntamen omnia Dei prouidentia gerebantur. Nam si adfuisset Dauid, fortè non passus esset vt pœnas daret: vrgebat autem illum diuinum iudicium, erat enim occidendus. Deinde si Absolom in bello præsens non fuisset, potuisset fugere, sed decretum erat vt in illa pugna obiret.

Substitit itaque Rex in loco portæ.) Cùm Dauid acquieuisset consilio vt maneret in vrbe, venit ad portam vt exeuntes milites spectaret, videretq; qua nam disciplina exirent. Ad portam locus fuit regius, ibi enim ius dicebant. Non scribitur orationem eum habuisse, qua eos hortatus sit, vt rem strenuè agerent. Iosephus tamen adiecit. Sacra historia narrat eum commendasse salutem filij sui militibus, & omnibus ducibus. Rogabat leniter cum puero Absolomo agerent, vt non incitarentur in eum cæca quadam vi & impetu. Et dicit, *Leniter, propter me.)* Ac si dicat, non eius causa: scio illum mereri mortem, hoc mihi date, non eius meritis. Cur Dauid tanta diligentia parricidam commendat? Rabbi Leui BenGerson inquit, reputabat secum adulterium commissum cum Bathsaba, & homicidiũ perpetratum in Vriam & alios, & existimabat se iusto Dei iudicio hæc pati: ideò cupiebat illi parcere, cùm videret se non tàm filij perfidia quàm sua culpa ita vexari. Sed causa esse potest quòd laborauit vehementi [illegible] erga liberos, quæ nimia quandoq; fuit. Sed quid? Ita sunt facti parentes, vt filios etiam perditos non queant odisse: sed non vicissim ita diligantur parentes à filijs. Nec mirum pars substantiæ parentum est in filijs. Maximè sentiunt interpretes.

Cur commendat Absalonẽ.

patrem

patrem vidisse statum in quo tùm versabatur filius: noluisset eum perire animo & cõrpore, voluisset eum redire in viam. Certè multis plus conducit affici publico supplicio, quàm subito perire in bello. Nam si pœnitendi tempus eis concedatur, ad Deũ redire possunt. Fuit adhæc Dauid pacato animo erga hostes. Scimus quomodo fleuerit Saulem, Abnerem, qualis fuerit in Simei. Clemens erat in omnes hostes, magis ergo in filium. Putant quidam eum sensisse sese commotum in filium, idcò noluisse pœnas de eo sumi. Quid plura? Fuit typus Christi, qui cùm penderet in cruce, rogabat patrem pro illis, qui eum crucifigebant, dicens, Pater ignosce eis, nesciunt quid faciãt. Quamuis dissimilis est ratio vt inquit hîc de condonatione peccatorum agebatur, ibi de vita corporali seruanda. Si priuatus fuisset, non est dubium quin rectè fecisset: sed cùm rex fuerit, non videtur pro maleficio intercedendum fuisse: si condonat, de suo non dat. Dicunt ergo non eximendum Dauidem ab omni culpa, quando filio parci voluit. Si errauit non vlciscendo incestum Thamaræ, & dissimulando parricidium, cur hic excusabitur qui voluit parcere homini incesto & parricidæ? Respondendum est meo iudicio, distinctione quadam. Si omnino ignotum voluit Absolomo, excusari non debet: si dilationem pœnæ voluit, vt pœnitentiam ageret, non est reprehendendus. *An rectè fecerit petens filio parci.*

6 *Egressus est itaq; populus in campum in occursum Israelis: (& fuit prælium in saltu Ephraim.)*

7 *Et cæsi sunt ibi populus Israelis coràm seruis Dauidis, fuitq; ibi plaga magna die illa, viginti millium.*

8 *Ibiq; prælium dispersum fuit in superficie vniuersæ terræ: & plures sylua consumpsit è populo, quam gladius die illa.*

9 *Occurrit autem Absalom in seruos Dauidis: Absalom verò equitabat super mulo, & ingressus est mulus subter densitatem quercus magnæ, & adhæsit caput eius quercui, postmodũ est inter cœlum & terram: mulus autem qui erat sub eo, transierat.*

10 *Quod quum vidisset quispiam, nunciauit ipsi Ioab, & dixit, Ecce vidi Absalom suspensum in quercu.*

11 *Dixit autem Ioab viro nunciauit sibi, En verò vidisti, & cur non percussisti eum in terram, & mea interfuisset dare tibi decem argenteos & balteum vnum?*

12 *Respondit vir ad Ioab, Iam si appenderet super manus meas mille argenteos, non mitterem manum meam in filium Regis: quia in auribus nostris præcepit Rex tibi & Abisai & Itthai, dicendo, Cauete ne quis tangat puerum Absalom.*

13 *Aut fecissem in animam meam mendacium: nihil enim est absconditum Regi, & tu stetisses ex aduerso.*

14 *Dixitq; Ioab, Non sic expectabo coram te. Tulit igitur tria tela in manu sua, & infixit ea in cor Absalom adhuc ipso viuente in medio quercus.*

15 *Circuierunt quoq; decem iuuenes armigeri Ioab, & percusserunt Absalom, & occiderunt eum.*

Videamus consultum. Plagam accepit Israel à Dauidicis: suspenditur Absolomus. Voluntas Ioabi declaratur. Quoto numero fuerint copiæ Dauidis non explicatur in nostra historia: 4000. fuisse Iosephus scribit. Non expectandum putant donec inuadantur, egressi sunt illi primum: factum est prælium ad saltum Ephraim. Disputant quomodo locus ille esse potuerit, cùm tribus Ephraim vltra Iordanem nihil habuerit: sed quid? tribus Ephraim iuxta Iordanem habuit suas dictiones. Vnde colles vel saltus trans Iordanem dicitur Ephraim, quòd sortem eorum respicit. Aliqui dicunt trans Iordanem sæpe misisse pecora, vt ibi pascerentur. Fortè locus ex historia nomen habuit: Iudicum 12. vicerat Iephta Ammonitas, interrogant Ephraimitæ cur eos non vocârit? transiuerunt Iordanem contra eum, commissum est prælium circa illum saltum, cæsi sunt 40000. dictus ergo saltus Ephraim. Commissum est prælium inter Absalomum & Dauidicos: cæsi sunt Israelitæ. Numerosissimus erat exercitus, at Deus punit seditiosos & perfidos, qui sic in regem suum insurrexerant. Nunquã tutum est populis sumere arma contra principem suum legitimum & bene imperantem. Dant pœnas perfidiæ: non tantùm armis pereunt, sed natura sylvæ plures occidebat, per præcipitia & in scrobes cadebant. Chaldæus dicit feras in isto saltu fuisse. Omnia pugnabant aduersus eos. *Saltum Ephraim. Seditiosi dant pœnas.*

Absolom cœpit fugere hoc consilio, ne incideret in milites Dauidis, sed studium eius nihil pro-

Absolomi pœna.

fuit. Incidit in Dauidicos, qui ei spacium dederunt vt fugeret: sciebant quid Dauid eis mandasset At Deus armat arborem in Absolomum: adhæsit caput eius arbori. Putabat sese iam oppressisse patrem, & miserè ab arbore retinetur. Qui fuit impius in patrem, non implet dies suos, immatura morte perit. Dat pœnas non tantùm quòd tàm impiè & sceleratè in patrem egerat, sed parricidij quoq; & belluini incestus. Dauid ab eo occidi non potest: Deum habet protectorem. Quidam coma suspensum ad arborem dicunt: alij dicunt quòd caput incusserit in acutum ramum, & ita pependerit. Quantum apparet galeam non habuit, fortè detraxerat, vt videret in fuga regiones, vel æstuabat. Fortè etiam non habebant stapedes vt nunc. Quicquid sit, Deus eum vrgebat. Prouidentia Dei in omnibus rebus agnoscitur. Ahitophel suspenditur, sed volens sibijpsi aptauit laqueum. Pendet & Absolom, sed inuitus, iudicio Dei. Indignus videbatur qui gladio periret, suspendi debuit: maledictio illa est: Maledictus qui pendet in ligno. Efferebat se pulchritudine comæ, sed iam efficitur ei laqueus: vt rectè in libro Sapientiæ Philonis 11. cap. dicitur: Per quæ quis peccat, per ea punitur. Ægyptij reptilia colebant, per ista igitur sunt puniti. Misit Deus in eos ranas, cyniphes, mixturam animalium. Ita sublimis esse voluit Absolom, nunc sublimis pendet inter cœlum & terram. Caput Dauidis vnctum oleo auspicijs prophetæ persequitur: iam ipse capite suspenditur Demosthenes & Cicero sua eloquentia perierunt. Milo Crotoniata suis viribus. Ista est pœna eorum qui abutuntur donis Dei. Perierunt multi. Tantæ cædis Absolom causa fuit non Dauid.

Quomodo pependerit.

Per quæ quis peccat, per ea punitur.

Dixit autem Ioab viro nuntianti sibi: En verò vidisti, & cur non percussisti eum?) Ioab existimat de terra auferendum scelus, vult vt occidatur. Meminit se iam bis Absolomum patri reconciliasse, veretur ne tertiò idem cogatur facere si vixerit. Recordatur fortè agri cõbusti: sed videbatur mori non auditus: at satis cognita sunt eius crimina. Potuisset dicere Ioab, fuisset scandalum intolerabile, si Dauid ei ignouisset. Cogitemus nunc Ioabum posthabuisse præceptum Dauidis. Nec obstante illius mandato, decreuisse tollere Absolomum. Voluisset quidem per alterum hoc fieri: consobrinus enim erat, tamen cùm aliter fieri non potest, potius vult voluntatem Regis non impleri quàm regnum perdere. Promittebat argentum & baltheũ interfectori eius, sed frustra. Cur miles noluit eum occidere? Quia rationem imperij regij habuit. Ratio ideò firma est, quòd vita præponenda est opibus vel ingentibus. Dares, dicit pecuniam, sed vitam meam in discrimen adduceres: peccarem in animam meam, hoc est, contra vitam meam: vel contra conscientiam meam, rem facerem iniustam. Neq; res hæc potest latere Regem, vel rescire vel non: si rescire, peccarem in animam meam, hoc est me interficeret, si nescire, facerem rem dignam morte, aut contra conscientiam: sed omnino Regem non lateret. Reges enim multas aures habent, & multos oculos. Et ira Regis est nuncius mortis: statim vt irascitur Rex vel magistratus, non frustra gladium portat. Salomon dicebat, ne cogitatione quidem maledicas Regi: vocem enim aues cœli deferent, id est, omnino res patefacienda est. Plerunq; sic accidit, si putant rem occultam esse, statim deferuntur: mira sunt exempla in historijs. Miles ille perstringit Iobum, dicit, non susciperes causam meam defendendam, contra me ageres. Admodum liberè loquitur cum suo Imperatore. Habemus hîc duo præclara exempla parallela vel antitheta obedientiæ & inobedientiæ. Miles vult parere Regi, Ioabus non.

An Ioabus peccârit interficiẽdo Absolomũ.

Argumenta pro Ioabo.

Est contouersia, an Ioabus peccârit, cùm interficere vult filium Regis, Rege nolente, imò contraria præcipiente. Contouersia non est ἄλογος, id est, inexplicabilis, tametsi rationes habentur in vtranq; partem. Rationes habet Ioab. Magnum scelus commiserat Absolomus. Deinde semel & iterum fuerat ei parsum: videbatur ergo inemendabilis. Non opus erat probatione, nam crimina hæc patebant. Scandalum ingens erat futurum, si ignouisset ei. Lex Domini volebat filios rebelles in parentes lapidari. Deut. 21. Adhæc Dauid, quando moribundus, præcepit Salomoni, vt occidat Ioabum: causam dicit: quia duos meliores se occiderit, Abnerum & Amasam, non commemorat Absolomum. Cùm Ioab redijsset ex castris, non expostulauit cum eo Rex propter cædem filij. Possemus addere, nisi fuisset interfectus, bellum ciuile extractum fuisset, & multi perijssent. Erat item periculum, ne liberatus ex arbore, bellum redintegraret. Mouere hæc Ioabum potuerunt, sed infirma sunt. In actionibus non omnia euenta debemus proponere: si non fecero hoc vel illud eueniet. Videamus an res iusta sit vel iniusta: cogar eũ reconciliare patri: quid tum? contra imperium Regis facere non debes, ne eueniant mala. Apostolica sententia firmiter tenenda est, non facienda mala, vt bona eueniant: facias Ioabe quod tibi imperatur. Bene interpretari potest Regis præceptũ: vult filium seruari, vt resipiscat. Partes ergo Ioabi erant, vt emendatio eius quæreretur. Quòd dicitur Dauidem non expostulasse cum eo, falsum est: satis enim apparet expostulasse cum eo lugubri carmine, Absolomum filium deflendo. Cùm Salomoni causas ostendit, cur Ioabus occiden-

occidendus sit, retice et hanc cædem, nil refert. Satis enim habuit grauiora crimina recensere, quæ citra controuersiam capitalia erant. Lex Domini mandabat vt huiusmodi filij occiderentur: sed ab ordinaria potestate. Prohibitum Ioabo erat ne faceret: non erat ipse ordinarius iudex. Cogitare præterea debebat, quanta tristitia ad Dauidem reditura esset. Cauendum item erat: ne contempto rege militibus gratificari videretur. Erat autem hæc res grata militibus. Si enim non fuisset interfectus Absolom, postea milites illi in magno metu fuissent. Absolom quidem iustè dabat pœnas, at isti non iustè pœnas sumebant de ipso. Deut. 16. mandat lex vt iusta iustè fiant. Iustitiam, inquit, iustitia persequaris. Iustè dedisse pœnas satis constat. Fuit enim parricida in patrem & fratrem: fuit incestus: & lex iubebat vtrunque illorum criminum lapidatione punire. Quod ciuile bellum attinet, aliter poterat Ioabus rei consulere: poterat illum capere, & vinctum patri suo tradere. Violabatur hoc pacto disciplina ciuilis, quæ vult vt summæ potestati pareamus. Romani rigide seruârunt hanc disciplinam. T. Manlius Torquatus mandauit filio ne pugnaret, sed tantùm speculatum iret. Cùm itaq; contra iussum patris pugnasset, securi eum percussit. Si Ioab subijciebatur Dauidi, arbitrio eius res regi debuit. Deinde fuit sanguinarius. Dixit ergo militi secum disputanti, non morabor tecum, ego interficiam eum. Credendum tamen est, militem locum Ioabo indicasse vbi pendebat Absalom. Interea fiebat cædes, Ioab cito voluisset sisti, non autem iudicabat sisti posse illo adhuc viuo. Accepit tres lanceas vel tria iacula & transfixit ei cor, & decem armigeri eum percusserunt. R. Kimhi dicit, Absalom furatus est primùm cor regis: deinde cor Sanhedrim, hoc est ducentorum senatorum, qui simplici corde iuerant cùm eo: tertio totius Israelis, ergo triplici ictu confossum est cor eius. Decem concubinas patris constupraverat, igitur decem armigeri eum percutiunt. *Cur tribus lanceis transfixus Absalom.*

16 *Cecinitq; Ioab buccina, & reuersus est populus à persequendo Israele, quia prohibuit Ioab populum.*

17 *Et tulerunt Absalom, proiecerunteq; eum in saltum, in foueam grandem, & statuerunt super eum aceruum lapidum magnum valde: porrò vniuersus Israel fugerunt singuli in tabernacula sua.*

18 *Absalom autem ceperat consilium, & erexerat sibi in vita sua monumentum quod erat in valle regia: dixerat enim, Non est mihi filius qui memorare faciat nomen meum: vocauitq; monumentum nomine suo: vocatum enim fuit illud, Locus Absalom, vsque ad diem hanc.*

Scribitur Ioabum cecinisse receptui. Modestè videtur vti velle sua victoria, vt parceretur ciuili sanguini. Existimauit enim sublato capite coniurationis, totam seditionem facilè restingui posse: ideò contentus cæde Absalomi calamitatem non vult progredi. Quemadmodum consilio Achitophelis vnus Dauid quærebatur: ita ille putat vnum Absalomum petendum. Tantæ autem fuit authoritatis, vt populus vniuersus eius acquieuerit imperio, & ita finis bello sit impositus.

Et tulerunt Absalom, proiecerunteque eum in saltum.) Nunc de morte Absalomi cum egerimus, restat vt quid de sepultura scriptura agat videamus. Vti preciosa est mors sanctorum in conspectu Dei, ita contra mors impiorum est contempta: nec tantùm mors, sed etiam supultura. Etsi iudicetur facilis iactura sepulchri, tamen ad pœnam pertinet & est ignominia quædam. Propheta dicit de Rege, Sepelietur asini sepultura. Conqueruntur pij, cadauera sanctorum fuisse data volucribus, mansisse insepulta per plateas. Est genus ignominiæ quo Deus affici voluit Absalomum: proiecerunt eum in profundam foueam, & magnum cumulum lapidum super eum, vt quodammodo eum lapidare viderentur, idque ex lege quæ iubebat & incestos & rebelles in parentes lapidare. Sepulchri ignominiosi speciem præferebant hi lapides. Dum viueret magnifica sibi proponebat. Post mortem se recondendum putabat ad perpetuam sui memoriam in suum sepulchrum, sed indignus habitus est qui eo vteretur. Sic in Anglia accidit: Cardinalis Eboracensis preciosum sepulchrum condidit, cumque sæpè ad sepulchrum veniret, vt videret quomodo procederet opus, fatuus quidam astans ei, iussit vt si hoc sepulchro vti vellet vinus ingrederetur, in hoc enim sepulchrum mortuum non condendum. Ac ita euenit. Nam Rex propter quædam ab eo malè administrata aduersus eum excanduit, deq; eo supplicium sumpsit. Ita Absalomus ædificarat sibi sepulchrum, sed iustitia Dei non passa est vt eo vteretur. Quale monumentum fuerit nescitur. Quidam putant statuam significari, in hac sententia est Iosephus: quidam pyramidem, vt fecerunt Reges Ægyptij in Memphi. Potuit obeliscus esse, vt visuntur Romæ. In Vaticano ingens est in quo sunt cineres Augusti. Veteres hæc monumenta interdum po- *Sepultura carere est pœna.* *Quale fuerit monumentum Absalomi.*

nebant. Iacob in lib. Genes. erexit sibi lapides & titulos, vt essent monumentum. Ad sepulchrũ Rachelis idem dicitur feciſſe. Fuit Abſalom ambitioſiſsimus. Curat ergo monumentum extrui, vt extaret eius memoria. Voluit inſignis esse: at dignus erat vt nomen eius ſempiterna oblivione deleretur. Sic decretum fuit in Aſia, ne ille nominaretur qui Epheſinæ Dianæ templum incenderat vt clarus efficeretur. Neque ab re oſtenditur locus vbi monumentum excitatum erat, nempe in valle regis: duobus ſtadijs ab vrbe Hieroſolyma diſtat, ſi Ioſepho credimus. Gen. 14. cap. vallis regis fit mentio, & vocat עמק שוה vallem æqualem & planam, Putant fuiſſe inſtar ſtadij aut circi, vbi reges curſum exercebant, & ludi habebantur. In loco iſto publico ſuum monumentum Abſalom habere voluit. Nobilem volebat memoriam relinquere, cùm tamen turpiter vixiſſet & turpiſsimè mortuus eſſet. Hæc eſt ſuperbia impiorum. In libro Geneſis dicunt, Venite ædificabimus turrim quæ vel ipſum cœlum attingat: ſed reportarunt confuſionem: ibi enim Deus confudit linguas. Pij è diuerſo deijciunt ſeſe, omnem gloriam Deo aſcribunt, ſibi verò tantùm ignominiam. Non nobis inquiunt, ſed nomini tuo Domine da gloriam. Tibi honos, nobis confuſio faciei. Excitárunt quandoque pij monumenta & trophæa, idque citra vitium. Nihil enim aliud volebant quàm memoriam diuinorum beneficiorum extare: mutabant nomina locorum, vt res aliquas memoriæ infigerent, Sed Abſalomus ſuam hic gloriam quærit. Dicebatur manus יד Abſalomi, hoc eſt, opus: quandoque locum aut latus ſignificat. Nihil memoratur hic diuini beneficij: imò dicit, non habeo filium, ideo oportet vt hoc ædificio memoria vigeat. Sed dubitant quomodo dicat ſe prole carere, cùm ſcriptura duos filios & filiam habuiſſe commemoret? Quidam dicunt eos perijſſe, ſed ſubſcriptorem Ioſephum non habent, qui vult filiam Thamaram Roboamo filio Solomonis nupſiſſe: ſed de maribus intelligere potuit. Aut dicemus eum antequam hos liberos ſuſciperet, hoc monumentum excitaſſe. Alij dicunt conſideraſſe quòd filij mori poſſent, ideoque dixiſſe ſecum, hoc monumento memoria mei nominis permanebit, etſi non vixero. Alij addunt, ſi habuit filios vidit non idoneos fuiſſe ad regnum. Adeò ſuperbus fuit, vt putaret ſe nullum filium procreare poſſe qui parentem exprimeret. Si extincti ſunt liberi, iuſtitiam Dei agnoſcemus in ea re. Qui extinguere conatur patrem, indignus eſt cuius genus propagetur per liberos.

Locus huius monumenti.

Impiorum ſuperbia.

An Abſalom nullos liberos habuerit.

19 *Abimaas autem filius Sadoc dixit, Curram nunc, & nunciabo Regi quòd iudicauerit eum Iehoua de manu inimicorum ſuorum.*

20 *Dixitq; Ioab, Non vir nuncij eris hodie, ſed nunciabis die altera: hodie non nunciabis, eo quòd filius Regis mortuus eſt.*

21 *Dixit præterea Ioab ad Chuſi, Vade, nuncia Regi quod vidiſti. Et incuruauit ſe Chuſi ipſi Ioab, & cucurrit.*

22 *Et addidit adhuc Abimaas filius Sadoc, & dixit ad Ioab, Quicquid ſit, curram quæſo etiam ego poſt Chuſi, Ait Ioab, Vt quid tu curris fili mi, quum tibi nullum nuncium ſe offerat?*

23 *Et quicquid ſit, curram. Ait ei, Curre. Cucurris igitur Abimaas per viam planitiei, & anteuertit ipſum Chuſi.*

24 *Dauid autem ſedebat inter duas portas: & ierat ſpeculator ſuper tectum portæ, ſuper murum: ſublatis autem oculis ſuis aſpexit, & ecce vir currebat ſolus.*

25 *Clamauit ergo ſpeculator, & renunciauit Regi: dixitq; Rex, Si ſolus eſt, nuncium eſt in ore eius. Et ibat eundo, & appropinquabat.*

26 *Vidit autem ſpeculator virum alterum currentem: & clamauit ſpeculator ianitorem, dixitq;, Ecce vir currens ſolus. Tùm dixit Rex, Etiam iſte nunciat.*

27 *Dixit præterea ſpeculator, Video curſum prioris veluti curſum Abimaas filij Sadoc. Et ait Rex, Vir bonus eſt iſte, & cùm nuncio bono venit.*

28 *Clamans itaq; Abimaas dixit Regi, Pax. Et incuruauit ſe Regi in faciẽ ſuam ſuper terram, & ait, Benedictus Iehoua tuus qui tradidit viros illos qui leuauerunt manus ſuas contra dominum meum Regem.*

29 *Dixit autem Rex, Paxne eſt puero Abſalom? Reſpondit Abimaas, vidi tumultum magnum dum mitteret ſeruum Regis Ioab, & me ſeruum tuum, ſed non noui quid.*

30 *Dixit Rex, Diuerte, sta hic. Diuertit ergo, & stetit.*

31 *Et ecce Chusi accessit, & ait, Nunciatur domino meo Regi quòd iudicauit te Iehoua hodie de manu omnium insurgentium contra te,*

32 *Dixit autem Rex ad Chusi, Num est pax puero Absalom? Respondit Chusi, sint sicut puer, inimici domini mei Regis, & vniuersi qui insurgunt contra te in malum.*

Videndum quomodo Absalomi mors indicata fuerit Dauidi. Aliqua consideratione digna habet hæc historia. Ideoq; diligenter describitur. Ioab & Achimaz ea de re non idem sentiunt. Hic significari volebat Dauidi, ille noluit. Achimaaz considerabat lætum nuncium pendenti animo tanquàm aquam frigidam esse, cupiebat recreare Dauidem, qui nihil certi sciebat de sua sorte. Ioab putabat ingratum fore nuncium: Qui nunciant infelicia, non semper eodem animo id faciunt. Quòd si cupiant illum iuuare, qui patitur infelicia, non possunt reprehendi. Sunt aliqua ingenia, quæ libenter mala nuntiant, vellent alterum afficere tristitia. Hæc sunt ingenia diabolica. Condolere debemus de afflictionibus aliorum. Achimaas nolebat Dauidem tristitia afficere: putabat hoc nuntiũ ei gratum fore. Erat primus qui antea discrimina nuntiabat: ita nunc fœlicium rerum nuncius esse vellet. Putabat exhilarandum suo nuncio. Vindicta enim suauitatem parit illis qui læsi sunt. Deinde nunciaturus est Deum ipsum stetisse à partibus Dauidis, quod non potest ingratum esse. Ioab nolebat: mallemus acerbos casus non per amicos, sed per quosuis alios nunciari. Melius callebat animum Dauidis per longam experientiam Ioabus, quàm ille adolescens. Sciebat Dauidem semper animum clementem habuisse in hostes, & ὀργὰς efficaciſsimas in liberos. Sed iuniores non facilè credunt senibus, vt hic, citò vult currere. *Nuntiabis die altera.*) Duplex huius loci sensus esse potest. Vel, non est læta victoria, non significes, alio die aliquam aliam significabis, & ea erit læta. Vel sensus erit, alio die poteris postea per ocium Dauidi narrare, cùm animo fuerit sedato: cumq; vulnus non fuerit recens. Primi nuncij malorũ vehementer percellunt animos: tutius ergo alio die facies. Instat adolescens, velletq; omnino currere. Ioab causas affert, quibus eum reprimat. Est mortuus, inquit, filius Regis, ergo tristitia eũ hoc nuncio afficies. Si vis gratificari ei, cur vis hoc nunc iare? Si fortasis præmij cupiditas te incitat, non habebis præmium. Duæ causæ possunt te incitare: vt gratiam ineas, aut euangelia accipias: neutrum habebis. Vtque magis eum reprimeret à cursu, alium destinauit nuncium. Chusi vocat, dicit, Tu ito. Non tamen quicquam scribit: fortè non vacabat ei tunc, aut nolebat ipse significare suis literis. ne cogeretur narrare se interfeciſse. Chusi iste est vel Æthiops natione, qui conuersus est ad Iudaismum, vel propter nigram faciem sic dicitur. Nigrum fortè deligit: quia lugubria nuncianda erant. Regis seruus dicitur, fortè quia cultor Regis erat. Ne putetis Chusai Architem esse. Fuerunt diuersi homines, aliter quoque scribitur. Deinde ille apud Absolomum erat, non Ioabum. Nec hoc munus tanto viro fuisset commissum. Chusi læto animo hoc munus accepit. Putauit etiam fore euangelium. Omnes cupimus regibus & amicis fausta nuncia afferre.

Cur diuersum senserint Ioab & Achimaas.

Chusi.

Et addidit adhuc Achimaas filius Sadoc, & dixit ad Ioab.) Non poterat ex animo Achimaas euelli desyderium nunciandi Dauidi quæ facta erant. Tandem igitur Ioab cessit cupiditati. præsertim cùm putaret Chusai ante ei significaturum filij obitum. Si credamus Iosepho, dixit se de victoria tantùm, de morte aũt filij nihil dicturum. Duæ erant viæ, vna montana, altera plana. Brevior erat montana, eam ingressus est Chusi. Achimaas verò planam, hic prior venit ad regem: sæpè fit, vt longior via sit commodior. Speculator autem, qui omnia contemplabatur, cùm daret signa eorum quæ videbat, nuncianit se quendam videre solùm currentem. Rex iudicabat, si vnus est, bonum affert nuncium. Diuinationis huius causa erat, quia si vertitur in fugam exercitus, multi confuso ordine se tradunt & impellunt. Exercitus solet parta victoria vrgere hostes, colligere prædam. Si vnus veniat, videtur eo nomine venire, vt nunciet quæ gerantur. Non falsus est Dauid: nuncius partim lætus erat, partim tristis. Lætus, quia nunciabat victoriam: tristis, quia obitum charissimi filij. Rursus speculator clamat, se alterum videre currentem, & quidem solùm. Dauid eodem omine vtitur, & magis confirmatur, cùm audit Achimaas esse priorem. Sic ratiocinatur: Achimaas est fidelis & bonus miles, vnde credibile non est, priorem velle fugere, si res essent aduersæ: imò vellet inter resistentes fortiter agere.

Cur bonum in dicat quòd solum currat.

Clamans itaque Achimmaas, dixit Regi: Pax.) Venit, & vno verbo omnia læta esse significat. שלם Hebræis omnia tranquilla significat. Deinde adiecit quid actum esset. Deus conclusit eos qui surrexerant contra dominum meum Regem. Significat hostes tradidos in manum Regis, cùm alios capere vellent, vicissim captos esse. In istis nuncijs tam Achimaas, quàm Chusi videre licet, eos victoriam Deo ascribere. Deus vindicauit, asseruit, conclusit. Non

Deo ascribunt victoriam.

dicunt Ioabus, exercitus, tu rex per tuos. Post tot afflictiones Deus asseruit Dauidem. Istas vicissitudines præstat suis electis: cùm deduxerit eos ad inferos, reducit eos, Ideò illi fidendum est, cumque assertio eius sit, ei ascribenda est. Interrogat illico rex an saluus sit filius, Achimaas vt instructus erat à Ioabo, tacet de morte filij: dicit se tumultum vidisse, præterea nihil scire. Hic mentitur ne Dauidem offendat. Iubet Dauid vt stet à latere suo. Venit Chusi & omnia apertissimè nunciat. Interrogat Dauid de filio. Respondet satis contemptim de illo. Sic sint omnes inimici domini mei Regis: indicans eum perijsse. Quid enim aliud optant subditi fideles regi suo, quàm vt hostes eius pereant?

33 *Et conturbatus est Rex, & ascendit in cœnaculum portæ: & fleuit: sicq; dicebat dum iret, Fili mi Absalom, fili mi, fili mi Absalom: vtinam mortuus essem pro te Absalom fili mi, fili mi.*

Luctus Dauidis. Dauid contremuit & totus commotus est præ magnitudine concepti doloris. Cùm lachrymas tenere non posset, occultum quærit locum vbi fleret vbertim. Hoc accidit præter omnium spem vt parta victoria conijceretur in luctum. Talis regis animus fecit, vt populus nullum victoriæ fructum perciperet, Chrysosto. lib. 3. de prouidentia Dei, bellum hoc Dauidis speciem potius quàm veritatem habuisse dicit. Voluisset enim filium suum saluum. Sæpè flentem audiuimus Dauidem. Cùm abiret in exilium & Ionathæ valediceret fleuit: fleuit occisum Saulē & Ionathanem: fleuit filiolum suum ex adulterio natum: fleuit Amnonem ab Absolomo interfectum: nunc ipsum Absolomum vehementissimè lamentatur. Sed beati qui lugent, quoniam consolationem accipient. Sæpius fleuisse credendum est quàm commemoretur: attamē hæc testimonia manifesta sunt. Chrysosto. ibidem dicit, Miserabilis sors videtur Dauidis, bellum suscipit in quo vincere & vinci æquè molestum est. Milites redeundo pæana canebant fortasis, Dauid lamentabatur. Obliuisci

Dauid flet damnationem filij. potest iniuriarum: sed naturæ suæ non. Augustinus libro 2. contra duas epistolas Gaudentij capite 14. scribit. Absalon plus afflixit patrem mortuus quam viuus. Hoc exemplum ibi ad catholicos trahit, qui quotidiè audiebāt Donatistas, maximè Circumcelliones sibi manus inferre, tùm inquit, qualē animum nobis putatis cùm hæc audimus? Nimirum Dauidis erga filium, quem viuum non fleuit, sed mortuum, quia præcisa ei erat omnis spes salutis. De doctrina Christ. libro 3. capite 21. Orbitatem suam non fleuit: sed quia sciret animam parricidam & adulteram ad exitium abreptam esse. Absalomus manus suas fraterno sanguine fœdārat, rebellārat, constuprauerat suas nouercas, ista tulit Dauid, nunc verò æternum exitium eius fleuit. Conueniunt omnes ferè interpretes, filij damnationem fleuisse. Certè durissimum est parentibus videre se diabolo non Deo filios genuisse, lacerantur quodammodo eorum viscera. Poterat autem scire hoc Dauid, non solùm corpore sed animo etiam petijsse Absolomum, dum occisus fuit in opere ipso. Si Dauid iustè hac de causa flebat, illi qui adulteros & adulteras occidunt, non tanguntur hoc iusto dolore: nam illi corpore & anima pereunt. Neque fortasis ob istam causam probari ratio earū rerumpub. potest, quæ vt puniant sceleratos, constituunt præmia illis qui eos occiderint. Dauid suum filium voluisset aliquantisper seruatum, vt spacium resipiscendi haberet, id autem non est ei datum. Agnoscitis rationem discriminis habitus Dauidis. Cum puerulus mortuus est lætus fuit: quia ibi nulla suspicio erat mortis æternæ. Mortuo verò Absalomo ita luget vt omnibus sit admirationi. Quamuis aliæ etiam causæ luctus Dauidis esse possunt, nempe quòd non tantùm mortem Absalomi quo

Aliæ causæ luctus. ad animum lugeret: sed peccatum suum quod occasio fuisse videtur tantorum malorum. Recordatur verborum Nathani prophetæ, Non discedet gladius à domo tua: sentiebat manum domini super se. Cogitabat apud se, perijsse filium hunc fortasis nimia indulgentia. Poterat etiam statuere secum, peccata filij mei sunt supplicia parentis: dolebatq; se peccasse quod ex illo tanquam fonte cœnoso tot mala ortum habuerint. Erat præterea ita factus, vt in hostes clementer ageret, fleuit Saulem capitalem hostem. Maximæ [illegible] erant erga filios. Quocunque nos vertamus, vestigia tantæ commotionis facilè videmus.

Vtinam mortuus essem pro te, Absalom fili mi.) Optat vt si fieri possit moriatur pro eo. Quid in eo excitabat hoc vehemens desiderium? Nimirum cùm certus esset de salute sua, commutationem fieri vult vt filius seruetur. Videtur hoc licuisse. Si enim Paulus optare potuit anathema pro Iudæis esse, Dauid optare potuit vt pro proprio filio moreretur. Sancti, cùm agitur de gloria Dei & salute proximorum, videntur prodigi quodammodo vitæ suæ: nec semel, imò centies si concederetur, mori optarent, Dauid valde commouebatur malo proximorum. Voluisset etiam potius occidi, quum turba Israelitarum peribat, quemadmodum infra in historia de censu populi audiemus. Ista vtcunque Dauidem excusare possunt: tamen ex altera parte non bene videtur rei-

pub.

pub. consulere. Quid si viueret Absalom & mortuus esset Dauid? quot mala contigissent? Absalom tyrannus tyrannice imperasset. Non ergo videtur hoc optare debuisse. Sed pij parentis animus tunc non circa illa versabatur, tantum defixum animum habuit in æternum exitium filij. Deinde dicere possumus eum voluisse illum viuere pro se, sed pœnitentem, non sceleratũ. Et hoc desiderium temperare possemus ex hypothesi, si Deo ita visum esset. Adhæc sciendum Dauidem typum fuisse Christi, qui pro inimicis mori voluit. Hæc dicendo ad amusim refert Christum, de quo Paulus ad Romanos scribit: Cùm adhuc infirmi, peccatores & inimici essemus, pro nobis mori voluit. Iosephus describit luctum Dauidis admodum misere, quòd percusserit pectus, lacerârit crines, vociferatus fuerit: quam vehementiã luctus verba videntur ostendere. Repetit sæpius Fili mi, imò octies in hoc & sequenti capite, vt annotarunt Hebræi. Ista repetitio magnitudinem luctus ostendit. Fabulantur hic Iudæi vt solent, octies ideo nomen Fili mi ingeminatũ, quòd septem illis primis repetitionibus, Absalomum eduxerit è septem claustris gehennæ, octauo eum in paradisum traduxerit. Sunt fabulæ: tamen non loquuntur de purgatorio sed gehenna. Post mortem quisq; quod gesit, per corpus habet: sua quisq; fide saluus fit, non aliena: non est fingendũ purgatorium. In tanto luctu non eo vsq; prolapsus est vt contra fidem ageret, non audimus eum orare pro anima eius, non sacrificia offerre: non laudes eius celebrat vt Saulis & Abneris: non deducit funus aut eximit cadauer sepulchro. Duo occurrebant affectus, vt doleret de filio & exultaret de iudicio Dei, vt diceret, iustus es Domine, rectum est iudiciũ tuum. At isti affectus exultationis & luctus, cùm contrarij sint, vna non potuerunt habere locum in animo eius. Fortasis hoc fecit, sed postea: scriptura non dicit quando, sed cùm sedit in porta & ostendit se populo. Vnum obstare videtur, si ita tangebatur salute animorum, quemadmodũ lugebat causam Absalomi, cur non viginti millia cæsa in hoc bello etiam defleuit, qui etiam dantes operam malę rei cæsi sunt? Salute eorum moueri non videtur. Diceret forte quispiam; deflendo Absalomum complectebatur illos qui in gratiam eius perierant: illos tamen non exprimit, prius animo occurrebat filius propter τὸ φυσικὸν paternam. Cùm autem nunciaretur ipsi mors Nabalis qui malo loco mortuus erat, & de salute eius quodammodo desperatum erat, non fleuit, sed Deo gratias egit. Nihil respondere possumus, nisi affectus sanctorum varijs rebus moueri, pro vt se in hanc vel illam partem offerunt. Non grauandos plus æquo puto, siue in hanc siue in illam partẽ inclinent. Quòd Dauidi hic affectus primum occurrit, propter peccatum suum accidit. Lugebat non tantùm filium, sed seipsum. Prius occurrebat luctus, quàm gratiarum actio. Tantus tamen luctus simpliciter excusari non potest: videbatur aliquo modo iustam rationem excedere. Deinde extra tempus hoc faciebat. Nec periculo suipsius, sed totius Reipublicæ lamentabatur. Non omnino excusamus: vt sancti sint, tamen homines sunt. Non sunt opera eorum ita pura, quemadmodum lex requirit. Non ergo mirum si videamus Dauidem aliqua in re modum excedere.

Cur toties repetat Fili mi.

In luctu nihil facit contra fidẽ.

Cur potius luget quàm gratias agit?

Si interitum animi in filio luxit, cur non idẽ in alijs fecit?

CAPVT XIX.

NVnciatum est autem Ioab: Ecce Rex flet, & luget super Absolom.

2 Itaq; versa est salus die illa in luctum toti populo: audiuit enim populus die illa quòd diceretur: Dolet Rex propter filium suum.

3 Et furatus est se populus die illa, vt ingrederetur vrbem, quemadmodũ furantur se populus qui erubescunt dum fugiunt è prælio.

4 Rex autem operuerat faciem suam & clamabat voce magna: Fili mi Absalom, Absolom fili mi, fili mi.

5 Ingressus est autem Ioab ad Regem in domum, & dixit: Pudore affecisti hodie vultus omnium seruorum tuorum, qui eripuerunt animam tuam hodie, & animam filiorum tuorum & filiarum tuarum, & animam vxorum tuarum, & animam concubinarum tuarum.

6 Diligendo eos qui te odio habent, & odiendo eos qui te diligunt. Etenim indicasti hodie quòd non sint tibi curæ principes & serui: deprehendi nanque hodie quòd si Absalom viueret, & omnes nos hodie mortui essemus, quod tunc rectum esset in oculis tuis.

7 Nunc ergo surge, egredere, & loquere ad cor seruorum tuorum: per Iehouam enim iuro, quod si non egressus fueris, non manebit quisquam tecum hac nocte: atq; istud tibi peius erit omni malo quod euenit tibi ab adolescentia tua vsq; nunc.

Partes capitis. HOC caput diducemus in quinque partes. Prima est admonitio grauis & acerba Ioabi. Secundò videbimus Dauidem paruisse & se conspiciendum præbuisse populo. Tertiò agitatur de illius restitutione in regnum. Quartò videbitur quomodo se gesserit erga Semei, Sibam & Barzillai amicum suum. Postremò videbimus de contentione orta in populo de rege reducendo.

Quod ad primam partem attinet: iam Deus patefecerat victoria quam contulerat Dauidi, iudicium de tota controuersia inter illum & Absalomum. Poterat ante alicui dubium esse vtra causa esset melior, Absalomi an Dauidis (quamuis pij rem intelligebant, ducebantur enim verbo Dei, non iudicio multitudinis) Deus nunc apertè testatur cui faueat. Impleuit quod Abrahamo promisit in Genesi, Maledicentibus tibi maledicam. Apud Zachariam dicit, Qui tetigerit vos, tangit pupillum oculi mei. Displicet Deo quòd tyrannni homines sanctos persequuntur: stat Deus suis promissionibus: eadem nobis debemus polliceri. Controuersia est inter nos & Antichristum, tandem victoria declarabit vtri parti Deus faueat. Deus pugnat causa sanctorum suorum. Antiquitus hoc fecit. Causa vxoris Abrahami Pharaonem & Abimelechum percussit: idem contigit causa vxoris Isaaci: Israelitarum causa Pharaonē oppressit in mari rubro. Psal. 105. rectè cecinit Dauid: Nolite tangere Christos meos, & prophetis meis nolite nocere. Minatur se vlturum istas iniurias, quemadmodum nunc videmus & videbimus facturum contra Antichristum, cùm in aduentu suo eum abolebit. Cùm Deus rem ita declarasset, Ioab & exercitus tedebant, magna vt credendum lætitia. Nunciatum est Ioabo Dauidem se afflictare propter interitum Absalomi. Quis ei nunciârit incertum est: verisimile tamen Achimaas & Chusi nunciasse, qui isti actioni adfuerunt. Versa est victoria in luctum. Nam qualis princeps talis populus. Quemadmodum in corpore humano, si caput malè habet, reliqua etiam membra dolorem sentiunt. Prouerb. 16. Lux vultus Regis est vita & beneuolentia eius, vt nubes, quæ effundit pluuiam serotinam. Vultus hilaris Regis exhilarat populum. Cùm ita lugeret Dauid, non potuit populus non lugere: nam in mentem eis venit transgressio mandati: iusserat ne Absalom occideretur, secus actum est. Non ergo vrbem palàm ingrediuntur: voluissent latere vt fures, qui sciunt sibi pœnas imminere, si conspiciantur: ita isti vultum Regis fugiebant. Non pompa militari cum triumpho vrbem ingressi sunt. Quamuis etiam apud Romanos de victoria ciuili non triumphabant.

Deus tuetur sanctos suos.

Victoria vertitur in luctum.

Habitus lugentium.

Rex autem operuerat faciem suam.) Describitur habitus Dauidis. In illo cœnaculo texerat vultum, & valde fleuerat. Lugentium habitus est vt caput & faciem obuoluant: Dauid enim vrbe egressus obuoluto capite scribitur. Apud Ethnicos etiam iste mos fuit: Timantes pictor nobilis, cùm pinxisset Iphigeniam quę immolabatur, Menelaum patruum eius tristissimum fecit, cumque artis suæ omnes vires quodammodo absumpsisset, cùm Agamemnon esset pingendus, obuoluto capite eum lugentem fecit. *Ingressus est autem Ioab ad Regem in domum.)* Ioabus ijs omnibus auditis iudicauit non ferendum esse. Accessit ergo Dauidem, & orationem admodum acerbam aduersus eum habuit. Non est eum consolatus: sed duriter eum reprehendit. Quod tamen fieri non debet. 1. Timoth. 5. cap. Seniorem ne aspere obiurgaueris: sed adhortare vt patrem. Ioabo in Dauide duplex persona occurrere debuit, auunculi & regia: ideò reuerenter & non tàm acerbè eum monere debuit. Admonitio enim & increpatio tanquam medicina est, ergo attemperari debet vt admittatur. Acerbitas interdum potest repellere homines ab admittendo consilio. Non requiritur vt impunè peccet, quantumuis senex vel etiam rex: sed non petulanter admonendi & corrigendi sunt, seruandum est decorum. Ioab reprehendit Dauidem quòd indecore agat, cùm populum excipere debeat cum gratiarum actione & lætitia, ipse lugeat: & non videt se interim indecore agere. Paulus ad Galat. 6. cap. dicit, Si occupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instaurate huiusmodi spiritu mansuetudinis. Non agit ibi de irrisoribus, qui susque deque habent diuina & humana: cùm illis duriter est agendum: sed de fratribus. Dauid erat oppressus aliquo affectu, *συγχύσει*, quæ non erat contra verbum Dei: si labebatur in modo, non erat hoc ex contemptu Dei: leniter ergo cùm eo agendum erat, non tantùm verbis sed & spiritu benigno.

Ioab nimis acerbè reprehēdit Dauidem.

Summa orationis Ioabi.

Oratio hæc Ioabi acerba est in genere deliberatiuo. Dehortatur Dauidem à luctu, & consulit ei vt egrediatur & se ostendat populo. Argumenta ducuntur ab indecoro, ingratitudine, à periculis & comminatione. Singillatim ista videamus. *Pudore affecisti hodiè vultus omnium virorum tuorum.)* Primùm indignum est vt ita pudore suffundas exercitum, vt non audeat ingredi vrbem quasi victus fuerit & non vicerit: at strenuè se gesserit. Ingratitudo arguitur ex altera parte. *Liberarunt animam tuam hodiè.)* Et amplificatur ingratitudo enumeratione, filios, vxores, concubinas liberarunt à morte. Si vicisset Absalom, nulli istarum rerum pepercisset. Par erat vt læto vultu adesses.

Indecorum.

Ingratitudo.

adesses, gratias ageres Deo, nec nõ tuis militibus ob partam victoriam gratulareris. Gaudendũ tibi erat, quòd milites tui ex tot periculis essent erepti. Quid de illis futurum erat, si Absolom vicisset? euersæ essent omnes eorum facultates & fortunæ. Addit argumentum à turpi & iniusto.

Turpe & iniustum.

Diligendo eos qui te odio habent, & odiendo eos qui te diligunt.) Ostendis te diligere inimicos, & odio habere amicos. Hæc non sunt decentia. Sciendum tamen, diligere inimicos, non esse vitio dandum sed laudi. Deus præcepit nobis, vt inimicos diligamus, Exo. 23. præcipitur, Si asinus, vel bos inimici tui errauerit, vel ceciderit sub onere, vt releuemus. Salomon Prou. 25. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitierit, pota eum Christus idem mandauit nec non Paulus. Non ergo vitio Dauidi vertendum erat: nisi fortasse dilectione illa intelligit indulgentiam erga hostes, quòd non puniret delicta: hoc enim iniustũ est: amandi sunt inimici, sed non ita vt non puniantur, quando hoc meruerint: præsertim à magistratibus, quibus disciplina reipub. cõmendata est. Quod dicit eũ odio habere amicos, hinc esse videtur, quòd nulla significatione amoris eos exciperet. Magnũ hoc est vitiũ, quo non laborauit Dauid. In oratione Ioabi notabitis, quòd non dicat: Videris diligere te odio habentes, & odio habere tè diligentes: sed categorica vtitur oratione. Diserte dicit eum diligere imimicos, odio habere amicos, nec dicit, suspicionem præbes, quòd ducũ non habeas rationem & famulorum. Tolerabile fuisset, si temperasset orationem: caue tibi, videris talis esse, sed asseuerat *Non sunt tibi principes.)* hoc est tam parũ curas ac si tibi nõ essent. Sic Paulus dicit, illos fidem abnegare, qui curam suorũ non habent. Accusandi sunt magistratus, si duces suos non curent. Nam principes se sic habent in Repub. vt pater in domo. Non leue crimen erat, quod obijciebat Dauidi, sed mentiebatur. Non enim probari potest, Dauidem fuisse negligentem erga suos.

Obijcit negligẽtiã principum.

Deprehendi nanq; hodie, quòd si Absolom viueret.) Impudentiùs mentitur, quando collationem facit inter milites Absolomi & Dauidis. Placeret tibi, si nos, qui vitam pro te posuimus, perijssemus, modò viueret Absolomus rebellis & parricida. Quid acerbius contra regem dici potuit? Non lætus fuisset, si cecidissent: voluisset filiũ aliquantisper seruari. Habita ista aculeata oratione, addit non consilium sed præceptum. Videtur loqui cum famulo suo, aut saltem cum æquali. Dicit quid sit agendum. *Nunc ergò surge, egredere, loquere ad cor.* Hoc est, iucunda & suauia. Consolare populum, gratulare eis victoriam, honoribus affice redeuntes milites: præmia eis largiaris, aut saltem pollicearis. Sic agebat Ioabus cum rege. Ita superius, cùm rex dimisisset Abnerum, dicebat, quid fecisti? Stupiditatis & insciliæ eum arguebat. Bona consuluisse Ioabum quod ad consilium attinet non dubitamus: sed non rectè dixit. Videntur eum furores quodammodo agitare, non causas luctus Dauidis expendit: luxisse interitum filij sui, peccata sua, &c. Satan interea hoc instrumento ad tentandũ Dauidem vtebatur. Hæc otatio Dauidem valde pupugit, etsi nunc nihil dicat. Sed qui Ioabum excusare volunt, fortasse dicent istam vehementiam orationis exegisse opportunitatem temporis: nam imminebat defectio: non ergo frigida oratione opus fuisse. Adhæc non semper lugendum cum lugentibus, sed quando rectè & ordine lugent. Ista *ἀμφιβολία* fortasis vsum dicerent, quòd ad commoditatem Regis loqueretur, non suam. Hæc fortasis in alijs locum haberent, nisi Ioabum videremus petulantem & atrocem. Timendum est, ne ista sua causa fortè dixerit. Dolebat ei, quòd non esset magno honore exceptus. Quasi dicat: me & fratrem meum, Itthai Getheum non curas.

Præcipit Regi non consuet.

Per Iehouam enim iuro.) Vt magis excitet Regem, quod grauius est, ad extremum iuramentum interponit. Ego iuraui vel iuro per Iehouam, quòd nisi mutaris consilium, nec vnus commorabitur tecum hac nocte. Fuerunt grauissimæ minæ, quid fecisset Rex desertus solus? Salomon Prouerb. 14. dicit, in multitudine populi gloriam esse Regis: vbi verò non fuerit populus, ibi esse attritionem: quasi dicat, princeps nihil est absq; multitudine sibi fauente. Habeant quantas quantas opes voluerint, ciuitates, arces, instrumenta omnia bellica, si non habeant populum beneuolum, quid habebunt? Nihil optabilius regibus videtur quàm vt multos habeant. Fabulantur Poetæ de Æaco Rege Æginæ, cùm perijssent socij vel subditi eius, vidisse in arbore fici agmina formicarum. Rogauit igitur Iouem, vt verterentur in subditos, & statim voti compos factus, Myrmidonas appellauit. Illud desiderium eius iustum erat: videbat se destitutum, non opes, non arces optauit, sed vt populus restitueretur. Cùm Sylla suis proscriptionibus sine fine & modo cædes ederet, Q. Catulus obuiam illi factus, cum quibus tandem viuemus inquit, aut quibus imperabimus, si armatos in bello & inermes domi occiderimus? Infelicem dominatum esse videbat, si omnes opprimerentur. Grauiter afflixit Dauidem Deus, quando in numeratione populi multos occidit. Iugulũ ergo petit Ioabus, quando dicit, si pergas, destitueris populo. Christo seruatori nostro laudi datur, quòd propagatur Euangelium per totum orbem terrarum. Precamur nos, vt eius Euangelium disseminetur. Qui homines turpitudine vitæ alienant ab Euangelij professione, pessi-

Regũ multum interest, populum frequentem habere.

Quomodo minuetur deferendum à populo.

me agunt: detrahunt dignitati Christi. Non manebunt inquit. Quò ibunt? diffugient & prospicient sibi de alio rege, si te æquum habere non possunt. Quî sciebat Ioabus futurum? Aut sciebat, aut nesciebat, si nesciebat, cur interponit nomen Domini? Si sciebat, vnde habuit? dicis coniectura: non satis est ad iurandum. Iosephus accusat eum perfidiæ quòd tam ægrè tulerit, vt dixerit, ego exercitum & regnum alteri tradam. Multa fatetur mala Dauidi ab adolescentia euenisse: multa grauia passus erat in persequutione Saulina, item apud exteros: sed hoc inquit omnes præteritas afflictiones vincit. Iis dictis fregit luctum Dauidis. Videmus quantum Ioabus arrogârit sibi: voluit Regem flectere quocunque libuisset: tanta flagrabat gratia, vt posset quodammodo quic quid vellet.

8 *Surrexit itaq; Rex, & sedit in porta: postea vniuerso populo renunciauerunt his verbis, Ecce Rex sedet in porta: tunc venit vniuersus populus in conspectum Regis: Israel autem fugerat, singuli in tabernacula sua.*

9 *Vniuersus autem populus certabat in omnibus tribubus Israelis, dicentes, Rex eruit nos de manu inimicorum nostrorum; idemq; eripuit nos de manu Philisthim: nuper verò fugit de terra ista propter Absalom.*

10 *Absalom autem quem vnxeramus super nos, mortuus est in prælio: nunc itaq; vt quid sileris in reducendo Rege.*

11 *Rex autem Dauid misit ad Sadoc & Ebiathar sacerdotes his verbis, Loquimini ad seniores Iehudah, dicentes, Vt quid eritis vltimi in reducendo Rege in domum suam? (Verbum autem vniuersi Israelis venit ad Regem in domum eius.)*

12 *Fratres mei estis, os meum & caro mea estis: vt quid igitur eritis nouissimi in reducendo Rege?*

13 *Et ad Amasa dicetis, Annon tu quoq; os meum & caro mea es? hæc faciat mihi Deus & hæc addat, si non princeps fueris exercitus coram me omnibus diebus pro Ioab.*

14 *Et inclinauit cor omnium virorum Iehudah velut viri vnius, vt mitterent ad Regem, Reuertere tu, & omnes serui tui.*

Dauid Ioabo obtemperat: non est obdurato animo vt quidam principes, qui putant de sua maiestate actum si cedant de sententia. Dauid agnouit quæ dicebantur vera esse, etsi non ordine dicerentur: respexit rem non verba & animum. Surrexit, sedit in porta: populus accessit ad eum, partim vt studium erga illum ostenderet: partim vt fructum caperet victoriæ: partim vt præmia & honores consequeretur. Reliqui verò qui cum Absolomo fecerant, & Israelitæ vocantur, reuersi sunt ad sua tabernacula. Sed in cordibus eorum egit Deus, vt in omnibus tribubus inter se certare inciperent, & cuperent illum quem eiecerant restituere in regnum. Dei hoc opus fuit.

Deus conciliat hostes suis electis.

Prouerb. 16. legitur: Illi cuius viæ Deo placent, conciliabit hostes. Suis electis Deus hostes conciliat. Illi fuerant hostes Dauidis, persequuti fuerant eum, repentè nunc mutatur eorum cor. Non intelligimus semper ita fieri. Sæpenumerò fit vt contra illos qui sanctè agunt, quibus Deus fauet, quosq; gratia sua ornat, excitentur tyranni. Nostra tempora experiuntur, quòd si qui sanctè viuere volunt, in exilium eijciuntur, & exuruntur. Attamen sæpè hoc accidit quod in Dauide factum est, vt hostes mutentur. Nabuchadnezar, Darius, Cyrus, hostes erant Israelitarum: sed cœperunt eis fauere. Bonæ actiones & probi mores natura sua animos vel hostium conciliare deberent: tamen quia homines huius mundi, natura impij sunt, ideò fit illorum vitio vt ab his ad persequutionem pietatis & veritatis excitentur. Deus interea peccato eorum ad manifestandam potentiam suam vtitur, & vt prædicetur magna constantia piorum. Si conciliantur, sciendum opus esse Dei. Res quidem natura sua hoc facere deberent: sed cùm homines sint corrupti, potiùs inuident bonis. Ita fiebat Dauidi. Non in vna tantùm tribu sed in omnibus: opus Domini erat vt tanta mutatio in omnium animis esset, vt qui persequuti eum fuerant, nunc incipiant fauere. Vulgus mobile dicitur, sed totum hoc prouidentiæ diuinæ tribuo, quæ Dauidem ex tantis malis eripiebat. Concesserat ei victoriam Deus, pergebat benefaciendo, & victorum animos immutabat, vt Dauidem amarent. Cùm Deus constans sit in promissis, non ferre debemus vt à fide & spe illius bonitatis & auxilij auellamur.

Quomodo Deus Israelitas Dauidi conciliârit.

Rex eruit nos de manu inimicorum nostrorum.) Quomodo Deus ei Israelitas conciliârit, non tacet historia. Obliti erant beneficiorum quibus Dauid eos affecerat, totiq; in Absalomum pro-

pensi fue-

Pensi fuerant, nunc reuocat Deus ipsis in memoriam beneficia Dauidis, ob oculos ponit quæ ante non considerabant. Dicunt, nonne Dauid ille est qui nos liberauit ab omnibus hostibus, Moabitis, Ammonitis, Idumæis, Syris, Mesopotamiensibus: & quod grauius erat, qui iugum Palæstinorum excussit? Ista ita dicebant vt conuincerentur in conscientia ijs argumentis, hoc est quod dicitur in textu, ריב, litigabant inter se. Quemadmodum antea se contra Dauidem incitauerant: ita vicissim nunc agunt. Ita solent stulti: quando successum non habent, vnus in alterum culpam conijcit, & accusant se mutuò, Proponebat deinde illis Deus Absalomũ istum iam occisum esse. Quarè sic litigando conuicti ad tribunos suos dicebant: quid tacetis & differtis vt non reducatur rex? Confitebantur se malè egisse & deceptos fuisse, volebant in viam redire, decreta ergo faciunt de reducendo rege. Hoc non latebat regem. Vna tantùm tribus Iuda videbatur iacere. Causa erat, quia illa tribus fecerat cum Absalomo, & in Dauidem grauissimè peccauerat. Agnoscebat ergo suum peccatum grauissimum esse, & putabat Dauidem non posse cõcoquere tantam iniuriam, hinc fiebat vt nihil decernerent.

Quare tribus Iuda tardior fuerit in reducendo rege.

Rex autem Dauid misit ad Sadoc & Ebiathar sacerdotes.) Dauid indoluit, consuluit eorum honori: agit tũ eis per sacerdotes, vt admoneret eos officij sui ac fidei, nempe vt primi regem reducerent. Annotabimus officium esse ministrorum Ecclesiæ, vt senatum & principes sui officij admoneant. Rex peculiaris quodammodo fuit tribus Iuda, dolet ergo eos ab officio discedere. Considerat item regnum deberi huic tribui. *Fratres mei*, inquit, *vos estis.*) Appellat fratres, quos ante hostes senserat. *Os meum vos estis, & caro mea.*) Sum ortus ex vestra tribu, ac admodum vobis coniunctus. Cur igitur disceditis ab officio? Putatis ne me vltorem vestrum? non possum odio habere carnem meam. Illa interea loquutio animaduertenda est, Os meum & caro mea. Est vsitata si summa coniunctio significatur. Ortum ab eo habuit quod Adamus de vxore sua dicit, Ecce os de ossibus meis, & caro de carne mea. Vnde Paulus ad Ephesios de Ecclesia dicit, quòd esset os de ossibus, & caro de carnibus eius. Volens significare, summam coniunctionem inter Christum & Ecclesiam intercessisse. Filius Dei vt se coniungeret Ecclesiæ carnem humanam assumpsit. Deinde quicquid doni spiritualis habemus, id est, quicquid est salutis, gratiæ, aut æternæ vitæ, descendit ab eo in nos per carnem Christi & sanguinem, vt data sunt pro nobis in crucem. Qui ea ita accipiunt, quasi realiter & substantialiter Christi carnem & sanguinem in nobis accipiamus. toto errant cœlo. Constituit Dauid apud se ignoscere multitudini: animaduertit seductos ab Ahitophele & Absolomo, deinde peccatum suum oportuisse ita puniri, quare volebat ignoscere. Romani etiam multitudini quoquo modo parcebant. Orta seditione in castris non omnes occidebant, sed decimabant legiones, & capita seditionis tollebant. Non venit tale quid in mentem Dauidi vt decimaret Israelitas.

Officiũ est ministrorum Ecclesiæ monere magistratus.

Os meum & caro mea.

Cur multitudini ignoscat.

Capita seditionis duo sublata erant: restabat tertium Amasa: quid cum isto agit? vult reconciliare ei. Typum aiunt fuisse Christi: qui cum resurrexisset à mortuis, discipulos qui aufugerant ab eo; reconciliauit sibi. Præsertim Petrum qui ipsum abiurauerat. Sed ego video hîc ciuilem causam, mitto nunc typum Christi. Videbat Dauid Amasam iam authoritate non vulgari pollere, & apud tribum Iuda, & apud reliquas omnes, existimat per illum facilè omnes adduci posse, vt ad ipsum redeant. Facta quidem erant decreta, tamen opus erat exequutione, præcipuè quoad milites, qui per militares homines facilius adduci potuerunt. Istam causam tacuit, adduxit aliam. *Nonne es os meum & caro mea.*) Est coniunctio & necessitudo inter me & te: filius es sororis meæ. Cum Abnero eodem modo fecit. Quòd scilicet habiturus esset eum summo loco, modò Israelem reduceret ad se. Argumentum hoc prima fronte leue videri posset, cùm tamen grauissimum sit. Deus enim est qui distribuit & coniungit homines varijs necessitudinibus. Cùm ergo fiant proximi voluntate Dei, iura conseruari debent quæ ad talem necessitudinem conseruandam pertinent. Omnes homines proximi sunt: sed sunt multi gradus propinquitatis. Sunt quædam iura popinquitatum, ista verò à Deo proficiscuntur, qui pater est omnis propinquitatis & cognationis: ad Ephesios: Est igitur graue argumentum. Voluit vt Amasa Ioabo succederet. Multæ causæ erant ob quas cogitabat deijcere Ioabum. Primum Ioab Abnerum per proditionem occiderat. Deinde contra mandatum Regis Absalomum interfecerat. Adhæc insultauerat regi in luctu. Si credamus Iosepho, comminatus est se proditurum regnum, nisi ei obtemperet. Fortasis multa alia subinde peccabat, quæ scriptura non commemorat. Vitia eius notiora erant Dauidi quàm alijs. Quemadmodum de illo dicitur qui cùm vxorem suam repudiasset, & omnes mirarentur, calceum extulit dicens, hic calceus videtur aptus esse pedi meo, sed vos ignoratis vbi me torqueat. Cogitabat sæpiùs Dauid abrogare imperium Ioabo: sed non poterat. Vires enim quodammodo totius regni habuit: valebat authoritate

Cur Amasæ fuerit reconciliatus.

Argumentum à propinquitate an firmum sit.

Cur Ioabum deijcere voluerit.

Rectè ne fecerit Dauid Ioabū deponendo.

apud milites: crabrones autem non sunt irritandi. Rex sine exercitu debilis est. Nunc verò putat sibi oblatum hominem, qui tam valeat potentia & authoritate, quàm ille. Iudicauit ergo tempus opportunum esse vt dejceret Ioabum. Hæ videntur rationes Dauidis. At si dicas iniustæ sunt. Magna enim virtute Ioabus sibi hunc locum comparauit. Potest responderi pro Dauide. Nullum principatum sic à rege in quenquam conferri, vt si postea malè se gerat, non possit amoueri. Non modò hoc verum est in re ciuili, sed etiam Ecclesiastica. In Apocalypsi cùm scribuntur epistolæ ad angelos, id est episcopos, iubet vt fideliter agant, alioqui amouebo inquit de loco suo tuum candelabrum. Interdū sunt impedimenta quæ homines coguntur ferre. Paulus interdum inter pseudoapostolos viuere cogebatur: non poterat abscindere eos. Reges in suis regnis aliquos extirpatos vellent, sed non possunt. Videtur in hoc errare Dauid, quòd Ioabo pium virum præferre debuit: at iste Amasa perfidus erat, non tantùm cum Absolomo fuerat, sed militiæ præfuerat. Videtur mala commutatio. Fortassè diceret quî vellet defendere Dauidem, videbat Ioabum non emendari, de Amala autem spes erat emendationis. Scribit Augustinus libro secundo contra Parmenianum capite decimotertio, hæreticos sæpè receptos fuisse cùm reuerterentur in Ecclesiam cum honoribus, addit autem, si expedire videbatur Ecclesiæ. Quicquid sit ista de re, non omninò defenderem Dauidem: sed contemplabor hîc prouidentiam diuinam, quæ voluit vt per Amasam cor Iudæ & aliorum ad Dauidem inclinaretur. Et oblatus principatus fuit ei onerosus: ita vt cædis ei fuerit occasio. Deus voluit eum perfidiæ pœnas dare. Ioabus etiam dabit sed suo loco. Arbitrantur aliqui dum volunt excusare Dauidem. istam deiectionem Ioabi, eius consensu à Dauide factam: quasi Dauid consuleret Ioabo seni, vt secum esset in vrbe, & tractaret res ciuiles, & fortè cumulâsse eum alijs opibus & honoribus. Ista mihi non fiunt verisimilia. Nam si Ioabus voluisset cedere præfectura, cur interfecisset Amasam? Interfecit eum vt pristinam dignitatem reciperet, nisi dicas consensisse verbis, reipsa noluisse. Adduci non possum vt sentiam Dauidem simulato animo promisisse Amasæ, non enim id respondet candori eius.

An deiectio hæc facta sit consensu Ioabi

Et inclinauit cor omnium virorum Iehuda veluti viri vnius.) Ijs hoc pacto constitutis, est magna gratulatio. Miserunt omnes tribus legatos Hierusalem vt dicit Iosephus. Cùm Deus restituere principes vult, conciliat eis animos populi, è diuerso si vult deprimere, immittit eis contemptionem. Psalmo 107. Hæc consolatio lenire poterat ægritudines præteritas. Distulit istam consolationem Deus multis de causis. Primùm vt declararet quàm sibi displicuisset adulterium Dauidis & cædes. Deinde vt magis ac magis suam exereret vim. Cùm res videbantur afflictæ & desperatæ vt succurri non posset, affuit Deus, & sua vi eripuit ipsum. Virtus mea dicit Paulo in infirmitate tua perficitur. Medicus magis fit celebris quò grauius ægrotus laborat. Interea fides & constantia seruorum Dei exercetur.

Cur Deus hanc consolationem distulerit.

15 *Reuersus est itaq; Rex, & peruenit vsq; ad Iarden: Iehudah autem venerat in Gilgal, vt iret in occursum Regis, traduceretq; Regem Iarden.*

16 *Festinauit quoq; Simei filius Gera filij gemini qui erat de Bahurim, & descendit cum viris Iehudah in occursum Regi Dauidi.*

17 *Et mille viri erant cum eo de Biniamin: Siba præterea seruus domus Saulis ac quindecim filij eius, & viginti serui eius cum eo, transierunt Iarden ante Regem,*

18 *Transiuit insuper scapha vt traduceret familiam regiam, ac faceret quod bonum in oculis eius. Simei autem filius Gera procidit ante Regem, dum transiret Iarden,*

19 *Dixitq; regi, Ne imputet mihi dominus meus iniquitatem, neq; memineris eius quòd inique egit seruus tuus quo die egressus est dominus meus Rex de Ierusalaim, vt ponat rex super cor suum.*

20 *Agnoscit enim seruus tuus se peccasse, & ecce veni hodie primus totius familiæ Ioseph, vt descenderem in occursum domini mei Regis.*

21 *Et respondit Abisai filius Seruiah, ac dixit, Nunquid propter hoc non interficies Simei qui maledixit Christo Iehouæ.*

22 *Dixit autem Dauid, Quid mihi & vobis filij Seruiah, quòd sitis mihi hodie aduersarij? hodie interficietur vir in Israel? annon enim noui quòd hodie sim Rex super Israelem?*

23 *Dixitq; Rex ad Simei: Non morieris, iurauitq; ei Rex.*

Cæterum

Cæteris tribus adhuc domi manserunt: tribus aũt Iuda progressa est obuiam Dauidi vsq; in Galgala. Locus fuit vicinus Iordani. Cùm Iosue transmisisset Iordanem, primum in hunc locum venit, & ibi circuncidit Israelitas. Dixit Deus se opprobrium sustulisse ab Israelitis. Inde dictus est locus. Accessit quoq; Simei vir ille maledicus & sceleratus. Is adduxit mille viros è tribu sua Beniamin, vt fauorem captaret regis. Vir fuit satis potens & authoritate præditus, cũ tot viros potuerit colligere: adduxit illos tanquam intercessores. Hoc officium extorquebat ab eo summa necessitas. Inierit se quoq; Siba delator domini sui. Tribus Iuda quæ venit in Galgala: non ibi subsistit, sed traijcit Iordanem, vt Regi adsit. Si credamus Iosepho, pontem fecerunt: coniunxerunt ripas Iordanis, vt Dauid vnà cum suis omnibus traijcere posset. Fortè pontem intelligit rates. *Galgala.*

Cùm verò Dauid iam transmissurus esset, & ad pontem vel ripam venisset, Simei ad eũ orationem habuit satis quidem breuem, tantũ in statu deprecatiuo: non excusat suũ scelus vllo pacto. Fatetur se peccasse, orat regem, ne memor esse velit tantę iniuriæ: deinde vt testaretur pœnitentiam, dicit: *Veni hodie primus totius familiæ Ioseph.*) Cur meminit tribus Ioseph, cũ de tribu Beniamin esset? Multæ sunt rationes. Prima, fortasis per Ioseph intellexit vniuersũ Israelem. Quod sit aliquando. Nam cũ deiectus esset Ruben à primogenitura, succesit Ioseph, & duas partes habuit. Fuit ac si diceret, ante omnes tribus veni. Secunda, quòd tribus Beniamin valdè cũ tribubus Iosephi, Manasse & Ephraim coniuncta erat, hoc nomine, quòd ex eadem matre nati essent Ioseph, & Beniamin. Tertia, quia cùm militatũ iretur, tribus Beniamin sub vexillo Iosephi ibat. Sic enim disposita erat acies, vt in lib. Num habetur: ad Occidentem stabat Ephraim, Manasses, Beniamin: dicebatur domus Ioseph. Ex tota illa acie inquit, primus adsum. Non ergo in tribubus Iosephi computat se, sed comparat illis, cum quibus alioqui militabat. Captabat gratiam regis restituendi, quasi dicat, meo isto aduentu exemplum proposui cæteris, quid facere debeant. Acutius aliqui ex Hebræis interpretantur. Vide ego primus venio ad te: oculi Hebræorũ in te coniecti sunt, vident quid facturus sis contra me: specimẽ hîc dabis aut seueritatis aut clementiæ. Si crimen cõmissum mihi imputabis, scient alij, quid se maneat, si venerint ad te. Si verò ignoueris, animos resument, & confidenter tibi se adiungent. Hæc sententia mihi non displicet. *Oratio Simei.* *Cur meminerit domus Ioseph.*

Et respondit Abisai filius Seruiæ, ac dixit.) Is auditis, Abisai satis ferox dicit: an isto nitro tantum scelus eluetur, vt non moriatur iste qui Regi maledixit? quasi dicat: Non est æquum. At Dauid incitatori ad crudelitatem aurem non præbuit, dixit: *Quid mihi & vobis filij Seruiæ?*) An vestrum est munus, vt me perpetuò regatis? Simulatis vos iuuare res meas, at non facitis. Importunus amicus interdum magis nocet quàm inimicus. Quæ dicebat Abisai, aliena non erant à ratione, sed à tempore, iste articulus aliud requirebat. Quasi dicat, Rebus nondũ sedatis, quid nouas turbas excitatis? dicit, *Estis mihi hodie in satan vel aduersarium.*) Sic Petrus audiuit cùm deterreret Christum ab accessu in Iudæam. Rationem subdit cur non velit Simei mori. *An hodie quispiam occidetur in Israel?*) Ac si dicat: dies lætus est, non sunt tristia admiscenda. Ita respondit Saul, quando post victoriam ad Iabes Gilead volebant sibi illos tradi, qui Saulem regem noluerunt, hodie dicebat, salutem dedit Deus, non morietur quisquam. Noluit vt aliquis tunc occideretur. Censebat Dauid se illo die inaugurari, nolebat auspicari regnum suum à sanguine. Considerabat præstare vt clemẽtia populo proponeretur. Sic legimus apud Plutarchum de consulatu Crassi & Pompei: Othonium Aurelium prodijsse in publicum & dixisse diuinitùs sibi reuelatũ esse, ne habeantur comitia, priusquam illi duo conciliati essent. Censet Dauid cùm innouandus esset status Reipublicæ, vtile esse vt omnes redirent in gratiam: existimabat iniuriam premendam potiùs quàm promendam. Aiunt præterea nihil magis regium esse, quàm iniurias condonare. Sic Cæsar potitus rerum, clementissimus videri voluit. Illis enim ignouit qui Pompei partes sequuti fuerant. Typum Christi habemus in Dauide. Cùm discipuli Christi ignem vellent euocare de cœlo, quo Samaritanas ingratos perderent, Christus non permisit. Imitari debemus hoc erga illos qui nos incitare volunt ad vltionem. Pronus erat Dauid ad iniuriam condonandam, quia vexatus erat. Anima diuexata videtur propinquior Deo fieri. Cùm pij sentiunt peccata sibi condonata esse, ipsi quoque prompti sunt ad condonandum. Præter ista, ciuilem rationem videmus. Non erat ad huc omnibus modis composita seditio, erant adhuc animi exulcerati: noluit igitur noui tumultus occasionem dare. Specimen summæ clementiæ eum dare oportuit, illi ergo prouidentia Dei primi ei occurrunt, quibus misericordiam tribuere potuit. *Cur noluerit occidi Simei.* *Regnum à clementia et concordia auspicandum.* *Quid mouerit Dauidem ad iniuriam condonandam.*

De condonatione autem dubium est, an omninò condonarit Simei. Aliqui dicunt non: nam postea curauit eum occidi, nunc inseruiuit tempori: sed non ante eum occidi voluit, quàm nouus creatus fuisset magistratus. Priuati etiam homines condonant aliquando iniurias, quoad conscientiam, non coguntur tamen actionem ciuilem omittere. Credendum est Dauidem ei con- *An omnino condonârit iniuriam Simei.*

donasse: si voluit postea pœnas sumi de eo, non refert. Videndum nunc est, quàm benè Dauid iurauerit isti Simei, illum non moriturum, cùm postea moribundus instituerit Salomonem de rebus agendis, & inter cætera dixerit, vt occidat Simei. Videtur non stare iuramento, aut non benè iurasse quod seruare nolebat. Si iurauit, stare sacramento debuit: si noluit seruare, iurare non debuit. Aliqui dicunt sic intelligendum, non occidendum se viuo: si post mortem curauit occidi, non violasse iuramentum. Sed hæc exceptio non exprimitur in formula iuramenti. Quod quis facit per alterum, videtur ipse facere. Qui aliquid pollicetur, non tantùm id præstare debet, sed danda illi est opera, vt id fiat quod promissum fuit. Non ergo Dauid filium Salomonem in Simei incitare debuit, sed deterrere, ne fides ab eo data violaretur. Si quis dicat, etsi conditio non expressa fuit, attamen in animo eam habuit dum iurauit, videndum est, quomodo interpretandum sit iuramentum, an ad sensum iurantis, an illius cui iuratur. Videntur de hac re fuisse contrariæ sententiæ. Isidorus in Decretis, Causa vigesima secunda, Quæstione quinta, capite, Quacunque arte, scribit: Quauis arte librent homines voces iurando. Deus qui est testis conscientiarum, accipit ea verba, vt ille cui iuratur intelligit. Sentit iuramentum penes sensum eius, cui præstatur intelligendum esse. Gregorius in Moralibus, libro vigesimo sexto, secus habet. Humanæ aures talia verba nostra iudicant, vt foris sonant: iudicia verò Dei talia foris audiunt, vt ex intimis proferuntur: Atque ita videri vult, vt verba iurantium intelligantur ex animo illius qui iuramentum præstat. Conciliantur hæ duæ sententiæ etiam à scholasticis, & inter cæteros à Thoma Aquinate. Aut agitur quoad conscientiam, vel forum externum. Si de conscientia loquamur, ille qui iurat, aut simpliciter & candidè agit, aut dolosè & fraudulenter. Si candidè, tum non astringitur ad seruandum nisi ea quæ cogitauit. Sin verò fraudulenter, tum sciat se astringi ad sensum eius quem fallere voluit. At si foro ciuili agatur, verba iurantium accipienda sunt, vt vulgò intelliguntur. Si contingat ambiguitas, magistratus erit arbiter. Sed redeamus ad Dauidem. Si candidè egit, & illam conditionem in animo habuit, non astringebatur Simei, quoad conscientiam. Si inseruire tempori voluit & illum quoquo modo fallere, non rectè iurauit. Vtamur ergo hoc dilemmate. Aut seruare voluit, aut noluit: si noluit, iurare non debuit: si voluit, præstare debuit, si fuit licitum. Si iuramentum rem iniustam confirmat, minimè seruandum est. Nunc promittere homini scelerato, qui legem Domini violauit (habet enim lex, Principi populi tui ne maledixeris) impunitatem, non est iustum: quod ergo iurauit præstare non debuit. Quæ incogitanter iurantur non debent perfici. Sunt hæc de genere illarum rerum, quæ malum semper exitum habent, quocunq; te vertas. Si non præstas, malè iurasti, si præstas, bis peccas. Neq; hic valet instantia facti Israelitarum cum Gabaonitis. Videntur iurasse quod licitum non erat: tamen arbitrantur se adstringi. Dicimus reuera non adstrictos fuisse: nam simulationē interposuerunt. Cùm decipitur qui iurat non adstringitur. At Israelitæ cogitarunt inurendam maculam nomini Dei, si non stetissent pactis. Et id quod iurauerunt non pugnare cum verbo Dei. Nolebat Deus vtrò pacem facerent cum Chananæis, sed additur nisi pacem petijssent. Vni autem illi petierunt, non ergo aduersatur hoc præcepto diuino. Præsertim cùm non tantùm reciperent religionem Israelitarum, sed addicti sint in perpetuam seruitutem, ad tabernaculum. Cogitabant item se deceptos sua culpa, quòd non consuluissent os Domini. Dauid rem non licitem promiserat, nempe vt homini scelerato parceretur: mirum ergo non est, si postea monuit Salomonem, vt hoc malum corrigeretur.

An rectè iurauerit Simei.

Quomodo sint interpretanda iuramenta.

Quæ malè iurantur non sunt seruanda.

24 *Mephiboseth præterea filius Saulis descendit in occursum Regis: non aptauerat autem pedes suos, nec aptauerat labrum suum, & vestes suas non lauerat à die qua abiens Rex, vsq; ad diem qua rediit in pace.*

25 *Fuit autem quum venisset in Ierusalaim in occursum Regis, dixit ei Rex: Vt quid non venisti mecum Mephiboseth?*

26 *Respondit, Domine mi Rex, seruus meus decepit me: dicebat enim seruus tuus, Sterne mihi asinam, & equitabo super eam, ibo; ad Regem: claudus enim est seruus tuus.*

27 *Et accusauit seruum tuum apud dominum meum Regem: dominus autem meus Rex est sicut angelus Dei: fac igitur quod bonum est in oculis tuis.*

28 *Non enim fuit vniuersa familia patris mei nisi viri mortis domino meo Regi, & posuisti seruum tuum inter conuinas mensæ tuæ: sed quid est mihi vltra iustitia, vt clamem vltra ad Regem?*

29 Tum

29 *Tum dixit ei Rex: Vt quid loqueris vltra verba tua? dixi: tu & Siba diuidite agros.*

30 *Et ait Mephiboseth Regi, Etiam omnia tollat, postquam redijt dominus meus Rex in pace in domum suam.*

Simei absoluto, & quidem parum iustè, occurrit Mephibosethus. Non venit ad Iordanem vsque, quemadmodum iuerant qui erant ex tribu Iuda, Siba & Simei: sed quando Hierusalem fere tota effundebatur in occursum Dauidis. Mephiboseth filius Saulis dicitur: nepos erat ex filio. Quomodo venit? *Non aptauerat pedes suos*, id est lauerat. Synechdoche est, totum corpus intelligit. Erat sordidatus & squallidus, more eorum qui in luctu erant. Quòd Iudæi dicunt, eum habuisse ligneos pedes, quos ad formam verorum pedum fecerat, est ridiculum. Meminit eius rei Hieronymus in suis annotationibus. Non raserat superiorem partem labij, nec mutauerat vestes. In summa, totus erat squallidus. Hæc sunt indicia hominum lugentium. Non occurrit Dauidi per hypocrisin: spiritus sanctus testatur eum ita reuera fecisse. *Occursus Mephiboseth.*

Mos est piorum, vt cùm res dominorum suorum in periculo sunt, lugeant, recusent delitias. Ita legimus Vriam fecisse. Dauid suadebat ei, vt domum iret, lauaret pedes suos, consuesceret eum vxore sua. Ille dicit, Nequaquam. Causam dicit, quia Ioab & totus exercitus erat in discrimine. Ita nunc Mephibosethus: quæ argumento esse poterant Dauidi, se à seruo Siba deceptum fuisse. Habet orationem Mephibosethus, sed tantùm cùm interrogatus esset. Dauid interrogat, cur non venerit: ille respondet, *Domine mi Rex, seruus meus decepit me.*) Est translatio criminis: culpam in Sibam seruum confert. Dauidis ergo fuit expendere vter peccârit. Consilium meum erat, inquit, vt tecum egrederer: volebam vt seruus me deduceret, ille cum animum meum intellexisset, anteuerit se: deinde me traduxit domino meo Regi. Hæ sunt quærelæ satis quidem iustæ Mephibosethi. Aderat Siba, nec vno verbo audet refutare. Mirum hoc: parati enim sumus ad nos defendendum quocunq; modo. Videre poterat se lapsum. Audire facilè seruum contra dominum non debemus. Multæ offensiones inter dominos & seruos intercedere possunt. Ciuiles leges non facilè seruum ad iudicium admittunt, præsertim contra herum suum. In Digestis de Iudicijs & Re iudicata, in lege Vix certis de causis. Sunt certæ causæ, quando audiuntur serui: nempe si de sua libertate velint conqueri: aut si agatur de Republica, de annona fraudata aut censu: alioqui non audiuntur: imò nec torqueri debent contra heros suos. In Codice de quæst. in lege, Diuus. Dauid tamen audiuerat seruum contra dominum suum. Sententiam tulerat in absentem, continentem manifestum errorem, quæ iure nulla erat. Deinde deceptus fuerat: si iudex falsis testibus deceptus, falsam sententiam ferat, retractare eam debet, & illum, contra quem pronunciauit, restituere in integrum. Præter hæc par fuit, vt seruus malus pœnas daret sui pernicioſi mendacij, quo læserat herum suum. Excusat ergo se Mephibosethus, sed summa demissione. Causam iterum commisit Dauidi: adeò causæ suæ fidebat, vt non dubitaret eam iterum Dauidi proponere. *De Deo non conquerendũ.*

Dominus meus Rex est quasi angelus Dei. Angelus prudens, sapiens, potens est, ita dicit esse Dauidem, at in consilium experitur. Cur autem causam suam committat Dauidi, neque timeat, causam assignat. Fuit mihi hactenus bonus Dauid. Cur me non subijciam eius iudicio? Exaggerat beneficia sibi collata à Dauide. Ex opposito addit: Ego ista non merebar, domus enim patris mei fuit rea mortis. Causas habuit, ob quas nos Saulinos omnes persequeretur. Nam grauia à nostra familia pertulit. Vnde deberem æquo animo ferre, si omnia eriperet mihi. Vtinam erga Deum sic simus affecti. At si aliquantulum imminuat de beneficijs, illicò quiritamur. Cùm simus regenerati, etsi mille cruces imponantur ceruicibus nostris, non habemus quod conqueramur. Si cogitamus maiorum nostrorum merita, imprimis verò Adami. Si auferat aliqua dona, quid conqueri possumus? Dicere cum Mephibosetho deberemus, Sumus rei mortis, & tam leniter Deus nos tractat. Expendenda sunt Dei beneficia, sed ita, vt in altera lance peccata nostra ponantur, tunc agnoscemus magnitudinem beneficiorum Dei. Prudenter se gerit: non commemorat merita patris sui erga Dauidem, sed tantùm ea quæ excusare eum possunt, quòd hæreditatem suam Sibæ tradidit.

Attamen durissimum accipit responsum. *Quid vltra loqueris verba tua?*) Quasi dicat: Non ferre potui prolixam excusationem. Probabilis ei visa fuerat causa Sibæ: prauam opinionem cõceperat de Mephibosetho, quam ille sua oratione euellere non potuit: præse ferebat Dauid aliqua beneuolentia erga Mephibosethũ. Quasi dicat: Nolo vlterius inquirere in tuam causam: diuidito possessiones tuas cum Siba. Quasi dicat: Si vlterius inquirerem, perdendus videreris. Vnde Rabbi Leui Ben Gerson inquit, persuasus iam erat Dauid, oratio tamen Mephibosethi aliquid in- *Cur Dauid nõ omnino admittat excusationem Mephibosethi.*

sti habere videbatur: hæret ibi in medio Rex, decernit vt iam diuidant. Dicit se dixisse, iam firmum esse apud se: amouens spem retractationis. Prouerb. 16. cap. Oraculum est in labijs regis: hoc est, sententias suas firmas esse volunt instar oraculorum, vt non mutentur. Pilatus dicebat, Quod scripsi scripsi. Hîc videre licet quàm iniquum sit, vt iudices ad ius dicendum veniant cum præiudicio. Sustinere assensum debent, vsque dum causa cognoscatur. Quin sacri libri cum præiudicio legendi non sunt, alioqui si dem nostram non accommodabimus eis, sed omnia ad nostras opiniones pertrahemus. Cæterum animus Dauidis nonnihil muneribus & obsequio Sibæ videtur labefactatus, qui exilium Dauidis suam occasionem esse putauit. Si Rex volebat ista beneficia compensare, aliunde debuit, non de bonis Mephibosethi. Non sentit se sua sententia grauare hominem iustum, & perfidum seruum approbare: sanctus vir seruo nequam æquatur: hæc probari non possunt. Quin Dauid Sibam ne verbo attingit, ac si rectè omnia fecisset: qui tamen iustam talionem ferre debuit. Cùm accusasset dominum proditionis & defectionis, ac probare non posset, debuit ipse subire pœnas proditorum & defectorum. Sic ergo argumentabimur, Mephibosethus in hac causa vel peccauit, vel non peccauit. Si peccauit, cur ei relinquitur dimidium? Si innocens est, cur mulctatur? At dicat aliquis, cur Mephibosethus cùm se à seruo deceptum videret, non postea se ad Dauidem contulit? facilè defendi potest. Venit statim Absolom Hierosolyma cum exercitu, non potuit tutò egredi, erant custodes in portis: imò vix filijs sacerdotum significari potuerunt consilia quæ Dauidi nunciarent. Sed ipse Rex videtur iam prorsus oblitus meritorum Ionathani, qui constantissimè & cum magno periculo suo partes Dauidis contra patrem defenderat. Ira fieri solet, beneficia recentiora obliterant vetera. Siba nunc venerat & benè meritus erat de Dauide. Arguitur Dauid iniustitiæ & speciatim ingratitudinis. Dubitant nonnulli an violauerit iuramentum quo se Ionathano obstrinxerat, quòd posteros ipsius conseruaturus esset: nunc enim lædere Mephibosethum videtur. Qui clementiores sunt Dauidi, dicunt, non abstulit ei omnia: non occidit eum: habuit eum conuictorem. At non ista quæro, sed an licuerit Dauidi inauditum damnare: & cùm postea causa diceretur, nolle retractare, sed adhuc grauare suo iudicio. Hæc non licuerunt. Hebræi dicunt hanc ob causam effecisse Deum postea, vt Roboam totum regnum cum Hieroboam diuideret. Quod exaggerant crimen Dauidis, non malè faciunt: sed quòd diuisionem regni hinc petant, non rectè faciunt. Scriptura aliàs causas commemorat, nempe quòd Solomon peccârit, & Roboam populo indignè responderit. Quæ Dauid agit, non modò iniusta sunt, sed pugnantia. Prius magnam clementiam præ se tulit erga Simei, qui etsi veniat ad Dauidem, tamen inseruire tempori videtur. Poterat Dauid videre quàm noxia sit nimia indulgentia in Absolomo. Parcendo Simei fortasse animos seditiosis illis addidit, qui postea cum filio Bichri fecerunt. Ibi igitur nimium indulget: hic è diuerso nimiùm est durus: ibi ignoscit impio, hîc premit bonum. Cùm tam multa peccet, tamen fidem non abijcit. Est homo infirmus, & labitur, tamen retinet verbum Dei. Nobis quid agendum est? Oportet nosipsos in his factis agnoscamus, non imitanda sunt hæc. Præceptis viuendum est, non exemplis.

Id non videtur dissimulandum, esse nonnullos qui releuent Dauidem, & responsum illud durum mitigent. Aiunt sic accipiendum eius responsum: Diuide cum Siba, prospiciam tibi aliunde, curabo vt non egeas: quia facilem ad ferendam hanc sententiam Mephibosethum vidit. Sed non prorsus eum defendunt: non enim hæc habentur in sacra historia. Nos non ita laborabimus, vt eum defendamus. Sancti homines sunt, ideoq; sæpenumerò labuntur. Imitandus nobis potius est Mephibosethus, qui sententiam regis contra se latam tanta lenitate recepit. Habeat, inquit, totam, ego satis habeo, postquam rex est restitutus. Viderat stomachum Dauidi commotum, molli ergo responsione putabat placandum: quod sinistra manu Dauid ei dedit, ipse dextra accepit. Cùm cruces nobis imponuntur, cogitemus à Deo venire, dicamus, quia iam nos recepit in filios, faciat quod vult. Et sanè Mephibosethi ac sancti omnes non sunt innocentes, laborant aliquibus peccatis, si non illis de quibus accusantur, tamen alijs. In libro Geneseos legitur de Iuda, cùm veniret ad Ioseph oraturus pro Beniamin, in cuius sacco scyphus argenteus inuentus erat, quòd dixerit, Deus inuenit iniquitatem nostram: no fatebatur se scyphum abstulisse, sed se & fratres multa commisisse. Considerabat Mephibosethi fortè quod in lege habetur, Deum persequi peccata in filijs in tertiam & quartam generationem: hic tertius à Saule. Non habebat quod quereretur. Deus facere potest vt filij & nepotes inseruiant iustitiæ suæ, interim de vita æterna nihil eis decedit. Abutitur Deus peccato Dauidis, ad puniendum peccata Saulis in posteris. Pij intelligunt omnia quæ ferunt cooperari eis in salutem. Vtilia sunt eis, tantum abest vt perdant, quod attinet ad vitam æternam.

Præiudicium non asserendũ.

Cur Mephibosethi se postea non contulit ad Dauidem.

Dauid iniustus & ingratus.

Dauidis facta pugnantia.

Dauidis defensio.

Mephibosethus hic imitandus.

31 *Sed & Barzillai Giladites descendit de Rogelim, transiitq; cum Rege Iarden vt transmitteret eum vltra Iarden.*

32 *Porrò Barzillai senex erat valdè, octoginta annorum, & ipse pauerat regem, dum moraretur in Mahanaim, quia vir magnus erat valdè.*

33 *Dixit autem rex ad Barzillai, Transi mecum, & alam te mecum in Ierusalaim.*

34 *Barzillai verò ait ad regem, Quot sunt dies annorum vitæ meæ, vt ascendam cum rege in Ierusalaim.*

35 *Octoginta annorum sum hodie: num discernam inter bonum & malum? an gustu discernet seruus tuus quod comedam & quod bibam? num audiam vltra vocem cantorum & cantatricum? & vt quid erit seruus tuus adhuc oneri domino meo regi?*

36 *Paululum transibit seruus tuus Iarden cum rege: & vt quid retribueret mihi rex retributionem istam?*

37 *Reuertatur obsecro seruus tuus, & moriar in ciuitate mea, in sepulchro patris mei & matris meæ: ecce autem seruus tuus Chimham transibit cum domino meo rege, fac ei quod bonum est in oculis tuis.*

38 *Dixitq; rex, Mecum transeat Chimham, & faciam ei quod bonum fuerit in oculis tuis, & quicquid voluerit à me, faciam tibi.*

39 *Quum autem transisset vniuersus populus Iarden, rex quoq; transiuit: & osculatus est rex ipsum Barzillai, ac benedixit ei, reuersusq; est in locum suum.*

Exemplum gratitudinis.

Nunc aliud factum Dauidis nobis est intuendum: factum diuinum superiori. Iam deinceps declaratur quàm grato animo fuerit Dauid erga Barzillai. Vir iste excepit Dauidem cum exercitu, iuuit annona & suppellectili, fuerunt etiam alij benè meriti de Dauide, Sobir & Machir. Isti non dicuntur postea comitati Dauidem. Fortè mortui sunt in bello, aut alia necessitate detenti. Ille non modò iuuit Dauidem, sed comitatur eum ad Iordanem & vltra. Dauid vult eum vicissim alere. Animi grati est recompensare beneficia. Hoc faciet verus Dauid, qui dicturus est: Vos pauistis me, potastis, &c. venite benedicti. Helias pascebatur à vidua Sareptana: & vicissim pauit eam tempore famis. Hebræi dicunt potuisse Iosephum tempore penuriæ aliò mitti, quàm in Ægyptum: illuc autem missum esse, quia tempore famis aluerit Abrahamum Scriptura de Barzillai commemorat quòd fuerit dives & potens: nam si regem cum exercitu excepit, diuitem fuisse oportet. Plinius lib. 23. cap. 10. refert de quodam Pythio Bithyno, qui Xerxem excepit hospitio cum toto exercitu, cùm expeditionem susciperet in Græciam. Habuit Xerxes vltra septies centena millia hominum, vnus vir priuatus epulum omnibus dedit: frumentum & stipendium pro sex mensibus eis promisit. Quin regem quoq; aurea platano & vite donauit. Miratus est rex, & hoc officium gratum habuit, multisq; muneribus eum affecit. Barzillai maiorem hospitem suscepit: pius enim erat Dauid, nec inferebat bellum alijs, sed fugiebat filium. Frugaliter excepit non tanto luxu: dedit tantùm farinam, legumina, uuas passulas, supellectilem. Fuit dives, at diuitijs suis benè vsus est. Immoderatæ diuitiæ citra aliquam culpam esse non possunt: si accesserit bonus vsus, quicquid culpæ est redimitur. Iste fouebat iustam causam, voluit pro iustitia periclitari, non habuit affixum animum diuitijs. Cùm causa bona videtur, nemo ab ea abstinere debet hoc nomine quòd amissurus sit opes. Hic dicitur fuisse grandæuus, octoginta annorum. Vnde colligimus ætatem, quod spacium attinet, non fuisse mutatam à Dauide hucusque. Psalmo 90. idem dicit. Aliquibus in mentem venire posset, quî fiebat vt veteres patres ante & paulò post diluuium tam diu vixerint, & ætas hæc postea paulatim fuerit decurtata, donec communi cursu deducta est ad annos octoginta: Multæ erant causæ illius vitæ diuturnæ antiquitus. Erant procreandi multi liberi & implendus orbis, id fiebat diu viuendo. Inueniendæ erant artes, diu ergo viuendum erat: experientia enim discuntur. Quod præcipuum erat, cultum vnius veri Dei inter homines retineri oportebat, quod in tanta varietate indiuiduorum vix fieri potuisset. Postea cùm tanta procreatione non esset opus, cùm artes essent repertæ, & sacræ literæ nobis traditæ quibus alligatus erat diuinus cultus, fuisset laboriosa longa vita. Patriarcha Iacob dicebat, Pauci sunt dies serui tui & mali: si comparentur ad ætatem maiorum, non nostram, facta fuit ista decurtatio misericordia quædam Dei erga nos.

Barzillai dives fuit.

Cur patres ante diluuiũ tam diu vixerint.

Cur Barzillai recusat ire cum rege?

Barzillai verò ait ad Regem, Quot sunt dies annorum vitæ meæ?) Barzillai recusat ire cum Dauide, & vtitur quatuor rationibus. Prima sumitur ab ætate, quòd non sit idonea peregrinationi-

bus. Altera à defectu sensuum. quòd non sit aulis habilis. Tertia quoniam Dauidi oneri futurus sit. Quarta ab eo quòd sibi iucundum erat, nempe vt rediret in patriam, & ibi de sepulchro potiùs cogitaret, quàm de aula. Ne tamen procaciter regi obsistere videretur, sed quoquò modo ei satis faceret, Chimham, inquit, habeo, quem filium fuisse volunt, transeat ille tecum. Hæc est summa orationis huius boni senis: de ætate iam diximus.

De sensuum defectu in senibus.

Altera ratio considerandа, quòd sensus hebetes haberet. Non tantùm vult dicere, sum confecta ætate: sed vigor ille sensuum iam me defecit: non possum iudicare amplius inter sapidum & insipidum, inter suaue & acerbum: non audio cantores, nec cantatrices. Comprehendit his speciebus omnes voluptates aulicas. Senibus hęc accidere solent, non quo ad animam quæ non senescit: sed propter organa externa quæ exicantur & frigefiunt: & ita minùs idones sunt ad obeundas suas functiones. Vnde Aristoteles scribit, Si oculi iuuenis darentur senibus, pari modo viderent: habent enim eandem animam. Vt hic senex liberalis erit: ita prudens in æstimandа ætate & viribus. Plutarchus refert de Crasso cùm iret in Parthos, transibat per regnum Deiotari regis, is admodum senex nouam ædificabat vrbem. Crassus interrogabat quid sibi vellet, cùm iam hora duodecima vitæ ei adesset. Ille subridens, respondit, Tu imperator, cùm non sis tam matutinus, cur is in Parthos? Mutuum se perstringunt, quòd non rationem ætatis habeant. Non ista dicuntur quòd senes iustas & honestas voluptates non habeant: habent, sed non talès vt sunt in aulis. A Cicerone recensentur in libro de Senectute, & à Platone in libro de Republica sub persona Cephali. Non sua commoda quæsiuerat Barzillai vt nunc videmus, tantùm honestatem spectauit. Hæc est amicitiæ firmissima.

Vt quid erit seruus tuus adhuc oneri domino meo Regi?) Tertia ratio. non essem tibi vilis: sed potiùs oneri. In aulis qui nolunt se gerere vt alij, potiùs onerosi sunt: si nolunt esse cogerrones, combibones, videntur onera esse aulæ, habentur. Vellent reges homines habere cum quibus confabulari & iocari interdum possent. Apud Terentium senex Lachis in Hecyra dicit ad vxorem, Ætas nostra odiosa est adolescentibus: fabula sumus senex & anus.

Senibus otium est gratum.

Reuertatur obsecro seruus tuus, & moriar in ciuitate mea.) Quarta ratio, Si mihi satis facere cupias, ostendam quid velim mihi bona venia concedi. Rogat quod gratissimum est senibus, otium ager paternus. Diocletianus cùm abdicasset se imperio, & coleret hortos suos, solicitabatur vt rediret ad imperium, noluit: ocium sibi gratissimum esse dixit, & hortos paternos.

Senum est de obitu cogitare.

Senum videtur esse vt cogitent non quomodo viuant, sed quomodo piè moriantur. Sic ille senex dicit, De extremo actu meæ vitæ mihi est cogitandum. Semper quidem vita piè colenda est, maximè verò ad extremum. Alius quispiam vulgaris senex dixisset, Si eam Hierosolymam, multa commoda nanciscì possum: ibi sunt medici, vnguentarij, pharmacopœi, quæ omnia vltra Iordanem in locis minùs frequentibus habere non possum, illi possunt fouere senectutem meam. Ne autem videatur omne officium recusare, & offendere regem dicit, accipito Chimham. Fac ei quod visum fuerit: nihil speciatim rogat. Parentes sibi datum existimant quod in liberos collocatum fuerit. Deus inter in curam habere filiorum. Filij non thesaurizant parentibus, sed parentes filijs. Quod non datur Barzillai, datur filio. Sic Deus agere consuetuit: quæ in eum non conferre possumus (est enim immortalis, & nostris rebus non indiget) vult fratribus nostris conferamus. Hoc pacto factum est, vt beneficium Barzillai non intermoriatur. Et hæc sunt quæ excusatio Barcillai continet. Dauid facilis est, cedit rationibus: osculatus est eum, & dimisit. Sunt homines, qui dum volunt videri officiosi, sunt nimium importuni: obtrudunt beneficia quæ non expediunt nobis.

Parentibus datur quod collocatur in liberos.

40 *Transijt verò rex in Gilgal, & Chimham cum eo: vniuersus autem populus Iehudah traduxerunt regem, atq; etiam dimidium populi Israelis.*

41 *Ecce prætereà omnes viri Israelis venientes ad Regem dixerunt, Cur furati sunt te fratres nostri viri Iehudah, & traduxerunt regem ac familiam eius Iarden, & omnes viros Dauidis cum eo?*

42 *Respondit autem omnis vir Iehudah viro Israelis, Quia propinquus est Rex mihi: & cur irasceris propter hoc? num comedendo comedimus a Rege? num donatiuum dedit nobis?*

43 *Respondit autem vir Israel viro Iehudah, & dixit, Decem partes mihi in Rege, & etiam in Dauid plus quàm tu: & cur flocci feci ti me? & an non fuit verbum meum prius mihi vt reducerem Regem meum? at durius fuit verbum viri Iehudah verbo viri Israelis.*

Nunc

Nunc grauis casus describitur: noua seditio orta contra Dauidem. Ortus mala sunt dissidia & seditiones. Ratio est, quia cùm diuiditur corpus quoddam, non potest fieri sine magno damno. Corpus est aut ὁμοιομερὲς aut ἑτερομερὲς. Si corpus ὁμοιομερὲς diuiditur, vt aqua, sanguis, est diminutio quidem: sed totum & partes manent. At si diuidas corpus ἑτερομερὲς, natura totius perditur & partes quoque. Vt si auferas caput, vel cor ab animali, desinit corpus esse, & partes etiam pereunt. Respublica & Ecclesia corpus quoddam est, constat diuersis partibus: scinde corpus, & perit totum: atque hoc faciunt schismata & hæreses. Augustinus contra Cresconium grammaticum, dicit schisma esse dissidium ortum ex diuersitate sententiarum. Hæresin vult esse schisma inueteratum. Sed non seruatur hoc discrimen in sacris literis. Nam Paulus in 1. ad Corinthios illas hæreses & dissidia Corinthiorum, vtroque nomine appellat. Est hîc dissidium in Republica Hebræorum quod nobis proponitur. Non nascitur ex religione, sed causa honoris ciuilis. Caula huius dissidij fuerunt ambitio & inuidia. Decem tribus inuidebant tribui Iuda: hæc illis se præferebat. Hæc dissidium pariunt etiam in Ecclesia. Voluissent decem tribus, tribum Iuda non plus iuris in restituendo rege habere, quàm alias. Talis contentio sub Iephte orta fuisse legitur Iudicum 12. Is consequutus erat victoriam contra Ammon, tribus Ephraim expostulat cum eo, cur non vsus sit eorum quoque opera? ortum est dissidium & ventum ad manus. Voluissent ergo decem tribus quo ad reductionem regis, omnia communibus suffragijs & consilio agi. Erant fortasis in plebe non pauci, qui Dauidem rursum deiectum voluissent, & causam noui dissidij quærebant. Videtur Dauid occasionem aliquam præbuisse. Cùm enim aliæ tribus decretum fecissent de reducendo rege, ipse solicitauit tribum Iuda ne postrema esset. Illa vt gratificaretur Dauidi, venit sola, & plus facit quàm ille requisiuerit. Nisi cæci simus, videmus bona consilia non semper benè cadere.

Quàm graue malum sit dissidium.

Causa huius dissidij.

Decem tribus deferunt causam ad Dauidem, accusant tribum Iuda. Non vocârunt, inquiunt, nos. furati quodammodo sunt te. Quæ clam fiunt, videntur fraudulenter & dolosè fieri. Quanta est instabilitas vulgi: prius conspirârunt in Dauidem, & fecerunt eum Absolomo: nunc omnes ita præ se ferunt studere commodis Danidis, vt res randem in inuidiam exeat. Deus gubernat vt videamus, regum & regnorum statum, & conseruationem, omninò à Deo pendere non à populo. Homines alioqui inconstantes sunt, modò recusant, modò vocant. Tribus Iuda respondet prædicando vt honestum suum officium. Ego, inquit, sum coniuncta regi, est ex mea tribu, quid si prima veni, an tibi propterea quicquam decesit? non accepi à rege annonam, non donatiuum, non meum commodum quæsiui, tantum officium feci: Fuerat rex Dauid peculiariter tribus Iuda multis annis: sed hæc non satisfaciunt Israelitis: nam ait, non moror vestram coniunctionem, non sequor sanguinem, sed ratio ciuilis regni habenda est, Maior pars totius huius Reipublicæ ego sum: decem nos partes habemus, tu & Beniamin duas tantùm. Vbi maior est virorum numerus, rex curam debet habere maiorem: nos sumus maior pars, tempore belli plures adducere milites possumus. In multitudine populi est regis gloria. Versio Græca habet, Mea est primogenitura, id non habetur in Hebræo. Videntur argumentum duxisse à nobilitate. Primi in illo officio reducendi regis esse debemus, siue Rubenum spectes qui natura primogenitus erat, siue Iosephum aut Ephraim qui subrogatione. Si certandum sit inquiunt, non tantum numero, sed etiam dignitate vincimus. Addunt decretum vt reduceretur rex, primum ab ipsis factum esse. Iuda tamen replicauit, quas argumenta attulerint non dicitur. Suspicari possumus dixisse, regnum iuxta vaticinium Iacobi Patriarchæ ad me pertinet. Fortasis adduxerunt alia etiam multa priuilegia. In rebus bellicis semper ferè primi erant. Causa sic coram rege agitabatur, Rex audit contendentes, non se interponit. Existimandum tumultum illum vehementem fuisse, ita vt rex non auderet quodammodo se interponere. Videtur tamen nonnihil conniuere suæ tribui, itaq; aucta est seditio: maximè quòd verba Iudæ fuerint duriora.

Vulgi instabilitas.

Responsio tribus Iuda.

Israelitarum rationes.

CAPVT XX.

IBi autem casu erat vir Beliaal, cuius nomen erat Seba filius Bichri vir Iemini: is clanxit buccina, & dixit, Non est nobis pars in Dauide, neq; hæreditas nobis in filio Isai: quisq; ad tabernacula suaô Israel.

2 *Ascendit ergo omnis vir Israel à Dauide, post Seba filium Bichri: viri autem Iehudah adhæserunt Regi suo à Iarden vsq; ad Ierusalaim.*

Partitio capitis.

DISTINCTIO capitis non est bona: vltimi versus superioris capitis cum sequen cohærent, quod distribuemus in quatuor partes. Primo loco describitur discessio Israelis à Dauide. Secundo loco separatio vxorum Dauidis, quas Absalom polluerat incestu. Tertiò cædes Amasæ. Quartò supplicium sumptum de Seba filio Bichri. Singulas ordine explicabimus.

Vita sanctorum est quædam Euripus.

Versatur Dauid in maximis angustijs. Vix datum ei erat spacium respirandi à seditione Absolomica, nunc noua inuoluitur. Vita sanctorum videri potest quidam Euripus, in quo est reciprocatio aduersitatum & rerum secundarum. Ibi videmus speciem expressam crucis Christi & resurrectionis. Quod idem videmus de actionibus vitæ illorum: interdum rectè se gerunt, mox turpiter labuntur. Ita dum hîc viuimus, perpetuò pugnandum est, & nunquam debellabitur, nisi cùm hanc vitam cum meliore commutauerimus. In hac seditione vel turba occurrit fortè Seba. Res

Quomodo hac seditione prouidentia Dei vsa sit.

fortuita est quoad homines. Iudicio Dei nihil euenit casu: quandoquidem nihil reperitur quod eius gubernationem & prouidentiam subterfugiat. Seba peccat, est factiosus, ex familia Saulina, vellet Dauidem loco suo deijcere. Sed Deus isto eius peccato abutitur. Nam vult exercere fidem sancti Dauidis, vt à se vno pendeat, & discat non hærere studio vulgi inconstantis. Veniunt magno studio ad Dauidem, mox ab eo recedunt. Vult Deus stabilire regnum Dauidis, & repurgare à factiosis. Vult Sebam scelerum suorum pœnas dare. Hac etiam ratione animaduertit nonnihil Deus in Dauidem, qui nimia clementia vsus est erga Simei. Si in eum animaduertisset quemadmodum par erat, fortè Seba & alij non tantùm fuissent ausi. Adhæc Dauid non benè se gessit erga Mephiboſethum: male ergo ab eo accipitur, qui ex eadem familia qua Mephiboſet. Diximus hanc seditionem ortam ex inuidia & ambitione: addimus, quòd in populo viguerint quædam scintillæ fauoris erga Saulem, accesserit etiam Sebæ audacia. Dauid causa Bathsabæ triplex facinus admiserat: adulterium, homicidium, proditionem, in ea Deus animaduertit. Quod attinet ad adulterium, filia eius Thamar violata fuit ab Amnone, & decem eius concubinæ pollutæ sunt ab Absolomo. Cædes vindicata est morte pueri nati ex Bathsaba: cæde item fraterna Amnonis, & Absolomi interitu. Proditio vindicata fuit defectione Absolomi, & hac noua seditione. Hæc sunt Dei iudicia.

Canit buccina.

Aderat Seba tum qui diu captauerat occasionem, quam nunc arripit. Videt exacerbatos animos contra tribum Iuda & regē Dauidem. Tacente rege increpuit buecina, captans attentionem populi, quasi ipse quidpiam propositurus esset in medium, quod conduceret Reipub. Postea more principum edicto egit. Redite domum inquit. Conueneramus vt reduceremus regem, nunc re infecta abibimus. Quorsum volebat eos ire domum? Fortè vt in pristinā formā Remp. reducerent, qualis fuerat tempore Iudicū. Vel vt inter sese de nouo rege creando deliberarent, fortè etiam seipsum eligerent. Subijcit rationem cur suaserit vt domum eant. *Quia non est nobis pars in Dauide.*)

Cur iubet eos domum redire.

Iuxta sententiam tribus Iudæ, nos non habemus partem in Dauide: soli illi volunt habere suum regem, habeant igitur: rex nostri rationem non habet in illa causa, neq; nos eius habeamus. *Nec hæreditas in filio Isai.*) Interpretantur aliqui, ius regni non est hæreditarium in posteritate Isai, sed potiùs esse interpretationem prioris: non pertinemus ad hæreditatem eius, non agnoscit nos decem partes regni. Istud idem dixerunt quando diuisum est regnum inter Roboam & Ieroboam. Quod dicitur in filio Isai, contemptionem significat. Isai non rex aut princeps fuit, sed homo priuatus. Verba sunt hominum excutientium à se iugum sui regis: & declarant miram animi sui inconstantiam. Venerant omnes magno studio vt regem reducerent, nunc leuibus causis ducti sequuntur Sebam. Oportuit hunc magnæ authoritatis fuisse, vel credendum est illos statim addidisse ei authoritatem, vt fit in seditionibus. Idem ferè contigit Christo, die palmarum inducebatur in vrbem honore summo, acclamabāt: Hosanna Deo in excelsis: mox cœperūt longè aliter canere, crucifige, crucifige. Sic hoc loco factum est. Non ergo seriò quærebant restitutionem Dauidis, cùm tam parua occasione abalienati ab eo fuerint. *Viri autem Iuda adhæserunt Regi.*) Tribus tamen Iuda perstitit. Ex hoc loco videtur ipsa quoq; tribus Beniamin non stetisse cum Dauide: dicunt tamen alij tribum Beniamin ferè semper in tribu Iuda includi.

Inconstantia Israelitarum.

3 *Venit autem Dauid in domum suam in Ieruſalaim: & tulit Rex decem mulieres concubinas, quas reliquerat vt custodirent domum, & posuit eas in domo custodiæ, & aluit eas, sed ad eas non est ingressus: fuerunt́q; vinctæ vsq; ad diem mortis suæ, in viduitate vitæ.*

Dauid ingressus Hierosolymam, composuit domum suam. Inuenit decem concubinas, quas

Absolomus

Absolomus polluerat: quid egit? Separauit eas à se vsque ad diem mortis earum. Prospiciebat quidem eis liberaliter de victu: non tamen fecit eis potestatem nubendi alijs: nec ipse ad eas accessit, sed conclusas habuit. Ita Iacob fecit quando Ruben cùm Billah rem habuit. Iudas eodem modo se erga Thamaram gessit. Cùm imprudens cùm ea rem habuisset, nunquam postea ea amplius est vsus. Aiunt intuitam Legem Domini Leuit. 20. quæ non concedit, vt pater & filius eandem vxorem habeant. At videtur eis iniuriam facere. Nam passæ erant vim. Dauid accepit Michol quam Saul pater ei abstraxerat: dicas, non erat ea coniunctio. Nam ille vir qui datus erat Michol, non erat filius Dauidis. Nonne illis libellum repudij dare potuit? Fortè non tutum erat regi eas priuatis hominibus nubere, cùm essent vxores regiæ. Deinde si progressæ fuissent in publicũ, memoria rerum ab Absolomo turpiter gestarum fuisset renouata. Cogebat eas absq; matrimonio esse: hoc erat addere afflictionem afflictis, videtur eas potius consolari debuisse. Non occidebat eas: non autem videtur committendum vt detur alicui vita, & non facultas ad bene viuendum. Fortè absq; viris esse non poterant. Nisi dicamus illas acquieuisse isti conditioni, fortasis res est non imitanda. Verisimile est peccasse eas, non enim leguntur reluctatę esse, aut clamasse. Si sunt assensę aliquo modo, vel propter noui regis authoritatem, debebant lapidari aut comburi. Actio mixta esse potuit vt assentirentur, sed nollent si aliter possent, nolunt autem occidi. Dauid videt vim aliquam intercessisse, ergo temperauit supplicium, dedit vitam, non autem coniugium: vitam verò ita donat, vt conclusæ maneant. Ita de Thamara accidit, perpetuò mansit domi: non præbuit se conspiciendam. Hìc speciem quandam habemus illius diuortij, quod Papistæ intulerunt, vt sint separati aliqui à thoro, & vinculum matrimonij maneat. Videant ergo illi qui adulteris concedunt vitam, quid faciant. Pars læsa transit ad alteras nuptias: adulter quid aget? non manebit cœlebs, iam enim suæ incontinentiæ specimen dedit: si habeat nouum coniugium, videbitur fructum percipere sui sceleris. Hæc sequuntur si homines nimis clementes sint. Potest fieri vt hoc iustè fiat, nempe si lepra inficiatur altera pars, alteri coniugium conceditur. Interim punitur Dauid. Vnam vxorem constuprauit, nunc decem amittit. Sic Deus cum suis agit.

Quid fecerit cõcubinis quas Absalom polluerat.

Cur illis nõ dedit libellum repudij.

De diuortio Papistarum.

4 *Dixit autem Rex ad Amasa, Congrega mihi viros Iehudáh intra triduum, & tu hic esto præsens.*

5 *Abijt igitur Amasa vt congregaret Iehudáh, moratusq; est vltra tempus quod constituerat ei.*

6 *Tùm dixit Dauid ad Abisai, Nunc peius faciet nobis Seba filius Bichri, quàm Absalom: tolle seruos domini tui, & persequere eum, ne fortè inueniat sibi ciuitates munitas, & effugiat ex oculis nostris.*

7 *Egressi sunt itaque post eum viri Ioab, & Cheretæi, & Pelethæi, atq; omnes fortes: egressi sunt quoque de Ierusalaim ad persequendum Seba filium Bichri.*

8 *Quum autem essent iuxta illud saxum ingens quod in Gibeon, Amasa venit ante eos: Ioab autem erat accinctus tunica vestimenti sui, & super eam cingulum gladij adhærentis lumbis eius in vagina sua: quumq; egressus esset, tùm cecidit.*

9 *Dixitq; Ioab ad Amasa, Num salus es frater mi? & arripuit manu dextera Ioab barbam Amasa vt oscularetur eum.*

10 *Amasa autem non cauebat sibi à gladio, qui erat in manu Ioab: & percussit eum illo in quinta costa, & effudit intestina eius in terram, nec iterauit ei, & mortuus est: Ioab autem & Abisai frater eius persequutus est Seba filium Bichri.*

11 *Quidam autem constitit iuxta ipsum è pueris Ioab, & dixit: Quis qui voluit pro Ioab, & quis Dauidi post Ioab?*

12 *Amasa autem volutauerat sese in sanguine in medio viæ: videns autem quidam quòd subsisteret vniuersus populus, auertit ipsum de via in agrum, & coniecit super eum vestimentum, quum videret quòd quicunq; veniebat iuxta eum subsistebat.*

13 *Quando autem amotus fuit de via, transiuit quisq; post Ioab, vt persequerentur Seba filium Bichri.*

Alius grauis casus afflixit Dauidem, tempore quo contra seditiosum pugnandum erat, interficitur Amasa qui erat imperator militiæ. Dixit Dauid Amasæ, abito, ex tribu Iuda conscribito militem: manet in suo proposito: nam summum principatũ ei promiserat. Adesto inquit, hic tertio

Historia de cæde Amasæ.

Quare Amasa non redijt die constituto.

die. Fortè Dauid voluit eos lustrare & ad eos orationem habere. Amasa iuit sed die constituto non redijt. Quare tardauerit, non explicatur. Coniecturam meam afferam. Tribus Iuda vehementer amauit Ioabū propter res in bello fortiter gestas, ideo nō facilè nouo imperatori nomina dabant. Cruciabatur interea Dauid, nec causam moræ Amasa regi significabat. Fortè ne videret rex eum non posse cogere milites, & eius authoritas minueretur. Interea suspicionem perfidiæ probabat Amasa. Ante enim Absolomo fauerat contra Dauidem: nunc igitur quispiam suspicari posset, eum non bona fide agere erga Dauidem Itaq; non vocat Ioabum: sed alterum militiæ præfectum Abisai. Quandoquidem ille non redit, inquit, tu abi, accipe meas cohortes, & ex vrbe Hierusalem aliquot. Non creat imperatorem totius exercitus, sed pro tempore videtur eius operâ vti.

Abisao mandatur vt Sebam persequatur.

Non mandat Ioabo, nam decreuerat eum deijcere: timebat ne fretus tarditate Amasæ sponte Sebam persequeretur. Deus consilium hoc nō habuit ratum, vt Amasa imperator esset: impius enim surrogatus fuit impio. Cur ipsi Abisai ita imperet, rationem reddit: an magis nos affliget Seba filius Bichri, quàm Absalom? quasi dicat, periculum est si moram trahamus, ne latius serpat illa seditio, quàm Absolomica. Multi enim Absolomo nolebant adhærere, quia filius erat Dauidis quem odio habebant: at ille inimicus Dauidis erat.

Cùm Abisai paruisset mandatis Regis, ipse quoque Ioabus vltrò accessit: quamuis Iosephus missum dicat, & Dauidem Ioabo dixisse, quæ scriptura ipsi Abisai dixisse commemorat: imò cauerat Dauid ne iret. Venit ergo non vocatus, malo animo vt interficeret Amasa, quemadmodum ante Abnerem occiderat, vt suum principatum obtineret. Causas alij confingunt alias huius cædis: nempe quod indignissimè tulerit eum sequutum Absolomum, quodq; nunc cum rege perfide egisse visus sit. Iusta causa est, quòd ei inuidit principatum. Alioqui Dauid non ita malè loquitur de Amasa: moribundus filio mandat vt Ioabum occidat, cùm duos meliores se interfecerit. Quomodo occidit? proditoriè. Circumstantiæ diligenter notandæ sunt. Erat cognatus eius: missus à Dauide: simulabat amicitiam: dolosè interficit eum. Describitur habitus Ioabi, non erat tectus armis, tantum penulam habebat & gladium. Iosephus loricā habuisse dicit. Ita gladium accommodauerat in vaginam, vt accedenti caderet è vagina: ille manu sinistra colligebat, vt videretur ponere velle in vaginam, Amasa non putat eum arripere vt occidatur. Vulnerauit eum in inferioribus partibus ventris. Fratrem appellat quem occidere voluit. Mirum sibi non cauisse à sanguinario, quem sciebat Abnerum ob eandem causam interfeciſſe. Sed quid humana prudentia potest contra consilium Dei? Deus aufert hominibus sapientiam: prudentissimi præcipitant seipsos in pericula de quibus cauendis mille hominibus consulere potuissent. Simile quiddam videmus in Iuda Iscariote, qui Christum blande salutat & interim hostibus prodit. Sic Ioab quærit an saluus sit Amasa, & simul eum iugulat. Tum resumpsit sponte locum suum, non expectauit donec restitueretur à Dauide: expeditionem suscipit. Abisai missus à rege sponte videtur ei cedere. Omnes post eum cœperunt ire. Hinc apparet fauor militum erga ducem. Prospexerat Ioabus vt incitarentur voce militari. Constituerat vnum ad cadauer qui diceret, quotquot fauetis Ioabo & regi sequimini illum. Iustam vult videri cædem. Attamè fauor erga Ioabum non ita incitabat milites, quia ad cadauer subsisterent: quare sapiens quidam submouit & contexit. Dauid indubie rem audiuit, non tamen ita se gerit vt in morte Abneri: non ea signa doloris edit. Ratio est, quia in Abnero suspicione laborare potuit, quasi occiderit eum volente Rege: & periculum erat ne offenderentur Israelitæ & rursus deficerent. Ioabus tamen grauissimè peccauit. Nam reuera Amasa non legitur aspirasse ad istum principatum: Dauid vltrò ei obtulit. Intellexit Ioabum omnino deponendum & alteri dandum: putat ergo non ingratum Ioabo fore si in familia illa permaneat.

Cur Ioab Amasam occiderit.

Circumstantiæ cædis.

Cur nō cauerit sibi à Ioabo.

Cur Dauid nō ita luxit Amasam vt Abnerum.

14 *Et pertransiuit omnes tribus Israel, Abel & Beth-maachah, & omnia loca Berim: congregatiq; sunt, ac venerunt etiam post ipsum.*

15 *Quum venissent autem, obsederunt eum in Abelah Beth-maachah, & effuderunt aggerem contra vrbem, & stetit in antemurali: vniuersus autem populus qui erat cum Ioab, molirebantur subruere murum.*

16 *Et clamauit mulier sapiens de vrbe, Audite, audite, dicite obsecro ad Ioab, Appropinqua huc, & loquar ad te.*

17 *Quum accessisset autem ad eam, dixit mulier, Tūne es Ioab? Respondit, Sum. Quæ ait ei, Audi verba ancillæ tuæ. Respondit, Audio ego.*

18 *Tum dixit hoc modo, Loquendo loquebantur olim, dicendo, Interrogando interrogent in Abel: & sic perficiebant.*

19 *Ego*

19 *Ego inter pacificos & fideles Israelis: & tu quæris interficere vrbem & matrem in Israele? Quare dissipas hæreditatem Iehouæ?*

20 *Tunc respondit Ioab, ac dixit, Absit, absit à me, vt subuertam & disperdam.*

21 *Non ita habet res, sed vir de monte Ephraim, Sebà filius Bichri nomen eius, leuauit manum suam contra Regem, in Dauidem: tradite illum solum, & recedam ab vrbe. Dixitq; mulier ad Ioab, Ecce caput eius proijcitur ad te per murum.*

22 *Venit itaq; mulier ad vniuersum populum, cum sapientia sua, & absciderunt caput Sebà filij Bichri, proiecerunteq; ad Ioab: & clanxit buccina, & dispersi sunt ab vrbe vnusquisq; in tabernacula sua: Ioab autem reuersus est in Ierusalaim ad Regem.*

Perrexit Ioabus & tandem Sebam assequutus est: vt narrat Iosephus indicio aliquorum. Iste peragrârat tribus Israel nimirum eas solicitando, ne sequerentur Regem: & se iuuarent. Venit ad varia loca quæ hic commemorantur. Abel nomen est ciuitatis: nihe motum ad locum significat. Beth Maacha fortè regionis nomen, in qua ciuitas sita erat. R. Kimhi loca vicina esse dicit, per quæ Seba ibat, contemplando vbi se continere posset. Iosephus vnum nomen facit. Vbi sit Abela non ita certum est. Hieronymus duas facit: vnam facit quæ distat septem milliaribus à Philadelphia, quæ Rabba Ammon antiquitus dicebatur, vbi Iephte pugnauit cùm Ammonitis: ea videtur in tribu Nephtalim fuisse. Alteram fecit non procul à Gadara: quæ est in tribu Iuda: hæc mihi videtur potius esse Abela illa quę ad tribum Ephraim pertinet: dicitur ea etiam Maacha: Maacha verò olim Amorrheorum erat. Iosue 12. ad Iordanem iuxta montem Chermon. *Abel.* *Beth maacha.* *Berim.* *Berim.)* R. Salomo nescire se dicit quis sit ille locus. Alij putant in tribu Beniamin fuisse: idem quod Beroth, de qua in hoc lib. 4. cap. Libenter se ibi continebat Seba, erat enim ex tribu illa: sperabat se auxilia inde habiturum, Ioab persequitur eum, & incipit obsidere vrbem: non offert pacem vrbi, vt Deus Deut. 20. cap. iusserat. Valde succensebat ciuibus quòd sibi portas occluderent, & fauere vellent proditori. Quis fuerit successus rei, nobis proponitur. Aggerem extruxerant & iam iam vrbs erat capienda: sed tamen erraurat Ioabus, quòd pacem vrbi non obtulerat, nec diligenter in quisiuerat de seditioso, an ciues eum tueri vellent. Dum hæc considero, sæpè mihi occurrit quomodo in suscipiendis bellis non legamus ritus seruatos, qui Deut. 20. præscribuntur. Deus volebat vt sacerdos hortaretur populum, ne timeret, vt in castris proclamaretur, vt illi omnes, qui vxores duxissent, abirent: nec non qui nouam domum ædificassent, aut vineam plantassent: item timidi. Nusquam tamen ferè commemorantur hæc obseruata. Dixerit quispiam, fiebant: at non sunt descripta. Possumus etiam dicere, milites tenere quidem artes militares: at legum aliquando non esse obseruatores. Quemadmodum nunc videmus Ioabum illius rei, quæ præcipua erat fuisse oblitum. Interim omnia tenebat, quæ ad vrbem tuendam pertinebant, meritò ergo reprehenditur à muliere. *Ioab non offert pacem.* *Leges bellicæ Deut. 20. an seruatæ.*

Hebræi fingunt hanc mulierem Serah filiam Aser fuisse: sed fabulæ sunt. Scriptura enim nihil huius commemorat. Deinde oporteret eam septingentorum annorum fuisse. Fuit potius matrona quædam prudens & amans patriæ: quæ cùm videret vrbem in extremo discrimine, decreuit si posset, ei subuenire. Ester & Debora mirificè, & de improuiso opitulatæ sunt patriæ suæ. Mulier sapiens inquit Salomon, ædificat domum suam. Vires desunt illi sexui: at consilium bonum sæpenumero ei non deest. Hoc Abigail nos docuit. Nabalis culpa, tota ferè domus perierat, Abigail autem sua prudentia eam conseruauit. Hæc mulier sapiens dicitur. Non ea sapientia prædicatur fuisse, vt altissimas causas nouerit. Quanquam quo ad hoc, si Legem Dei nouit, sapiens possit dici. More veterũ dicitur sapiens. Cicero in tertio de Oratore ait: Bene cogitandi, pronunciandiq; ratione, vimq; dicendi, veteres Græci sapientiam appellârũt. Hinc Lycurgi, Solones & alij sapientes nominati sunt. Hęc prudens erat, & vi dicendi pollebat, cũ hæc non oraculo Apollinis, sed voce Dei sapiens iudicetur, magna est dignitas. Non habet orationem ad vniuersum exercitũ Ioabi: fortè ab illis non esset audita, & quæ de pace & alijs rebus tractanda sunt, cum principibus tractantur. Deus ergo non respicit sexum: sed prout visum ei est, dona sua impartitur. Quia omnium est Deus, & potest declarare potentiam suã per imbecilles, vt sunt mulieres, pueri, senes decrepiti. *Quæ nam fuerit hæc mulier sapiens.* *Quomodo dicatur sapiens.*

Loquendo loquebantur olim, dicendo, interrogando interrogent in Abel.) Mulier ista cùm esset reprehensura Ioabũ, incipit ab argumento potentissimo, nimirũ verbo Dei. Scio esse aliquos, qui volunt eam prouerbiũ antiquũ proposuisse. (Sic Christus dicit: Audiuistis quòd dictũ est antiquis.) Quòd veteres dixerint, priusquam aggrediantur arduum aliquod negotium, rem esse consultandam: si deessent cõsultores, aliunde, vel ab Abela (quod oppidũ fuit in extremis finibus) esse petẽ *Interrogent in Abel.*

dos. Vel quòd in ista ciuitate fuerint aliquando sapientes, qui optimè cõsulere potuissent: vt captet attentionem. Videris tibi sapiens, sed debes audire ancillam tuam. Nam sum ex illa ciuitate, vn de data sunt olim bona consilia & respõsa. Sed certior sententia est, quam & Paraphrastes Chaldæus sequitur, vt argumentum à lege sumat. Deus Deut. 20. mandauit, vt priusquàm euerteretur aliqua vrbs, contra quam susciperetur expeditio, pax ante illi offerretur. Hoc igitur dicit, interrogẽt, loquantur, perficiant, prout responsum tulerint. Hæc facere Israelitæ debebant erga externos. Argumentũ erit à minori ad maius: quantò magis nobiscum hæc facere debetis, qui sumus Israelitæ & pacifici. In eo cap. 20. non est verbum quærendi, aut interrogandi: quamobrem ego potius dicerem, eam respicere ad ea, quæ Deut. 13. habentur. Si audieris filios Belial ingressos vrbem, & solicitare homines, vt capt ad alienos deos, interroges, inquires & inuestiges, an res ita habeat, sin ita sit, ciuitatem excindas. Quod de idololatria scriptura loquitur, transfertur huc. Sed siue ad 20. siue ad 13. cap. Deut. respexerit, parũ refert. Sed si sequamur hanc interpretationem, cur dicitur in Abel, quod generatim dictum erat, contrahit ad suam vrbem, suo negocio adaptat. Argumenta ista, quibus vtitur mulier, partim sumuntur ab obsidentibus, partim à ciuitate obsessa. Obsidentes sũt Israelitæ: obstringuntur ergo Legi Dei: alioqui bellum eorum non erit bellum, sed infandum latrocinium. Plus sapit hæc mulier quàm Papa. Illé nobiscum agit, non argumentis deductis ex verbo Dei, sed edictis crudelissimis, ferro & flammis.

Argumentũ à ciuitate obsessa.

Deinde affert argumentum à ciuitate obsessa. Quam tu eam esse putas? Est hominum integrorum, pacificorũ, fidelium, qui non quærunt res nouas, qui à Rege non defecerunt. Magna laus hæc est alicuius vrbis, si pacata sit, &, pareat suis magistratibus. Est quodammodo minor syllogismi. Sic est agendum cum Israelis vrbibus. Ego sum vna ex illis, non quibuslibet, sed pacatissimis: ergo prius mecum lege agere debebas, non ita agere, vt excindas matrem in Israel. Ciuitas mater dicitur, eò quòd alat suos ciues. Vides quàm perfidè agant, qui matrem excindunt, hoc est, patriã perdunt. Luca. lib. 1. fingit ciuitatem Romanam instar vetulæ matris Cæsari in somnis astitisse. Græci metropolim hoc loco vertunt. Quoniam fortè inclyta fuit vrbs, & multa oppida & villas habuit, quibus præerat. Tertium additur argumentum, quod maximè attingit personam Ioab. *Quare dissipas hæreditatem Iehouæ?*) Peccabis non in nos tantùm, sed in bonum publicum, & in Deum ipsum: nam ille est author huius hæreditatis, ipse tribus distinxit. Hæc sunt argumenta mulieris prudentissimæ. Viri certabant armis, & robore corporis vrbem defendebant, hæc pugnat cõsilio & sapientia. Si est hæreditas ista terræ Israelis, ergo inuocat Deũ: minuis ergo cultũ Dei. Hoc non cogitat Antichristus, si bella gerit contra Christianos: certè mulier hęc optimè se gessit: videtur præceptũ illud notũ naturæ lumine. Nam Romani, vt Liu. refert 1. Decade, feciales & patrẽ patratũ mitti voluerũt, & repeti malè ablata, ac pacé offerri. Accusat ergo Ioabũ violatæ legis, quod nimiũ properet, Vis absorbere vrbem. Quæ sorbemus statim rapimus. Ira aũt & indignatio est inimica bonis consilijs. Erat aũt Imperator constitutus ad conseruandos Israelitas, non perdendos.

Ciuitas quomodo mater dicatur.

An penitus excludentur ciues Abelæ.

At non poterat omnibus modis hæc ciuitas excusari. Receperant seditiosum: clauserant portas summo Imperatori: deinde non videbantur prudenter facere, quòd ob vnũ hominem seditiosum periclitari vellent. Hoc tacet mulier, tantùm arguit Ioabum officij. Cùm ista fecerint, quomodo dicit matronam esse fidelium & pacificorum? Fortè maiorem ciuium numerum respexit. Seba fortè non omnia exposuit quemadmodum habebant. Interdum oppida repentè ab obsidente exercitu opprimuntur: & fortè nunc etiam sic factum est. Nam Ioab argumenta mulieris non refellit, sed coniectum se ostendens, dicit, *Absit, absit à me.*) Nefas hoc est: non quæro quod tu dicis. Repetit autem, ait R. Sal. vt non se tantùm, sed & Regem excuset: absit & mihi & Regi. Si ciues tales habet, inquit, recipiant æquas conditiones pacis. Vnus est Seba, quem tradi volumus. Is defecit à Rege, seduxit populum. Dicit eum esse de monte Ephraim, cùm ante dictum sit, fuisse ex tribu Biniamin, sed nulla est pugna. Fiebat vt vnus ex tribu aliqua propter certas necessitates in alia habitaret, & inde nomen acciperet. Sic Vrias Hethæus dictus, Obededom Gethæus, Helcana pater Samuelis Ephrateus, quòd ibi habitasset. Magistratus oppidi fortassis ignorabat, cur veniret Seba: cùm exercitus veniret, defendebant se, colloquia nulla inter eos fuerant. *Ecce caput eius proijcitur ad te.*) Mulier non pacisci tur cum Ioabo: dabitur tibi caput, vel iam datum est propter certitudinem. Vnde sciebat voluntatem ciuium, quod tam constanter affirmat? Norat eos fideles esse. si detexisset negotium, confidebat ita omnino futurum. Accessit itaq; ad populum, & egit cum eo. Quibus rationibus vsa sit, non ostendit scriptura: attamen plures esse potuerunt. Primùm commemorare potuit Dauidem Regem esse voluntate Dei, electione, consensu tribus Iudæ, deinde omnium Israeliterum: ideò par esse, vt ei obediant. Deinde Deum fauere Dauidi: nam defendisse ipsum contra Saulem, & victoriam contulisse contra Absolomum. Adhuc vnam illam vrbem

Quibus rationibus egerit cum populo.

Dauid-

Danidis exercitui non posse resistere. Non sapientum esse pro vno homine & seditioso, tantam aleam subire. Potuit etiam amplificare crimen seditionis, & illum capitis reum agere. Ios. 1. cap. factũ est plebiscitũ, vt qui nõ obediuisset Iosue, morte moreretur: hoc non fuit abrogatũ, sed in successoribus Iosue. Ideoq; in Dauide etiam seruari debuit. Cesserunt ei ciues eius: nã videbant eam nihil quærere quàm publicũ bonũ. Amputatur caput Sebę, & hic fructus tandem est seditiosorũ. Malè pereunt & luunt talionem: suis enim factionibus quid aliud quærunt, quàm caput reipublicæ auferre? auferatur ergo & illis caput. Hinc colligimus, quid illis euenturum sit, qui caput antichristum sibi constituunt, Christũ caput tollunt, tandem talionis pœnam luent: Christus enim spiritu oris sui eos interficiet. Caput Sebæ Ioabo traditum est, qui soluit obsidionem, quemadmodum fuerat pollicitus. Magna obedientia fuit militũ: iam vrbẽ propemodũ expugnârant: prędam habebant in manibus, nõ tamen conquerantur: statim recedunt, cùm Ioab receptui canit. Ioab rediit Hierusalem eũ exercitu, vrbem intactam reliquit non direptam, & incruenta victoria potitus est. Dauid aũt nihil ei dicit: non reprehendit, quòd insidiosè interfecerit Amasam: quòd se ingesserit & principatum arripuerit: non enim audebat: reprehendendus tamen erat: Ioab fœnum, vt dicunt, habebat in cornu: milites ad nutum ei parebant. Peccauit tamen Dauid, quòd eum nõ reprehendit. Dicat aliquis, fortasis eum reprehendit, sed non exprimitur. Si insignis fuisset reprehensio, scriptura non tacuisset, quemadmodum factum esse in cæde Abneri scriptura commemorat.

Pœnè seditiosorum.

Dauid peccat quòd nõ reprehendit Ioabum ob cædem Amasæ.

23 *Porrò Ioab erat super vniuersum exercitum Israelis: Benaiah verò filius Iehoiadæ super Chorethi & Pelethi.*

24 *Adoram super tributum, & Iehosaphat filius Ahilud à commentarijs.*

25 *Et Seia, scriba: & Sadoc & Ebiathar sacerdotes.*

26 *Et etiam Ira Iairites erat princeps Dauidis.*

Dauid iam ereptus erat ab Absolonico bello: proponit ergo scriptura dispositionem regni & faciem magistratuum, per quos rempub. gerebat. Idem suprà cap. 8. factum est. Cur nunc census iste magistratuum repetitur? Primùm, vt ostendatur, quomodo Dauid rursus creatus sit Rex: tanti enim isti fuerunt motus, vt videretur suo loco deiectus. Deinde vt homines intelligant Ioabum recuperasse locum suum. Is census distinguitur. partim enim ad ecclesiastica, partim ad politica pertinet. Ioab dicitur fuisse super vniuersum exercitum. Dauid cogitur ipsum restituere. Deus concesserat ei victorias: milites admodum ei fauebant. Bis iam amiserat principatum suum, tamen restituitur. Videtur Dauid necessitati parere. Sæpè aũt coguntur Reges ferre quæ nollent. Benaias erat super Chereti & Pelethi, cohortes Regis. Tametsi enim Ioab super totum exercitum esset: tamen peculiarem illi habebant præfectum. Adoram super tributis, cap. 8. istius functionis nulla fit mentio. Quoniam tùm primum fortè cùm esset inuectus Dauid, non magna exigebat. Postea ab exteris quos domuerat: & fortè etiam ab Israelitis aliquid exigebat. Iehosaphat fuit à memoria, vel libellis supplicibus. Seia ante Seraias dictus cap. 8. Scriba fuit, ab epistolis, vel qui acta & res gestas consignabat. Iram supra non commemoratur. Thecoites dicitur fuisse, non hoc loco, sed infra in catalogo fortium: sacerdos Dauidis dicitur: intelligunt quidã quòd proprius quodammodo sacellanus regis fuerit, ita vt oblationes & sacrificia quæ rex dabat per illius manus offerrentur Deo. Paraphrastes Chaldæus interpretatur quòd princeps fuerit. Kimhi principẽ consilij exponit. Suspicor quòd Ahitopheli summo consiliario fuerit surrogatus. Vox Cohen non semper ad sacerdotes peculiariter trahitur. Dauidis filij Cohenim dicuntur, aularchas vertunt Septuag. *Iairites*) deriuatum nomen à Thecoa putat Kimhi: nam ea ciuitas oleo abundabat. Iair à splendore quia oleo fouentur lumina vt splendeant domus. Aliqui cognomen familiæ putant.

Cur denuo politia regni describatur.

Cur supra tributorũ non est facta mentio.

Irã quid fuerit.

CAPVT XXI.

FVit autem fames in diebus Dauidis tribus annis, anno post annum: & requisiuit Dauid faciem Iehouæ: & dixit Iehoua, Propter Saulem, & propter familiam sanguinariam, eò quòd interfecit Gibeonitas.

2 *Accersiuit itaq; rex Gibeonitas, & dixit eis (Gibeonitæ autem non de filijs Israel erant, sed de reliquijs Emorræorum, quibus filij Israel iurauerant: quæsierat autem Saul percutere eos, dum zelaret pro filijs Israel & Iehuda.*

Artes huius capitis. Primum, causa famis deprehenditur, quæ durarat per tres continuos annos. Deinde remedium adhibetur: septem ex posteris Saulis occiduntur. Tertio suffixi in cruce humantur, cum ossibus Saulis & Ionathani. Quarto loco quædam prælia commemorantur quę Dauid & imperatores eius gesserunt. Cur hæc acciderint

Partitio capitis.

Cur Deus voluit tollere posteros Saulis.

si causam inquiramus, ad consilium Dei ascendendum est. Aliqui supererant ex familia Saulis, qui regnum Dauidis turbare potuissent: Deus eos toliere vult vt regnum Dauidicum stabiliatur. Deinde voluit Deus vt familia Saulis paulatim imminueretur, & deniq; periret. Nam ista duo promiserat Deus Dauidi. Vtrunq; nunc vult præstare, occasione Gabaonitarum. Accersit igitur famem: nam ea seruit Deo quemadmodum cæteræ afflictiones, lues, bella, &c. Nunc cogitandũ est Deum hęc velle facere; sed tamẽ iustè. Æquũ enim erat vt iniuria illata Gabaonitis non fineretur inulta.

Quando hæc acciderint.

Famem immisit vt homines sentirent, quàm graviter peccatum esset eo periurio. An verò historia hęc isto tempore acciderit, nempe post occisum Seba, an alio, incertum est. Sunt qui putent longè prius hæc accidisse, sed nunc describi. Ratio est quòd Dauid quando afflictus fuit seditione, ad extremum vitæ erat, & hîc scribuntur tres anni famis continui fuisse. Alij dicunt nunc ista acta fuisse isto anno, quo Seba excitauit seditionem, sed hunc annum fuisse tertium famis. Quicquid sit non multũ refert. Fames & lues habent naturales causas: sed nobis perpetuò cogitandũ est, motus illos naturæ, gubernari Dei prouidentia, & ideo semper ad illam respiciendũ est.

Naturæ motus Dei prouidentia gubernatur.

Quin & Ethnici, licet idololatræ, quando accidebant improuisa bella aut lues, monstra, portenta, procurare solebant varijs ritibus, vt passim est videre in historicis: cogitabant enim à Deo immitti. Non sunt veri philosophi, qui tantum in inferijs secundarum causarũ morantur, nec altius ascendunt. Si proximas causas respiciamus, videtur nimia siccitas fuisse. Nam sępè hæc regio laborauit hoc malo. Deus voluit pluuias suis temporibus ab eo expectari: ideoq; dixit, nõ erit vobis vt in Ægypto, vt positis manu vel pede Nili aquam deducere quocunq; volueritis: sed ego vobis pluuiam dabo. Quando grauia peccata grassabantur, claudere solebat cœlum. Id comminatus eis fuerat in lege. Dabo vobis cœlum æneum, terram ferream. Siccitatem fuisse inde audimus, quòd suffixæ sunt corpora, donec pluerent super ea: vnde colligi potuit Deum placatũ fuisse populo. Peccata ergo perturbant quodammodo vniuersam naturam rerum, terra effœta redditur, cœlum non dat pluuias, lues oritur. Et verè dicere possumus peccatũ perdere vrbes & regna. Est totius fundi nostri vera calamitas. Accersunt sibi hæc homines. Deus alioqui ordinem naturæ benè constituit; ordo perturbatur propter peccata, illa tamen perturbatio fit Deo gubernante.

Fames à Deo.

An posteri ferant peccata maiorum.

Afflictus fuit populus fame, expetuntur posteri Saulis affigendi patibulo. Non videtur æquum vt propter vnius peccatum, populus, Dauid, & posteri Saulis affligantur. Quæstio celeberrima, an posteri ferant peccata maiorum. Durissimum enim videtur luere pœnas peccati alieni. Sciendum est voluisse Deum inter homines vinculum esse arctissimum. Sunt quidem in cœtibus hominum, quandoq; pij impijs admixti. Cœtus tamen ille videtur vnum esse corpus. Quemadmodum in corpore accidit, vt vno membro afflicto, reliqua (quamuis sana videatur) langueant: ita fit vt cùm puniuntur impij alicuius cœtus, inuoluantur etiam sancti homines, vt videmus factum Ieremiæ. Pius ille fuit, & obsidebatur Hierusalem, cruciabatur pius cùm impijs. Daniel & socij eius adducti sunt vnà cùm alijs in captiuitatem. Nec tantùm Aebam punitus est, verumetiam vniuersa eius familia. Et vicissim hoc efficitur sæpè, vt propter multos bonos qui sunt in cœtibus; Deus à lijs sceleratis parcat: ita homines copulatos inter se voluit. Nec temerè id agitur: sed magno nostro commodo. Nam sic efficitur vt quisq; proximi sui curam habeat. Si videat malè eum agere, sciat peccatum hoc ad se quoquo modo pertinere. Deus ergo homines vult illis calamitatibus admoneri. Scit arcano suo consilio quousque proferre calamitates debeat. Dicat quispiam, oracula ex diuerso stare videntur. Nam Ezech. 18. & ser. 31. scribitur prouerbium fuisse inter Israelitas, patres comedisse vuam acerbam, & filijs obstupescere dentes. Non ita res habet inquit propheta, anima quæ peccauerit ipsa morietur. Quomodo ergo dicimus fieri sæpè, vt peccata vnius pertingant ad alios?

Obiectio.

Respondemus illos qui sic affliguntur vnà cùm impijs, vtut pij sint, habere attamen suos defectus, & quoquo modo peccati esse participes, non satis corrigere, orare, dolere quantum debebant, ideo si puniuntur non innocentes prorsus puniuntur. Iudæi autem superbissimè iactabant suam innocentiã, & Deũ quodammodo iniustitiæ accusabant. Patres mortui sunt aiebant, nos miseri abducemur in captiuitatem. Id reprehendit Deus per prophetam, dicens: Vos quoq; estis scelerati, patiemini non iniustè. Verum quidem est præcessisse iniquos, sed qui sequebantur etiam rei erant. Quid autem de paruulis respondebimus? In Ægypto percussi sunt: cremati in Sodomis: in diluuio perierunt. Nulla ætas munda est: quamuis paruuli essent, suam tamen corruptionem in seipsis habuerunt. Obnoxij erant morti: quid si morte eorum abuti Deus voluit ad declarandam iram suam contra peccata? & ad augendum dolorem parentum? Quando morerentur in manu Dei erat. In Deut. 24. scribitur patres non occidendos pro liberis, nec liberos pro parentibus, quanquam hoc in crimine læsæ maiestatis non fiat. Id vidit etiam Kimchi hoc loco, & ait, legem illam iudicibus & magistratibus fuisse propositam. Deus autem non sic prę-

Cur paruuli occidantur.

scripsit,

scripsit, ne hoc facere posit. Non tamen hoc facit, nisi filij parentes imitentur, & illorum peccata continuent. Ideò dicitur visitare iniquitatem patrum in filijs, in tertiam & quartam generationẽ 5. Deut. & quando Mosi sua nomina reuelauit. Hæc explicanda sunt, quemadmodum ipse explicat, his qui oderunt me. Et sciendum est aduersa non semper habere easdem causas, Infliguntur nonnunquam ad emendationem, vt illi qui peccârunt corrigantur. Quandoque ad probationem vt sint exercitia fidei, agnoscant quibus donis polleant, quibus non. Sunt etiam pharmaca præseruantia ne in scelera ruamus. Sunt etiam aliorum remedia, vt ipsi timeamus si in alijs peccata videamus puniri. Ad misericordiam Dei pertinet quòd non illico punit, sed si continuantur, oportet sistere hunc cursum scelerum. Peccata illa dicuntur reddi in filios: non simpliciter: anima enim quæ peccauit ipsa moritur. Peccata filiorum non eodem numero sunt cum peccatis parentũ. Dicuntur autẽ in posteros continuari, quia nisi continuarentur, Deus in ipsos non animaduertet. Stulta profectò erat illa parabola Israelitarum, Patres comederunt vuam acerbam, &c. Nam ita non fit in natura: tantùm illorum dentes stupidi fiunt qui comedunt acerbas vuas. Ideò corrigit Deus hoc prouerbium. & dicit, amplius non ita dicetis. Chryso. homil. 9. in Genesin, tractans locum illum, vbi Noah execratus est Chanaan, cùm tamen Cham peccasset: Quid, inquit, an filius pœnas dat pro patre? Filius dicit, imitatus est iniquitatem parentis: malus & ipse erat. Noe quodammodo id vaticinatus est. Deinde patri maiorem dolorem inflixit execrando filium. Videmus passim parentes velle liberorum dolores subire pro filijs.

Causæ afflictionum.

Isti quoque posteri Saulis, filij & nepotes, luerunt ne pœnas Saulis? Non sanè: habuerunt & illi scelera sua. Sed cur debet peccatum Saulis in eis puniri? Quia fuerunt & isti viri sanguinum, vt textus dicit, eò propensum habebant animum: continuatio scelerum excitauit iram Domini. Rectè tamen dicitur periurium Saulis puniri: quia parentes puniuntur in filijs suis, & Deus interea tollere vult scelerum continuationem. Kimhi hoc loco dicit, istos filios Saulis fuisse illi adiutores in persequendis Gabaonitis. Refert autem id ex aliorum sententia, dicens: sibi non fieri verisimile: paruos enim fuisse. Addit tamen, Deum punire pro parentibus filios non innocentes. Cur populus punitur? quia gaudebat in sinu, quando Saul persequebatur Gabaonitas. Sperabant se frui posse bonis ipsorum, iuuabant Regem? Cur Dauid? Non caruit ipse quoq; peccatis: sed quod ad hoc factum, videbatur & ipse rem negligere: potitus regno non succurrebat oppressis. Sed quærat aliquis cur Deus magis vlciscatur iniuriam Gabaonitarum, quàm sacerdotum in Nobe? Respondeo. Fortè populus non ita gauisus fuit cæde sacerdotum, vt afflictione Gabaon. Possumus etiam dicere, satis vindicatam illam iniuriam, quando Cæsus Saul, & quidam ex filijs eius in monte Gelboe, & regnum ex illa familia sublatum fuit. Fames oppressit Hebræos propter sanguines. Hac etiam de causa hodie in Papatu tanta verbi Dei fame laboratur, quia Antichristi familia sanguinaria est. Malum est graue fames, & sæpè terram Chananitidem afflixit, tempore Abrahami, Isaaci, Iacobi, ætate Achabi, Helisæi, & nunc tribus continuis annis. Dauid causam quærit. Nam semper ad mali fontem recurrendum est: sic etiam medici faciunt curaturi ægrotum: alioqui remedia applicare non possent. Vnde inquirit: non ab astris, sed Deo, cuius nutu omnia gubernantur. Aliqui dicunt eum orasse, alij responsum petijsse Ego vtrunq; puto feciisse. An à Propheta, an à summo sacerdote petierit, incertum est. Responsum habuit, propter Saulis periurium, quòd Gabaonitas afflixerit, famem grassari,

Cur puniuntur posteri Saulis.

Cur ob Saulem populus punitur.

Cur potius vlciscitur Deus Gabaonitas, quàm sacerdotes in Nobe.

Gabaonitæ illi non erant de populo Israelitico: dicuntur hic reliquiæ Amorræorum: sed cap. 11 Iosuæ scribitur Heuæos, qui habitabant ciuitatem Gabaa, solos petijsse pacem: hic Amorræi dicuntur. Fortè in finibus vtriusq; populi habitabant. Finxerunt se extraneos ex locis disitis esse, petebant pacem, quam & per dolos extorserunt. Postea res cognita est, cùm iam iusiurandum præstitum esset. Ibi videbant principes se constrictos. Credendum Deum voluisse eximere illos à publico mandato de delendis Chananæis. Iosuæ propheta erat, intellexit Deum hoc velle, Voluit autem vt omnes intelligerent iuramentum seruandum, ne cæteræ nationes quæ de illo iuramento sciebant, Israelitas atheos & impios putarent, qui iusiurandum nihili facerent. Quod si tunc ob honorem Dei iusiurandum seruatum fuit, quanto magis nunc seruari debuit, cùm tantum tempus elapsum esset? Præscriptio erat trecentorum annorum. Rumpuntur fœdera nunc sine causa. Conuenerat iam Israelitis cùm Gabaonitis vt serui essent sacerdotum & Leuitarum. Nathinæi quasi donati Deo dicebantur. Ambrosius dicit ciuili ratione mortui erant. Iurauerũt eis, vt habet historia in Iosua, non Israelitæ, sed principes & maiores: multitudo Israelitarũ, cùm audiret eos vicina loca habitare, ægrè tulit: sed posteà oratione ad eos habita iuramentũ approbarunt.

Qui fuerint Gabaonitæ.

Cur Deus voluit seruari iusiurandum illis datum.

Quo tempore Saul oppresserit & disperserit istos nescimus: tantum de ea historia scimus, quantum modò legimus. Putant quidam tunc cæsos, quando Saul sacerdotes in Nobe occidit.

Consilium Dei in vlciscendis Gabaonitis.

Kimhi negat. Quicquid sit, non magni refert. Consilium autem Dei hac in re duplex erat. Primum vt constabiliretur regnum Dauidis, & isti auferrentur: sed ex altera parte respiciebat, quæ suo honori & saluti aliorum expediebant. Quod ad se attinet, Deus semper haberi voluit adiutor oppressorum: tales erant illi, ergo titulo suo satisfacere voluit. Secundo voluit nos intelligere quantum eum delectaret conuersio illorum Ethnicorum. Adhæc peccatum periurij puniri voluit, & prohibere Israelitas ne perseuerarent in illa iniuria Gabaonitarum, quod omnino factum fuisset, nisi famem illam Deus eis immisisset. Addenda est alia causa. Gabaonitas typum gessisse gentium vocandarum à Christo ad religionem puram. Ideo Deus ostendit se curam eorum gerere. Imò tandem futurum erat, vt gentes Israelitas excæcatos iuuarent. Vt nunc Gabaonitæ pro afflicto populo intercedunt, quo flagellum ab eis amoueatur. Hoc ad Rom. 9. cap. attingitur, illi nunc increduli facti sunt, ex eo quòd vos estis misericordiam adepti, vt & ipsi misericordiam consequantur. Hortatur eos vt iuuent Israelitas. Valent hæc ad retundendum superciliũ Iudæorum, qui se vnos diligi à Deo putant. Hîc affliguntur propter Gabaonitas malè tractatos. Videbantur alienigenæ: sed erant filij Abrahami, quia vestigia fidei eius sequebantur: non ergo mirum si Deus eos tantopere defendit.

Bona intentio.

Quid impulit Saulem ad affligendum Gabaonitas? zelus pro Israele & Iuda. Zelum prętexebat, & tamen errauit: erat zelus cæcus. Hinc videmus quàm parum prosit bona intentio, quam subinde hypocritę iactant. Dicunt se bono consilio aliquid agere, interim malis vtuntur medijs. Bonum publicum prætexebat Saul, quòd istos extirpare vellet, quo Israelitæ bona eorum haberent. At homines dum obsequuntur cæco zelo sibijpsis inseruiunt. Ideò notanter scriptura dicit, zelo suo.

De zelo.

Hic zelus nascebatur ex ipso: non erat zelus ex Deo inspiratus: non pro gloria Dei, sed pro Israele & Iuda: spectabat homines vt plausum eorum captaret. Zelus alioqui affectus quidam est, & dicitur ἀπὸ τοῦ ζηλᾶν; quod est vehementer amare. Hinc nascitur perturbatio quæ locum habet in parte animi crassiore concupiscente. Amant & vehementer cupiunt quiddam homines, nascitur dolor

Definitio.

si non potiantur ipsi sed alij, aut si consortes & participes admittantur. Tàm vehemens est autem iste dolor vt zelotypi in alios & in seipsos sæuiant: nõ possunt pati consortes, sæuiunt & insaniunt.

Diuisio.

Inde colligi potest definitio zeli, vt sit affectus in animi parte crassiore, nempe concupiscente, vnde sequitur vehemens dolor ob rem quam non assequimur, vel si habeamus alios participes. Distinguitur in bonum & malum. Malus zelus erat Hebræorum, vt dicitur ad Rom. zelum habent, at non secundum scientiam. Zelus malus Petri erat quando occidere Malchum volebat, Pseudoapostolorum qui æmulabantur Galatas non bono studio: sed vt gloriarentur in carne eorum. Zelus hic Saulis malus erat. Bonus zelus reperitur. Paulus dicit æmulor vos Dei æmulatione. Filius Dei bono zelo laborabat. Zelus domus tuæ comedit me. Æmulamini dicit Paulus charismata meliora.

Quomodo bonus zelus à malo discernatur.

Sed quomodo malus à bono discerni potest? Affectus boni sunt & mali. Boni sunt quando continentur certis finibus, & inseruiunt virtutibus. Mali cùm sunt infiniti, cùm eis laxantur habenæ vt grassentur sine modo. Dicunt Ethnici regulã affectuũ præscribi à prudentia, quę acquiratur vsu & disciplina. At quo ad pietatẽ, nostra sapientia ex verbo Dei acquiritur: fide illas regulas quibus zelus dignoscendus est, apprehendimus. Zelus ergo qui fide regitur, est bonus. Vbi regula verbi Dei non adest, est malus. Ita peccauit Saul. Quod erat bonum quod cupiebat Israelitis? Vt ipsi tabernaculo seruirent, ligna cęderent, aquam afferrent, &c. Videbatur etiam cupere vt bona istorũ Israelitis cæderent: fortè prętexebat ad Gabaonitas non pertinere, quòd per fraudem iuramentum extorsissent. Et maximè incendebatur quòd isti homines habitârint (vt Iosue 9. habetur) præsertim in Gabaon vnde oriundus erat Saul, Cephira, Beeroth, & Ciriathiearim. Fortè ipse sibi & familiæ suæ cupiebat bona illa. Alij dicunt quòd cædem Nobensium ægerrimè tulerint. Amabant enim sacerdotes & Leuitas quibus inseruiebant. Sed hæc non habentur in scripturis.

Nos interea consideremus ingenium Saulis. Deus præceperat ei vt Amalechitas perderet, ille pepercit regi: & nunc Gabaonitas qui erant in fœdere Dei, cædit. Sic Antichristus parcit Iudæis, scortis: veros autem Gabaonitas Christianos disipat. Hoc est ingenium impiorum. Zelo autẽ suo faciunt: prætexunt nescio quod studium religionis, quemadmodum credendum est Saulem fecisse. In Deut. scribitur, Amorræos ne sinatis viuere. Et sic violauit iusiurandum, ac damnabat facto Iosua, principum, & Iudicum qui præcesserant. Quærendum videtur, cur Gabaonitæ mortuo Saule non conquesti sint Dauidi, & sibi satisfieri cupiuerint. Respondeo, id eis accidisse quod solet hominibus oppressis: dum sunt in misera fortuna nihil audent. Fortasis humana suspicione cogitabant, est gener Saulis, non volet rescindere acta soceri: expectabant ergo auxilium diuinum. Dauid non vltro facit, fortasis putat non sic malè fecisse Saulem. Deinde nemo Saulem apud ipsum accusauerat.

Cur Gabaonitæ non conquesti sint post mortẽ Saulis.

3. Dixit

3 *Dixit inquam Dauid ad Gibeonitas: Quid faciam vobis, & quo expiabo vt benedicatis hereditati Iehoua?*

4 *Responderunt ei Gibeonitæ, non est nobis super argento & auro cum Saule & familia eius, neq; est nobis voluntas quenquam interficiendi in Israele. Et dixit: Quicquid dixeritis, faciam vobis.*

5 *Tum dixerunt Regi: Vir ille qui consumpsit nos, & qui cogitauit aduersum nos: & deleti sumus vt non subsistamus in vllo termino Israel.*

6 *Dentur nobis septem viri è filijs eius, & affigemus eos Iehoua in Gibea Saulis electi Iehoua. Dixitq; Rex, Ego dabo.*

7 *Et pepercit Rex Mephiboseth filio Iehonathan filij Saulis, propter iusiurandum Iehoua, quod fuit inter eos, Dauidem & Iehonatham filium Saulis.*

8 *Tulit ergo Rex duos filios Rispah filiæ Aiah, quos pepererat Sauli, Armoni & Mephiboseth, & quinque filios Michal filiæ Saulis, quos pepererat Adrieli filio Barzillai Mehulathite:*

9 *Et dedit eos in manu Gibeonitarum, & suspenderunt eos in monte coràm Iehoua: & mortui sunt septem illi simul, & occisi fuerunt in diebus messis, in primis diebus, in principio messis hordeaceæ.*

10 *Tollens autem Rispah filia Aiah saccum extendit eum sibi super rupem à principio messis, donec stillaret aqua super eos è cælo, & non permitteret aues cæli requiescere super eos interdiu, nec bestiam agri noctu.*

Dauid admonitus oraculo totum hoc euenire propter Saulem & familiam sanguinariam Gabaonitarum, interrogat quid facto opus sit vt pacati redderentur erga Israelitas. Dat eis optionem vt petant quod velint. Nec modò placatos voluit: sed vt benè precarentur pro Israelitis. Videbat enim ipsos Deo gratos esse. Sic agitur iudicio Dei, qui pios vexant, postea coguntur supplices fieri & rogare vt prò eis intercedant apud Deum. Pharao cùm affligeretur varijs plagis, dicit Mosi & Aaroni, rogate quæso Dominum vt auferat à me hoc malum: efficiebatur supplex illis quos oderat. Sic Abimelechus cùm familia eius morbo graui affligeretur, iubetur à Deo rogare Abrahamũ prophetam vt pro se oraret. De ista verò placatione Dei quam ambire videtur Dauid, cogitandũ est non esse illam qua condonantur peccata, quoniam illa gratis habetur. At postea cum iustificati sumus & fructus fidei edimus & oramus, tunc tribuit Deus istis operibus, vt mitigent nonnunquã flagella. Quam distinctionem quidam non intelligentes, multũ cauillantur in nos, quasi bona opera profligemus. Quod ad iustificationem attinet, non tribuimus eam bonis operibus. Opera verò quæ exercentur à iustificatis, dicimus apud Deum multum valere, vt mitigentur & quandoque tollantur flagella. Hæc obiter, redimus ad historiam. Dauid videtur liberalius agere, quàm conueniat in isto negotio. Etsi satisfaciendum erat Gabaonitis, non tamen optio videbatur eis danda. Ex legibus mulctæ sunt imponendæ: nunquam iudices consueuerunt dicere parti, quid tibi vis fieri? Respondendum, existimandum est oraculum non tantum protulisse causam tanti mali: sed ostendisse etiam remedium. Debere illis satisfieri, ita vt rependeretur eis quod postulassent. In sacris literis non habetur addita conditio: sed omnes ferè interpretes hoc dicunt, & Iosephus etiam nominatim exprimit. Quid si iniusta petijssent? Dauid tùm non habuisset obstrictam fidem. Cogitandum est Deum monuisse illos quid esset petendum.

Illi qui persequuntur pios eorum preces, tandẽ petunt.

Bona opera.

An Dauid recte dederit optionem Gabaonitis.

Non est nobis super auro & argento cùm Saule & familia eius. Non lis est dicunt de auro & argento, volumus vt de posteris Saulis ne vnus residuus fiat: ista lis non auro dirimetur. Quidam putant Dauidem credidisse hanc litem æstimari posse pecunijs, quia pauperes erant, ideò sic respondisse: at talionem volunt. Vt Gabaonitæ hoc peterent id egit Deus, vel eorum mentẽ afflando spiritu suo & intus edocendo, aut oraculo instructi sunt, aut admoniti à propheta vt sic agerent. Non requirimus, inquiunt, vt aliquis ex Israele occidatur: sed fontem mali requirimus: dentur nobis septem viri, quos patibulo suffigamus coràm Domino. Hæc est eorum postulatio. Videntur quodammodo à conditione prius posita discedere, contrahunt enim postulationem suam ad septem, & sic Mephibosethus excluditur. Quidam aiunt Dauidem eos monuisse, non posse fieri vt omnes extinguantur, eo quòd Saul ad eum dixerit, iura mihi quod seruaturus sis posteritatem meam. Deinde Ionathani etiam iurauerat, ideoq; contraxisse eos petitionem suam. Simpli-

Gabaonitarum postulatio.

Petitionẽ eorũ iustam fuisse.

citer puto Deum voluisse tot postularent, vt parceretur filio Ionathani. Petionem verò Gabaonitarum iustàm fuisse, euentus declarat. Nam cùm fuissent traditi, & cruci suffixi, Deus propitiatus est terræ. *Affigemus eos Iehouæ.*) Dicunt se velle eos affigere patibulo coram Domino, hoc est vt iustitia Dei declaretur & illustretur. Quod documentum transferre possumus ad omnes

Cur eos suspenderint.

qui extremo supplicio afficiuntur: principes ostendunt mortem meritos esse. *In Gibea Saulis.*) In Gabaa sumptum est hoc supplicium, ea autem patria Saulis fuit: pertinebat ad magnum eius dedecus. Sic legimus Haman accidisse: crucem erexerat in domo sua, in quam Mardochæum ageret, at ipse ibi suspensus est. Suspendium elegerunt Gabaonitæ Dei voluntate, quo supplicium hoc magis esset perspicuum, & omnes Iudæi interesse possent: vt admonerentur, ne proselytos malè acciperent: deinde vt seruarent iuramenta præstita. Adhæc incitare exteros voluit, vt veram susciperent religionem: dum viderent Deũ protectorem eorum fore, qui tam seueriter iniuriam

Mephibosetho parcitur.

Gabaonitarum vindicabat. *Et pepercit Rex Mephiboseth.*) Parsum est Mephibosetho: quia parcendum erat ei propter iuramentum datum. Videtur is non consensisse Sauli, quoad istas crudelitates, nec potuit per ætatem, quinquennis enim fuit, cùm occisus est Saul: placido ingenio visus est fuisse. Nam Dauide cum eo expostulante, tantummodo se excusauit, nõ petijt pœnas sumi de perfido seruo. Præterea, cùm Dauid diceret, diuidito possessiones cum Siba, statim dicit, habeat sibi per me totum, quando Rex incolumis redijt.

Tulit ergo Rex duos filios Rispah filiæ Aiah.) Dauid si tradit duos filios Saulis, & quinq; nepotes, nõ vltrò facit & sponte, iudiciũ Domini vrget eũ. Cùm Deus ita afflauerit Gabaonitas, videt esse parendũ. Dei hæc est voluntas, exitus id declarauit. Videre iam Israelitæ potuerunt quàm errint sequendo Isbosethum & Sibam, contra Dauidem. Colligimus item, Deum ratum habuisse

Iusiurandum Gabaonitis datum quare Deo placuerit.

iuramentum præstitum Gabaonitis: non quòd dolum adhibitum probârit, sed amauit studium Gabaonitarum. Sic obstetricibus benefecit non mendacij causa, sed quòd benè vellent Israelitis.

Filij Rispah.

Duos filios Saulis ex cõcubina tradit (alij enim non supererant, sed extincti erant in monte Gelboe.) & quinq; Michol. De duobus prioribus, qui fiij Saulis & Rispæ erant, Hiero. tradit eos consensisse in cædem Gabaonitarum. quod & Hebræi dicunt: de quo suprà nonnihil diximus. Si tales erant ij posteri Saulis, quemadmodum à scriptura appellantur, sanguinarij, expediebat reipub. vt

Filij Michol.

tollerentur è medio. At quæstio nunc oritur de alijs quinq;, dicuntur filij Michol, & dicitur peperisse eos Adrieli: at superius dictum est, Michol sterilem fuisse. Deinde non nupsit Adrieli, sed Dauidi: postea cùm auelleretur à Dauide, non collocata est Adrieli, sed Palthi filio Laïs. Non consentiunt nomine, nec videtur Adriel hoc loco ponendus fuisse. Sed sciendum istam Michol sororem habuisse, quæ Merab dicta est. Hanc habiturus erat Dauid, primogenita enim fuit, sed Saul decepit Dauidem & Adrieli eam collocauit. Micholi autem ascribuntur hi filij, quod

An adoptio concedatur mulieribus.

mortua Meroba vera & naturali matre, ista quæ non erat mater vera accepit eos ad se, & educauit: adoptauit eos sibi, ideò ei ascribuntur. Adoptatio in consolationem orbitatis inuenta fuit: sed non videtur mulieribus concedi. Legibus quidem Romanis in Digestis in Tit. de Statu hominum, lege In multis, ibi glossa dicit prohibitam esse mulieribus adoptionem propter sexus infirmitatem: excipitur casus: si filij in bello pro Republica fuerint occisi: sed legibus antiquissimis credendum est, licuisse mulieribus. Nam Moses dicitur adoptatus à filia Pharaonis. At siue educarit, siue adoptarit, non multum refert. Sunt alij qui dicunt illam Merobam duobus nominibus vocatam esse, Merob & Michal. Ij mouentur maximè proprietate verborum, Quos genuit scribitur, non quos educauit: sed filij generati illis dicuntur, qui adoptarunt. Kimhi ex libr. Ruth. 4. cap. locum adducit, quando Ruth pepererat, dicunt, nunc natus est filius Noemi, at illa non erat mater, sed socrus. Sunt qui erratum putant in libro: sed ego ad istud genus solutionis non tàm facilè descendo. Ipsa Michol vxor Dauidis quæ sterilis erat, & Dauidem contempserat saltantem coràm arca, iam er interfectione filiorum Saulis videre poterat, Deum elegisse familiam Dauidis, & reiecisse Saulis.

Cur relinquuntur cadauera, suspensa contra Legem.

Et dedit eos in manum Gibeonitarum.) Gabaonitæ suffixerunt eos non Dauid, non mandauit vt satellites sui hoc facerent. Est extraordinarium supplicium. Id verò agitur vt Dauid non fiat periurus: tamen non prorsus adhuc extinctum est semen Saulis. Manserant corpora sic affixa vsque ad pluuiam. Hebræi dicunt, à Martio ad Septembrem, sed absq; certo fundamento scripturæ: certum est diu pependisse. Videtur hos pugnare cùm loco 21. Deut. vbi Deus suspensa cadauera ad vesperam auferre iubet. Sed ipse Deus peculiariter nunc ita fieri voluit. In vniuersum quidem ita agendum erat: hoc singulare est. Neq; pugnant istæ voluntates Dei. Sunt enim diuersa obiecta. Leges imposuit hominibus, non sibipsi. Potest dispensare, vt loquuntur, quando visum fuerit. Quæ ratio est, vt cadauera deponantur? Quia sunt maledictio coràm Domino. Ne

polluatur

pollustur inquit, terra tua: hoc est, si terra quæ data est vt sancta sit, non debet ferre impios viuos, nec etiam in aere conspiciantur: sunt enim opprobrio. Altera ratio, illi satis pœnas luerunt: non addenda est alia pœna. Erat hæc ignominiosa mors etiá apud Romanos: cùm Cicero contra Verrem diceret, ciuem Romanum actum in crucem, nescit quo titulo hoc sit appellandum. Obseruatum est in Christo seruatore nostro vt deponeretur eodem die, quo mortuus est.

Tollens autem Rispah filia Aiah saccum.) Sequitur factum Rispæ concubinæ Saulis. Mulier illa custodiuit corpora suspensorum, adfuit etiá noctu: afficiebatur quadam στοργῇ erga eos. Hoc facti neq; Dauid neq; Gabaonitæ improbant. Imò Dauid laudat Iabenses, quòd Saulis cadauer abstulerunt. Credendum est etiam hanc ab eo commendatam esse. Eripere à morte illos non potuit, quod præstare potuit, præstitit: defendit eos à bestijs & volucribus: factum igitur vt sepelirentur. Est genus quoddam pœnæ, vt corpora non humata relinquantur. Id minatur Deus in Psalmis, non tantùm dicit occidentur: sed partes vulpium erunt. In Ier. de rege Ioachim dicitur. Sepultura asinorũ sepeliendũ esse. Quin & Homer. Ilia. 1. dicit: αὐτὰρ ὁ ἰνδάλια πάντα κυσὶν οἰωνοῖσί τε δῶκεν. Pietas mulieris istius à circumstantia laudatur: fuit vxor regis & speciosa. Nam legitur Abnerum postea familiarius cum ea egisse. Strauit illa sibi lectum iuxta patibulum, volebat die & noctu ibi manere: saccum strauit sibi, hoc enim lugubre erat. Credendum est famulas habuisse, ipsa tamen cùm στοργὴ afficeretur voluit adesse, non fidebat alienæ diligentiæ. Deus placatus est terræ: hoc est: restituit ei fertilitatem. Colligendum est supplicia impiorum esse instar victimæ. Sic in lib. Num. cùm principes suspenduntur, restincta est ira Dei.

Factum Rispæ probatur.

Sepultura eas rere.

11 *Renunciatum autem fuit Dauidi, quod fecerat Rispah filia Aiah concubina Saulis.*

12 *Et abijt Dauid, & tulit ossa Saulis, atq; ossa Iehonathan filij eius à maioribus Iabes Gilead, qui furati fuerant eos de platea Beth-san, in qua suspenderant eos Philisthim, die qua percusserant Philisthim Saulem in Gilboa.*

13 *Tulit inquam inde ossa Saulis & ossa Iehonathan filij eius, & collegerunt ossa affixorum.*

14 *Et sepelierunt ossa Saulis & Iehonathan filij eius, in terra Biniamin in Sela, in sepulchro Cis patris eius: & fecerunt iuxta omnia quæ præceperat Rex, & placatus est Deus terræ.*

Nuntiatum hoc est vt res illustris Dauidi: qui mulierem hanc imitatus est, tum & suspensorum & Saulis ac Ionathani cadauera sepeliri curauit. Nunc expendendũ est, quàm probus fuerit Dauid. Factum mulierculæ, quod plenum prudentiæ videbatur, imitatus est. Imitatio rerum bonarum nobis præcipitur à Deo, nec tantùm vult vt imitemur sanctos, sed quandoque ad animalcula bruta nos remittit. Prou. 6. Piger remittitur ad formicam, vt eius prudentiam & sedulitatem imitetur. Christus seruator noster voluit suos imitari volucres cœli, qui non serunt neq; metunt. Filios quoq; huius seculi, prudentiores dicit filijs lucis. Multi adeò arroganter sunt, vt non dignentur quenquam imitari. Nam putant se sapientissimos esse. Placent Deo seueritas & στοργή. Seueritas quòd obediuerit oraculo: clementia deinde & humanitas, quòd Saulem sepeliuerit. Vt cumulatum beneficium redderet, iuit ad Iabenses & corpus Saulis petijt, non vi abstulit. Sepeliuit in Sela, locus est in tribu Beniamin, vt habetur in Iosue: ibi sepulchrum Cis patris Saul fuit. *Et fecerunt iuxta omnia quæ præceperat Rex.*) Illi fecerunt quod mandauerat Dauid: quid? Hebræi dicunt vt solenniter humaretur, luctus adhiberetur, vt in funere regio fiebat. Deus verò exoratus est, & restituit terræ fertilitatem pristinam.

Imitatio rerum bonarum.

Ex hoc loco intelligimus, non tantùm homines propter scelera affligi: sed etiam cęteras creaturas grauia pati. Hoc est quod Paulus ad Rom. dicit: creaturam ingemiscere. Oseæ 2. cap. dicit Deus: Ego exaudiam cœlum, cœlum exaudiet terram, terra frumentum & oleum, hæc Israelem. Cùm homines Deo conciliantur, cœlis dat benignos influxus, illi adiuuant terram, terra producit vsibus humanis necessaria. Non existimandus est Deus placari operibus nostris, vt peccata remittat, sed temporarias pœnas remittit & varia dona concedit. Nostra reconciliatio cum Christo, non est per sanguinem taurorum aut vitulorum, sed vnius Christi. Sanguis etiam martyrum non reconciliat nos Deo, quomodo ergo sanguis illorum qui mali erant, & fortè inuiti moriebantur, Deum placasset? Animaduersum est in periuros, ideò Deus pristinam fertilitatem restituit.

Creaturæ patiuntur propter hominum peccata.

Quomodo Deus operibus nostris placetur.

15 *Fuit insuper bellum Philisthim cùm Israele, & descendit Dauid, ac serui eius cum eo, atq; prœliati sunt contra Philisthinos: & defecit Dauid.*

16 *Tum Isbibenob, qui erat de filijs Gigantis (pondus autem hastæ eius trecentorum sclorum æris, & ipse erat accinctus nouo) cogitauit percutere Dauidem.*

17 *Et auxiliatus est ei Abisai filius Seruiah, percussitq; Philisthæum, atq; interfecit eum, tunc iurauerunt viri Dauidis ei dicendo, Non egredieris vltra nobiscum in prælium, ne extinguas lucernam Israelis.*

18 *Posthæc extitit bellum in Gob cùm Philisthim: tunc percussit Sibechai Husathites ipsum Saph, qui erat de filijs Gigantis.*

19 *Factum deinde & aliud bellum in Gob cum Philisthim; vbi percussit Elhanan filius Iaare Oregim, Bethalamites, Goliath Gittheum: cuius hasta lignum erat tanquam iugum liciatorium texentium.*

20 *Fuit insuper adhuc bellum in Gath: erat autem ibi vir mensuræ: cuius digiti manuum & digiti pedum erant seni, viginti quatuor numero, qui etiam erat natus ex Gigante.*

21 *Hic probris affecit Israelem, & percussit eum Iehonathan filius Simeah fratris Dauidis.*

22 *Quatuor ij nati sunt ipsi Giganti in Gath: & interfecti sunt manu Dauidis & manu seruorum eius.*

His absolutis, quatuor bella commemorantur, in quibus Gigantes cæsi sunt: & epilogo quodam claudit historia victorias Dauidis. Dum narratur quomodo illi interfecti sint, sternitur gradus ad sequens caput, ibi celebrabitur Deus carmine epinicio: in quo Dauid non se prædicat: sed Deum qui eum victorem fecerit. Regnum Dauidis datum quidem à Deo fuit, sed tranquillum nunquam. Vexabatur bellis non tantùm exterarum gentium, Palæstinorum, Idumæorum, Ammonitarum, Moabitarum, Syrorum, sed etiam domesticis bellis. Fuit ei contentio primum cum Isbosetho, deinde cùm Absolomo & Seba filio Bichri. Etsi verò regnum eius concuteretur; tamen ex Deo erat: neq; argumento fuit satis idoneo, vt dicerent Dauidem minus à Deo diligi. Augustinus de Ciuitate Dei lib. 5. cap. 22. occurrit illis qui omnia incommoda, bella, pestem, eluuiones, incendia, imputabant Christianæ doctrinæ receptæ à Romanis, non esse indicio scribit; minus amari à Deo. Hæc dum mecum reputo, de Ecclesia considero quid statuendum sit, quæ perpetua quodammodo habet bella, non tantum cùm externis, veluti Turcis, Ethnicis, Iudæis, Atheis, sed etiam interna. Obijcitur nobis ab Osijs, Staphylis, & alijs euangeliomastigis perpetuò, quòd non consentiamus inter nos de re sacramentaria, libero arbitrio & alijs. Negare non possumus: an propterea dicemus ecclesiam reformatam nõ esse ecclesiam? Spiritus quidem Domini est spiritus pacis. Totos occuparet omnes, si toti essent regenerati, at nondum hòc habemus: ecclesia est instituta, vt sit aliquando sine ruga, non est nunc, erit aliquando cùm Christus vicerit omnes aduersarios. Puto nullos esse qui consensum non ament, attamen veritate salua interdum haberi non potest. Dissidia in ecclesia nunquam statim extirpata sunt. Videntur illi cùm hæc narrant, mera portenta proponere, quasi in ecclesia dissensiones nunquam fuerint. Sed quæso initia respiciant. Populus Israelis qui fuit ecclesia Dei, in deserto sæpius occidere Moysem voluit; Core, Dathan & Abiron tumultuati sunt, & contenderunt de Sacerdotio, quod expresso Dei verbo Aaroni designabatur. Inter Dauidem & Saulem quæ erant motæ? verbum tamen Dei de regno expressum erat. Domus Iuda habuit regnum à Deo, tamen sub Roboamo schisma factum est. Post illam ætatem prophetæ successerunt: ex vna parte veri, ex altera parte falsi erant: qui pugnantia dicebant, quod vnus affirmabat, alter inficiabatur. Redierunt Israelitæ ex captiuitate, scissi sunt in varias sectas: Essenorum, Pharisæorum, Sadducæorum. Quis dicat ibi non fuisse Ecclesiam? Non ergo nouum est, vt vbi est Ecclesia Dei, ibi sint dissensiones. In Nouo Testamento si dixerint non hoc factum esse: nescio an errent prudentes an imprudentes. Tempore Apostolorum quid fuit inter Petrum & Paulum? Petrus Iudaizabat cum damno Ethnicorum, qui erant conuersi; Paulus redarguebat ipsum. Paulus & Barnabas quos spiritus sanctus in ministerio coniunxerat, ita dissenserunt vt à se inuicem discederent. Durauit diu contentio de Iudaismo retinendo vel non. Translata est contentio ad Augustinum & Hieronymum: hic voluit quædam mendacia etiam in sacris literis ex dispensatione posse concedi, ille vehementer inficiatus est. Tempore Apostolorum & paulò post, habuerunt Christiani inter se multos sectarios: Cerinthianos, Martionitas, Gnosticos, Carpocratianos. Facite Ethnicos accepisse nostrorum argumentum, & dixisse, vos de vestro

Dauid varijs bellis vexatus.

Bella Ecclesiæ.

Partes capitis.

Contra aduersarios, non habere ecclesiam veram etsi sint inter nos dissidia.

de vestro Christo consentire non potestis, nos sacra constituta habemus nostrorum numinum. Quibus credam istis an istis? omnes dicunt se esse Christianos. Quæso ponderemus Ecclesiam apud Corinthios, quam Paulus plurimum commendat, omni sapientia & sermone instructam dicens: quieti ne inter se erant? Schismata erant inter eos: dicebant, Ego sum Petri, ego Pauli, ego Apollo. Sed non de rebus grauibus inquis, dissentiebant. Eò veniebant multi, vt scortationem simplicem putarent non esse peccatum, vnde Paulum docere eos hac de re oportuit. De resurrectione ipsa malè sentiebant. Si sunt errores in Anabaptistis, aut in alijs, non sentimus cum eis. Posteriore ætate Arriani concusserunt Ecclesiam per annos 150: & Ethnici erant, quibus hoc dolebat: Themistius enim scribebat ad Imperatorem Constantium de hac re. Facito Ethnicos, qui tunc erant argumentari, contra Ecclesiam: Qui vos estis Christiani diuersi inter vos? In vna Ecclesia Episcopus catholicus erat, in altera Nouatianus: vt Constantinopli erat Chrysostomus & Agelius. In Africa quoque per omnes ferè Ecclesias erant bini ferè Episcopi, Catholicus & Donatista. Pars imagines habere voluit. Epiphanius tanquam rem detestabilem habuit. De primatu Papæ quid dicemus? volunt articulum esse necessarium ad salutem: an verò omnes eum receperunt? Gregorius dicebat hunc titulum esse Antichristi. Constantinopolitanus ambiebat contra Romanum: tandem totus Oriens Romanum Episcopum non agnoscebat: tamen dicunt Ecclesiam fuisse. Dicunt se Papatum coniunctum habere. Deus nouit. Sed vt liberaliter cum eis agamus, concedamus hoc eis, indicium est totos ferri ad praua: estque coniuratio potiùs quàm veritas. Dauid regnum Dei habuit: tamen quietum non erat: talis est Ecclesia.

Quatuor bella commemorantur. Primum nemo dubitat ex interpretibus contigisse illo tempore, cùm Dauid iam senex esset: sed existimant alia tria bella non isto tempore accidisse. Rationes eorum istæ sunt. Quòd post primum bellum factum est decretum, ne Dauid in bellum descenderet. Adducunt item ex libro primo Paralipom. 20. cap. vbi illa duo bella, statim post bellum Ammonjticum describuntur. Adijciunt coniurationem Absolomicam postremo tempore vitæ Dauidis contigisse, non ergo tot postea bella geri potuisse. Cur hîc recensentur? ex occasione dicuntur, quia belli facta est mentio, vt Dei bonitas illustrior esset, & vt facilè epinicio sequenti connecteretur. Ego facilè assentirer interpretibus, si rationes eorum firmæ ac certæ essent: sed cùm non sint robustæ, non facilè interrumpendum filum historiæ iudico. Potuit fieri, vt ista bella post conspirationes sopitas facta fuerint. Sed factum dicunt decretum, ne Dauid in bellum egrederetur. Fuerit: non tamen necesse est, vt dicamus tribus illis interfuisse, per legatos geri potuerunt. De loco ex libro Paralip. dico, rectè ibi poni tria ista prælia Gigantum (primum non commemoratur (quoniam ibi recitetur seditio Absolomi & Sebæ: sed post prælia ista ad censum populi descendit. Quòd autem quatuor commemorantur quæ gesta sint breui temporis spacio non mirum. Potest fieri vt cæsi statim redintegrârint bellum, & sic secunda & tertia vice cæsi sint. Volunt occasione primi belli, alia quoq; annecti: non displicet mihi vt occasione recentis beneficij, alia quoq; repetantur. In jjs prælijs dicuntur occisi Gigantes. Erant corpora vasta. Quærunt nonnulli, cur Deus tales homines extare voluerit: quærant pariter, cur pumiliones condiderit. Voluit ostendere suum artificium, potentiam & sapientiam. In productione non obstat ei materia: naturam humanam in maxima mole & minima potest constituere. Admirantur nonnulli corpus formicinum quod sit tam paruum, tamen organa vitæ habeat: & in re minima dicunt magis ostendi artificium, quàm in re maxima. Ideo fingunt Hebræi, magos Pharaonis qui colubros fecerant, & alia miranda opera, cùm ventum esset ad pediculos, defecisse. Magorum artes dicunt non posse producere quæ sint minora grano hordei. At opifici Deo materia non resistit, habet eam vt cerem, pro suo arbitrio fingit & format.

Quando hæc bella acciderint.

Cur Deus Gigantes esse voluerit.

Tum Isbibenob qui erat de filijs Gigantis.) Gigantes isti etsi magnæ molis fuerint, tamen prosternuntur potentia Dei. Primus qui dictus est Isbibenoth vir fuit potens, quod ex armis colligitur, ferrum lanceæ habuit siclorum 300. Sic poetæ faciunt, cùm describunt arma, volunt vt de robore conijciamus. *Et ipse erat accinctus nouo.)* Erat accinctus clausa, vt volunt Hebræi. Septuaginta intelligunt nouo scilicet gladio. Quid sibi velit diuinamus, sed nescimus. Voluntillo tempore ad honorem aliquem militarem primùm fuisse promotum. Nam cingi dicuntur, qui aliquam dignitatem assequuntur. Cinguli meminerunt leges ciuiles in Codice & Digestis, de Testamento militari. Fortè centurio vel tribunus factus erat: & vt specimen daret suæ fortitudinis inuadere voluit ipsum Dauidem. Vtq; Iosephus habet in sua historia, vidit auulsum à suis Dauidem, arbitratus itaq; est quòd solum confícere posset. Affuit Abisai, protexit regem, & trucidauit eum. Ambiguum est, nam ad Dauidem vel Abisai referri potest.

Isbibenob.

Cinctus nouo.

Lucerna Israelis.

Tunc iurauerunt viri Dauidis ei dicendo,) Hoc viso periculo Israelitæ decretum fecerunt, ne amplius descenderet in prælium, ne extingueretur lucerna Israelis. Regnum Dauidis lucernam appellant, quòd omnibus quasi præluceret omnibus virtutibus, & læta eius auspicijs omnia fuerint. Ante opprimebantur sæpè à vicinis hostibus, Ammonitis, Moabitis, Palæstinis, ita vt tempora illa tenebricosa dici potuerint. Nunc tempore Dauidis Respublica confirmata videbatur. Nec modò sapientia, sed precibus & verbo Dei præluebat, erat enim Propheta. Vtinam id

Principum officium.

ob oculos haberent principes, non à se requiri opera tantùm trita & vulgaria, sed vt sapiant etiam alijs. Breuiter, vt viuant alijs, & illis præluceant omni virtutum genere. At quotusquisque est inter principes qui hæc cogitet? Multi videntur non habere oculos, volunt tantùm videre per alios, non tractant verbum Dei. Videntur carere auribus: nam clamores viduarum, orphanorum & peregrinorum non exaudiunt, sed submittunt alios qui audiant. Carent fortassis manibus: ad prælia rarò ipsi veniunt, sed alios mittunt. Carent lingua, loquuntur per alios. Sensus tamen habent ad sectandas suas voluptates. Dauid autem erat lucerna in Israel. Veras Dauid Christus est lux nostra. Ego sum (inquit) lux mundi: at qui militant Sathanæ, sunt in

Israelitarum decretum inutile fuit.

regno tenebrarum. Israelitæ piè cogitant, ne Rex exponatur posthac periculo. Quemadmodum membra pro capite volunt periclitari, ita bonorum subditorum est principum salutem curare. Videbant Israelitæ se non posse vti effœtis viribus corporis Dauidis. Volunt saltem vti viribus ingenij, prudentia, consilio, precibus. Consuluerant hoc in prælio Absalomico, quanquàm decretum non fuerit factum, nec adiurârint eum. Nunc decreto & iuramento interposito confirmant. Exemplum hîc nobis proponitur, vt omnia periculo exponamus potius quàm vt Chri-

Omnia pericula exponenda pro Christo.

stus in nobis occidatur. Exponendæ sunt opes, vita etiam. Hanc doctrinam Christus proponit, cùm iubet vt simus prudentes sicut serpentes. Serpens dicitur pro conseruando capite, in quo vitam habet, totum corpus obijcere, & illud custodire, etiamsi caudæ amputetur. Ita nos pro capite nostro Christo Seruatore, in quo nos quoque omnem vitam & salutem habemus, non modò opes & reliqua externa, sed ipsam quoq; vitam in discrimen ponere debemus, modò ne hoc caput nostrum amittamus. Obseruabimus præterea, Abisai seruasse Dauidem suo interuentu. Dauid bellator strenuus fuit, tamen inferior miles seruat eũ. Nullus est adeò sanctus, doctus & insignis, quin beneficiũ possit accipere à minoribus. Ita Deus colligauit corpus ecclesiæ, vt mẽbra sint cõiuncta: magna est varietas auxilij diuini: aliquando ipse per seipsum immediatè, vt vocat, subuenit suis in periculis: sic ipse interfecit Senacheribi exercitũ: nonnunquam perterrefaciendo corda

Auxilij Dei varietas.

hostium: sic factum cum Chananæis, vt testatur Rahab. Interdum alia auxilia humana submittit Deus, vt hoc loco: potuisset perdere vel perterrefacere tyrannum, sed submisit Abisai, qui ei suppetias ferret. Quæris cur Dauid qui à Deo instructus erat ad bellum, in præsentia sic titubat? Respondemus hoc sæpè accidere sanctis, vt dona quibus ornati sunt à Deo, non perpetuentur eo-

Cur dona Dei aliquando remittant.

dem vigore: remittunt interdum. Et id optimo consilio facit Deus: vt intelligamus non fuere ex nobis, sed à Deo esse, & temperari vt nunc maiora sint, nunc minora. Præterea hoc respicit, vt illis non fidamus, sed Deo authori charismatum. Vult agnosci non tantùm vt donator, verumetiam vt conseruator. Nihil magis cognatum videtur prauitati nostræ, quàm vt Deo postposito, donis eius inhæreamus. Non quidem ambigere debemus de gratia Dei erga nos, tamen de donis nihil polliceri, vt robore, ingenio: temperat ea Deus vt sibi visum fuerit. Et hoc pacto membra corporis Christi se mutuum iuuant. Cùm donum remittit in quopiam, in altero intenditur: non vni omnia Deus vult conferre.

Gob.

Posthæc etiam extitit bellum in Gob.) Videamus nunc alterum prælium quod breuibus complectitur scriptura. Fuit in Gob: in Paralip. Gazara dicitur: varium est nomen vnius loci. Sibbechai occidit Gigantem Saph. Credendũ magnum prælium fuisse: hoc inter cætera narratur quod

Goliath.

insigne fuit. *Factum deinde & aliud bellum in Gob.*) In tertio occisus est Goliath ab Elhana Bethlehemita. Chaldæus Dauidem putat fuisse, sed puto nomen militis esse qui sic dictus sit. Pater eius fuisse dicitur Iaaer Oregim: cur illa cognomina sic fuerint, rationem reddere non possumus. Si Dauid obstrictus erat iuramento ne descenderet in prælium: quomodo interfuit illi prælio? dicunt per [illegible] dici, sed non est necessarium. Non autem est primus ille Goliath, vt quidam volunt: locus enim & tempus non congruunt. Iste occisus est in iuuentute Dauidis, in valle Terebinthi. Historia lib. 1. Paral. cap. 20. errare nos non patitur, vbi dicitur prioris illius fratrem fuisse.

Gigas monstrosus.

Probra contra populum Dei.

Appellatur autem eodem nomine.

Fuit insuper adhuc bellum in Gath.) De quarto prælio scribitur à Palæstinis quoq; esse matum: & in castris eorum Gigantem fuisse qui præter vastam corporis molem, etiam monstrosus erat: sex digitos habuit in vtraque manu & vtroq; pede: superbus admodum fuit: nam exprobra-

bat

bat Israelitis. Quæ probra fuerint non scribitur: sed facilè est conijcere quæ solerent in Iudæos dicinempe quòd essent superstitiosi & arrogantes, quòd separassent se ab omnibus alijs nationibus, qui tantùm vnum suum Deum colerent, despectis alijs numinibus: qui sacra sua tantùm retinerent, qui se circunciderent: recutitos, curtos, & pellas vocabant. Probro eis dabantur, quæ tamen erant glorioſa. At quæ coram Deo magna sunt, trahuntur quodammodo pedibus à filijs huius seculi. Aduersarij nostri hodie additamenta habent, suas traditiones, in quibus valdè sibi placent. Obijciunt nobis: separastis vos à sancta ecclesia: vnum tantùm vestrum verbum colitis: habetis simplices tantùm cultus. Appellant nos contemptim Lutheranos, Zuinglianos, Sacramentarios, perfidos. At grauem nobis iniuriam faciunt. Abdicationis ipsi maximè rei sunt, qui nos excommunicant. Quod vnum verbum Dei colimus: turpè nobis non est. Deus enim iussit: quòd ceremonias retinemus paucas, rectè facimus. Adeò autem probra crescunt, vt Euangelium verbum diaboli vocent: Christianismum sataniſmum. Criminantur nos, quòd homines idola erigamus, Zuinglium, Lutherum, Philippum Melanchthonem & alios. Miror, cur eos non pudeat: illi Papam idolum adorant: prouoluunt se ad oscula pedum eius. Dicunt non esse purum hominem: arbitror, quia impurus sit. Addunt multa, cadauera, reliquias, statuas adorant & colunt. Ionathan filius Simeæ fratris Dauid: ita illi à cognatis veri Dauidis spiritu oris eius interficientur. Ionathan superius videtur Ionadab dici, is malum consilium dedit Amnoni: fortè duo fuerunt: sed quicquid sit parum interest.

Probra quæ nobis obijciuntur

Gigantes isti erant ex Geth Satrapia Palæstinorum. Per ea loca multi fuerunt: vnde tempore Moysis dicunt exploratores, se comparatione eorum locustas esse: Fuerunt etiam in Hebron, sed expulsi sunt sub iudicibus. Og rex Basan vltimus fuit ex Gigantibus. *Et interfecti sunt manu Dauidis & manu seruorum eius.*) Omnes ceciderunt per manus Dauidis. Primus cùm Dauid adesset, reliqui per manus seruorum eius. Ista phrasis me delectat quòd illi qui in prælijs Dauidis cadebant, quamuis à seruis interfecti essent, dicuntur sub manu Dauidis cecidisse. Sic qui cadunt sub manibus nostris, cadunt sub Christi manibus: ipse vincit in nobis. Quæ dicuntur de Dauide, non modò generatim ad Ecclesiam quæ est regnum Christi, sed etiam ad singula membra Ecclesiæ pertinent. Nobis assiduè est pugnandum: vita nostra est militia super terram. Petrus dicit hostem nostrum obambulare vt quærat quê deuoret. In hac pugna Gigantes, monarchæ, principes, turgidi, philosophia & eloquentia resistunt nobis. Nos pusilli sumus, non igitur est, vt nos ad nostras vires referamus: sed ipse Deus spectandus est: vnde sunt nostræ vires. Et ne pugna nimium difficilis videatur, habemus promissiones. Paulus dicit, Deus citò conteret satanam sub pedibus nostris. Et omninò sperandum est. Antichristum ad nihilum recasurum: est enim conficiendus spiritu oris Christi. Multa sunt bella Dauidis: nec ex multis rebus vna est, quæ plures inimicitias pariat, quàm diuersitas religionis. Referamus quæso oculos ad Patriarchas, Ismael Isaacum filium promissionis persequebatur. Esau odio habet Iacobum. Itaque dum affligimur, dum arma & calami in nos stringuntur, statusmus non nouum esse: ab initio sic fuit. Moliantur quicquid velint, filius ancillæ cum matre ejicietur: filij promissionis in domo permanebunt. Sed de bellis iam satis.

Ad singula membra Ecclesiæ pertinent quæ hic de Dauide dicuntur.

CAPVT XXII.

Loquutus est ergo Dauid Iehouæ verba cantici huius die qua liberauit eum Iehouah de manu omnium inimicorum suorum, & de manu Saulis.

2 *Et dixit, Iehouah petra mea, & arx mea, & liberator meus mihi.*

3 *Deus fortitudo mea, sperabo in eo, scutum meum, & cornu salutis meæ, eleuatio mea, & refugium meum, saluator meus, ab iniuria saluum fecisti me.*

4 *Laudatum inuocabo Iehouam, & ab inimicis meis saluus ero.*

5 *Circumdederant enim me contritiones mortis, torrentes impietatis terruerant me:*

6 *Dolores sepulchri circumdederant me, præuenerant me laquei mortis.*

7 *In tribulatione mea inuocaui Iehouam, & ad Deum meum clamaui: & exaudiuit de templo suo vocem meam: & clamor meus in aures eius.*

Argumentum & scopus huius capitis.

HOC capite continentur epinicium præclarissimum Dauidis. Nam bellis ex sententia gestis carmen hoc cecinit, vndique grauissimarum rerum plenum. Proprietates enim Dei insignes continet: fiduciam in Deum collocandam docet: liberationem canit: iudicia Dei admiranda: victorias item: regnum amplificatum: & in ijs omnibus Christum celebrat. Porrò ad Christum hæc referri debere, sciatis nostrum inuentum non esse. Ad Romanos capite decimoquinto, sub persona Christi testimonium hinc ducitur: Confitebor tibi in nationibus, & nomini tuo canam. Christus nationes sibi acquisiuit. Cecinit hoc carmen, vt se excitaret ad Deum celebrandum, vt Deo gratias ageret, vtque nos omnes institueret. Alij victores solent canere pæana, triumphos. Hic autem non cantat suas vires, sed Deum ipsum. Non sese venditat quòd multum effecerit, omnia vltro Deo ascribit. Cecinit hoc carmen cùm iam pacem haberet. Alij superatis hostibus sese dedunt voluptatibus, diffluunt vndiquaque luxu. Nam secundæ res concoctu difficillimæ sunt. Dauid postremo vitæ tempore Cygneam hanc cantionem cecinit, Saul ponitur inter hostes, & ponitur postremo loco. Non quòd recens fuerit aut leuior cæteris, sed è diuerso post omnes tacitos nominatim collocatur, quia vehementia & continuatio vexationis eius omnes antecelluit. Persequebatur eum non vt vulgarem aduersarium: sed expeditionem instituebat contra eum: decies vel duodecies Dauid mutare locum coactus est: eratq; quasi auicula, cui non licebat vllo in loco nidulari. Postea quoq; grauia passus est: bellum semper excipiebat bellum. In inscriptione Psalmi se seruum Dei appellat, quoniam missus erat à Deo, non vsurpârat sibi regnum authoritate sua. Deo item seruiebat. Ambit istum titulum Papa quasi laboret & acquirat Deo non sibi. Paulus vocabat se Christi seruum. Possumus hinc intelligere duas potestates in mundo, ciuilem & ecclesiasticam, hanc debere seruitutem Deo: Intellexit hoc Paulus cùm magistratum διάκονον Dei vocat. Ordo & series orationis hæc est. Primùm recensentur proprietates quædam nobilissimæ Dei, quòd arx sit, munitio, latibulum, &c. Postea dicit, Se inuocaturum Deum ipsum, qui talis sit. Adijcit miram esse potentiam eius qui tot & tanta faciat in impressionibus aeris. Adhæc suas calamitates describit & liberationem. Hæ sunt propositiones, ex quibus fit quasi conclusio, Deum diligendum esse. In Psalmo propositio ponitur. adduntur rationes: hic eadem tanquam conclusio ponitur.

Quando hoc carmen cecinerit.

Cur se Dei seruum vocet.

Amor Dei non est cæcus.

Amor vehementissimus est aliarum affectionum: in eo continentur aliæ commotiones mentis. Deuteron. 10. Quid aliud requirit Deus quàm vt eum diligas? Attendite amorem nostrum erga Deum non debere cæcum esse. Nascitur ex cognitione Dei: Non enim amamus, inquit Augustinus, nisi cognita: fide cognoscitur: fides est ex verbo Dei. Diligendus est quantum cognoscitur, cognoscitur quantum scriptura proponit. Hoc ideò annoto, quòd multi dicunt non oportere vt excutiamus verbum Dei, tantùm Deum diligamus: at cæca esset dilectio. Proprietates insignes quæ subijciuntur fidei, & amorem eliciunt, proponuntur. Est ornatus illustris: amplificatio insignis. Videndum, ne lectores parum attentos ista epitheta præteruolent. Hic quasi arma piorum proponuntur. Deus dicitur nostra fortitudo. Deut. 32. pulcher locus extat: quia Israelitæ suum צור relinquunt: idò fugantur. Cùm describuntur vires, quæ ex illo fonte dimanent, ideò fit, ne ista permutemus cum inferioribus mundanis. Dicitur petra & arx quædam nostra, latibulum, cauerna, recessus, vt tuti simus à venatione impiorum, præsertim diaboli. Est liberator: quid enim prodest habere latibula, nisi adsit defensor? Robur nostrum, fortis est Deus, & ab illa fortitudine in nos dimanat quicquid habemus roboris: omnia assignanda sunt Deo: ne idem nobis accidat quod Nabuchodonosori, qui in bestiam degenerabat. Hinc concludendum est, sperandũ esse in illum, & talem ex intimis visceribus amandum. *Deus* inquit, *fortitudo mea est, clypeus meus.*)

Deus est nostra fortitudo.

Arx & petra.

Liberator.

Clypeo repelluntur ictus & vulnera. Sæpè conficeremur, nisi Deus tanquam clypeus adesset. Sed non satis est in prælio excutere ictus, sed hostes ventilare & fugare oportet. Ideò subijcitur: *Cornu salutis meæ.*) ducta metaphora à cornutis animantibus, in quibus cornua instrumenta sunt ad pugnandum. Non autem ita accipiendum, quòd Deus sit nostrum instrumentum: metaphora tantùm in eo accipienda: vires enim nostræ Dei sunt vires. Zacharias in cantico suo Lucæ 1. vsurpauit hanc loquutionem de Christo: est cornu saluare, id est vis nostra. *Est exaltatio mea.*) Nam cùm periclitor, assumit me ad locum sublimem: vbi in tuto maneo altior hostibus meis. Salomon in Prouerb. 18. cap. Turris fortissima est nomen Domini, quo cum currit iustus, extra telorum iactum est. Deus est *Refugium meum.*) Dum sum in periculo, video quò me recipere debeam: liberabit me à tyrannis: faciet vt floccifaciam minas eorum. Est magna congeries Epithetorum. Valent illæ coacernationes si res superant orationem nostram. Sed videndum est, dum hæc legimus, vt non tantùm auribus percipiamus, verumetiam corde ac mente ista sentiamus. Non enim inania verba sunt, sed magnos habent sensus, & à spiritu sancto ita fabricata sunt, vt nos alioqui lan-

Clypeus.

Cornu salutis.

Elcuatio.

Refugium.

qui languentes excitent. Dum hæc canebat Dauid, non molli animo faciebat. Vtinam ardens eius pectus, dum hæc legimus, videre possemus. Epitheta ista inter cætera hoc ostendunt, Deum non vna via posse suos iuuare. Sunt multa auxiliorum genera hîc descripta, arx, munitio, confugium, &c. Hoc Paulus ad Ephesios cap. 5. imitatus est, cùm armat militem Christianum: dat ei galeam, clypeum, gladium, baltheum. Sunt variæ illæ facultates quibus Deus suos iuuat: nos alioqui sumus vitrei & cerei, statim diffluueremus, nisi illæ vires Dei adessent. Paulus dicebat: Omnia possum in Christo qui me corroborat. Cùm ad Rom. 8. cap. grauia mala descripsisset, addit: Sed in his omnibus ὑπερνικῶμεν superuincimus: non tantùm victoria potimur. Dicebat se certum esse, quòd nulla creatura separare eum posset à Dilectione Dei.

Deus variis rationibus suos iuuat

Laudatum inuocabo Iehouam.) Cùm patefecit auxilia Dei, & opes, quas solet inuocantibus dare, dicit: Ego quoq; inuocabo laudatum. Nam qui rectè nouerunt Deum, tacere non possunt. Petitiones nostræ quas rogamus, cum laudibus Dei coniunctæ esse debent. Statuamus ante, Deum rectè facere quæ facit. At sunt nonnulli, qui Deum inuocant non laudatum, sed prouocatum. Putant eum seueriorem esse quàm oporteat: murmurant. Non est cuiusuis scire, se affligi à Deo, tamen clementem & misericordem prædicare. Cùm statuerit se inuocare Deum incitatum eius virtutibus: nunc ex altera parte stimulatum se dicit ærumnis. Ista sunt calcaria precum. Ex vna parte Dei misericordia, ex altera ærumnæ & afflictiones. Generatim suas calamitates vno verbo comprehendit: *Ab inimicis meis saluus ero.*) Postea per partes, qui nam illi sint, ostendit. *Circundederant enim me contritiones mortis.*) Hoc est proprium dolorum, vt conterant animũ & corpus. Non sunt quiuis dolores, sed *Torrentes Belial.* Hostes suos confert iustè & eleganter torrentibus, tales sunt vexationes sanctorũ. Nonnunquam perterrefaciunt, intumescunt, tractari nõ possunt, sed citò euanescunt. Ita afflictiones piorum interdum remittunt: dantur dies halcyonij. Si per totam vitam durent, breues sunt, si conferantur ad vitam futuram. Torrentes Belial, putant aliqui pro plurali poni. Vel numerus vnitatis satanam notat, qui efficax est in quolibet impio. *Dolores sepulchri circundederant me: præuenerant me laquei mortis.*) Mors durissima est: at habet comites & satellites multò duriores: vt sunt omnes morbi, qui comitantur mortem. Aliqui dixerunt dolores. Sed benè quadrat vt comites dicamus. Sic descripsit hostes suos. Nunc videndum, quomodo agant mecum. Id ex significatione verborum colligemus. Obsederunt, circumuallârũt me: quod maius est quàm qui occurrerunt mihi. Videor esse in potestate eorum, perterruerunt me. Valdè malè agitur cum quopiam, si non tantùm robore hostis, sed etiam metu vincitur. Præuenerunt me: prospicere non potui, opinione prius aderant. Sunt laquei mortis, non tantùm vt me capiant, sed captiuum detineant. Ista sunt quæ me incitant rursus ad inuocandum Deum. Quando nos ista incitant ad Deum inuocandum, non ita detestanda sunt, vt inepti quidam faciunt: incitant autem per accidens. Sicuti congeries quædam adiunctorum posita fuit ad exprimendam bonitatem & potentiam Dei: sic coaceruatione malorum vsus est. In quibus se adiuuandum dicit, cùm inuocauerit. Et Christus verus Dauid ex omnibus aduersis liberatus est.

Petitiones nostræ iungendæ sunt cum laudibus Dei.

Mala quibus Dauid prouocatus fuit ad preces.

Torrentes Belial.

In tribulatione mea inuocaui Iehouam, & exaudiuit.) Docet suo exemplo, quòd pij in ærumnis non spernuntur à Deo. Dius est in omnes qui inuocant eum. De palatio suo exaudiuit, nimirum de cœlis. Deus vbique est: attamen in cœlis collocatur propter egregia & miranda opera quæ indè solet edere. Vnde in oratione Dominica dicimus, Pater noster qui es in cœlis. In terris etiam tabernaculum & propitiatorium inter Iudæos habuit. Christus nostrum est propitiatorium, exaudit ergo nos Deus: *Et clamor meus in aures eius.*) Nihil velocius pijs precibus, subitò in conspectum Dei veniunt: pulcherrima est verborum connexio, Inuocaui & clamaui: ex altera parte, Venerunt preces ad conspectum eius. Non est quouis modo orandum, dicitur clamo: est Auxesis.

Palatium Dei.

8 *Tum commota est & contremuit terra, fundamenta cœli commota sunt, & intremuerunt, quoniam iratus erat.*

9 *Ascendit fumus in ira eius, & ignis de ore eius deuorat, carbones succensi sunt, ab eo.*

10 *Et inclinauit cœlos, & descendit, & caligo sub pedibus eius.*

11 *Et equitauit sub Cherub, & volauit, & auolauit super pennas venti.*

12 *Posuit quoq; tenebras in circuitu suo tabernaculo, colligationem aquarum super nubes.*

13 *Præ fulgore in conspectu eius succensi sunt carbones ignis.*

14 *Tonauit è cælo Iehouah, & altissimus dedit vocem suam.*
15 *Et misit sagittas, & dispersit eos: fulgur, & constrinxit eos.*
16 *Ac ita apparuerunt effusiones maris reuelata sunt fundamenta orbis, propter increpationem Iehouæ, ab expiratione spiritus iræ eius.*

Modus auxilij diuini.

His ita positis iam describitur modus auxilij Res intelligi benè non potest, nisi ex similitudinibus. Describit ergo perturbatam & vehementem aliquam tempestatem, qua hostes opprimere & suos liberare vult. Putant Hebræi allegoriam esse: vt Deus in illis rebus suam potentiam declarat, ita in impijs declaraturum esse. Quò res intelligatur, cogitare debes, vt Deus iuuet in periculis, duo præcipuè requiri: potentiam & voluntatem. Posse illum nos iuuare argumento sunt illa quæ facit in illis impressionibus aeris: sunt subita illa & vehementia: nemo vel minimam partem illarum præstare potest. Exigitur etiam voluntas: tamen possumus addere, Non tantùm Deus facit naturaliter quæ describuntur: sed etiam ea facit pro sanctis suis. In Ægypto grandines misit. In monte Sina erant tonitrua, fulgura, mons totus ardere videbatur. Cùm populus ingrederetur terram Chanaan, pluit Deus lapidibus. Describitur hoc loco magna tempestas, & interim opera tanguntur quæ Deus edit pro pijs contra impios. Quid si pro Dauide ipso, istis vsus sit contra exercitum Saulis vel aliorum? Non sunt descripta omnia. Isaiæ 19. prædicitur à Deo visitandum Senacheribum Hierosolymam obsidentem, tonitruo & fulmine: percussum habemus eius exercitum; de modo non traditur: tamen prædicuntur. Potentia Dei quotidie monstratur: voluntas etiam, quia sæpe ad tuendos suos, & dissipandos hostes, istis vsus est. Cùm ista commemorantur de impressionibus aeris & grauissimis tempestatibus, videtur in memoriam reuocari fœdus initum cum patribus: ideò confirmamur de promissione. Nec potuit similitudo magis cõgrua nunc afferri. Nam vt hæc subitò in aere fiunt, sic in grauissimis periculis homines diuinitus ita seruantur, vt omnes intelligant, non humana opera seruatos esse. Quod Dauid de seipso dicit, ad Ecclesiam & vnumquenq; nostrum pertinet. Magna est amplificatio in verbis: sed amplificandi vim magnitudo affectus ei suggerebat: non modicos nos esse in diuinis laudibus oportet.

Testimonia potentiæ & voluntatis Dei.

Similitudo tempestatis quomodo rei propositæ conueniat.

Sed vt ad singula descendamus. Primùm terræmotus ponitur. *Tum commota est & contremuit terra.*) Vsus est Deus in monte Sina terræmotu; Quando absorptus est Core, Dathan & Abiron, ita terra mota est vt hiatu quodam omnes illos absorperit. Solet autem in terræmotu fieri vt aperiatur terra. Vziæ regis tempore terræmotu vsus est Deus. Item quando Christus mortuus est, & à mortuis resurrexit, & cùm orarent sancti, motus est locus, Act 4. Carcer in quo Paulus & Silas erant. Act. 16. *Fundamenta cælorũ cõmota sunt.*) In Psal. legitur montiũ. Inferiores partes vbi exhalationes fiunt appellat fundamenta. Quia montes altissimi sunt & suo vertice cælum attingere videntur, ideo etiam fundamenta cœlorum dicta sunt: substernuntur illæ montibus & montes cœlo. Atlas altissimus mons in Africa, fingitur gigas qui humeris suis fulciat cœlum. Inferiores quoq; partes terræ, fundamenta cœlorum alia ratione à Physicis dicuntur: quòd orbes cœlorum circa terram vertantur. Fundamenta cœlorum in tempestatibus moueri dicuntur: quòd si haberent fundamenta omnia turbarentur. Huc fortè respexit Matthæus cùm ex ore Christi dicit, Virtutes cœlorum commouebuntur. Deus hæc facit vt impios puniat. *Quoniam iratus erat.*) Est Anthropopathia: Deus non laborat ira, sed irati omnia perdere volunt quæ eis aduersantur. *Ascendit fumus in ira eius.*) Carmen est quod tractammus in hac descriptione cum poetis habet cognationem, nominant Iouem suum tonantem & fulminantem. Non temerè hæc fiunt, quamuis quidam impij dicant, si prouidentia agerentur, cur fulmine montes & arbores tangeret, & impij liberè vagarentur. Impios sæpè de cœlo tangit. Tullus Hostilius cùm aliqua superstitiosa tractaret, fulmine de cœlo tactus est. Nadab & Abihu conflagrarunt: Senacherib exercitum amisit fulminibus missis. Fortè etiam Iulianus Apostata fulmine tactus est. Sodoma conflagrauit ignibus. Si Deus montes percutit, ostendit hominibus quid facere possit si punire voluerit. Nos qui Dei sumus, cùm motus istos videmus, non perturbemur, sed cogitemus arma esse patris nostri, eum à nobis stare illis rebus, quidq; Deus sibi cum illis velit cum Davide cogitemus. Commemorantur duo principia rerum, cœlum & terra, ista dicit commoueri. Inde conficitur, si illa stare non possunt cùm irascitur Deus, sed mouentur, quid impijs qui infirmi sunt fiet? Huius partis subiecta materia est tempestas. Ibi videmus caligines, nubes crassescere, largos demitti imbres, sunt venti, tonitrua, micationes ignium in aere, fulmina, grandines. Prosopopœia quadam ob oculos ponit Deum ita iratum, vt fumum spiret naribus, ex ore ardentes euomat ignes. Sic irati pinguntur.

Terræmotus.

Fundamenta cælorum.

Fulmina non temerè iaciuntur.

Tempestas.

Deus quomodo descendat.

Inclinauit cælos, & descendit.) Dicuntur inclinari ad homines, si condensatur aer, vt nubes terram at-

ram attingere, & capitibus noſtris imminere videantur. Ipſe Deus inuolutus illis rebus deſcendere dicitur: non deſcendit niſi per declarationem ſuæ potentiæ: vbiq; eſt. Deſcendere dicitur, non quòd loco moueatur, ſed quando curam rerum ſuſcipit neglectarum. Cùm ſurſum & deorſum omnia miſcentur, videtur noſtra non curare: ſi edit hæc opera, rerum curam videtur reſumere. Deſcendere dictus eſt cùm turrim Babylonicam extruerent: item cùm Sodomitæ puniendi eſſent. Dicitur in nubibus habere latibulum & tentorium ſuum: quoniam alinqui habitat lucem inacceſſam: & metaphora ſerenitatis blanditur hominibus. Cùm iratus eſt videtur homines imitari, qui ſubducunt vultum ab illis quos odio habent. Ex ira dicitur facere, hoc refer ad impios. Cùm Deus Iſraelitas ex Ægypto duceret, à parte Ægyptiorum meræ tenebræ fuerunt; à parte Iſraelitarum lux. In monte Sina caligines fuerunt: non erat tunc Iſraeli iratus. Vtuntur quidam allegoria, iratum non fuiſſe, ſed legem dediſſe quæ operatur iram. Hîc non tantùm quæ in monte Sina geſta ſunt commemorantur: ſed etiam quæ in Ægypto acciderunt. *Et equitauit ſuper Cherub.*) Cherub figura quædam eſt alata: nobis ſignificat hoc loco nuntios Dei, qui magna celeritate omnia illa faciunt quæ Deus iubet: vtitur illis & ventis, qui gubernantur ab illis angelis. Deus inequitat, quia illis rebus fit quòd vult Deus. Ethnici etiam Mercurium alatum fecerunt, & ventis alas tribuerunt. Angelos quoq; alatos poni, ſæpe habemus. Cherubim cum alis factæ ſunt, in Exodo: Iſaias Seraphim ad ſe volaſſe dicit. Ezechiel & Daniel angelos ad ſe volantes viderunt. Oſtendunt miniſterium angelorum velociſsimum eſſe. Pſal. 104. qui creat angelos ſuos ſpiritus. Non ſentiendum hîc cum Sadducæis quaſi angeli miniſterium tantùm ſint, nullæ ſubſtantiæ ſecretæ à materia: non tantùm motu creaturarum brutarum mouentur, ſed intelligunt, loquuntur, inſtruunt nos. Venit angelus ad Mariam virginem, ad Zachariam. Angeli eorum, vt eſt in Euangelio, ſemper vident faciem patris. Ad Heb. dicuntur adminiſtratorij ſpiritus: gubernant regna, prouincias. Pſalmus non ponit angelos, ſed Cherub: typum quo repræſentabantur. In iſta itaq; tempeſtate deſcribenda venti tanquam ex theſauro Dei educuntur, qui nubes condenſant, inde dantur tonitrua, grandines, fulmina, &c. Qui rerum naturam contemplantur, nihil ſalubrius agere poſſunt, quàm dum vident hæc fieri, vt Deum omnium iſtarum rerum authorem conſiderent. Hoc eſt phyſica τὰ μετεωρολογικὰ tractare. Si conſiſtamus in ſecundis cauſis, nullum fructum percipiemus quoad pietatem. Sciendum Deum in ijs conficiendis, opera angelorum vti. *Poſuit quoq; tenebras in circuitu ſuo tabernaculum.*) Cùm nubes contrahuntur, magna obſcuritas imminet. Sic Vergil. 1. Æneid. ait:

Eripiunt ſubitò nubes cœlumq; diemq; Teucrorum ex oculis.

Tenebris vſus eſt Deus in Ægypto. Ita apparebat in tabernaculo, & in templo Salomonico. Iſtę tamen nubes incendi videntur: & à ſplendore qui eſt à Deo carbones ignis incenduntur. Suæ lucis ſpecimen in fulgetris dat. In Pſalmo grandinis fit mentio, quæ ex atris nubibus deſcendit. Tempore Ioſua Deus illa vſus eſt: & in Ægypto cùm perdidit fruges & armenta eorum. Sunt densitates nubium. Et in Pſalmo habentur tenebræ.

Tonauit è cœlo Iehouah.) Intonuit in monte Sinai, tempore Samuelis cùm innocentiæ ipſius teſtimonium daret, cùm mitteretur ſpiritus ſanctus. Hæc numerantur quæ vel vulgi iudicio diuinam maieſtatem oſtendunt. Vergilius dicit:

Intonuêre poli, crebris micat ignibus æther.

Horatius etiam meminit tempeſtatis in Odis.

Iam ſatis terris niuis atque diræ Grandinis miſit pater, &c.

Illis tonitruis & fulgetris proſternuntur homines, ſagittis diſsipantur. Sic Deus pugnauit contra Ægyptios in mari rubro. Sic tempore Deboræ.

Apparuerunt effuſiones maris.) Prius dixit quid in terris fiat, nempe terremotus, poſtea venit ad aerē, nunc reuertitur ad ea quæ in mari & fluminibus fiunt: quando tam fœdæ tempeſtates immittuntur, aluei aquarum aperiuntur, fundamenta ipſa orbis reteguntur. Alueus maris aut fluminis, quia eſt in imis orbis partibus, fundamenta orbis dicitur: Aperiuntur quia vi ventorum fluctus attolluntur. Maro in ſua deſcriptione tempeſtatis dicit: Fluctus q; ad ſydera tollit. Fundus etiam quaſi apparet. Pulchrè hocibidem deſcribit:

Hi ſummo in fluctu pendent, his vnda dehiſcens Terram inter fluctus aperit.

Alludit interea noſter Propheta ad ea quæ facta ſunt in mari rubro. Eadem in Iordane acciderunt, quando alueus eius patuit Iſraelitis tranſeuntibus, & æquæ inſtari muri ſteterunt. Iſta contingunt ab increpatione Domini: ſicut prius dixerat quia ira eſt ei. Si creaturæ increpationem Dei ferre non poſſunt, quid facient ſi imperet, feriat, conterat? Verbo increpandi ſcripturæ vtuntur: tribuunt Chriſto, qui febrim, dæmones, ventos increpuit. Hæc ſunt quæ proponuntur à Dauide: nos verò Deum in illis rebus contemplari debemus. Id faciebant Ethnici. Si apud Romanos ha-

Deus quomodo deſcendat.

Cherub.

De angelis.

Phyſicæ vſus.

Fundamenta orbis quomodo aperiuntur?

Increpatio Domini.

Deus in his rebus eſt contemplandus.

benda erant comitia, & augures tonitrua aut fulgura obseruassent, omnia erant irrita. Videtur illa fuisse ratio, quòd nollent irato sed propitio Deo suos creare magistratus. Aliqui ità turbabantur tonitruis vt ingrederentur loca subterranea. Suetonius de Nerone scribit, quòd laurum gestârit, quæ à fulmine non tangi creditur, & spelunças ingressus sit. Quemadmodum Dauid hæc cecinit, sic in Abacuc omnia fere è stinguntur: Debora etiam eodem modo cecinit gratias agendo de victoriis. Redigebatur illo tempore in memoriam fœdus, quod initum erat in illis signis. Nos eadem signa habemus, & præter ista cùm certos nos de promissione reddere volumus, multo maiora: Christum scilicet, qui incarnatus & passus est, resurrexit, ascendit ad cœlos. Cùm Deus tantus sit, confidamus eum posse atterere hostes, & nos eripere.

17 *Misit de summo, assumpsit me, extraxit me de aquis multis.*

18 *Et liberauit me ab inimico meo forti, ab odio habentibus me, quoniam robustiores erant me.*

19 *Præuenerunt me in die afflictionis meæ: at Iehouah fuit baculus mihi.*

20 *Et eduxit me in latitudinem: liberauit me, quoniam complacuit sibi in me.*

21 *Retribuit mihi Iehouah secundum iustitiam meam, secundum munditiam manuum mearum reddidit mihi.*

22 *Quia custodiui vias Iehouæ, nec impiè egi à Deo meo.*

23 *Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo, & statuta eius, non recedam ab eo.*

24 *Et fui perfectus cum eo, & seruaui me ab iniquitate mea.*

25 *Et restituit Iehouah mihi secundum iustitiam meam, secundum munditiam meam in conspectu oculorum eius.*

26 *Cum misericorde misericors eris: cum viro perfecto perfectus eris.*

27 *Cum mundo mundus eris: & cum peruerso peruerse ages.*

28 *Et populum pauperem salum facies: at oculos tuos super excelsos, humiliabis eos.*

Nunc exponit quid sibi euenerit, quomodo sit liberatus. Deus misit de cœlo & eripuit me de aquis multis. Per quandam anthropomorphosin de Deo loquitur, qui manum mittat de cœlo & eum eripiat. Secundum me decreuit Deus, non secundum hostes. R. Salomon notat eum hoc respicere: cùm Saul cinxisset montem & Dauid aufugere non posset, quasi manus Domini fuit quæ eum eripuit, coactus enim est Saul proficisci contra Palæstinos. Casus alij consimiles possent eam memorari. *Liberauit me ab inimico meo forti.*) Cùm vtitur vnitatis numero, notat Saulem, Doegum, Goliathum, aut alium in cuius congressu valdè periclitatus est. Aut in plurali possumus accipere. *Præuenierant me.*) Occultè, inquit, agebant, semper malum malo addebant. Sic fecerunt Ziphæi. *In die afflictionis meæ.*) Targum, Cùm vagus eram. *Iehouæ fuit baculus mihi.*) Erat summa desperatio, deerant mihi viri. *Eduxit me in latitudinem.*) Cùm domus obsideretur in qua erat, in angustijs fuit: vxor eum fune demisit. Conabantur eum de improuiso opprimere Saul, Absalom, Doeg, Seba. Latere illi homines poterant, non Deum: quia Deus ipse eos præueniebat, ipse Dauidem eripiebat. Cur eripuit? *Quoniam complacuit sibi in me.*) Quia voluit me, amauit me. Hoc est caput totius salutis: gratis datur non ex meritis. Maximè verò hîc loquitur de regno: abiecit Saulem, me voluit. Attamen de tota salute dici potest: elegit me ante iacta fundamenta mundi. Postea dicit, *Retribuit mihi secundum iustitiam meam.*) Non pugnant hæc duo: gratis eligimur secundum beneplacitum Dei, ex illo beneplacito Dei conceduntur sancta opera: rursus illa cumulat Deus multis muneribus. Primùm ergo de salute quisque certus sit: deinde sanctè viuat. Hoc autem ex Deo erit, non ex nobis: non oportet vt caro glorietur coram Domino: is enim, Miserebor, inquit, cui miserebor: item, Non est volentis, non currentis. Summa salutis ponitur, alia deinde quibus declaratur voluntas Dei, iustitia, bona opera. Sic Christus dicet regnum cœlorum paratum esse [illegible] origine mundi, postea vt recta & iusta sententia appareat, addet quæ per gratiam suam fecerunt, quæ signa sunt electionis non causa, Cibastis, potastis me, &c. Placitum Dei per bonam vitam reuelatur: postea illis operibus multa alia bona reponit. Augustinus super hunc locum dicit, Voluit me priusquam ego vellem eum.

Dare Deum ex beneplacito & secundum iustitiam nostram, non pugnat.

Reddet mihi secundum iustitiam meam.) Fuit iustus sanctus Deus, reposuit illi hanc defensionem, & gratis reposuit. Cùm dicitur cuique reddere iuxta opera sua, hæc similitudo non est expendenda secundum paritatem, quia plura reddit Deus quàm nos faciamus. Deinde non habet

Reddere secundum opera.

rationem

rationem causæ, non enim est causa vt diligat nos Deus: nam prius dilexit nos. De filio Dei dictū est, Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui: non ergo mirum si de membris dicatur, quòd placeat Deo in eis. Augustinus plus quàm vno in loco dicit, Illa ipsa humana natura quam filius assumpsit, ex nullo merito assumpta est, sed gratis: inde cōcludit, ita nobis gratis electionem obtingere. Vtiliter illud etiam annotabimus, reddere in illis loquutionibus non significare meritum, sed potiùs immutationem rerum & successionem quandam. Cùm iusti multa propter pietatem tolerent, Deus illis succedere facit, multa bona. Immutat naturam rerum, pro angustia dat latitudinem. Isa. 61. hoc exprimitur, vbi dicitur, Coronam dabo pro cinere, oleum lætitiæ pro luctu, & pallium gaudij pro spiritu mœroris. Hoc canit Dauid. vt inspiciamus bonitatem Dei qua electi sumus, deinde sanctè viuamus. Sciamus ex bonitate Dei gratis multa alia reponi quæ sunt meliora his quæ patimur. Augustinus super hæc verba, *Reddet mihi Deus secundum iustitiam meam, secundum puritatem manuum mearum reddet mihi.*) Iustitiam ad animum & affectum interiorem refert: puritatem manuum ad externa opera. Sed pulchrè loquitur, Reddet mihi qui iustitiam mihi dedit priusquam haberem bonam voluntatem: deinde secundum puritatem meam, id est, bonitatem factorum meorum: qui dedit mihi vt benefacerem, cùm eduxit me in latitudinem fidei. Ipse est qui dat & velle & perficere. Bona opera ex fide pullulant, prius credimus & regenerāmur: regenerati verò sanctè viuimus. Patres non semel reperiuntur in veteri Testamento ita loqui: dicit Iacobus ad Labanum, Cras respondebit mihi iustitia mea: hoc est, quemadmodum ego me iustè erga te gessi, Deus mihi reponet, non fraudabit me. Hic verò excludenda sunt prorsus merita nostra. Cuius rei nos admonet scriptura Deut. 9. cap. Cùm inquit Deus, Si dedero tibi terrā Chanaan, ne dixeris propter iustitiam meam, Deus induxit me in hanc terram. Et quia gentes istæ pessimè se gesserunt, expulsæ sunt. Hoc quidem verum est, eiecti sunt ob scelera sua: at vos propter iustitiam vestram inducti non estis in hanc terram. Ego sponte & vltrò id feci: quoniam iuraueram patribus vestris, volui sponte stare promissis. Beati mundo corde, inquit Christus, quia Deum videbunt. Sed quærimus quis mundauit corda eorum? Deus purificauit fide. Sic omnis iustitia quam commemorat hîc Dauid, cui dicit reponi præmia, ex Deo fluit. Ideo causam primam salutis attingit, quando dicit: Eripuit me quando voluit me. Ego verò iam regeneratus dum sic iustè viuo, quid ago? Exponit vbi sita sit ista iustitia de qua loquitur, *Obseruaui vias tuas.*) Hoc refertur ad præcepta affirmantia. Deinde, *Nec impiè egi à Deo meo.*) Id est, non ita me commoui, aut affectus prauos secutus sum, vt à te discederem: negantia præcepta hîc continentur. Hîc non quiescit adhuc animus. Si duritas est non declinare à Deo, qua ratione nobis vendicamus vt seruemus vias Domini, & non recedamus ab eo? Respondet: *Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo.*) Contemplatus sum semper statuta tua, eaq; ceu Cynosuram semper habui ob oculos. Pictores sanè qui pulcherrimè aliquid exprimere volunt, oculos ab archetypo non auertunt: sic nobis quoque agendū, qui alioqui multiplicibus occupationibus distrahimur. *Iudicia & instituta.*) Per mispath accipere possumus omnia quæ gerimus cum proximis nostris. Per Chukatha quæ ad cultum Dei interiorem & externum pertinent. Addit, *Non recedam ab eis, vel ab eis.*) Neq; vnum ex eis excepi: putaui omnia ad me pertinere. Multi dicunt se velle amplecti Euangelium: sed excipiunt aliqua. Dauid dicit, ad omnia respiciebam. Non est iactatio illa ex gloriatione inani: nec propterea à peccato immunis vult haberi (cecinit enim, In peccatis concepit me mater mea) sed studium ostendit quo se Deo approbare voluit, & sibi collatum dicit à Deo, quòd cùm laberetur ei displiceret. Hoc genus est peccati quo carent regenerati, non probant peccata vt dicant malum bonum: sed gemunt in suis lapsibus. Ideo dicebat Ioannes, Qui natus est ex Deo non peccat: scilicet hoc genere peccati. Præterea ostendit nos non carere peccato. 1. Ioan. 1.

Quia verò iste locus sæpè recurrit, vt audiamus sanctos prædicare suam iustitiam, attendamus quomodo accipienda sint. Si cum Deo agamus, & de vita nostra disputemus, non possumus gloriari. In conspectu enim tuo non iustificabitur vllus homo. Sed si ad tribunal Dei cum impijs agimus, & conquerimur de illis, præ eis gloriari possumus. Hoc agunt sancti, ita conqueruntur, ita sua prædicant. Non quasi Deo fucum faciant, qui ignoret nostra peccata: sed qui dicat ius inter nos & aduersarios nostros. Est quasi deligamus Deum arbitrum inter nos & illos. Confidimus ibi bonitati causæ, & conscientiæ nostræ: Scimus enim certò nos studium habere placendi Deo. Has laudes interdum possumus vsurpare. Sed vt distinctius pateat res, de perfectione videamus. Vna est omnibus numeris perfectissima, illa tantùm est Dei, & Christi, Deinde est humana, eaq; diducenda est in duo capita. Vna est quæ vitia excludit & miseries, hæc non habetur in hoc seculo, in altera vita expectanda est. Non quòd Deus si vellet hominem tanto spiritu instruere non posset, vt non peccaret: sed hoc nō vult, non promisit, neq; habetur quòd fecerit. Altera per-

Quomodo sancti prædicent suam iustitiam

De perfectione.

Perfectio humana alia est perfecta, alia inchoata.

fectio noſtra eſt quæ vitia admittit, & eſt huius vitæ: in qua ſtudere debemus, eorſum ad meliora dirigere, dicitur inchoata, dicitur etiam abſoluta in ſpe non re. Rurſus alia eſt perfectio, quæ ad extremos pertinet. Aliqui iuſtitia morali proſequuntur aliquas virtutes, vt Cato, Socrates. Illi etſi faciant quæ natura ſua bona eſſent, cùm Chriſto careant, illis peccata ſunt: tamen ſi cum Epicureis conferantur, qui bruta ſunt loquentia, ſunt perfecti. Dauid loquitur de iuſtitia ſua, qua ſe conferebat cum aduerſarijs, deq; perfectione in hac vita.

Ero perfectus cum eo.) Id eſt, ambulaui ex fœdere: hoc requiſiuit Deus ab Abrahamo: ſed ne abſq; peccato eſſe videatur, dicit. *Cuſtodiam me ab iniquitate mea.* Procliuitatem dicit ſe habere in ſe: ab hac quæ erumpere vult cuſtodiam me: tempore futuro loquitur, vt ſtudij perpetuitatem oſtendat, quam omnes habere debemus. Rurſus idem repetit: *Reddet mihi Dominus ſecundùm iuſtitiam meam.)* Non hîc prædicat iuſtitiam, quæ abſoluat Legem omnibus modis, ſed ſimplicitatem & puritatem animi. Hypocritæ videntur præclara opera edere, ſed non eſt perfectio apud Deum. Ita iuſtitia hypocriſi opponitur hoc loco. Dominus reddit, ſed non ex debito. Nam quod attinet ad dignitatem noſtrarum rerum, non eſt tanti, vt Deum nobis obſtringat. Debitum promiſsionis ibi eſt, & iuramenti, quo vltrò ſe nobis obſtrinxit. Alioqui in nobis nulla eſt perfectio, quam Deus non poſuerit in nobis. Deinde opera noſtra non tanta ſunt tamq; perfecta, quin adiuncta peccata habeant. Si ſeueriter nobiſcum agere vellet Deus, poſſet reijcere: ſed propter Chriſtum grata ſunt: inde implentur quæ eis deſunt. *In conſpectu oculorum eius.)* Quaſi dicat: Etſi impij aliter iudicant, qui pietatem meam, impietatem putant, tamen res ita habet. Hoc pacto ſe purgant interdum ſancti, & Deus agnoſcit, nec ille tantùm, ſed interdum etiã homines. Dauid purgabat ſe coram Saule, cùm ſemel & iterum potuiſſet eum occidere & non vellet: Saul fateri integritatem Dauidis cogebatur. Nos idem facere poſſumus. Fit nobis iniuria, ſi Pepiſtæ dicant nos ſchiſmaticos, ſeditioſos & turbatores eſſe.

Quomodo Deus reddat ſanctis ſecundùm iuſtitiam ſuam, cum plerunq; affligantur.

Dubium hîc oritur. Deus ſanctis dicitur reddere ſecundùm iuſtitiam ſuam. At ſæpè fit, vt deſeri videantur in manibus impiorum: quare afflictiones eis rependere videtur. Reſpondendum, Deum perpetuò vincere in ſuis ſanctis, verùm non vna ratione. Quandoq; vincit per ſanctos victores & illuſtres, coram quibus proſternit hoſtes, facit vt potiantur rebus. Aliquando triumphat per ſanctos cæſos, victos: per tribulationes eorum amplificat ſuam gloriam. Vtraque via Deus vtitur. Sed quomodo conſtabit hæc regula Dauidis? Videtur enim loqui de rebus externis, de ſuis victorijs, de regno adepto. Si ſæpè aliter fit, non erit catholica ſententia Dauidis. Reſpondeo, Dauidem ex proprijs argumentatum eſſe hoc loco, ex ijs quæ ſibi conueniebant. Vocatus enim erat ad regnum. Ita dici potuit de multis ſanctis, præſertim veteris teſtamenti: vocati erant vt poſſiderent terram Chanaan, vtq; fauor Dei in eis declararetur felicitate quadam terrena. Non quòd non aliqui afflicti inter eos fuerint, adducti ad finem extremum per afflictiones. Prophetæ nanq; multi malè habiti ſunt, vt ad Hebræos. 11. cap. oſtenditur. Maiori tamen ex parte res habebat, quemadmodum ante dixi in veteri Teſtamento. Nunc poſt aduentum Chriſti non habemus promiſsiones de certo aliquo regno. Promittit quidem nobis Deus, ſi quærimus regnũ ſpiritus, neceſſaria ad victum: ſed principatus, opes & alia huius generis diſertè non promittit. Non tamen hoc dicitur, quaſi Deus pijs rebus publicis affuturus non ſit, ſed hoc dicitur, has promiſsiones nobis diſertè non eſſe factas: attamen multi in nouo Teſtamento ducuntur ad regnum cœlorum, qui diuites ſunt, & alijs multis rebus abundant. Habuimus Conſtantinos, Theodoſios & alios, quibus Deus victorias, & ampla regna contulit. At ſi quæſieris, vtra ſors melior, an eorũ qui ducuntur per afflictiones, an eorum qui per opes? Reſpondendum, non eſſe noſtrum, iſtas differentias inter ſanctos ponere. Deus nouit. Sed tamen hoc dixerim, quodammodo magis glorioſum eſſe, per dura venire ad amplißimam illam felicitatem, quàm per vias leniores. Nam ſic magis efficimur conformes imagini filij Dei. Id commune eſt vtriſque tam iſtis quàm illis, vt ſine cruce non perueniant in regnum Dei. Fuit dives Abrahamus: ſed quot & quanta paſſus eſt cum illis ſuis diuitijs? Dauidi regnum Deus contulit: ſed quas cruces perpeſſus, antequam huc perueneret? Iacobus dives erat, dies tamen ſuos paucos & malos fuiſſe dicit. Ioſephus ad principatũ Ægypti euectus eſt, ſed quæ ante pertulit? Catholica ergo eſt ſententia Apoſtoli: Omnes, qui piè volunt viuere in Chriſto, perſequutionem patientur: illius in ſordibus agant, ſine in principatibus. Dauid igitur ex ijs argumentatur, quæ ſibi contingebant, & maiori parti hominum in veteri Teſtamento. Deus tamen illis quoque reddit non temporaria, ſed ſpiritũ, tranquillam conſcientiam, vitam æternam.

Cum miſericorde miſericors eris.) Apoſtrophe eſt ad ipſum Deum. Teſtimonium ſuæ iuſtitiæ ac ſanctitatis producit ex ipſo Deo. Ipſe inquit Deus hominibus miſericordibus & pijs, miſeri-

cors

eors est mihi sic contigit, ergo puritas manuum mearum apparet. At diceris, hoc pacto impij insultant sanctis, dum fruuntur imperijs & opibus huius mundi. Sed sciendum est hic non paruum esse discrimen. Impij dum videntur feliciter agere & exultant, fucũ faciunt hominibus, conscientiam suam non fallunt. At cùm Dauid & similes eius ita canunt, ex conscientia loquuntur. Deinde ista canuntur coram Deo cui imponi non potest. Etsi autem mali isti fauorem Dei iactant, mala tamen conscientia faciunt. Deus nouit non ita esse, & tempus veniet cùm ipsi quoque intelligemus. Tria commemorat, pietatem suam misericordiam, perfectionem & mundiciem. Chaldæus paraphrastes hæc nescio quomodo inter sanctos patriarchas distribuit, Abrahamum, Isaacum, Iacobum: sed pertinent hæc ad omnes sanctos. Summa est, Talis est Deus, quales homines fuerint. Si sint misericordes, perfecti & mundi, talem ipsum experiantur. Sed videndum, ne hic hallucinemur, & putemus pietatem incipere à nobis ipsis. Initium omnis boni à Deo est. Quicquid misericordiæ, perfectionis aut integritatis est in nobis, à Deo est. Imò si tu quæras initia rerum, etiam ipsos sanctos deprehendes ante conuersionem auersos à Deo, & filios iræ. Quamobrem oportet nos ita statuere, non hic sermonem esse de prima conuersione aut prædestinatione: quo ad eas bonitas incipit à Deo. Hic agitur de Dauide & similibus, qui iam regenerati erant per Spiritum sanctum. Quid tractatur? Vsus donorum Dei, recta & sancta vita. Hic respondit sæpè hominibus secundùm opera eorum. Sic accipiendus locus: alioqui si de primis initijs accipiamus, à diuerso habet. Scribitur enim: Antequam aliquid boni aut mali fecissent, Iacob dilexi, Esau verò odio habui. Non vos me elegistis, sed ego vos elegi. Alia multa in eandem sententiam legantur. Sed in rependendo præmio & contrario instituitur: primùm sanctè aut peruersè degimus: & iuxta conditionem nostrarum rerum merces sequitur. Non quòd opera nostra causa sint vitæ æternæ, gratis datur, sed ita vt prius illa fiant. Eodem modo intelligendus est locus in priore Samuelis: Ego honorificantes me honorabo. Non quasi nos primi Deum honorare aggrediamur: ipse prius cœpit nos in filios, ille prior dilexit nos. Eorum hoc pacto habere ex verbis Dauidis euincere possumus: dixit enim: Reddit mihi secundùm iustitiã. Loquitur de se vt iam iustificatus erat, acceperat ante istam iustitiam. Si hoc pacto interpretemur, Pelagianorum pestilentissimam hæresim deuitabimus, qui liberos arbitrio nostro initium sanctitatis tribuunt. Non positũ est in nobis vt gratiam recipiamus, nisi Deus voluntatem & intellectum nostrum idoneum mutauerit. Omnibus quidem proponitur, sed non omnibus confertur vt placeant quæ displicebant: propemodum & immutando voluntates initium fit à Deo. Obijciunt. Conuertimini ad me & conuertar ad vos. Verum quidem id est, cùm accepimus gratiam & regenerati sumus, hoc nobis præcipitur vt rectè ambulemus, & omnia nostra referamus ad Deum: sed fidè primùm conuersionem seruo iniungitur, audiendus est Ieremias, qui dicit: Conuerte me & conuertar: si efficacior ista præsteritur, ita vt voluptas sequatur.

Impij quomodo glorientur de fauore Dei.

Quomodo Deus talis sit quales nos fuerimus.

Initium omnis boni à Deo.

Conuertimini ad me.

Cum peruerso peruersus eris.) Hic tali distinctione opus non est. Siue accipias hominem non regeneratum, vel qui iam dedit nomen Christo & pessimè vixit, in vtroque statu peruersus est. Deus est rectus, non peruersus est: quid est illum peruersè agere? Seponit suam clementiam, agit cum eis ex seueritate Leuitici 26. de transgressoribus legis, dicit, Ponam faciem meam contra te, Peruersè agere est non eripere eum malis. Non est peruersitas vna proprietatum Dei, sed ita conuenit, malo modo malus cauens quærendus est. Alij dicunt Deum peruersè agere non simpliciter, sed quo ad istorum iudicium: si enim puniuntur mali, putant Deum peruersè agere. Hæc Paulus ad Titum exprobrat. Omnia munda mundis. Porrò pollutis & infidelibus nihil est purum, sed polluta est eorum mens & conscientia. Rectissima iudicia Dei, illis peruersa videntur, sancti omnia iudicia Dei probant. Iustus inquiunt es Domine, & rectum iudicium tuum: sanctus es in omnibus operibus tuis. Iob etiam multis locis omnibus rustitiam Dei celebrat. E diuerso impij nulla eam iusta vident, quid peruersa eis videantur. Licet Deus peruersè cum illis agere videatur, attamen adhuc bonus est, neque enim puniret nisi meruerentur, sed semper vt scholastici loquuntur, citra condignum. Deinde si non præfinditur ad æternam vitam multa tamen alia confert bona. Nulla est creatura quæ non sit particeps multarum donorũ Dei. Sed hic annotabo, cùm Deus dicitur fore misericors, perfectus & purus misericordibus perfectis & puris, & à diuerso peruersus peruersis, non sic intelligendum, sed in [illegible] Quorundam multi sancti multa patiuntur & grauia, priusquam bonis illis plenè vniantur. Diu enim scelerati & peruersi aliquando commorantur diu in suis opibus, diuitijs, dignitatibus, priusquam Deum sectarum experiantur.

Quid sit Deum peruersè agere.

Populum tuum pauperem saluum facies.) Ille denique ex istis dictis regulis: *Omnes tuos super excelsos.*) In Proverb. 6 exaltatum habetur quales sublimes esse deteſtabiles coram Deo. Populum iniustè afflictum seruat. Oportet tamen expectare, non statim sæpe anno 70. in Babylone populus Dei captiuus detinetur sub Ægyptiacis pensalibus.

29 *Quia tu lucerna mea ô Iehouah, & Iehouah illuminabit tenebras meas.*
30 *In te enim conteram exercitum, in Deo meo transiliam murum.*
31 *Dei perfecta via, eloquium Iehouæ purgatum, scutum est omnibus sperantibus in eo.*
32 *Quoniam quis Deus præter Iehouam, & quis fortis præter Deum nostrum?*
33 *Deus fortitudo mea in exercitu: & solvit perfectam viam meam.*
34 *Ponens pedes meos tanquam ceruarum, & super excelsa mea statuit me.*
35 *Docet manus meas ad bellum, & contritus est arcus æreus brachijs meis.*
36 *Et dedisti mihi scutum salutis tuæ, & mansuetudine tua multiplicasti me.*
37 *Dilatasti gressum meum subtus me, & non declinauerunt tali mei.*
38 *Persequutus sum inimicos meos, & disperdidi eos, nec reuersus sum donec consumpsi eos.*
39 *Et consumpsi eos, & confodi eos, nec surgent, ceciderunt & subtus pedes meos.*
40 *Et accinxisti me fortitudine ad prælium, incuruasti insurgentes in me subtus me,*

Lucis & tenebrarum metaphora.

Cùm ista generatim dixerit, nunc ad seipsum verba conuertit, accommodat ad suam causam. In Psal. dicit, Tu accendisti mihi lucernam: hoc loco, *Tu es mea lucerna, tu illustras meas tenebras.*) Iacebam in ærumnis, sed affulsit mihi lux, sum nunc collocatus in secundis rebus. Metaphora vsitatissima est, vt lux fortunatas res, tenebræ duros casus & ærumnas exprimant. Posset etiam sic exponi. Cùm sic affligerer vt ferè totus tenebrosus essem, non possem capere consilium: nec me explicare: cùm opes, amici, philosophia non sufficerent, tu mihi præluxisti. Superbi sibijpsi volunt lux esse: pij verò attendùt ad lucernam verbi Dei. Sic Israelitæ columnam Dei sequebantur. Quicquid in viribus, in intelligentia nostra est, tenebræ sunt, amota lucerna verbi Dei.

In te enim conteram exercitum.) Quæ nam effecta consequuntur ex hoc quòd Deus lucerna sua ei affulsit? Iam abs te adiutus confringam cuneos hostium meorum: si fint innumeri, curram aduersus eos: si confligendum sit cum ipsis in campo, confringam acies eorum: si contineant se in munitionibus, per te superabo munitiones, & omnia occupabo. Certè sæpè conserit manus in campo, cum Syris, Moabitis, Ammonitis, Palæstinis & alijs. Expugnauit item ciuitates eorum, & sibi subiecit. Breuiter, Deus per me triumphabit. Paulus 2. Corinth. 2. videtur hanc loquutionem expressisse: Qui triumphat nos in Christo: id est, triumphare nos facit in Christo: est coniugatio hyphil.

Vis Domini.

Dei perfecta via.) Quia est integra via Dei, ego in te hæc faciam: non quòd hæc mereatur. R. Kimhi interpretatur: quia tu reddes cuiq; secundum opera sua: sed possumus intelligere viam Domini, facta, consilia, instituta, & prouidentiam ipsam ac regimen. Quia tua consilia sunt recta, deducis homines per varios casus, tamen omnes viæ quibus regis eos, integræ sunt, respondent promissionibus Ideo subijcis. *Eloquium Iehouæ purgatum.*) Vt sit sine scoria, sine mendacio. Videbatur promisisse quæ non præstabat: sed via à promissionibus non discrepat. Qui ducuntur homines, sæpe numerò fallunt eos, vnde grauissimi casus magnis imperatoribus acciderunt: sic visum venit Crasso, Antonio Deus est dux noster, via qua ducit est integra. *Scutum est omnibus sperantibus in eo.*) Defendis illos quos ducis per diuersos casus. Si clypeus ille nobis datur, debemus omnibus ærumnis & tentationibus obijcere. *Quoniam quis Deus præter Iehouam?*) Quidam formis sit stasim exprimit. Per comparationem laudat fortitudinem Dei, confert eum cum alijs dijs. Non asserens alios esse Deos: sed quoniam existimarent quidj multi ab hominibus, ideo sic loquitur. Videtur hoc hemistichium ex cantico Annæ desumpsisse. Non est fortis vt Deus noster.

Deus fortitudo mea in exercitu.) Dauid cùm ista commemorasset quodammodo generatim, nunc per partes amplificat, & ostendit Deum sibi dedisse omnia, quæ ei opus erat ad victoriam consequendam de hostibus. Primùm enim necesse est vt qui pugnaturus est, animo fortis sit, id ex me, inquit non habui, tu corroborasti me potentia tua, vt non deficerem animo. *Et solvit perfectam viam meam.*) Qui fortes alioqui sunt, quando qui multis impedimentis retardantur. Concessit inquit Deus viam expediuisse Dauidi, vt si fugiendum esset, aut oppugnandi hostes per loca penetrare & quodammodo insultare, facilè et iter pateret. Quomodo autem intelligenda esset repurgatio viarum, mox declarat. *Ponens pedes meos tanquam ceruorum.*) Non quòd scopulos remouerit, sed pedes agiles instar ceruorum dedit. Omnes norunt quæ sit celeritas & agilitas ceruorum. 2. Paralip. cùm de-

Pedes ceruorum.

ſcribuntur illi qui ad Dauidem confugerant, dicuntur faciem leoninã habuiſſe, & pedes ceruorũ: erant enim robuſti & agiles. Hæ proprietates profunt in militia. Fortitudo enim leonina neceſſaria eſt ad hoſtes profligandos: ceruorũ agilitas ad hoſtẽ aſſequendũ. *Docet manus meas ad bellum.*) Dauid virtutes bellicas non tanquàm proprias ſibi aſcribit, ſed quas à Deo acceperit. Tyrones diſcunt quæ ad rem bellicam pertinent, mihi inquit datus eſt magiſter Deus: Deus docuit me prælia: quod alio etiam in Pſalmo cecinit, Benedictus Dominus qui docet manus meas ad prælia. Colligitur hinc militarem artem per ſe honeſtam eſſe. Si Deus docuit Dauidem, poſſunt aliquando bella iuſta geri. At neceſſaria eſt lacertorum vis potens, hoc etiam adiecit Deus, ita vt brachijs meis arcus chalybæus quandoque confractus ſit. Sed facito militem ita inſtructum, hæc non ſufficiunt, niſi Deus ipſe adſit: nam oportet vſum habere iſtarum rerum, Deus non tantùm dona largitur, ſed etiam bonum vſum. Ideo dicit. *Eſt mihi clypeus.*) In Pſalmo inquit, Dextra ſua fulcit me, & dirigit ad res agendas. *Benignitas tua auxit me.*) Omnia diuinæ bonitati aſcribit, ענוה ſignificat bonitatem & manſuetudinem qua inſtruxit eum. Potui inquit ex te multum armiti: ſed benignitas qua me inſtruxiſti contra hoſtes multum auxit me. Laudatur enim in principe clementia. Dei verò dicitur ea bonitas, quòd inde ortum habuerit. *Dilataſti greſſus meos.*) Cùm res deſperatæ viderentur, dilataſti omnia ita vt nec tali nutarint, hoc eſt, omnia ex ſententia ſucceſſerunt. Teſtimonia harum rerum ex hiſtorijs ſuperioribus habetis: dictum ibi eſt, Progrediebatur domus Dauidis, &c. Item, Progrediebatur Dauid & dominus exercituum erat cum eo. Nunc præter inſtitutiones ſigillatim effecta exprimuntur, quid ſit conſequutum. Ita inſtructus perſequar hoſtes, nec ante deſinam quàm ſint proſtrati. Hoſtes Dauidis partiendi ſunt, quidam alienigenæ, quidam domeſtici erant. Alienigenæ erant Palæſtini, Ammonitæ, Moabitæ, Syri & conſimiles: iſtos hoſtes ſuos vocat, & verè, nam illi primum cœperunt Dauidem inuadere. Cùm creatus eſſet rex, Palæſtini in eum inſurrexerunt. Ammoniticus rex contumelia affecit legatos Dauidis, & cùm vellet vlciſci, alij ſe admiſcuerunt. Cùm dicit hoſtes ſuos, intelligit de peruicacibus, qui non deſinebant vnquam aduerſus eum agere: alioqui regum eſt parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos. Neque perſequutus eſt niſi quos ante Deus proſcripſerat. Iam rex erat, regum eſt propulſare eos qui inuadunt populũ ſibi commiſſum: non ergo eſt crudelis, ſed ſequebatur vocationẽ ſuam. Sunt nonnulli qui peream volunt eſſe manſueti, cùm Deus iubeat aliquam ſeueritatem, diſputant contra eum ac ſi crudelis eſſet. Neque ex ijs actionibus magiſtratus iudicandi ſunt: exequuntur enim iudicia Dei: an autem miſericordes ſint aliunde eſt petendum. Moyſes teſtimonio Dei mitiſsimus, contra idololatras ſeueriſsimè egit. Pinhas ex facto ſuo crudelis exiſtimandus non eſt, Deus enim probauit illam ſeueritatem: nam deſijt à percutiendo populo, imò propter præpoſteram clementiam. Saul iectus eſt ex regno, quaſi clementior Deo eſſe poſſet. Nobis benevolentia aduerſus hoſtes eſt vtendum, ſi priuati ſimus, ſi hoſtes ſanabiles ſint, & Deus aliter non præcipiat. Chriſtus quoq; pro Apoſtolis orauit non pro mundo: & in epiſtola Ioan. pro aliquibus non orandum eſſe ſcribitur. Deus iuſſerat Dauidi vt hæc faceret, & maturuerant ſcelera eorum.

Militaris ars eſt honeſta.

Hoſtes Dauidis.

Magiſtratus non eſt crudelis cùm punit ſontes.

41 *Et inimicorum meorum dediſti mihi cervicem, & odio habentium me, & exſtidi eos.*

42 *Aſpexerunt & non fuit ſervator: ad Iehovam, & non exaudivit eos.*

43 *Et contudi eos ſicut pulverem terræ, ſicut lutum platearum comminui eos.*

44 *Et eruiſti me à contradictionibus populorum, conſtituiſti me in caput gentium: populus quem non noverem, ſervivit mihi.*

45 *Filij alieni mentiti ſunt mihi, ad auditum auris obedierunt mihi.*

46 *Filij alieni defluxerunt, & contremuerunt è clauſuris ſuis.*

Oſtenditur nunc quid aduerſarijs Dauidis acciderit, cùm ſe oppoſuerint ei ſic à Deo inſtructo. *Dediſti mihi dorſum verum.*) Dei eſt terrere hoſtes. Verſi ſunt in fugam, in qua tamen ſeruari non potuerunt: ego aſſequutus eos perdidi. Dauid ſi fugiendum erat, ſeruabatur in fuga. Vel dediſti ceruices eorum, ſcilicet vt mihi ſubijcerentur, vt iugum ceruicibus eorum imponerem. Sic ſolent principes, in victorum ceruicibus præſidia ſuã ponunt. *Odio me habentium, & exſtidi eos.*) Hæc eſt conditio iræ & odij impiorum, vt ſibijpſis noceant. Dum canuntur hoc loco victoriæ Dauidis, veri Dauidis triumphus celebratur, qui ſic vicit hoſtes: & nos participes ſumus victoriarum eius. Pergit & oſtendit quid hoſtibus acciderit. *Aſpexerunt & non fuit ſervator.* Circumſpexerunt hunc & illuc, ſed nemo auxilio eis venit. Auguſtinus ad hunc locum ſcribit, Non inuabuntur, quia

Quare impij nō audiuntur.

si nō ô Deus non iuueris: vnde possunt iuuari? & quare non audiuntur? Quis innocentio rorum est sine pœnitentia & fide, vt Esau, Saulis. Dolet eis non iniuria, quo Deum offenderunt, sed tantum flagella deplorant. Respiciunt ad Deū, & clamant: quid eūt petebant: precabantur iustitiam suis precibus, vt Dauidi adultero & homicidæ resisteret. At Deus exaudiebat Dauidem. Videbat fidem eius & pœnitentiam: ac vicissim illorum perseuerantiam in peccatis. Iehouam quidē inuocabant, at non purè: quia circa idola versabantur. Ethnici etsi vnum Deum cognoscebant, tamen purè nō inuocabant, sed alia numina inuocabant. Deus sūt solus vult inuocari. Papistæ id non faciunt, dicunt se Christū inuocare, tamen sanctos ei coniungunt. Cùm Deus non rectè inuocetur, non audit. Prou. 1. Inuocabunt me, non audiam eos. Et eadem plerunque etiā patiuntur quæ fecerunt. Nam & illi miseros respicientes ad se, repellunt. Quoties Dauid caussam suam Sauli commendabat, repellebatur. Rex Ammoniticus contumeliosè legatos Dauidis reijciebat. Quicunque malè volunt vero Dauidi, & perstant in illo odio, quantum quantum inuocārint, non audiuntur.

Impij rebus vilissimis conferuntur.

Et contudi eos sicut puluerem terræ.) Cùm sic deserantur à Deo, inquit, nullo negocio conteram illos: vt puluerem & lutum platearum. Rebus vilissimis conferuntur impij, luto, quisquilijs, paleis. Puluis huc & illuc à vento dispellitur: lutum ejcitur è plateis vt res fœda. Christus de sale dicebat, si infatuatur, proijcitur foras, & conculcetur pedibus. Sancti verò non conferuntur vilibus rebus, sed palmæ, cedris, frugiferis arboribus, lapidibus quadratis & pretiosis. Sed hoc ex sese non habent vt tales sint. Nam si natura eorum consideretur, si remouemus dona Dei, prædestinationem & regenerationem, talēs sunt, & ad Ephesios depinguntur a cap. fine Christo, abalienati à Repub. Israelis, & extranei à testamento promissionis, &c. Dauid hostes suos vltus est. Nam partim eos interfecit, partim tributarios reddidit. Sic insultat noster Dauid hostibus iam victis, cùm destituti fuerunt à Deo. Hac ratione pij insultant cùm Paulo: Si Deus pro nobis quis contra nos? Quis accusabit electos Dei? quis separabit nos à dilectione Dei? At quoniam partim eramus hostes, vt alij exteri, alij interiores essent: hic de intestinis bellis loquitur. Grauia passus est. Fuit Doeg, Saul, Isboseth, Abner, Seba.

Cur rixæ sint in regno Christi.

Eruisti me à contradictionibus populorum.) Christus multum negocij cum Iudæis incredulis habuit: postea cùm gentibus. Interius in ecclesia sunt rixæ, tamē Christus manebit. Sanē regna nouā non carent tumultibus, regnum autem Christi etsi æternum est, nobis tamen est pugnum: oportet enim regeneremur. Sunt igitur aliquæ rixæ, non omnia possunt componi. *Custodisti me vt caput gentium.)* Domuit Dauid multas exteras gentes: atqui mē maximè Christus id conuenit, qui positus est à Deo vt omniū populorū sit caput. Iacob in sup vaticinio dicit, ipse erit expectatio gentiū. Haggæus dicebat, rem desideratā esse cunctis gentibus. Isaias, omnes gentes deprecabuntur eū. *Filij alieni mentiti sunt mihi.)* Filij alieni audita fama mea, dediderunt se mihi. Christo ità maximè conuenit, ad prædicationē euangelij obedient gentes. Ecclesia diffusa est per orbē terrarum. Alieni dicuntur priusquam credant. Vnde quemadmodum Hebræi irritarunt Deum ijs Dijs qui Dij non erant, ita prouocat in nō populū, id est, ad gentes. Isti alieni qui mihi paruerunt, mentiuntur mihi. Nam qui superantur in bello & coguntur impetrata facere, fingunt multa, vt se velle parere, at non faciunt, aut non ex animo. Vel fecerunt se mentiri alio sensu. Mentiuntur homines & res, quando non ea præstant quæ præ se ferebant velle facere aut posse. Ita arbores vel vites, si dant signa largi prouentus, & postea non succedat, mentiri ac fallere dicuntur. Sic hostes Dauidis ab initio sibi promittebant victoriam, postea succubuerunt & falsi sunt spe sua. Dicuntur mentiri qui redacti sunt in seruitutem: quia tanto pauore percelluntur, vt nesciant quid dicant. Ingenium hoc est seruorum, vt non respiciant veritatem, sed potestatem grauium hominum. Terentius Syrum describit, qui modò dicebat, modò negabat, quis putaret gratum Phædriæ. Si referatur ad Christum sunt qui mentiantur, præferunt Christianismum, at non verò credunt. *Filij alieni effluxerunt.)* Quemadmodum arbores exuuntur folijs. Timore postea sic percussi sunt, vt pauor humorem vitalem exhauserit: postea se receperunt ad munitiones suas, tamen ibi etiam erant pauidi.

Alieni qui sunt.

Mentiri.

47 *Viuit Iehoua, & benedictus fortitudo mea, & exaltetur Deus fortitudo salutis mea.*

48 *Deus qui das vindictas mihi, & deijcit populos sub me.*

49 *Et educes me ab inimicis meis, & ab insurgentibus in me exaltasti me, à viro iniquo liberasti me.*

50 *Propterea confitebor tibi Iehoua in Gentibus, & nomini tuo psallam.*

51 *Arx salutum Regis sui, & faciens misericordiam christo suo Dauidi, & semini eius vsque in seculum.*

Num-

Nunc ventum est ad epilogum: quemadmodum cœperat à laudibus Dei, sic gratiarum actione carmen terminat. *Vivit Iehova Benedictus.*) Hæc verba possunt modo optandi legi. Sic dicunt milites, viuat rex. Vel est oratio cathegorica, verè viuit, ostendit se viuere. Viuit quidem & semper sublimis est Deus, sed id declarat operibus: quasi dicat, quando ita me iuuit, & hostes deiecit, ostendit se viuere: post cursum victoriarū ista dicuntur. Exaltetur non quo ad seipsum, sed quoad nos. Quod naturam eius attinet semper eodem modo sublimis est. Alij exaltant sanctos, tribuunt eis quæ solius Christi sunt. *Deus qui dat mihi vltiones.*) Id est, vltus est me. Nam grauia passus erat. Vel cōmittit mihi vltiones exigendas ab hostibus suis. Nam ad id armat Deus magistratus. Quod inimicos attinet, nostra causa potius eos prosequi debemus beneficijs: at si Deus vltionē dat, mos ei gerendus est. Dicit se eripi à viro violento. Aliqui de Saule intelligunt, sed commune esse potest de omnibus hostibus. Quid restat? cùm talis fuerit Deus, psallam ei: quo pacto? in angulo, in priuatis ædibus? non, sed publicè inter nationes. Alluditur ad vocationem gentium. Paulus vsus est hoc loco ad Romanos cùm ageret de vocatione gentium: quidam putant ineptè sed rem non intelligunt. Si gratiarum actio & confessio veri Dei inter incredulos ageretur, quid esset? dare sanctum canibus. Intelligit inter nationes iam fideles, & conuersas per Christum. Hypothesis ergo hic est de vocatione gentium, quod tales futuræ sint, vt capaces sint illarum laudum. Permulta in Psal. narrat, quid sibi & populo accidisset, quia verò animo respiciebat Christum, semper aliquid inferebat quod ad Christum pertinebat. Quod attinet Psalmos eius, personant in omnibus nationibus & linguis. גמלני propterea, quasi diceret: tot & tanta contulit in me Deus, verùm quid rependam? Nihil aliud nisi vt cana & gratias agā. Sed si hic versus ad Christū referatur, quomodo dicitur aut canere aut gratias agere in gentibus, cùm assumptus sit in cœlū, & sub propria persona non inseruierit gentibus? Nimirum quòd spiritu suo hoc efficiat: Quotquot enim psallunt & Deo gratias agunt, per Christum faciunt. In epist. ad Gal. dicitur spiritū clamare, quia nos clamare facit: item, Cùm cognouistis à Deo: id est cognoscere vos fecerit: ad Rom. spiritū postulare pro nobis gemitibus ineffabilibus, quia nos gemere & postulare facit. Summa nostræ confessionis quam edimus est, omnia bona quæ in nobis reperiuntur deriuari à Deo. Deum esse qui nos faciat triumphare, qui nos armet, liberet, &c. *Arx salutum Regis sui.*) Deus arx non salutis, sed saluationum: aut magnificans quotidie salutes erga suos. Hæc est præclara confessio. Salus per obiecta videtur multiplicari: seruatus est ab Absalomo, Seba, Saule & alijs. Nostra etiam salus non vna est, sed multiplex, ab ira Dei, ab inferno, diabolo. Regem suum appellat, non intrusum, sed constitutum à se: adhæc vnctum priuatim & publicè. Quicquid Deus largitur nobis beneficiorum, quia dat per Christum, Christus dicitur dare. *Et semini eius vsq; in seculum.*) Nec modò mihi dat, inquit, sed posteris benefacere vult: posteritatem suam regnaturam dicit: sed in suo semine maximè respicit semen promissum, Christum seruatorem. Isa. 9. dicit, Misericordias Dauid fideles dabo vobis: pijs promittit hoc. In Act. 13. cap. dicitur, sancta Dauid fidelia reddenda esse nobis. Nos posteri sumus Christi, qui secundum carnem ex Dauide descendit. Hæc est materia multorum vaticiniorum: omnia referebantur ad Christum & credentes in eum.

Epilogus huius carminis.

Vocatio gentium.

Christus quo modo dicatur gratias agere.

Semen Dauidis.

CAPVT XXIII.

Hæc autem sunt verba Dauidis nouissima: dixit Dauid filius Isai, dixit inquam vir qui constitutus est excelsus, vnctus Dei Iacob, & dulcis in carminibus Israelis.

2 Spiritus Iehouæ loquutus est per me, & sermo eius per linguam meam.

3 Dixit Deus Israelis mihi, loquutus est fortis Israelis, Dominator in hominibus, iustus dominator, timore Dei.

4 Et sicut lux mane quum exoritur est, sol, mane absq; nubibus à splendore, à pluuia, herba de terra.

5 Non enim sic domus mea cum Deo, quia pactum æternum iniit mecum, ordinatum per omnia, & custoditum: quandoquidem tota salus mea, & omne votum, quod non germinare faciet.

6 Impij autem tanquam spinæ propellentur, vniuersi: quia non manu capient.

7 Et quicunq; volet tangere eas, replebitur ferro, aut hastili lanceæ, & igne combustæ comburentur in loco suo.

Partitio capitis.

IN hoc capite primo loco ponitur canticũ Dauidis, breue quidem, sed præclarum. Deinde commemorantur nomina fortium, qui cingebant latus eius. Verba Dauidis ita distinguenda sunt, vt primùm de regno agatur, & quid de ea promissione sperent: à diuerso quid maneat aduersarios regni Dauidis: Peribunt, inquit, et regnum eius erit perpetuum. Dubitarunt aliqui de hoc genere sermonis, an essent preces, an innocentia, an vaticinium: possunt omnia rectè coniungi. Simpliciter dicere possumus, laudes esse de regno promisso. Verba dicuntur: tamen Psalmus vel canticum esse videtur. R. Salomo annotat nullum Psalmũ inscriptionem habere שיר verba: tamen de superiori Psalmo dicitur: verba, sed additur cantici. Non ponitur hic inter alios Psalmos, sed est nouissimus Psalmus. Multa pastores loquutus est Dauid in administratione ciuili, sed de verbis sacris nunc loquimur. Possunt esse extrema verba: quia id continent quod Dauid vsque ad extremum vitæ tempus in ore habuit. Testamentum est & confessio Dauidis. Rectè hic subijcitur: quia in præcedente Psalmo de victorijs partis gratiæ Deo actæ sunt. Nunc commemorantur ea quæ sunt in posterum danda, ac de ijs quoq; gratus agit. Nec persuadere vobis debetis, nostros tantũ interpretes, tam veteres quàm recentiores, de Messia intelligere. Nam omnes etiam Hebræi conuicti veritate de Messia exponunt, præcipuè paraphrastes Chaldæus, cuius magna apud Hebræos est authoritas. Et certè cùm Dauid in isto cantico narret promissionem, cui vnicè confidat, oportet de Christo intelligamus: quia in nullo posterorum fiduciam collocare potuit quàm in Christo. Attentionem ergo postulans hæc verba, quę de grauissima re concionantur. Sunt nouissima verba, magnifiunt à nobis, vt Christi, quę post nouissimam cœnam, & ante ascensionem suam dixit.

Cur dicantur extrema verba.

Tituli Dauidis

Describit seipsum quatuor titulis: Primùm Filius Isai dicitur: non incertus quispiam vates. Cæteri prophetæ parentum quoque suorum nomina adscribunt, vt Isaias, Ieremias, Ezechiel. Sic Dauid facit: non pudet illum parentis sui. Altera descriptio est à dignitate. Qui est constitutus in principem à Deo. Tertia descriptio, Vnctus Christi Dei Iacob. Deus non tantùm ipsum elegit, sed publicari eum voluit. Quartò, Dulcis in carminibus Israelis, delectabatur carminibus: non autem erant vulgaria carmina, sed scripta pro verbo Dei ab Israelitis, & cantata ad tabernaculum, vt habetur in lib. Paral. Alter sensus, quia quicquid pij doctrinæ habent, intelligunt non suum, sed Ecclesiæ esse. Tam suauis autem erat in carminibus, vt furorem Saulis posset sedare. Suauis autem erat non tantùm compositione & modis, sed etiam eruditione. Et relinquunt tantum Dauidis verba aculeos in cordibus: consolantur, inflammant.

Habetis descriptum nunc authorem ipsum: sed causa princeps istorum scribendorum fuit, quæ fuerit, mox attingitur. *Spiritus Iehoua in me loquutus est.* Ille est artifex omnium sermonum sacrorum. Hoc vt proprium ascribitur spiritui sancto in symbolo Nicæno. Qui loquutus est per prophetas. Act. 4. cap. Tu per os pueri tui Dauidis dixisti: quare fremuerunt gentes, testatur illic verba Dauidis compositionem esse spiritus sancti. 2. Pet. 1. cap. scribitur, prophetiam non allatam fuisse olim ex voluntate hominum, sed impulsos spiritu Dei loquutos esse sanctos homines. Nec tantùm interiorem instinctum ascribit spiritui sancto, verumetiam verba. Vnde potuit dicere, quemadmodum apud Isa. de Christo dicitur, linguam disertam dedit mihi. Dauid hoc præfatur: imò spiritus sanctus in eo ista dicit: non sese iactat: imò id quod est nobis proponit ad ædificationem. Veritas in medio consistit: duo eius sunt extrema, iactantia & ironia. Dauid modum non excedit: non est vt Thraso aliquis, qui sua iactet: sed vera dicit ad nostram vtilitatem. Verum est, quod Aristot. dicit: Si loquimur de nobis, minus dicimus quàm sit, & hoc facit ad modestiam. Sed intelligendum est, si ex nobis loquimur: quia Dauid loquitur ex spiritu sancto, loquitur quod loqui debuit. Ex istis iam allatis, sunt qui eliciant tres personas diuinas. Primùm habemus spiritum sanctum, qui loquitur in Dauide. Deinde subditur: Deus Israel loquutus est, hic intelligunt patrem. Tertiò, Petra Israel dixit, hic est filius, qui erat adiutor Israelis. Paulus dicit: Bibebant ex spirituali consequente eos petra. Petra autem erat Christus. Ratio ista fortassis non conuinceret Ethnicos & Iudæos: nobis tamen, quibus constat esse tres personas & vnum Deum, ista suauia esse debent. Sunt hæc initia fidei nostræ. Efficaciter probatur ex multis locis, spiritum sanctum, & filium Deum esse, & personas, & vnum Deum: & cùm videmus hæc alludere scripturas, debemus amplecti. Spiritum sanctum ipsum Deum esse ex ijs patere potest, quòd dixit, spiritus sanctus loquitur in me, attribuit spiritui sancto actionem: istæ autem non sunt accidentium aut qualitatum, sed hypostaseon. At dicunt, Deus loquitur spiritui sno. Respondeo: dicitur recto casu, spiritus in me loquitur: additur, Deus Israelis dixit: spiritus dixit: ergo spiritus sanctus & pater sunt personæ, & habent communem naturam diuinam. Idem enim opus tribuitur vtriq. Psalmi quòd ex Deo sint, locus ex 4. cap. Acto. suprà adductus ostendit. Obseruabimus, Deum Israelis & pastum

Trinitas.

Spiritum sanctũ esse Deum.

dici.

deri. Deus significatur. Primùm est quod ad nos attinet, vt illũ pro Deo habeamus. Israelis enim dicitur quòd agnosceretur & coleretur ab Israelitis. Postea petra dicitur, quòd nos tueatur & foueat. *Deus Israelis.* *Petra.*

Adijcitur, Dominator in hominibus iustus. Aliqui volunt epitheton hoc tribui Deo, quòd ipse sit dominator iustus, cuique secundùm opera sua tribuens. Deinde appellatur dominator vel princeps in timore Dei: quòd sic regnet inter pios, vt vtatur hac ratione, qua illi contineantur in officio. Non [illegible]cutus, cum dominari in timore, vt ipse timeat, sed facit vt sui eum reuereantur. Est alia expo[illegible], quam sequentibus magis congruit. Ista petra Israelis dixit de me Samueli, quòd sim futurus dominus & princeps iustus inter homines, vt iusta agam, cuique sua reddam: & vt sim princeps in timore Domini: vt cultum Dei instaurari curem. Ista duo sunt mea munera: vt quo ad ciuilia, iustus sim: deinde non putem curam religionis à me alienam esse. Dauid etsi hæc vtrunque præstitit, non tamen perfectè. Multa iniusta eius tempore commissa sunt. Lapsus est in varia peccata: sed ista promissio de rege ad Messiam pertinet. Ille non tantùm iustus fuit, sed factus est nobis iustitia & sanctitas. Dauid etsi vtrunque ista præstitit, non tamen quoad alios facere potuit, vt iusti essent: hortari & docere eos quidem potuit. At Messias sic est dominator iustus, vt iustos suos faciat, cum timore domini, vt suos faciat timere Dominum. *Dominator iustus.*

Et sicut lux mane.) Hæc est summa pacti. Hoc verò pactum quale sit, constans, vel inconstans, modò describitur pulcherrima similitudine. Sunt duæ *species*: & duæ *circumstantiæ*: vtcunque in carmine & verbis permiscentur, nos distinguemus, breuitas obscuratem habet. Proponitur nobis duplex genus lucis aut splendoris matutini. Vnum est quod nascitur candidum, & semper augetur: est absque nubibus, ita vt totus dies magna serenitate fulgeat. Altera verò lux quidem est, sed tamen in progressu obfuscatur nubibus: admiscetur etiam aliqua pluuia, quæ non inutilis est rebus humanis. Istæ sunt *species*, redditiones adijciendæ sunt. Quo ad primam partem, meum promissum, hoc imperium esse Messiæ dandum, est instar lucis non interpolatæ, absque nubibus: etsi multi se volunt opponere, non tamen possunt impedire. Quoad interpolatam lucem, non est sic, inquit, meum imperium. Fingamus igitur Solem luce sua illustrare diem, & Deum instar Solis multas familias fauore suo prosequi. Familiæ multæ viuæ sunt inclitæ, Heraclidarum, Arsacidarum, hodie Othomanica: tamen admiscentur aquæ ac nubes: non sunt perpetuæ: claudantur tandem tenebris. At ista lux Messiæ perpetua erit. Lucæ. 2. cap. Dabit Deus ei sedem patris eius Dauidis, & regnabit in æternum. Istam æternitatem illustrat suo carmine. *Lucis similitudo.*

Quia pactum æternum iniit.) Deus obligauit se fœdere æterno, ideò non claudetur tenebris. Manet mihi conseruatum & repositum inquit. Non datur à fortuna, sed ab electione. Ideò quamuis peccent posteri mei, tamen Christus nascetur ex eis. Ad Romanos: Quid si quidam non crediderunt, num inanis ideò erit diuina promissio? nihil impedient aduentum Messiæ & eius imperium. Non dicitur cum virgultis terræ conferri non posse: de eo nunc non agitur, sed tantùm de splendore. Describit nunc, quomodo se ad hoc promissum habeat. *Quandoquidem est omnis salus & voluntas mea.*) Ostendit hæc non ad successionem temporariam domus Iuda applicanda esse. Ibi enim nõ erant omnia bona. Et non germinabit. Est antapodosis splendoris, qui admixtas habet pluuias, ille producit aliqua bona: sed dicit, non germinabit: non caduca tantum proferet. Ista loc in successione posterorum Dauidis haberenon potuissent. Nam occiso Zedechia, regnum quasi sublatum erat: fuerunt multæ afflictiones: sed vera sunt de regno Messiæ: contra quod portæ inferorum nõ præualebunt. Dicat aliquis in regno Messiæ, hoc est Ecclesia, sunt multæ vicissitudines, non omnes idem sentiunt, se se mutuò proscindunt. Distinguendum de interno & externo regno Messiæ. Quoad mundum grauia patiuntur: sed interius regnum respicit, quo in suis regnat Deus: tranquillitatem conscientiæ. Paulus dicit, iustificati per fidem pacem habemus erga Deum. Et per eum habemus accessum ad Deum. Christus dicebat, Ero vobiscum vsque ad consummationem seculi. Consolatio, quia ego vici mundum. Vinea illa Domini semper est in conspectu Dei. Quicquid exterius patiantur, intus tamen habent pacem superantẽ omnem sensum. Inde Laurentius dicebat, cùm nostu, ignibus cruciaretur, mea nox obscurum non habet. Hæc dè perpetuo splendore regni Messiæ. *Vicissitudines in regno Messiæ.*

Impij autem tanquam spinæ proijciuntur.) Nunc confertur regnum hoc cum regno tenebrarum, diaboli, antichristi & impiorum. Opponunt se Messiæ, at non proficiunt: manet eos certissimus interitus. Istud regnum non dicitur splendor ille interpolatus: quia inde est aliquis fructus: at è peccato per se nullus fructus est. Conferuntur cum spinis, quæ dicũtur Belial: sicut zizania ab homine inimico sparsa dicuntur. Videbat Dauid in suo regno vtcunque extirpatos impios, sed magis in regno Messiæ id futurum præuidebat. Addendũ quod dicit spinas esse extirpandas. Hic exitus erit impiorũ: extirpantur nõs ne necesse. Ioan: de arbore sterili dicit, quòd sit excindenda *Impij spinis conferuntur.*

& præsagire de infigni fidelium hoste de hostibus dicit. Non enim gustatur manus sine spina. Quod est inter Christū & Antichristū. Si quis spinas velit tangere, pungitur, sic eas lacerant & pungunt pios: adhibeas quantā volueris cūm impijs dexteritatē, nihil efficeris. Ita ait Ioas in lib. Iud. de illis spinis, quod nihil boni ex eis capiatur, quia nō admittunt correctionem. Nihil ergo superest, nisi vt deuincantur, stantque nobis vt Ethnici & publicani. Si pergant in suis sceleribus & non desinant lædere, tandem contra se omnes armant vt vlciscantur. Violentia impiorum extirpatio notatur, quæ fit à Deo aliquando per seipsum, aliquando à magistratu, qui vice Dei fungitur. Comburuntur istæ spinæ. Christus Antichristum spiritu oris sui conficiet. Videmus mira Dei in dicis ergā spinas eiusmodi. Extremo die separatio manifestissima fiet, spinæ colligentur & conijcientur in ignem: finis itaque earum combustio est. Ita contingit: qui leniora remedia non admittunt, ab illis postea pœnæ acerbissimæ exiguntur. Comburuntur sæpe in loco illo in quo stant. Id Iudæis accidit tempore Titi & Vespasiani. Est hic tacita antithesis ad bonas fruges, quæ comportantur, & conseruantur. Ita vaticinium hoc concluditur.

8 *Ista sunt nomina fortium qui erant Dauidi. Sedens in cathedra sapiens, caput magnorum, erat Adino Esnita super octingentos, vulnerauit vice vna.*

9 *Et post eum Eleazar filius Dodo filij Ahohi inter tres fortes cūm Dauide quando probris affecerunt Philisthæos, qui congregati erant illic in prælium, quem iam ascendissent viri Israel.*

10 *Is exurgens percussit Philisthim, donec deficeret manus eius, & adhæreret manus eius gladio: & fecit Iehouah salutem magnam in die illa, atq; populus reuersus est post eum, tantùm ad spoliandum.*

11 *Post eum Samma filius Age Hararitæi: congregati sunt namque Philisthim in villa, ibiq; erat possessio agri plena lentis: populus verò fugerat à facie Philisthim.*

12 *Tum constitit in medio possessionis, & liberauit eam, atq; percussit Philisthim, fecitq; Iehouah salutem magnam.*

Catalogus fortium.

Nunc videndum est ad alteram partem capitis, quæ est catalogus, non nauium aut apud Homerum, aut copiarum auxiliarium, vt apud Vergilium, sed fortium virorum, qui semper fuerunt à Dauide. Deus ita illum ornauit comitatu egregio, quemadmodum & Moysem antiquitus septuaginta senioribus, quò ei auxilio essent. Isti viri sunt præclari & operis & nominis. Christo etenim adiuncti sunt Apostoli & alij discipuli. Non patitur Deus obliterari nomina istorū fortium: sed vult describi, vt non frustrentur sua laude. Ita illorum nomina qui Christo se continxerunt, in cœlis descripta esse dicuntur. Illi viri fuerunt cum Dauide ante quam regnum acciperet: & postea in fortuna secunda & aduersa eum non deseruerunt. Abisai enim ante fuit cum eo: Asahel interfectus est cùm Dauid tantum duabus tribubus imperitaret: aquæ ad speluncam Adullam allatæ sunt cùm in periculo versaretur. Credendum fidem horum virorum ergā Deum & Dauidem magnam fuisse. Nō grauabantur de fortunis propter hunc periclitari, quem sciebant electum à Deo: non Saulem sequebantur & splendorem aulæ. Ioabus non accensetur illis, eo de enim duorū præstantium virorum se contaminauit, & iam imperium ei abrogatum erat. Nec Amasa, quis se adiunxerat Absolomo contra Dauidem. Habuit Dauid & alios fortes milites: sed isti insignes erant præ cæteris. Hæc est magna prudentia regum, vt pios ad se & fortes asciscant. Hoc hodie in multis aulis non fit: authoritate pollent adulatores, cupedinarij, sycophantæ, lenones. Vtinam episcopi Dauidem imitarentur, & pios apud se haberent & fortes viros. Nam ex talibus multa bona proueniunt ad rempublicam & ecclesiam. Vt est benedictio vbi tales sunt: ita maledictio vbi non sunt, aut seruantur.

Cur describantur hic catalogus.

Cur Ioab & Amasa omittantur.

Principes secū habeant viros pios & fortes.

Adino.

Primus qui hoc loco commemoratur, non minus robore quàm sapientia valebat: sedebat in sede inter alios Sanhedrim: erat etiam iurisconsultus. Iosephus Hehemum appellat, Hebræis Adino dicitur. Azeno est nomen gentilitium. Quod in alijs versionibus est Dolichaus & ligneus, non facit ad rem: proprietatem tamen vocum libenter amplector: puto omnium hoc fuisse proprium, vt delicati, id est affabiles fuerint erga amicos, & duri in hostes. Socius inter nostros agitur milites, intolerabiles sunt amicis, lenes vel ignavi potius erga hostes. Hæc de re conquestus est Cicero contra Verrē. Vna vice 900. interfecit in Paralip. habet 300. Kimchi dicit duos fuisse pugnos egregios, hi vocum attingi, in lib. Perul. alterum, in quo strenuè se gesserit. Sunt qui iam bigam qui fieri potuerit, vt vnus tot necaverit. Nos qui in sacris libris hæc describi videmus, dubitationem hanc ab animis eiiciamus.

cimus. Si vnus angelus tot millia in castris Senacheribi interficere potuit, an non eandem facultatem Deus homini potuit concedere? Fuerunt viri sanè heroici: magna & admiranda tentabant, tamen vtilia. Non vt magi qui miranda quidem faciunt, sed quæ nullam vtilitatem afferunt: vt Simon Magus qui per aërem volabat. Illis Deus non tantùm impulsum dedit: sed etiam mirificum successum. *Quomodo vnus tot potuerit occidere.*

Et post eum Eleazar filius Dodo.) Secundus istorum trium dicitur restituisse pugnam cùm fugisset Israel, & magno numero occidisset Palæstinos: ita vt manus eius adhæresceret gladio, vel propter copiam sanguinis, vel stupore nervorum & musculorum. *Eleazar.*

Et post eum Samma filius Age Hararites.) Tertius se opposuit Palæstinis, & restituit pugnam in campo pleno lentibus: in Paralipom. dicitur pleno hordeo. Kimhi vtrumque dicit esse potuisse, vt comportati sint manipuli lentium & hordei, quos hostes incendere voluerint. Aliqui dicunt campum illum partim hordeorum, partim lentium dictum, quòd vno anno hordeum, altero lentes seminarent. *Samma.*

13 *Descenderunt præterea tres ex triginta principibus, & venerunt in messe ad Dauidem in speluncam Adullam: castra autem Philisthiim posita erant in valle Raphaim,*

14 *Dauid verò tunc erat in præsidio, & præsidium Philisthiim tunc erat in Bethlehem.*

15 *Desiderauit autem Dauid, & dixit, Quis potabit me aqua de cisterna Bethlehem quæ est ad portam?*

16 *Tunc irruperunt tres fortes in castra Philisthiim, & hauserunt aquam de cisterna Bethlehem, quæ erat ad portam, quam apportauerunt, atq; attulerunt ad Dauidem, & noluit bibere de ea, sed effudit eam Iehouæ.*

17 *Ac dixit, Absit mihi ô Iehova, vt faciam hoc: num bibam sanguinem virorum qui abierunt cum periculo vitæ suæ? Et noluit bibere eam: hæc fecerunt tres illi fortes.*

Postquàm descripsit quid sigillatim illi effecerint, nunc declarat quid copulati egerint. Sitienti Dauidi aquam attulerunt. Dauid fuit in præsidio, fortasse autem ibi aqua commodè non erant, & erat æstas, dixit: Si quis me potaret aqua putei Bethlehemitici. Non iubebat afferri, sed obiter dixit: Sunt tamen qui volunt eum experiri fortitudinem suorum voluisse: at exitus historiæ diuersum ostendit. Illi tres perfregerunt castros hostium, venerunt ad puteum, hauserunt aquas, redierunt incolumes: promptitudinem mirabimur in eis, & obseruantiam erga ducè suum: si imperasset eis, quid non fecissent? si hoc in re parua fecerunt, qui in re graui facturi non erant? quid si esset opera nauanda reipublicæ? quid si Dauid veniisset in periculum? Est præstanda reipub. & magistratui obedientia, sed cùm oportet. Factum hoc non trahendum est in exemplum, non ipsi erant hoc facere. Si nimia audacia periculo se exposuerunt vt captent gratiam, non rectè faciunt: nam temeritas est non fortitudo. Deus vitam corporis nobis dedit, quam tueri debemus, non debemus eius esse prodigi, tùm periclitandum est cùm res exigit, cùm respublica imperat. *Aquam Dauidi qui attulerunt.* *Factum horum non est imitandum.*

Dauid cùm allata esset aqua, obstupuit, bibere noluit. Admonentur principes, ne periculo subditorum suorum sibi voluptates comparent. Non est hoc legitimorum principum: sed tyrannorum. Cogitent principes se propter subditos, qui sunt imagines Dei, constitutos esse. Nero spectaculo Troiæ ardentis, Romam in periculum coniecit. *Absit*, inquit: vox regia, plena dignitatis. Effudit, & gratias egit Deo, qui tales viros ei dedisset, quodq; eos in periculo seruasset. Non fecit sacrificium. Obseruate hic quòd aquam hanc sanguinem appellat: quia tesabatur periculo effundendi sanguinis illos se exposuisse: & mirantur nostri in Eucharistia vinum sanguinem dici: vbi testatur seruatorem nostrum, se non tantùm exposuisse periculo, sed etiam reuera sanguinem fudisse. Illustrat igitur loquutionem quæ est in cœna. Iosephus arbitratur factum hoc trium fortium contigisse cùm Dauid Hierosolymis esset ad arcem Sion. Sed hoc cum historia non consentit: & Iosephus quandoq; hallucinatur. Celebrant Ethnici Alexandrum Magnum quòd dum sitiret cùm exercitu, paululum aquæ sibi allatum, gustare noluerit. Nostra scriptura maiora habent, quę narrent de principibus Hebræorum. Dauid Kimhi putat aquam allatam non à primo ternario: sed ab altero, cui præfuit Abisai: sed narrationi magis congruit, quod priori loco diximus. *Reges periculo suorum non comparent sibi voluptates.* *Aquam sanguinem appellat.*

18 *Porrò Abisai frater Ioab filius Seruiæ erat princeps trium, & idem excitauit lanceam suam contra trecentos occisos: & ei erat nomen inter illos tres.*

19 *Trium nonne gloriosissimus erat? & idcirco eis princeps, sed vsq; ad tres non permenit.*

20 *Et Benaiahu filius Ieboiada, filius viri fortis, magnis operibus, de Chabſeel: ipſe percuſſit duos fortes Moab: idem quoq; deſcendit, & percuſſit leonem in medio ciſternæ in die nimis.*

21 *Ipſe præterea percuſſit virum Ægyptium virum formoſum, & in manu Ægyptij lancea: deſcendit autem ad eum cum baculo, & rapuit lanceam de manu Ægyptij, at interfecit eum lancea ipſius.*

22 *Hæc fecit Benaiah filius Ieboiada, & ei erat nomen inter tres illos fortes.*

23 *Iſtorum triginta erat glorioſiſſimus, ſed ad tres non peruenit: & poſuit eum Dauid ad auditum ſuum.*

24 *Aſael frater Ioab fuit inter triginta: Elhanan filius Dode de Bethlehem.*

25 *Sammah Haroditen, Elica Haroditen.*

26 *Heles Paltites, Ira filius Icces Thecoites.*

27 *Abiezer Anathothites, Mebunnai Huſathites.*

28 *Salmon Ahohites, Maharai Netophathites.*

29 *Heleb filius Baana Netophathites, Ithai filius Ribai de Gibeath filiorum Ben-*

30 *Benaiahu Piratonites, Hiddai de torrente Gaas.*

31 *Abi albon Arbathites, Azmaueth Barhumites.*

32 *Eliahba Saalbonites: filij Iaſen, Ionathan.*

33 *Samah Hararites, Ahiam filius Sarar Ararites.*

34 *Eliphelet filius Ahaſbai filius Maachathi, Eliam filius Ahitophel Gilonites.*

35 *Heſrai Charmelites, Paarai Arbites.*

36 *Igal filius Nathan de Soba, Bani Gadites.*

37 *Selec Ammonites, Naharai Beerothites, armiger Ioab filij Seruiah.*

38 *Ira Ithrites, Gareb Ithrites.*

39 *Vrijah Hetthæus, omnes, triginta & septem.*

Inſcriptio catalogi ex Paral.

Catalogus ille 1. Paralip. 11. cap. inſcriptionem habet ampliorem quàm hic. Iſti ſunt principes robuſti quos habuit Dauid, qui cùm eo conſtabiliuerunt regnum ſuper vniuerſum Iſrael, vt eligerent Dauidem regem, iuxta verbum Dei factum ad Iſraelem. Oſtendit eos Dauidem ſequutos eſſe, priuſquam regno potiretur: ſecuti autem ſunt verbum Dei, quare non tantùm à robore, ſed etiam à pietate commendantur. Deus per eos magnam ſalutem faciebat. Deus robur largitur, deinde regit vires, tertio loco, dat ſucceſſum felicem. Igitur omnia aſcribuntur Deo. Inſtrumenta eius fuerunt, inſtrumentum præſertim rationale, non eſt ocioſum. Occidebant multos viros, ſed iſtà aguntur à Deo, non ergo mirari debemus: continetur in promiſsionibus, Vnus fugabit mille. Cùm ergo Dei geſta ſint, non hæſitare, ſed eius promiſsis aſſentiri debemus. Hinc etiam colligimus alia facta, quæ prolixè expoſita non ſunt, ſed vno tantùm verbo attinguntur. Non enim ſpiritus ſanctus amplificat res geſtas fortium. Homerus multis aſſutis fabulis celebrat ſuum Achillem, Vergilius Æneam. Hiſtorici multa ad fauorem principum, vel vt facundiam ſuam explicent, amplificant. Iſti non propter cenſum, aut nobilitatem aſciti ſunt in hunc gradum, ſed prout ſe benè gerebant in defendenda Repub. Non datur hîc locus gratiæ. Dauid multos fratres habuit, at nullus hîc deſcriptus inuenitur. Nullus eſt principum qui fratres & cognatos etiam ignauos & ſordidos, non velit habere ſplendidum locum. Adeò liberè & apertè ſcriptura omnia tradit, vt inter iſtos fortes det locum Vriæ, cuius vxorẽ Dauid rapuit, & quem occidi curauit. Vnde aggrauatur ſcelus eius non parum: talem enim virum charum habere debuit. Iſti viri vt inſcriptio Paralipomenica habet, conſtabilierunt regnum Iſraelis. Igitur robur ſuũ non impenderunt ad euertendã Rempublicam, vt aliqui Imperatores. Cato de Cæſare dicebat, quòd ſobrius acceſsiſſet ad euertendam Rempublicam. Qui valent robore, habent propoſitum exemplũ, ad quod collimare debent: nẽpe vt viribus ſuis ad regni cõſeruationẽ vtantur. Fuerunt multi fortes apud Gentes, ſed vſi ſunt ſuo robore in rebus ludicris, vt in Olympijs, Nemæis, Iſthmijs, quò flaccida corona donarentur. Vires ad gloriam Dei, & regnorum defenſionem impendendæ ſunt. Tales honorandi ſunt in regnis. Fertur de Dario cùm Zopyrus ſe mutilaſſet naribus & auribus, vt Dario Babylonem tradere poſſet, dixiſſe, ſe potius velle vnum Zopyrum integrum quàm viginti Babylones. Viri fortes ſunt manus regum: vnde cùm Honorius Stilliconem fortem & bellicoſum virum iuſsiſſet occidi,

Conſtabiliuerunt regnum Iſraelis.

Vſus fortitudinis.

Fortes ſunt honorandi.

Fortes viri à Deo excitantur.

tradit

tradit historia, eum sibi manus amputasse. Sic Iustinianus multa egit per Bellisarium. Tales rebus publicis concedumtur per benignitatem Dei, & per iram & maledictionem auferuntur. Isa. 3. cap. Deus dicit se ablaturum fortes & bellicosos, quo corrueret principatus. In Ecclesis etiam subinde heroicos viros videmus excitari, qui rebus afflictis succurrant. In imperijs etiam Ethnicorum quandoq; Deus tales excitauit, ne omnia confunderentur.

Fuit in isto catalogo iste ordo conseruatus, vt primo ternario tres fortissimi numerentur: rursum in altero tres: postea triginta sequuntur. In secundo ternario duo nominatim commemorantur, Abisai & Banaias. Abisai lanceam leuauit contra 300. id est vulnerauit lancea 300. Fecit & alia: sed ad tres priores non venit. Cum Dauide ingressus est castra hostis Saulis, & occidere voluit Saulem. Venit item Dauidi auxilio contra gigantem pugnanti. Hæc omissa sunt: quia illa tantùm ponuntur, quæ erant præcipua. Tertius ternarij illius secundi non exprimitur. Non est mirum. Nam in lib. Paral. etiam primi ternarij princeps nominatim non ponitur: sed hîc habetur. Iosephus dicit triginta octo istos fuisse: scriptura triginta septem facit: sed in catalogo ponuntur triginta: postea sunt quinq; illi; atq; sexti nomen omittitur, & sic essent triginta sex: deesset vnus. Kimhi omnes triginta sex dicit, etsi superst vnus, & duos vult esse ternarios, & Banaiã extra ordinem poni. Alij arbitrantur duos addendos, Sibichai & Ionathan, qui interfecerunt gigantes: atqui in hoc catalogo Ionathan ponitur, alter in Paral. sed tunc augetur numerus. Ego vnum addendum putarem: permultos enim habuit Dauid, qui in lib. Paralip. describuntur. Annotabimus præterea, collegia quæ nominantur à certo numero: licet vnus & alter absit, attamen nomen suum retinere. Sunt quidam magistratus in Italia, qui appellantur quadraginta: etsi autem vnus aut alter abest, tamen nomen retinent. Ita collegium Apostolorum duodecim dictum est, etiam cùm Iudas interijsset. Sic etiam si vnus redundet, aut desideretur in hoc catalogo, non multum refert.

Ordo catalogi fortium.

Abisai.

Dictum est de Abisai, nunc de Benaia dicendum: fuit filius Iehoiadæ, viri bellicosi. Non est Ioiadas pontifex, qui tempore Athaliæ vixit, sed alius vir fortis, oriundus ex Kabzeel, vrbe pertinente ad tribum Iuda. Is duos leones occidit: putant quidam viros fortes, qui instar leonum fuerint. Sic etiam Achilles leo Græcorum dicitur. Iosephus putat fuisse fratres: sed hoc incertum est. Sunt qui Ariel interpretantur duas arces fuisse inexpugnabiles, Templum Domini etiam sic dictum est, quòd speciem munitionis haberet. Alterum eius fortissimum gestum est, quod pugnauit cum leone, qui in cisternam ceciderat: quem tempore niuis occidit, quando leones ferociores esse dicuntur. Tunc continentur oues in caulis, & cùm desit illis pastus irascuntur. Ira autem est eos fortitudinis. Multi fuerunt clari, quòd leones interfecerint, Simpson, Dauid. Inter Ethnicos Lysimachus celebratur. Hîc non tantùm miramur occisum leonem, sed modum pugnæ. Descendit ad eum in locum angustum. Sed temerè fecisse videtur, an ita vitæ prodigus fuit? Credendum est leonem illum pernicio sum fuisse prouinciæ. Iosephus dicit quòd audierit rugientem: voluit ergo vicinam illo metu liberare. De Hercule idem refertur, quod terram repurgârit à malis bestijs. Tertium facinus istius est, quòd virum Ægyptium interfecit, qui vastæ magnitudinis erat instar gigantis: arma deinde non contemnenda habuit. Iste autem inermis ad eum accessit: virgam tantùm habuit, fortè fortuna sic occurrebat ei, hastam ei excussit, quę in historia Paralipom. dicitur fuisse quasi liciatorium texentium. Dauid constituit eum ad audientiam suam: hoc est fecit eum præsidem consilij. Valuit ergo non tantùm viribus corporis, sed etiam sapientia. Altera interpretatio magis est vt videtur, idonea. Præfecit eum Chereti & Pheleti, regijs cohortibus, quę non tantùm erant custodes corporis, sed ad audientiam, id est semper aderant Regi, vt audirent quid mandaret, vt statim facerent quod iuberet. Antea enim habuimus quòd illis fuerit præfectus. Sunt qui allegoricè interpretantur. Per leonem in puteo intelligunt Ioabum: nam iste ad cisternam, id est altare eum occidit, & per Ægyptium Semei intelligunt, quem ipse quoque interfecit. Hæc aliena sunt. Nam tempore Dauidis non acciderunt. In quæstionibus suis Hieronymus hæc refert, sed non affirmat. Etsi verò affirmaret, tamen dubitatur, an hæ quæstiones sint eius. Nos planam historiam sequemur.

Benaias.

Leones duo quid hîc significent.

Audientia Dauidis.

Tertius gradus fortium sunt triginta & vnus. Asahel frater Ioabi numeratur inter hos. De illo verò habuimus, quòd velox fuerit in currendo, persequutus est Abner diu, & ab eo tandem occisus est. Aristot. in Rhet. vbi de robore agit, dicit etiam in celeritate esse positum. Oportet enim pedes proijcere, ad quod robur requiritur. Res gestę illorum sigillatim non commemorantur.

CAPVT XXIIII.

ET addidit furor Iehoua irasci contra Israelem, & concitauit Dauidem in eos, dicendo: Vade, numera Israelem & Iehudah.

2 *Dixit ergo Rex ad Ioab principem exercitus, quem habebat secum, Discurre nunc per omnes tribus Israelis, à Dan vsque Beersebá, & numerate populum, vt sciam numerum populi.*

3 *Dixitq; Ioab ad Regem, Addat Iehouah Deus tuus ad populum sicut sunt & sicut sunt centum vicibus, & oculi domini mei Regis videant: sed vt quid dominus meus Rex vult hoc?*

4 *Prævaluit autem verbum Regis super Ioab & super principes exercitus: egressus est itaque Ioab & principes exercitus à facie Regis, vt numerarent populum, nempe Israelem.*

5 *Et transierunt Iarden, & castrametati sunt in Aroer ad dexteram eius, quæ in medio torrentis Gad, & ad Iaazer,*

6 *Posteà venerunt in Gilead, & in terram Thachthim Hodsi, inde venerunt in Dan Iaan & circa Sidon.*

7 *Venerunt; ad munitionem Tyri, & ad omnes vrbes Hiuæorum & Chenaanæorum: vnde egressi sunt ad Meridiem Iehudah in Beersebá.*

8 *Quumq; obambulassent vniuersam terram, venerunt in fine nouem mensium & viginti dierum in Ierusalaim.*

9 *Deditq; Ioab numerũ numerationis populi Regi: fuit Israel octingenta millia virorum fortium euaginantium gladium: & viri Iehuda quingenta millia virorum.*

Partitio capitis.

HOC caput quatuor partes habet, quarum prima continet peccatum à Dauide commissum: altera pœnitentiam eius: tertia pœnam: quarta quomodo Deus ei placatus sit. Ab initio dicitur, Et adiecit nasus Domini irasci contra Israelem. Propriè Deus non irascitur: abest à Deo commotio, sed quoad effecta sic nominatur, cùm punit. Est enim ira affectus, quo ad vlciscendum incitamur. Iustitia Dei puniens describitur, quæ purissima existit. *Addidit irasci.*) Ante etiam contra Israelem iratus fuerat non semel, & semper sumpserat pœnas: de flagitio Saulino dederunt pœnas in monte Gelboe: quòd consenserunt Absolomo, ceciderunt 20000. vno die: quòd in Gabaonitas sæuierint vnà cum Saule. Fame laborarunt triennio. Nunc dicitur rursus irasci: quæ autem causa fuerit sequetur. *Incitauit Dauidem in eos dicendo: Vade numera populum.*) Quis sit nominatiuus casus istius propositionis, incitauit Dauidem, non est vna sententia. Quidam ascribunt furori Domini: nam nullum antea vocabulum ponitur R. Kimhi autem & R. Leui Ben Gerson subintelligunt nominatiuum, & dicunt ipsum cor Dauidis, cupiditatem ipsum incitauisse. Hoc autem monet Kimhi, quod expendit diligenter istam vocem, Vade & numera populum. Non est credendum inquit, Deum dixisse Dauidi reuelatione, Vade: nam si dixisset certis verbis, quonã pacto liceret dicere peccauit? Fecisset enim quod Deus ei præcepisset. Refert ergo loquutionem illam Vade, figmento malo, aut cupiditati Dauidis, quod incitarit ipsum vt dixerit cuipiam ex suis, Vade & numera mihi populum. Attamẽ fatetur rem ipsam à prouidentia Dei fuisse: id autem nesciebat Dauid, scilicet esse à Deo: ergo sequutus est cupiditatem suam. Rabbi Leui dicit, incitatio illa attribui potest Deo quatenus rerum omniũ causa est: quo genere loquendi vsus est Iosephus, quando dicit, Vos me non misistis in Ægyptũ, sed Deus. Potest etiam ad Deum referri, quòd ipse prouidentia sua qua solebat gubernare Dauidem, ab ista cupiditate non retraxit: quia vti ea contra Israelitas voluit. Nos simplicem textum considerantes, videmus illis diuerticulis non opus esse: ira Dei mouit enim: in libro Paralipom. satan exprimitur. Fuit quidem cupiditas in Dauide, sed non est abhorrendum ab illis loquutionibus, quæ in alijs etiam multis locis reperiuntur. Isa. 19. Deus erroré miscuisse dicitur: 63. cap. conqueritur propheta, quod Deus fecerit eos errare. Iosue 11. à Domino factum fuit, vt Chananæi se obfirmarent ad pugnandum contra Israelem, quia voluit perdere eos. 2. Thess 2. cap. Immittet in illos Deus efficaciam illusionis, vt credant mendacio. Neq; scriptura sancta nos decipit illis loquutionibus: vera enim sunt quę dicuntur: sed sanè intellecta. Quemadmodum in re sacramentaria, cùm dicitur, Hoc est corpus meum: quis negabit veram esse propositionem? sed suo modo corpus dicitur, quòd sit sacramentum corporis. Sic iram Dei incitasse Dauidem verum est, sed suo sensu & suo modo. Quomodo autem intelligendæ sint istæ loquutiones, cùm Deo tribuitur quòd malum operetur, paucis attingam.

Quomodo Deus irascatur.

Quis incitauerit Dauidem.

Propositiones nõ semper simpliciter sunt veræ sed suo modo.

Affirmo

Affirmo Deum non esse propriè & per se causam peccati: prohibet enim & punit peccatum: & dicitur Deus qui non velit iniquitatem. Deinde si initia scelerum quærimus, satis habemus in nobisipsis: non exteriùs sunt quærenda: non oportet vt Deus instillet nova mala. Nec dicitur per se velle vlla peccata, quòd ibi acquiescat, ibi habeat *finem*: sed peccatis vtitur propter aliud, vt castiget, vt effecta prouidentiæ ad finem perducat. Quatenus aliquid ab eo prouenit sanctum est, & ad iustitiam pertinet: si vitij quid inest, ex nobis est. Solet ab alijs dici, vt intelligantur hæ propositiones, has voces tradendi, decipiendi, & similes, cùm Deo tribuuntur, non actiuam efficientiæ significationem habere, sed permissionis. Ista autem permissio si intelligatur, quòd Deus non impediat, facilè concedo: et vt beneplacito opponatur, vt ibi quiescat Deus, etiam concedo. At si accipias quasi Deus relinquat homines sibijpsis, non regat mala, dicimus non satis esse. Deus non excutiendus est suis gubernaculis. Si duo passerculi non cadunt absque voluntate patris, neque actiones hominum siue bonæ siue malæ, subtrahendæ sunt diuinæ gubernationi. Ista permissio pertinet ad voluntatem Dei, permittit non coactus, sed volens. Si quæratur quid Deus hîc agat, colligere oportet. Primùm fert peccata, non impedit. Secundò est causa remouens, prohibens, remouet gratiam quando talia committuntur, & iustè, nam merentur: quemadmodum abstraxerat à Dauide. Roget in Psal. Spiritum tuum ne auferas à me. Tertiò, Deus non sinit grassari temere: vtitur peccatis, & gubernat ea. Qui peccant, non in quosuis peccant: sed in aliquos quos Deus vult punire. Nabuchodonosoris libido in Hebræos directa fuit, & quandiu Deus voluit. Ista gubernatione suos postea illos ministros, in ignem vt virgas conijcit. Quarto loco cùm peccata dicantur actiones humanæ, in quibus inhæret defectus, priuantur iusta recti ratione. Quatenus verò actiones sunt, produci non possunt, nisi concurrat actio Dei. In eo mouemur & sumus. Postremò dat Deus sæpè occasiones: cogitationes immittit natura bonas, quia autè in malos incurrunt, malè eis vtuntur. Deus nouit ita facturos, tamè non cessat immittere. Itaque sic intelligendæ sunt propositiones istæ in scripturis, quæ efficientiam Deo tribuunt, quò ad peccatum. Si ad ipsam culpam comparentur quatenus culpa est, tunc non sunt propriæ loquutiones. Sin verò ad ea conferantur quæ commemorauimus, id est, ad subtractionem gratiæ, ad gubernationem & vsum peccati, ad productionem subiecti, ad occasiones & cogitationes immissas, propriæ dici possunt: quia istarum rerum Deus verè causa est. Si qui aliter sentiunt, fruantur sua sententia, in istis nihil est impietatis.

Quomodo intelligenda loca quibus Deo tribuitur quòd operetur malum.

Quid Deus hîc agat.

Diabolus instrumentum fuit diuinæ iustitiæ, sed quia non agit nisi quantum Deus ei largitur (alioqui omnia vno momento euerteret) & cùm eadem actio quandoque Deo videatur tribui & diabolo, intelligendum est id fieri diuersissima ratione. Diabolus nonnisi malum quærit: Deus è diuerso prouidentia sua malis ad iustitiam vtitur. Tanta eius est bonitas, vt non modo rectis, sed etiam malis vti possit. Deus ad tempus dereliquit Dauidem, vt populum puniret: Dauid verò elatus est animi superbia. Iactantia nobis ingenita est: nisi Deus gratia sua reprimeret, hoc morbo periremus. Cùm insit nobis hæc affectio, diabolus est tanquam flabellum, excitat eam, sic labitur Dauid. Admonemur vt nobis timeamus, sanctus erat Dauid, Psalmos multos cecinerat, tamen extrema sua ætate sic labitur. Nunquam punit Deus homines innoxios, peccasse eos oportuit. Quid peccârint Israelitæ non exprimitur: diuinant tamen alij aliter. Putant alij sæpius peccasse tempore Saulis, Absolomi: at tùm pœnas dederunt. Dicunt postremo tempore lapsos, quòd Sebam seditiosum secuti fuerint, de eo adhuc pœnas non dederunt. Alij dicunt peccata fuisse Israelitarum permulta, cæterum occulta, quę Deus optimè nouerat. Possemus item cogitare, redditam fertilitatẽ post penuriam superius descriptam: fortè igitur diffluebant luxu: multum enim peccatur in securitate. Dauid ociosus in adulterium lapsus erat, ita illis euenire potuit. Suis peccatis occasionem dederunt principis lapsui. Vnde apparet subditos multum inuare posse principes: orando pro eis, rectè viuendo: nam hoc si non faciant, sæpè deferuntur à Deo. Celebratur sententia Gregorij Romani. Pro qualitatibus gregis, actiones & opera pastorum disponuntur: & sæpè fit vt pastor alioqui bonus, delinquat propter malitiá sui gregis. Non temerè ergo monemur, vt oremus pro principibus, quos vehementius aggreditur satan: scit se lapsibus eorum multũ efficere. Vita principum est cynosura quædam populi, se accommodat ad mores eorum. At occurrere dubium posset, an propter alterius peccatum cuipiam auferatur gratia. Si subditi peccarunt, cur aufertur gratia Dauidi? Distinguendum censeo de gratia. Aut charismata intelligimus, vt est vis curandi, donum linguarum, interpretandi sacras literas. Propter peccata populi hæc interdum auferri, aut suspendi non dubitauerim. Nam data sunt ad ædificationem: si ergo populus deploratus sit, non profundit Deus hæc dona. Si de gratia qua regimur in nostris actionibus, intelligamus, respondemus: primum liberè dari gratiam: Deum etiam auferre quandò voluerit: & sub-

Eadem actio Deo & diabolo tribuitur.

Ob quod peccatum Israelitæ puniantur.

Propter populi peccata labitur princeps.

An propter alterius peccatũ cuipiam auferatur gratia.

tractione gratię ad tempus, vti posse, ad aliquas fines sibi cognitas. Deinde subtractiones illę nunquam iniustè sunt: quippe cùm illi homines mereantur. Est pœna quodammodo alterius mali. Si ex prædestinatis fuerint, ad tempus tantùm deseruntur: sin alij, ad perpetuum: & destituuntur charismatis quibus regere populum poterant.

Quodnam peccatum illud fuerit Dauidis.

Restat videndum quodnam peccatum erat vt excitaretur ad numerandũ populũ. Communis est omniũ sententia, elatione animi fuisse, superbiâ. Dederat illi Deus pacẽ, habuerat catalogũ certum fortium virorũ, voluisset etiam scire quot millia hominũ haberet in suo populo. De omnibus vult scire, & quodãmodo ex isto censu professionẽ habere subiectionis: sigillatim Dominus omniũ eorum haberi voluit. Iusta itaq; causam indicendi huius census non habuit: tantũ affert, vt sciam quantus sit populus: oportet ista scientia aliquò dirigatur: alioqui si ibi consistat est curiositas. Lex Dei finem præscripserat Exod. 30. Cùm leuaueris summam filiorum Israel, tũc illi dent Domino quisq; semiclum, ac ero eis propitius, vt non fiat plaga in eis. Vis scire quot sint, sic scias, & summam pecuniarum in vsum cultus diuini conuertes. Ita vt finis census scientia non esset, sed vt lustrarentur, & fieret oblatio. Dauid hoc tantùm respondit, vt sciam: sed ad honorem Dei, & populi vtilitatem dirigere debuit. Adiecit Rabbi Kimhi ex sententia magistrorum veterum Hebræorum, etiamsi dum haberetur census accepissent pecuniam quam præcepit Deus, oportuisse aliam causam adijcere, vt iusta de causa fieret, non quotidiè: & hoc est admodum probabile. Quod dum considero, video non fuisse causam, cur Dauid hunc censum instituerit. Sed vt melius intelligamus, de natura census quædam videntur esse annotanda.

Deus posuerat censui iustum finem.

De censu.

Titus Liuius scribit Seruium Tullum regem, primùm censum apud Romanos instituisse, idque magno Romanorum commodo factum fuisse testatur. Nam antea munera obeunda in pace & militia, viritim commendabantur singulis quibusque temerè, nulla opum ratione habita: vnde res admodum grauis erat. Inierunt ergo rationem vt conferetur populus, non modò quo ad capita, sed facultates. Instituerunt quinque classes, in prima ponebant ditissimos, in secunda diuites, sic deinceps. Ita impensas melius ferebant: & si exigendum erat tributum, certa ratione exigebant. Si habitus fuisset census, sacrificium vel lustrum fiebat, vt expiaretur populus: vtcunque in hoc imitati videntur Israelitæ. Mactabant autem suem, ouem & tres tauros: & cùm singulo quinquennio fieret, appellabant lustrum conditum. Et sicut Græci per Olympiades numerabant, sic Romani per lustra. Creabant duos censores, qui vniuersæ descriptioni præessent, Censoribus etiam iniungebant vt mores corrigerent: mouebant illi senatores loco, & magnos sæpè viros ignominiæ notabant. Commoda ergo census istius varia erant: militum numerum explorabant: deinde fuit professio quędam subiectionis. Ista non videntur populo Dei vsquè adeò necessaria fuisse. Finis in lege fuit, vt cultus Dei conseruaretur. Non erant Israelitæ vexandi tributis: non volebat Deus vt rex magnos thesauros sibi congereret. Adhæc censura illa morum fiebat aliter apud Hebræos: fuerunt Leuitæ, sacerdotes, qui docebant & monebant populum: deinde Sanhedrim: nec apud Romanos propriè censuræ erat mores corrigere, sed additamentum. Quo ad militiam census non erat opus: nam Deus se militaturum pro eis promiserat. Aliæ respublicę quæ non habebant illam promissionem, prudentiæ iudicabant esse, cogitare an pares essent hostibus, quemadmodum Aristoteles in Rhetor. de bello suscipiendo indicat. De subiectione autem quid opus erat, ea causa censum indicere? omnes sciebant Dauidem electum à Deo, imperare debere multitudini. Dauid non aliam causam affert, quàm, Vt sciam numerum militum: deinde nullum imminebat bellum. Huc accedit quod Iosephus addit, oblitum fuisse Dei cultus, exactionis inquam illius quæ tabernaculo debuit offerri. Peccatum eius eò grauius videtur, quòd liberatus esset ex multis periculis: quid ergo quærebat de numero? Fortasis noua tributa imponere volebat, sed non decebat: Ethnicis id congruit. Dion scribit de Augusto, quòd excogitârit censum per vniuersam ditionem Romanorum, vt colligere posset pecuniam ad alendas legiones, quibus sustentabatur respublica. Ideò vt Iosephus scribit, misit Quirinum (Euangelista Cyrenium vocat) in Syriam vt censum haberet. Erat res odiosa, ideoq; in Iudæa tumultus exorti sunt. Si Dauid voluit aliquid noui tributi excogitare, non fecit suo tempore. Considerandum etiam illud, quòd Deus voluit populum suum innumerabilem esse. Erit, dicit propheta, tanquam arena maris, & stellæ cœli. Deus noluit vt siderent copiæ militum: potius curare debuit vt populum bonum faceret, quàm numeraret: sed à modestis ad iactantiam deflexit, ideò & ipse & populus puniuntur. Iam fuerant sæpè castigati bellis, fame quoq; laborârant, nunc pestis eos consumet. An Dauid in isto censu non tantum capita, sed etiam facultates describi voluerit, in historia non habetur.

Dauid non habuit iustam causam censendi populum.

Deus volebat populum innumerabilem.

Quæ fuerit oratio Ioabi.

Dixitque Ioab ad Regem.) Rex imperat Ioabo vt numeret populum: is sagax fuit, sensit rem hanc importunam esse. Habuit orationem ad Dauidem: primùm precatur illi fausta, nempe

vt viuo

vt viuo rege augeatur populus: deinde vt regem ab hoc incepto auertat: vtitur multis rationibus: principiò vanam esse ostentationem non apertè dicit: sed interrogat de causa: sciebat illum eam reddere non posse. Si dixisset, volo professionem fieri subiectionis, occurrit Ioabus ex ijs quæ in Paralip. habentur: Nonne dominus meus rex est, & omnes ei sunt pro seruis? Deinde dicit, Ne fiat delictum Israelis: facilè plagã sequi posset: dum numerum quæris populi, posses diminuere. Nunc videndum est, vnde Ioabus suspicatus sit, plagam fore, procedente illo censu. Hoc habebat ex lege. nam lex dicit, Cùm leuaueris numerum populi, tum illi dent domino quisq; semisiclum, & non fiat plaga in ipsis: quasi dicat, Numerando redduntur plagæ obnoxij: redemptio ergo intercedat oportet. Cùm ergo Ioabus videt aliam formam esse census, colligit delictum imputandum. Sagax erat magis in alienis quàm in suis, benè consulebat Dauidi: at nihil effecit. Principes enim nisi custodiantur gratia Dei, fortunæ quisquis libet. Dauid lapsus est, Ioabus etiam: non enim tantum quantum debuit effecit. Opponit se regi, at molli brachio. Cùm lugeret Absolomum Dauid, fortiùs egit: cùm Absolomo partes haberet, non paruit: nunc idem faciendum erat. Iussionem quam sciebas legi aduersari, recipere contra conscientiam non debuit. At suis indulget affectibus: nolunt homines gratiam sui principis amittere: potuisset dicere, Nisi ego subiero hoc munus, alter faciet. At non videndum quid alij faciant, videndum quid Deus nobis præscribat. Non paret itaq; bonis consilijs, Deus verò gubernat actiones humanas sua prouidentia, dirigit hæc ad scopum suum. Filij Heli noluerunt parere, Deus enim voluit eos occidere: sequuntur illi suas cupiditates, Deus interim ad bonas fines dirigit. Alij etiam obsistebant Dauidi, dicit enim historia, Præualuit Dauid contra Ioabum & alios principes: quia verò se fortiter non opponunt, alligant se magno scelesi.

Interrogat de causa.

Cur Ioab suspicabatur plagam fore.

Ioabus lapsus est.

Alij quoq; obsistebant Dauidi

Egressus est Ioab cæ principes exercitus.) Iosephus scribit Ioabum secum accepisse tantùm primores tribuum & scribas: at hic eduxisse militem videtur: postea etiam dicitur, castrametatus esse. Res enim fuit odiosa, vnde si qui resistere voluissent, habere voluit milites, quibus cogeret. Describitur in historia ratio itineris. Egressus Hierosolymis venit in Gad: deinde ad Gilead tribum Manasse: inde ad Thahtim Hodsi terram nouam. Non facilè intelligimus quis ille sit locus: in Iosue non habetur: fortè nouella fuerunt in ijs locis. Transierunt in tribum Dan: venerunt vsque ad Libanum, ad Sidonem & Tyrum. Inde per Austrinum limitem Iudæ ad Beersebam redierunt, & inde Hierosolyma. Commorabantur diu in ijs locis: quia lustranda erant oppida. Exploratores tempore Moysis terram quadraginta diebus lustrabant, sed in oppidis commorandum non erat, nec faciendus census. Tribus Leui & Beniamin non censitæ fuerunt. Causa est, quia res detestabilis erat in oculis Ioabi. Omisit autem illas: quia qui censendi erant, iuxta legem videbantur censendi: à vicesimo anno & supra. Leuitæ autem censebantur cùm essent vnius mensis: Numerorum cap. 3. Beniamin tribus exhausta erat bello ciuili propter vxorem Leuitæ violatam. Venit deditq; census Dauidi: octingenta millia armatorum collegerat ex Israel, ex Iuda quingenta millia. Videtur pugna inter hanc historiam, & illam quæ 1. Paral. 21. cap. legitur: vndecies centum millia virorum fuisse ibi dicuntur, hîc octingenta millia: redundant in historia Paralip. trecenta millia. Vt conciliem hæc loca, dicunt hîc describi numerum, quem Ioab descriptum Dauidi dedit. Sed quia omiserat tribum Leui & Beniamin, ac fortè non adhuc vrbem Hierusalem numerauerat, deinde cohortes regias, colligendo æstimauit ad trecenta millia ascendere. Hi coniungendi sunt superioribus, & numerus in Paralipomenis positus educendus est: hanc sententiam ego magis probo. Alij dicunt non esse pugnam, nam qui minorem dicit, non negat maiorem. Cùm Ioabus maiorem & minorem efferre posset, minorem protulit: non voluit augere materiam gloriandi. Alij Hebræi dicunt, Dauidem consuesse singulo quoque mense, viginti quatuor millia armatorum expedita habere, quæ starent parata ad expeditionem, ne alij grauarentur, altero mense alij astabant, isti iam erant conscripti, non ergo nouum censum de illis facere oportebat. At de hoc nihil habetur in sacris literis. Sunt qui dicant isto censu numerari eos qui post clades superfuerunt, in Paralipom. integrum numerum poni. At non est verisimile: non enim tot cæsi sunt. Sunt qui vel in hoc libro, vel in libro Paralipomen. erratum in numero putent: sed non libenter descendo ad hoc genus solutionis: retinenda est sacrarum literarum authoritas. De tribu Iuda non est tanta difficultas: hîc dicuntur quingenta: in Paralipomenis dicuntur quadringenta & septingenta millia: desunt triginta millia. Vsitatum est in scripturis, vt centenarius aut millenarius, si non sit plenè perfectus, pro perfecto censeatur. Sic pars anni pro toto anno ponitur. Mirum videtur quomodo tribus Iuda tot millia virorum habuerit. Respondent non tantùm natiuos ex tribu Iuda censitos fuisse, sed alios etiam adiunctos: quotquot bellatores ex exteris nationibus veniebant, adhærebant regi. Dicere possumus, ornatam esse fœcunditate, vt numero & viribus su-

Ioab egressus est cum exercitu.

Liber Ioabi.

Cur duæ tribus omissæ.

Conciliatio diuersitatis numerorum hîc & in Paralip.

Pugna de tribu Iuda.

Quomodo tribus Iudæ habuerit tot millia.

peraret alias. Ijs omissis cogitare debemus quanta multitudo fuerit Israelitarum. Pueri, mulieres, senes decrepiti, non censebantur. Condupliçari potest numerus: incredibilis fuit multitudo. Deus ergo liberalibus promissis suis non defuit.

10 *Posthæc percussit cor Dauidis ipsum, postquam numerauit populum: dixitq; Dauid ad Iehouam, Peccaui grauiter quod feci: nunc ergo Iehouah, transfer quæso iniquitatem serui tui, quia stultè egi valdè.*

11 *Quumq; surrexisset Dauid manè, verbum Iehouæ fuit ad Gad prophetam videntem Dauidis, dicens:*

12 *Vade, & loquere Dauidi, Sic dixit Iehouah, Tria ego offero tibi, elige tibi vnum ex his, vt faciam tibi.*

13 *Venit itaq; Gad ad Dauidem, & nuntiauit ei, dixitq; illi. Vis ne vt veniant tibi septem anni famis in terra tua: an vt tribus mensibus fugias coram hostibus tuis, & ipsi persequantur te: an vt sit tribus diebus pestis in terra tua? nunc cognosce, & considera quale verbum respondeam mittenti me.*

14 *Dixitq; Dauid ad Gad, Angustijs afficior supra modum: incidam obsecro in manum Iehouæ, quia multæ sunt miserationes eius, & in manum hominum ne incidam.*

15 *Immisit itaq; Iehouah pestem in Israelem à manè vsq; ad tempus constitutum, & mortui sunt de populo à Dan vsq; Beersheba septuaginta millia virorum.*

16 *Quumq; extendisset manum suam angelus ad Ierusalaim, vt disperderet eam, pœnituit Iehouam mali, dixitq; angelo disperdenti populum, sufficit nunc: quiescere fac manum tuam. Angelus autem Iehouæ erat iuxta aream Aruunah Iebusæi.*

17 *Dixitq; Dauid ad Iehouam quum vidisset angelum cædentem populum, & ait, Ecce ego peccaui & ego iniquè egi: isti autem sunt oues, quid fecerunt? Sit obsecro manus tua contra me, & contra domum patris mei.*

Habito censu pœnitentia sequitur. Peccatum se ab initio blandè insinuat, postea nihil post se relinquit, quàm damnum & pœnitentiam. Sic vsuenit primis nostris parentibus. Ab initio damna & pœnæ imminentes non considerantur. tantùm quicquid iucundum est & suaue. Ratio quæ posset hæc expendere, infatuatur. Perpetrato peccato memoria istarum rerum magno dolore excitatur, vt ad desperationem impelleret, nisi gratia Dei succurreret. Diabolus egregiè concionatur ab initio de immensa misericordia Dei: peccato verò completo, de seueritate eius: at neque ab initio, neq; à fine malus ille concionator audiendus est. Mansit Dauid in hoc peccato nouem mensibus & viginti diebus (tam diu enim Ioabus perlustrauit oppida) duo autem grauia peccata commiserat. Primùm in iactantiam inciderat: deinde conditionem legalem omiserat de pecunia conferenda in sanctuarium. Ideò dicit se peccasse. Item se infatuatũ fuisse dicit: sensit conscientiæ latratus. Putant aliqui terriculamenta esse, at percussum dicit scriptura. Non quòd ante tactus non fuerit: erant aliqui motus, at non vehementes, quemadmodum hoc tempore contigerunt. Natura ita est corrupta, vt non quiuis motus sit satis ad recudendum nos, nam etsi liberum arbitrium nostrum, si sumus regenerati, cooperetur Deo, tamen ab initio cùm formati non sumus, Dei afflatus nobis displicent. At cùm Deus cor nostrum efficacissimè mouet, pœnitentia locum habet: nulla enim tam mala est voluntas, quin Deus bonam reddere non possit. Ioab quidem oppositus se Dauidi, at nihil effecit: nunc demùm sentit quàm inepta sit molitus: nunc pœnitet eum. Iste autem Dei tactus an per verbum externum fuerit, an eo tantùm modo, vt interius afflatus fuerit, nescitur. Iosephus subinde à prophetis monitum dicit: at historia huius nihil tradit. Gratia Dei verbo externo non est alligata, ordinaria tamen via ita agit. Sæpè pœnituit Dauidem. Tam vehemens animi motus fuit, vt in voces eruperit, dicit, Peccaui, desipui. Non confessus est sacrifico. Quid erat peccatum confiteri? nihil aliud quàm misericordiam implorare. Non est omnium ad iratũ Deum confugere: spiritus sanctus eò ducit. Tantum abest vt impij peccata cõfiteantur, vt excusent, imò sæpiùs in virtutes transforment. In primis nostris parentibus contigit: excusant se, vnus in alterum peccatum regerit. *Facito transire peccatum meum.*) Nam quin peccârit fieri non potuit, iam res erat perpetrata: sed reatus expungi potuit, istum vellet auferri. Vellent sancti initia peccandi

auferri,

Quandiu manserit Dauid in isto peccato.

Duo peccata Dauidis.

Duplex motus in animo.

Gratia Dei verbo externo nõ est alligata.

Fac transire peccatum meum.

auferri, ipsum fomitem, sed post perpetratum peccatum loquitur de illa re.

Quumq; surrexisset Dauid manè.) Indicant interpretes noctu sic Dominum inuocasse: statim manè verbum ad Gad factum est. Stat enim resipiscentiæ suus honos coram Deo. Clamantibus ex corde adest Dominus. Gad erat videns Dauidis: non est res nuper nata, vt Reges suos à sacris habeant: hodie sacellanos vocant: sed illi Missas tantùm faciunt: at isti reprehendebant Reges, Legem eis proponebant. Gad fuerat cum Dauide in persequutione Saulina. Ait Dominus: *Vade et loquere Dauidi.)* Annotârunt non dici ad Dauidem, seruum meum Regem, vt ostendatur quædam peccati detestatio: at iam conuersus erat Dauid: parum igitur hæc annotatio habet momenti. Venit Gad, & suo aduentu de peccato Dauidis egit: non aût dicit, Deus transtulit peccatum tuum, quemadmodum Nathan dixerat: sed statim supplicia ostendit, vt doceat Deum studiosum esse disciplinæ. Vult vt aliqua patiatur Dauid, illi tamen dat optionẽ. Tria proponuntur, bellum fames, pestis: hæc in lege inter maledictiones recensentur. Ista tamen non sic accipienda sunt simpliciter, sed sua addidamenta habent. Vt si accidat fames, oportet cogitemus pluuias nimias, siccitates, locustas, &c. bellum quoq;, vastitates, cædes, incendia, & alia comprehendit: pestis, omnia letifera morborum genera: Proponit autem hæc Dauidi, quia vt in Amos dicitur, Non facit Deus mala, quin indicet per Prophetam. Ideo autem indicat, vt videant homines ista non temerè accidere. Possumus ex hoc loco intelligere qui sint fructus peccatorum, & quid transgressores maneat: non felicitas: non laurea aliqua: sed graues pœnæ: nam proponitur fames, grassatio hostilis, & lues siue pestis. Scisciantur aliqui, cur Gad officio suo non fungatur? videbatur non tantùm optio proponenda Dauidi, sed instituendus quid eligere deberet. Respondeo, Non opus fuit ista admonitione, quandoquidem Deus gratificari ei voluit, vt deligeret quod vellet. Hebræi qui puerilia sæpè infarciunt suis scriptis, dicunt, Gadum eum admonuisse, si verba diligenter inspiciantur. Dicit enim, Considera & vide quid respondeam mittenti me verbum: dicunt enim vocem דבר mutatis punctis pestem significare: sed hæc nimis sunt subtilia. Pugnare videntur liber Paralip. & hic locus. Ibi ponuntur anni septem famis, hîc tantùm tres. Aliqui dicunt: quoniam tres iam præcesserant propter afflictos Gabaonitas, addendos postea tres illos: postea cùm Deus daret tempestatem commodam frugibus, etsi seminassent, tamen anni septimi bona pars transijsset. Alij simpliciùs dicunt septem annos pro multis accipi. Nos interea considerabimus, ista tria ita contingere in mundo, vt Deus sit arbiter. Proficiscuntur quidem ex causis naturalibus, sed Deus illas moderatur. Optio proponitur: sed mala sunt: mala autem non sunt expetenda. Aristoteles in Rhetoricis ait: leuiora mala si conferantur cum maioribus, rationem boni habere, & sic posse eligi: Deinde non mala erant simpliciter, quatenus ad disciplinam faciebant, erant opera iustitiæ Dei: sub hoc respectu eligi poterant. De persequutione hostili annotabitis, non fore vulgarem. In lib. Paralip. dicitur, erit gladius apprehendens, vt vix euadere possis. Hæc tria cùm essent proposita, expẽdendum est talia fuisse, vt Regem non solùm attingerent sed etiam populum. Quia Deus id maximè cogitauerat vt populum puniret. Videtur propheta spacium ad deliberandum Dauidi nõ dare: venerat enim hora flagelli immittendi.

Deus absoluerat Dauidem quem nunc afflgit,

Quare tria proponantur.

Fructus peccati.

Cur Gad non monet Dauidẽ quid eligat.

Discordia Patrũ de annis famis

An in ista cadere possit optio.

Qualis persequutio hostilis proponatur.

Ista non tantũ regem, sed etiam populum attingebant,

Dixit Dauid ad Gad, angustijs afficior.) Coartor, inquit: nam dura erat electio: videbat magna incommoda: attamen ibi cogitauit suum esse, vt cùm peccasset, non ea deligeret, quibus se eximeret, & populum tantùm sub ferula relinqueret. Si fames sit ego prospicere mihi possum. si oriatur bellum, non deerunt mihi munitissimæ arces, & cohortes meæ, sed populus relinquitur prædæ. Oportet ergo vt id deligam quo ipse quoque inuoluar. Rara est hodie mens eiusmodi in principibus. Oportet cogitent se factos in gratiam subditorum. Videbat præterea & bellicas diuexationes, & famem, coniunctum habere opprobrium suæ gentis & Dei. Nam victores insultant victis: quis est iste Deus vester, qui vos defendere non potuit? Itidem si pergitur ad vicinas nationes pro frugibus, cur Deus nobis non dat? estis nebulones, ignaui, indigni beneficijs naturæ. Pestis est communis quædam calamitas: homines tunc ab exteris auxilium non quærunt, implorant auxilium Dei. Deligit quod peccato fuit consentaneum: in lege 30. Exod. habetur in censu populi dandum semisiclum in vsum sanctuarij ne fiat plaga in populo, id est, ne morte immatura pereant. Dauid deligit opus quod Deus per seipsum præstat, in quo non habet instrumenta malos homines: Quamuis nõ exprimit quid petat: tamen ex verbis intelligimus quid velit. Per manum Dei intelligit opus ipsum Dei. Duo verò hîc quæruntur: primùm, cur dicit se non incidere in manus Dei si detur hostibus, aut fame laboret? Volebat resplendere maximè opus Dei: sed in lue expressius est opus Dei: nam in alijs, manibus hominum vtitur. Deinde quid sibi vult quod dicit, Quoniam permultæ sunt miserationes Domini? An non etiam misericordia vtitur si liberat eb hostibus, vel à fame? Sed hîc vtitur instrumentis, cùm homines bello castigat, cùm autem pe-

Quid sit secutus Dauid in electione.

Quid intelligat per manũ Dei.

Quid sit per multas esse miserationes Domini

Locus Hieremiæ.

stis immittitur, per seipsum videtur agere. At quando Assyrij Palæstini, & alij immittuntur, punit quidem Deus, at per instrumenta: magis ergo apparent miserationes Dei cùm per seipsum punit. Causa, quia correctionem spectat: sed si homines adhibentur, illi non bonum quærunt dum puniunt. Ieremias in Threnis tertio capite dicit: Si Deus punit, ex corde suo non affligit filios Adam: id est, hæc supplicia per se non eligit, ad aliud refert, nempe vt disciplina aliqua habeatur. Vnde Ierem. 32. cap. dicit, Deum gauisurum vt benefaciat eis. Benefacere per se vult: cùm punit, ad vlteriorem finem refert. Dum benefacit, obijcis, alió spectat, scilicet vt gloria eius conspiciatur. Tunc refert ad seipsum, hic ad aliquam commoditatem ipsorum hominum, vt fiant meliores. Non vult incidere in manus hominum: & sunt bonæ rationes, propter quas non velit. Quia minus graue est cùm Deus per seipsum punit. Si homines vincuntur bello, oportet vt supplices fiant & Deo, &

Cur non velit incidere in manus hominum.

hostibus: sic etiam in fame. Si Deus punit per se, homines seueritatem tantùm Dei spectant: si per homines, etiam crudelitatem hominum. Sæpè fit vt tanta sit crudelitas hostium, vt inspiciendo nos toruè, contumelia afficiendo, plus nobis doleat quàm plaga per se. Accedit, homines istos non tantùm affligere regna, sed adhibere mala iudicia de nobis. Si inimici Dei victores euadant, sacra & leges conuellere solent: audiuntur multæ blasphemiæ. Idcirco 2. Machab. 10. legitur Iudæos precatos esse Deum, vt ipsę eos flagellet, non det exteris. Iudicum 10. cap. Impone nobis quantum volueris, tantùm eripe nos ab extetis. Optio Dauidis videtur pugnare cum sententia Susannæ, quæ

Alia loca quibus idem petitur Susanna secus orsus.

cùm angeretur, Vtrinq; dixit, angustię mihi sunt; si hæc fecero, mors mihi est: si non fecero, manus vestras non effugiam: sed satius est vt incidam in manus vestras, quàm in manus Dei. Huc accedit quod Paulus ad Hebræos 10. scribit, Horrendum est in manus Dei incidere. Dauid verò hoc loco pro re mitiori videtur habere. Non pugnant ista: nam diuersi sunt scopi in ijs locis. Susanna dicebat, potiùs iniuriam hominum ferendam quàm peccandum. Hoc est verissimum: nunquam peccata committere debemus, ne incidamus in manus hominum. Paulus verò ad Hebr. hunc habet

Locus ad Hebræos.

scopum: grauissima supplicia deberi illis, qui agnitam veritatem aspernantur. Nam qui Filium Dei conculcant, & sanguinem Testamenti pro re prophana habent, illi grauissimam ferent pœnam: & ne leuis res videatur, dicit, Horrendum est in manus Domini incidere, hoc est, eo modo peccare. Hoc loco non peccata conferuntur, sed pœnæ quas Deus infert per se, cum illis in quibus vtitur manu hominum. At cùm dicit, se nolle incidere in manus hominum, an arbitratur homines plus

Homines non possunt plus quàm Deus velit.

posse diuexare quàm Deus velit? non opinor: illis constituitur mensura: voluntas Dei inuicta, ab effreni hominum voluntate non vincitur. At apud Zach. dicit Deus, Ego eram iratus, illi plus fecerunt. Textus habet, Adiuuerunt ad malum: cooperati sunt mihi vt affligerentur Israelitæ: adiuuerunt, sed ad malum, hoc est malo proposito, voluissent prorsus eos euertere. Habetur illa interpretatio ex 10. Isaiæ, Væ Assur virga furoris mei, & baculus: ille autem non sic cogitat, sed cor eius est ad perdendum. Videmus aliam mentem fuisse hostium: voluerunt satisfacere crudelitati suæ. Dauid ergo rectè facit, dum sic eligit. Aliud præterea considerat. Consilium Dei est vt homines ad se

Zacharias non aduersatur.

Locus Isaiæ.

Optio Dauidis vtilis fuit ad sedandam iram Dei.

vocet, vt cùm tanguntur sensu iræ diuinæ, vitam emendent. At cùm vexantur bello, aliquantisper confidunt viribus suis: parant se ad resistendum: si premantur fame, sperant qui pecuniosi sunt se annonam empturos. At cùm peste affliguntur, solis precibus locus relinquitur: eligit Dauid quod

Cur Deus hanc optionem dederit Dauidi.

consilio Dei maximè congruere videtur. Non frustra proponitur optio Dauidi. Potuisset per se facere, vtitur tamen hoc medio, nempe vt afflatu diuino illustret & instiget Dauidem ad eligendum potiùs pestem, vt charitatem erga populum ostendat, & fructus pœnitentiæ appareant. Huc accedit, quòd bellum & famem expertus erat: pestem experientia adhuc non senserat. Redeamus ad narrationem.

Immisit itaque Iehouah pestem.) Pestis immissa est, septuaginta millia perierunt. Non fuit pestis ex pestilente loco, non ex corrupto aere, sed à Deo immissa fuit. Iosephus facundè amplificat cladem: forma pestis erat vt varijs rationibus perirent, morbi incogniti erant medicis, id quod sæpè accidit. Quandiu durârit pestis, nõ eadem est sententia. Iosephus matutino tempore ad meridiem

Quandiu pestis duraverit.

durâsse scribit. Moed appellatur tempus hoc. Rabbi Kimhi refert, tria esse diei tempora quoad Solem, quæ constituta dici possint: matutinum si Sol oritur: meridies quando in summo vigore est Sol: deinde si est in occasu. Alij dicunt, illud tempus Moed significare occasum Solis, quando vespertinum sacrificium faciendum erat: huius sententiæ Paraphrastes Chaldęus fuit, vsq; ad illud tempus dicit, quo incendunt lampades in tabernaculo. Alij censent 36. horis, hoc flagellum durâsse: & putant subtractam partem dimidiam ex triduo, quod Deus erat comminatus: spacium

Deus triduum erat comminatus & imminuit.

tridui septuaginta duas horas comprehendit, triginta sex horæ sunt dimidium. Alij existimant Moed totum triduum iam condictum significare. At isti videntur confutari ex verbis historiæ, nam dicitur Dominum pœnituisse mali. Si verò toto triduo grassata est lues, non sic oportuit dicere.

cere. Sed aiunt verbum Hebræum consolationem significare, si quis acquieſcit; & sibi satisfactum putat. Si finitum fuisset spacium propositum, non conatus fuisset angelus percutere, nec opus erat Dominum ipsum reprimere. Quicquid sit, libentiùs istam sententiam sequor, tempus fuisse abbreuiatum: quia conforme hoc est textui, & maior pars interpretum in hanc sententiam inclinat. Sed cùm Deus imminuat, non stat sententia, mutatur. Respondeo, promissiones & comminationes ex conditione intelligendas: ita vt si ponatur conditio, & fiat mutatio, fit inde quòd homines mutârint propositum. Sunt sententiæ absolutæ, & sunt conditionales. Dicis, Sunt ergo contradictoriæ voluntates in Deo. Negamus. Contradictoriorum lex est, vt circa idem subiectum, eodem modo se habens fiant, alioqui non sunt res contradictoriæ. Deus vult punire peccatores obfirmatos: mutantes propositum, non vult punire. Iam sunt duo subiecta: si idem sit subiectum, non tamen eodem modo habet. Dices, Voluntas igitur Dei pendebit ab hominibus: vt si ille mutet mentem, Deus sententiam mutet. Non: nam ille ab æterno tempore nouit qui sint rediturí in viam, & pœnitentiam ipse largitur, & quibus vult, ac liberaliter. 2. ad Timotheum tertio capite, Si fortè Deus det illis pœnitentiam. Non ergo pendet à voluntatibus nostris. Sunt qui dicant, decreta Dei duplicis ordinis esse, ita vt aliqui rescindi non possint, vt quòd Deus voluerit humanum genus redimere, excitare mortuos, iudicare mundum: siue benè siue malè se gerant homines hæc facere vult Deus: alia sunt quæ rescinduntur: sed non placet hæc distinctio. Dicendum est, quæ referuntur Dei nomine à Prophetis, aliqua sunt decreta, aliqua conditionata. Recipio, sed hæc distinctio non sic accipi debet, quin comminationes interdum sint decreta: quædam enim firmissimè fiunt. Ieremias dicit, Si pœnitentiam egerint, me quoque pœnitebit. Illa quoad æternam salutem & damnationem intelligenda sunt: pœnitentia enim æternam pœnam aufert, temporariam non semper. Exemplum est Dauid, qui post adulterium pœnitentiam egit: tamen conditiones allatæ à Nathan non sunt mutatæ. Moyses & Aaron ad aquas contradictionis peccârunt, nec dubitandum pœnituisse (fideles enim erant) attamen pœna illis proposita mansit. Dicimus ergo esse quædam decreta, & alia quæ ex conditione proponuntur, tamen illa quoque ad decreta aliquando pertinent. Quorsum ista? vt intelligamus in propositione facta Dauidi, de triduo, aliquid ex definitiua sententia, aliquid ex comminatione fuisse. Prima dies stetit, pertinebat ad voluntatem Dei decernentem: reliquum tempus quod subtractum fuit, ad voluntatem ex conditione minantem pertinebat. Septuaginta millia perierunt: mulieres ne perierunt? Possemus dicere etiam mulieres iuxta analogiam perijsse: non autem censeri, quòd nunquam in censum venirent. Possemus item dicere, Deum peperciſſe illis, vt castigaretur Dauid in ea re in qua gloriabatur, nimirum in multitudine virorum. Putamus ne iustos aliquos occisos? quid obstat? potuerunt & ipsi inuolui: nônne multi sancti experti sunt captiuitatem, vt Daniel, Ieremias? habent & illi sua peccata, non ergo iniuria eis fit. Deinde morti obnoxij erant, quid ergo refert iam an postea occidantur? Deus ad disciplinam abuti illorum morte voluit. Deinde eorum lucro auferuntur: nam ad beatitudinem transferuntur. Fieri etiam potest, vt Deus delectum habuerit & pessimos tantùm peste sustulerit.

Confutantur qui totum triduum aiunt durâsse.

Deus non est mutatus.

Non sunt in Deo contradictoriæ voluntates.

Voluntas Dei non pendet à voluntate hominum.

An pœnitentia semper auferat afflictiones temporarias.

Pars temporis fuit decretum pars fuit comminatio.

An in ista multitudine aliquot pij perierint.

Pœnituit Iehouam mali.) Liber est Deus ab effectibus, hęc anthropopathôs dicũtur de illo, quòd effecta pœnitẽtis faciat. Illi quos pœnitet alicuius rei nõ pergunt. Vidit Deus angelũ percutientẽ, in Paral. perdentẽ; siue bonus siue malus fuerit, non refert: vtroq; genere vtitur. Si percutiebat, igitur aliqui in vrbe Hieros. cadebant. Aut percutientẽ exponimus. qui eo habitu quasi mox percussurus videretur. Multum est, dicit Deus: quasi dicat, nimium est, vt tota vrbs vastetur: vel multum pro isto iudicio & hac sententia à me lata: non multũ quòd nunquã vellet perdere: nam tempore Chaldæorũ & Rom: vastata est. Vidit Deus non quòd antea lateret id quod dicit, sed aspectu clementi. Adhęc hysteron proteron hîc est: nõ cohibuit nunc angelũ, sed post preces fusas à Dauide, & oblatũ sacrificium: hoc exprimit historia Paral. hîc per anticipationẽ ponitur. *Angelus aũt Iehouæ erat iuxta aream Araunæ.*) Iste multa habet nomina, dicitur etiã Ornã, Arnia: non mirũ est, erat enim Iebusæus, & nomina peregrina non eodem modo omnes pronuntiant. Hebraica à Græcis sunt deflexa: item nomina Romanorum cum à Græcis scribuntur, vt apud Plutarchum: sic accidebat in nomine istius Iebusæi. Nec mirandum fuisse Iebusæum. nam ante vrbs possidebatur à Iebusæis, non omnes erant occisi. Magno autem loco inter suos fuit, nam rex eorum dicitur, fuit autem proselytus, gratus Dauidi. Ibi visus est angelus Dauidi: stabat inter cœlum & terram. Lib. Paral. Habitus eius erat quòd euaginatum habebat gladium, quod est indicium irati: præ se ferebat se velle perdere vrbem. Gladius symbolũ erat iræ, non quòd gladio opus haberet ad pestem infligendã. Hom. 1. Iliad. scribit Apollinem cum arcu & sagittis descendisse, at illis ad excitandam pestem opus non fuit. Visio ista corporea videtur fuisse, nam non Dauid tantùm angelum vidit,

De Araunæ Iebusæo.

Dauid videt angelum.

Visio fuit corporea non imaginaria.

sed seniores cum eo, vt est in libro Paralip. deinde Arauna & filij eius viderunt. Visio ergo non fuit imaginaria, sed externo sensu videbatur. Hæc fieri Deus voluit vt viderent, ministerio angeli infligtam pestem non casu. Angeli possunt corpus aliquod assumere, vt fiant visibiles. Videndum quo

Quorsum hæc apparitio.

habitu fuerit Dauid, dum hæc videret cum suis. Lugubri sanè, saccum siue cilicium habuit: habitus ist pœnitentium est. Cùm Deus comminatus esset Dauidi, occidendum puerum ex adulterio susceptum, fuit in sacco, iacuit in terra. Christus in Euangelio dicit, Si gesta fuissent in Sidone & Tyro, quæ in Capernaum, acturos fuisse pœnitentiam in cilicio & cinere. Credendum est ipsum Dauidem ab illo tempore quo proposita est illi optio, statim se conuertisse ad Dominum. Ita etiam se gessit rex Niniue. Nostri principes quandoq; sunt lugubri veste, si frater, si vxor perijt, sed ob admissa delicta nunquam. Audiunt concionatores scelera reprehendentes, at non desistunt à sua petulantia, vestes non mutant. Dauidem cùm hoc vidisset magis magisq; pœnituit: inuocauit Dominum & cohercetur ista plaga. Tribulatio implorationem diuini auxilij elicit. Volebat Deus cohibere plagam: sed hoc precibus eius dare voluit: instigauit igitur eum vt oraret. An Deus precibus e-

An Deus mutatus fuerit precibus Dauidis.

ius immutatus fuit? non: voluit dare finem, scilicet vt cohiberetur plaga, dedit igitur media ad finem, nempe spiritum precum. Preces tantum apud Deum valent, quantum ipse vult. Species horribilis angeli posita est ad eliciendas istas preces: tamen non valuisset per se, nisi Dominus intus commouisset animum. Species exteriùs apparentes se habent, vt verbum externum. Frustra auditur extra, nisi magisterium spiritus Dei intus moueat. *Ecce ego peccaui.*) An arbitratur populum insontem percuti? nesciebat de peccatis populi? in genere potuit scire, sed cùm sibi conscius esset

Cùm dicit peccaui, cur etiam populum non inuoluit.

per superbiam numerati populi, hoc cognoscit. Cùm vrgemur calamitatibus, quisq; nostrùm de suis peccatis cognoscere debet, non se eximere, quasi nullam causam calamitatibus dederit. Qui præsunt cogitent secum, populus licet peccârit, ego quoq; sum accusandus; non omnia feci quæ debui. Ita Dauid agit cùm sit pastor & rex. Illum verò non excusare populum in vniuersum à peccato, ex lib. Paral. colligitur: nam dicit, Ego sum qui iussi numerari populum. At non totum cernit: nam animus Dei præcipuè fuit, vt castigaret populum pro varijs delictis. Confessionem alteram Dauidis habemus. Primùm coram Deo, deinde coram senioribus fatetur peccata: *Isti autem*

Qui dicti sunt oues.

sunt oues.) Si sunt oues, est correlatiuum ostendendum, pastor. Vel tuæ oues qui es pastor pastorum: vel meæ. Si sunt tuę, debes illis parcere. Si meæ, ego potiùs sum puniendus qui peccaui. Non excusat oues ab omni peccato, sed confert secum. Ego pastor eram, meum erat magis sapere: non feci. Amplificat peccatum suum à collatione. Multum charitatis in isto rege apparet: orat, manus Dei potius sit contra se: id videbatur quodammodo pestis ista viscera Dauidis conuellere, membra præcidere. Considerat populum illum non vulgarem esse, sed delitias Dei. Talis affectus à poe

Pastores.

ta exprimitur: Me me adsum qui feci, in me conuertite ferrum ô Rutuli. Cur Dauid prius non ita

Cur ab initio non sic orauit?

incitabatur cùm inciperet lues sed nunc tandem hoc dicit cùm angelum videt? Respondet Chrysostomus hom. 15. in epist. ad Rom. putabat initio se quoq; moriturum, cùm videret sibi ignosci, alios cadere, tunc in hæc verba prorupit. Istè affectus principum esse debet, vt pro subditis velint vitam ponere. Idem Chrysostomus loco iam adducto ait, pastores in Cappadocia interdum toto triduo propter oues nimbis obruuntur, & ibi durant. In Lydia vnum mensem vagantur per vasta deserta, vbi æstus homines comburit, & feræ sunt crudeles: attamen sunt animantia expertia rationis. Qui habent oues commissas rationales & imagines Dei, quo pacto existimant, ait, sibi licere tam profundum somnum sternere? Christus dicebat, Bonus pastor, animam ponit pro ouibus. Paulus cupit anathema fieri pro fratribus. 1. Cor. 12. Impendam, inquit, & expendar libentissimè pro animabus vestris. Moses in Exodo, Si non dimittis, me deleas ex libro. Dauid typus est Christi, qui petebat mori pro nobis: Desiderio desideraui hoc Pasaba comedere. Sed plus fecit Christus quàm Dauid: nam pro inimicis suis mortuus est, hîc pro amicis mori optauit. Ionas laborauit

Ionæ affectus contrarius affectui Dauidis.

contrario affectu, cùm parceretur Niniuitis, dolebat ei: iustè ob id reprehenditur, ergo Dauid iustissimè laudatur. Dices, an putabat Dauid, populum iniustè percuti, aut grauius affligi, quàm merebatur? Hoc præ se ferunt verba, oues sunt cur ita percutiuntur? Respondemus, legenda esse per

An putârit populum iniustè percuti.

interrogationem. Nescit Dauid quid agatur, non totum cernit, admiratur, orat, quærit multa. Istis autem affectibus refertæ sunt preces piorum. Si quis nescit, legat prophetas, & præsertim Psalmos. Non ignorabat populum onustum peccatis, at miratur cur illos occidat, cùm iste manifestè peccârit. Voluisset peccatum transferri in se, vt lueret pro ipsis pœnam. *Manus tua sit in me.*) Nouus videbatur casus, vt oues pro pastore cæderentur, cùm ordinaria via secus fieri debeat, vt pastores se exponant morti pro ouibus. Sed rarò est admodum ista pietas principum nostri temporis. Magnus quidem princeps cùm diceretur subditos eius sic deglubi vt multi abirent, & vellent vt desineret: abeant respondit, qui volunt, ego discedam postremus. Sic multi quo ad delitias pri-

mi esse

mi esse volunt, quo verò ad pericula faciunt se postremos. Dauid pro beneficio non habet vt sit in postremis, est bonus pastor. Pastores qui ab Ezechiele describuntur, comedunt lac, induunt lanam, pinguia mactant. Dicis, non est tanta res vt miremur, nonne apud ethnicos reperti sunt Codri, Curtij, Decij, qui pro patria morti se obiecerunt? Fateor fuisse aliquos, sed alia est mens Dauidis: is charitate impellitur: illi alia spectabant, gloriam & quandam honestatem. Erant motus honesti quo ad genus: illis tamen peccata, cùm fide carerent. Non per se optat mortem Dauid, vellet recompensationem quandam, & ea exprimitur in Paralip. vt remoueatur à populo plaga. Est liberalis Dauid, sed non prodigus vitæ suæ: voluisset pro Ionathano mori, vt mors tantorum virorum recompensationem haberet, & pro Absolomo, quem damnationem videbat subire. Cogitandum populum interea non iniustè afflictum: vulgò dicitur: Quicquid delirant Reges, plectuntur Achiui. At non verum est: populi puniuntur propter propria peccata. Sed vtitur Deus hoc medio, vt principes se malè gerant. Sic illud intelligendum: Patres comederunt botrum acerbum, & filijs obstupuerunt dentes: quasi peccatum maiorum portarent filij, & ipsi innocentes essent. Habuerunt peccata, sed occasione peccatorum patrum vti voluit Deus: quia peccata continuata erant in posteros. Nemo dicat se innocentem puniri. Christus tantùm aliena peccata tulit.

Dauid quid differat ab ethnicis qui pro patria mori voluerunt.

Dauid est liberalis vitæ suæ.

In me & in domum patris mei sit manus tua.) Quia si percuteretur Rex, domus paterna incommodum sentiret. Est veluti expositio prioris dicti: si erit in me, erit in domo patris etiam. Vel si caput meum non est satis in istam expiationem, addatur domus patris, vt Chrysostomus explicat loco suprà adducto. Nec hoc est iniustum: sicut enim per me euecti sunt ad gloriam, sic æquum est, vt mecũ aliqua patiantur. Et in propinquis maluit puniri quàm in populo: ratio, populus magis remotus erat à peccato numerati populi quàm sui, qui restiterunt quidem, sed non satis. Dum sic orat, vult ne præscribere diuinæ prouidentiæ, & Deum docere? nequaquam. Sunt preces, & intelligendæ ex conditione: si tibi visum fuerit, si faciat ad gloriam Dei. Et Christus caput electorum sic docuit intelligendas preces: Non mea, sed tua fiat voluntas.

Cur addat in domum patris mei.

Domus Dauidis restitit cen sui habendo sed non satis.

Non præscribit Deo suis precibus.

18 *Venit autem Gad ad Dauidem eo die, & dixit ei: Ascende, erige altare Iehouæ in area Araunah Iebusæi.*

19 *Et ascendit Dauid iuxta verbum Gad, quemadmodum præceperat Iehouah.*

20 *Respiciensq; Araunah, vidit regem & seruos eius transeuntes ad se: & egressus Araunah, incuruauit se regi super faciem suam super terram.*

21 *Dixit Araunah: Cur venit dominus meus rex ad seruum suum? Respondit Dauid, vt emam à te aream istam, vt ædificem altare Iehouæ, & restringatur plaga à populo.*

22 *Dixit Araunah Dauidi: Accipiat, & offerat dominus meus Rex quod bonum est in oculis suis: vide boues pro holocausto, & plaustra, & instrumenta boum pro lignis.*

23 *Omnia dedit Araunah rex Regi: dixit Araunah Regi, Iehouah Deus tuus complaceat sibi in te.*

24 *Dixit verò Rex ad Araunah: Nequaquam, sed emendo emam à te pretio, nec offeram Iehouæ Deo meo holocausta gratis. Emit itaq; Dauid aream & boues argento, sechelim quinquaginta.*

25 *Et ædificauit ibi altare Iehouæ, obtulitq; holocausta & pacifica: & placatus est Iehouah terræ, ac cohibita est plaga ab Israele.*

Gad venit ad Dauidem. Hinc elicimus Deum voluisse cladem sedari, ita tamen vt preces & sacrificium intercederent. Sacrificium verò ceremonia est: omnis autem ceremonia vt grata sit Deo oportet ex fide peragatur: nam sine fide displiceret Deo. Idcirco fides cùm pro obiecto verbum Domini habet, oportuit intercedere verbũ Dei: mittit ergo Deus prophetam. Eundem verò prophetam mittit, qui prius optionem dederat Dauidi: idem minister est legis & euangelij. Gadus sponte non venit: verba obiecta fidei non sunt humana. In Paral. dicitur angelum eũ monuisse. Sic credendũ patres ex verbo Dei in excelsis sacrificasse: sed nõ semper expressum est: interius aliquando manifestabatur. Venit illo die, cùm adhuc esset pestis, tempore illo constituto, siue manè fuerit siue vesperi: monetq; Dauidẽ, vt in area Araunę erigat altare & sacrificet. Erant multa loca, ad quę proficiscebãtur sacrificatũ, Gilgal, Silo, Nobe, Gabaon: illa omnia postponit. Quid mirũ? multę mulieres erãt tẽpore Helię, sed mittitur ad Sareptanã: multi erãt leprosi tẽpore Heliśei, sed sanatur Naaman Syrus: multæ erant mulieres, sed cum nulla ita Christus loquutus est, vt cum Sa-

Cur propheta mittatur ad Dauidem.

Cur iubeatur sacrificare in area Araunæ.

maritana. Ista erant præludia vocationis gentium. Dauid obedit audito verbo Domini, non interrogat causas. Gad non dicit iam sedatam plagam, sed tantùm quid Deus velit. *Ascende.)* Quia in monte Moria erat. Si ascendendum fuit, videtur mihi non vidisse cùm fuit in arce (arx enim Sion superior fuit templo) sed in aliquo loco inferiore ciuitatis Hierusalem. *Erigè altare in area Araunæ Iebusæi.)* Arauna Iebuseus dicitur, nõ cogitandum Hebræum fuisse, & sic dictum quòd inter Iebusæos vixerit: quod inde colligo, quòd rex Iebusæorum dicitur. Ciuitatem Hierusalẽ habitârũt Hebræi ex tribu Iuda & Beniamin, & etiam Iebusæi. Priusquam caperetur vrbs suum magistratum habebat: is rex erat, hoc est, magistratus. An fuerit ex septem populis Chananæis, litigant. Kimhi negat, ex Palęstinis fuisse dicit, qui ab Abimelecho erant deriuati. Si aliqui suscepissent religionem, non video quin potuerint ferri: is bonus fuit, religionem recepit, habuit suas possessiones: creditur etiam eius opera captam vrbem. Viderat angelũ ipse & liberi & extimuerant, ita vt se absconderint. Vident illi Ethnici, Israelitæ non dicuntur vidisse. In area altare extruere iubetur: iam ostenditur locus vbi templum ędificandum erat. Nec prætereundum templum in area ædificari hominis etthnici, ædificatur item ab artificibus ethnicis, manubijs item collectis ex Ethnicis. Ædificatur ibi altare quod nobis Christum refert, qui futurus erat in Ecclesia gentium. Christum verò altare esse, colligitur ex verbo Dei. Heb. 13. Habemus altare, de quo non fas est edere ijs, qui tabernaculo deseruiunt. Tonstallus ex isto loco volebat probare Christianorũ Ecclesiam altaria habere, & cùm diceretur, altare illud esse Christum: respondebat, igitur non licebit edere Christum: quę sequuntur non considerabat: illis qui ministrant in tabernaculo, hoc est Iudæis qui retinent ceremonias, & ita retinent, vt excludant Christum. Si affligamur oportet interponere altare, hoc Gadus prædicabat. Iudæi negant id significari, sed rationem commodiorem afferant, cur in area ethnici sacrificatum sit, & cùm meliorem non habeant, stent isti. Mirum erat videre regem Iudæorum ire ad hominem ethnicum: qui Gadi iussum ignorabant, non mirari non poterant. Iudæi hodie si velint seruari, oportet veniant in Ecclesiam quæ nunc est inter gentes. *Respiciensq; Arauna vidit regem & seruos eius transeuntes ad se.)* Arauna cùm videret regem ad se venientem, prodit ei obuiam & veneratur eum ea veneratione quę magistratibus debetur. Cùm veneramur magistratus, Deum veneramur, quia vices eius gerunt. Triturationem Arauna omiserat cùm angelum vidit pre timore: at cùm vidit regem seponit timorem: timor enim Dei ab officio debito sanctos auocare non debet. Rogat regem. *Cur venit dominus meus rex ad seruum suum?)* Quasi dicat, ordo rerum inuertitur, ego ad te venire debui. Dauid causam euplicat, vt sacrificet. Nunc optimus iste vir omnia vult prębere liberaliter, boues pro sacrificio, instrumenta boum pro lignis, quin & grana frugum pro Mincha. Quis putabit carere mysterio, quòd rex opulentissimus non adducit victimas, nõ prospicit de lignis? Hic fides Araunæ se exhibet: audita mentione sacrificij illicò omnia offert, præsertim cùm audit sacrificandum esse pro populo. Superat multos Israelitas liberalitate ac pietate. Ac sanè qui serio conuertuntur ad Deum, euadunt promptissimi ad danda sua pro gloria Dei. Non requiritur ab illis qui Christũ sequuntur, vt statim omnia abijciant: sed si postulet necessitas vt prompti sint. In primitiua ecclesia cùm viderent necessarium esse, vt ærarium pro pauperibus haberetur, multi vendebant agros, prædia sua, & precium ponebant ad pedes apostolorum. Qui autẽ non serio ad Christum cõuertuntur, sed frigidè: dant malignè, cauillantur, se excusant. Ad sacrum peragendum pro salute populi ille omnia offert. Tale genus sacrificij alibi deprehendo. Helias vocat Eliseum in agro, aliquot ante se iuga boum habentem, vocatus par boum mactauit in sacrificium, & instrumentis boum pro lignis vsus est. Credendum est illam liberalitatem gratam fuisse Dauidi: sed ea non est vsus. Intelligebat id quod filius eius Salomon postea dixit: Honora Dominũ de substantia tua. Illud idem præclarè Eccles. 24. cap. scribitur: Qui offert sacrificium de rapina, est irrisio offerentis, hoc est videtur Deum irridere. Perinde est ac ille qui coram parente suo filium mactat. Itẽ 35. cap. Ne offeras sacrificia de sordibus: non enim grata sunt Deo. Quot hodie habemus Episcopatus, monasteria ditata ex præda? Christus detestatur eos qui prætextu precum domos viduarum vorant: addere nos possumus, regum & principum. Dauid noluit possessiones Araunæ auferre: regum est eas tueri. Loca verò cùm cultui Dei deputantur, non amplius redeunt ad vsus prophanos. Cicero contendit multum pro domo sua ad pontifices, quam Clodius consecrârat libertati, non publicatam fuisse, sed priuatæ possessionis. Ideoq; eum hoc facere non potuisse. Iurisconsulti habent titulum in Digestis de Rerũ diuisione, lege 1. sunt verba Cai. Quę sunt religiosa, in nullius bonis sunt. Idem habetur in lege: In tantum additur, sacra dicũtur, quæ publicè consecrantur. Talis erat ista consecratio futura. In eandẽ sententiam multa alibi apud Iurisconsultos leguntur, de Rei vindicatione, lege, Quæ sacris. Fiebant ettiã loca vtcunq; religiosa sepulchris, quando inferebantur mortui. In Pand. de Religiosis & impensis funerũ: & in titulo de Mortuo inferendo.

Arauna Iebusæum.

Christus altare nostrum.

Fides Araunæ.

Qui serio conuertuntur ad Christum liberales sunt.

Quare Dauid non acceperit oblationem Araunæ.

Vult emere locum qui futurus esset sacer.

Videtur

Videtur naturale, vt quæ fiunt sacra, non amplius redeant ad pristinos possessores. Id etiam statuitur in Decretis, 19. q. 3. cap. Quæ semel consecrata sunt, non redeunt. 14. quæst. vltima, cap. Comperimus: iubetur reddi æstimatio. Mancipia dedicata sacris vsibus, possunt manu mitti, non aût alienari: & hoc habetur extra de Permutatione rerum, capitulo Mancipia. Sed est exceptio de seruis, qui clanculùm obpresserunt ad ordinationem, facti sunt presbyteri: re postea deprehensa reddun tur dominis, nec prodest consecratio, quia dolus intercesit: & hoc habetur dist. 54. cap. Ex antiquis, & cap. Frequens. Abrahamus cùm videret speluncam duplicem prorsus alienandam, prius emere voluit, ita se gerit nunc Dauid. At hoc, inquis, non erat spoliare, vltrò enim & sponte Arauna offerebat. At scit Dauid cùm reges orant, iubere. Dat precium 50. siclorum. Para. habet 600. sed nulla est pugna: nam pro bobus & instrumentis rusticis dati sunt 50. sicli: sed pro area & domibus 600. vel fieri potest. vt dederit 50. siclos, & postea ex regia munificentia 600. Potest etiam esse vt 50. pro area dati sint, sed quia templum ibi erat ædificandum, horti, domus & ædificia occupanda, tanta data sit summa. Hebr. fabulantur publicum locum esse debuisse, & coemendum ab omnibus tribubus, vt quælibet daret 50. siclos & sic essent 600. sicli. tribus enim erant 12.

Cùm reges orant, iubent. Conciliatio Paralipom.

Et ædificauit ibi altare Iehouæ.) Dauid obtulit holocaustum vt cædes sisteret, & in Paral. Inuocauit Dominum: postea cùm vidit se adiutum, accesserunt pacifica. Quomodo vidit? In Para. dicitur missum esse ignē de cœlo, quo absumebantur sacrificia. Sic de Abelo dicitur Deum respexisse ad eius sacrificia: interuenit externum signum: dicunt missum ignem de cœlo. Idem factū scimus Abrahamo, lampas ignis sacrificium eius absumpsit. Leuit. 9. vbi ordinatur sacerdos Aaron, publicè missus est ignis à facie Dei, combusit sacrificium. In lib. Iud. Gedeonis sacrificium de petra ignis excitatus absumpsit, Parentes Sampsonis obtulerunt ad lapidem, angelus tetigit lapidem, sacrificium igne absumptum est. Heliæ sacrificium ignis de cœlo missus absumpsit. Deus non tantùm in gratiam Dauidis hoc fecit: sed locum illum insignire miraculo voluit, sicut montem Sina: quia inde lex ingressa est, hîc autem prædicare debuit Christus Euangelium. *Placatus est Iehouah terræ.)* Quæritur an Deus externis sacrificijs placetur. Paul. ad Hebr. negat. Spiritus sanctus stylo suo vtitur: sacramenta constant re significata, & forma externa: effecta rei, symbolis attribuere solet. Deus placatur nobis per Christum fide, sed oportet fides pro obiecto Christum habeat. Placatur Christo significato, credito & cognito. Christus verum est sacrificium, de quo Isaias, Tanquam ouis ad occisionem ductus est. In mentem venire potuit Dauidi, Abrahamum ibi voluisse immolare filium subiectum fuisse arietem, qui Christum significabat. Chaldæus Paraphrastes, hunc locum interpretatur, Deum placatum terræ, id est, admisisse preces populi terræ: sed in idem redit: non audit preces nisi factas ex fide in Christum. Ibi iusit Deus angelo vt conderet gladium in vaginam: ideò dixi supra per anticipationem hæc posita esse. Aspectus prior angeli terribilis, prædicatio legis erat, iste verò Euangelij. Sacrificat ergo rursus, sed gratulatoria sacrificia. At cur non iuit in Gibeon vbi erat tabernaculum & ordinarium ministerium, summus sacerdos, sacrificium matutinum & vespertinum, panes propositionis, oraculum, altare holocaustorum? Quando venerit tabernaculum in Gibeon non constat. Fuit in multis locis: in Gilgal, Silo, Nobe, Gibeon: ibi erat ministerium ordinarium. Arca verò in Sion aliquod habuit ministerium, ibi canebant laudes, sed non ibi sacrificabatur, sed ad tabernaculum. In Paralip. causa redditur, cur non eò accesserit Dauid Hîc exauditus erat, putat igitur se posse sacrificare. Scriptura dicit, eum non potuisse ire, terror incussus ab angelo, infirmum reddidit. Iam videtur aliquo modo auditus, rogauerat Deum vt percuteretur: non oportet leuem ægritudinem fuisse, fortè nec in equo sedere potuit. Quid ergo mirum, si Arauna cum suis ita timet vt se abscondat, quando Dauid ita timuit? Patres ex aspectu angelorum & visione Dei affligebantur. Iacob claudicauit post luctam cum angelo, & miratur se non mortuum esse cùm Deum vidisset. Alij statim se morituros putabant. Zacharias pater Ioannis Baptistæ factus est mutus. Custodes sepulturæ Christi facti sunt veluti mortui præ timore. Discipuli aspectum Domini in monte ferre non potuerunt. Tanta est infirmitas hominum, facti sumus vt versemur cum Deo & angelis, sed ne aspectum eorum in hac miseria possumus ferre. Timor, lætitia & cæteræ affectiones, sæpè fiunt cum mutatione corporis, quoad humores. In timore vehementi, calor ferè totus ad interiora contrahitur, aliæ partes frigidæ redduntur, ita sæpè vt musculi & nerui impediantur: sed dispositione Dei factum est, vt Dauid non iret in Gibeon: iam locus inuentus est fixus in quo offerret. Vnde in consecratione dixit: Hæc erit ara pro toto Israele: locus publicus & sacer erit.

Ignis de cœlo missus.

Sacramentales loquutiones.

Quomodo Deus illo sacrificio dicatur placatus.

Cur Dauid non iuerit in Gibeon.

Tabernaculum vbi fuerit.

Visione Dei & angelorum territi sunt Patres.

Altera causa cur non iuerit in Gibeon,

Multa habuimus præclara in his libris: Primùm attingitur mutatio status Reipublicæ Israeliticæ ab Aristocratica transit in Monarchiam. Samuel est vltimus ex Iudicibus, regnum traditur Sauli, sed non stabilitur in eo, sed in Dauide. Hic verò perductus est in regnum per crucem, pas-

Conclusio.

sus est multa in Israele, & etiam apud exteros: tandem mortuo Saule regnum accipit, sed tantùm Iudæ: post multas ambages obtinet regnum in totum Israelem. Bella multa & difficilia gessit: collapsus est in grauia peccata: expertus est etiam multa grauia supplicia: Deo tamen charus fuit, mansit ei regnum: iam ad senectutem vergit, de obitu ergo eius agendum erit & de successione Salomonis.

DE POENITENTIA.

Exposito hoc libro, proximum erat vt ad explicationem primi Melachim descenderemus, sed quia Dauidem pœnituit sui peccati, de pœnitentia videndum est, sæpè enim occurrit hic locus: quem hinc auspicabimur. Peccatum quemadmodum ad Roma. scribitur, habet stipendium suum, mortem, & omnes satellites mortis: adfert etiam secum confusionem: pudefiunt qui peccant, in seipsis & coram alijs. Post peccatum igitur magnæ succedunt molestiæ, quæ spiritum affligunt, animum perturbant, & quodammodo occidunt. Deinde sequitur confusio, vt magno pudore afficiantur, si recordentur peccatorum, aut ab alijs recitentur. Impatientes illorum malorum cuperent liberari: tentant multas vias, sed nihil succedit. Hercules cùm occidisset filium suum, & Iphitum suum hospitem, adeò cruciabatur animo vt lustrari voluerit: venit Athenas, & initiatus est sacris Cereris. Oreſtes cùm matrem occidisset, venit in Tauricam regionem, & lustrari voluit. De Nerone traditur, quòd post interemptam matrem, & alia horrenda scelera, tandem dormire non potuerit, & agitatus furijs de lustratione cogitârit. Varijs autem modis purgabantur, igne, aqua, adhibebant etiam interdum oua, sulphur, excantationes, & varios suffitus.

Explicationes & lustrationes gentium.

Terq; senem flamma, ter aqua, ter sulphure lustrat. Ouidius.
Ter socios pura circumluit vnda. Vergilius.
Nisi se centum lustrauerit ouis. Iuuenalis.

At cùm humana essent inuenta nihil proderant. Vna est lustratio quæ nobis per fidem proponitur, quæ secum iunctam pœnitentiam habet, ista homines purgantur, & acquiescunt. Tertul. dicit, Deum istam pœnitentiam in seipso consecrasse. Nam cùm puniuisset homines diluuio, rescidit sententiam vt homines ampliùs perderet, pœnitetq; Deum mali quod hominibus inferre voluisset, si eos scelerum pœniteat: non quòd reuera pœnitentia in Deo locum habeat, de quo aliàs diximus. De origine dicunt eam cœpisse in paradiso: Deus vocauit primos nostros parentes ad pœnitentiam, & promissionem adiecit de semine contrituro caput serpentis, Ista prædicatio pœnitentiæ continuata est per omnes prophetas: tandem ventum est ad Ioan. Baptistam, qui fuit aurora & lucifer Seruatoris nostri. Christus & Apostoli eius prædicarunt pœnitentiam: Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum. Per regnum cœlorum intelligimus nouitatem vitæ, cœlestes actus, & regenerationem. Sic spiritu suo & verbo regit nos Deus, hoc apprehendentes fide, resipiscunt, restat vt vetus vita ponatur. Fons ergo pœnitentię est vt nobis ostendatur bonitas Dei, regnum cœlorum in Christo, & fide apprehendamus. Meritò autẽ sequitur pœnitentia, nam non vocat nos Christus ad nouam vitã vt foueat peccata in nobis, oportet vt illa iugulentur. Non sic res accipienda est, vt prius homines pœniteat, & ex merito pœnitentiæ habeant remissionem peccatorum. Fide prius apprehenditur, postea sequitur solida pœnitentia. Symbolum eius assumptionis nouæ vitæ, erat baptismus: Igitur Marcus vocat Ioannis baptismum, pœnitentiæ baptismum in remissionem peccatorum. Ista est vox omnium prædicantium Euangelium. Sunt voces clamantes per desertum. Nam quotquot sunt extra Christum, sunt desertum: vox est, regnum cœlorum offerri illis qui credunt: iam oportet vt resipiscant, veterem vitam abnegent, nam pœnitentia est crux & patibulum veteris hominis. Priusquam vlterius pergamus, agendum est de vi vocabuli. Hebræi habent vocabulum שוב quod significat redire & conuerti. Hinc deriuarunt duo nomina שיבה & תשובה inuersio, conuersio, cùm mutantur rationes, vt sepositis peccatis noua ratio agendi assumatur. Græci dixerunt μετανοήσαι, μετανόησις, μετανοῆσαι. Hinc μετάνοια & μετάνοια: est transmentatio quædam, vt ex mente mala bonam induamus. Latini habent verbum pœnitendi, quod est à pœna: quòd nobis sint molesta & acerba quæ fecimus. Post istas etymologias vocum, descriptiones quædam videndæ sunt. Habentur in magistro sententiarum lib. 4. distinct. 14. prima Ambrosio ascribitur: Pœnitentia est mala præterita plangere, & plangenda non iterum committere. Gregorius Romanus idem ferè dicit: Pœnitentia est anteacta peccata flere, & flenda non committere Ab alijs dicitur, hanc veram esse pœnitentiam, vt desistamus à peccando. Et alij paulò aliter, pœnitentiam esse virtutem qua commissa mala cum proposito emendationis plangimus & odimus, & plangenda vlterius nolumus committere. Qui relabuntur quotidie, conferuntur à D. Petro cani

Origo pœnitentiæ.

De nominibus pœnitentiæ.

Descriptiones quædam pœnitentiæ.

trò cani redeunti ad vomitum,& sui quæ redit ad volutabrum .Pœnitentia etiam ab Augustino interdum dicitur vltio,in se puniens quòd dolet se peccasse. Istę descriptiones quædam sunt informatæ. Nec illud præteribo,pœnitentiam appellatam secundam tabulam:quod habetur apud Hieronymum 16.cap.Ezech.& in Decretis de Pœnitentia,distinct.1. cap.Secunda tabula. Sic autem rem intellexerunt.Homines ab initio feliciter nauigasse,peccato Adami naufragium factum:regenerationem per baptismum priorem tabulam esse quam natemus.Si post baptismum homines relabantur,pœnitentiam esse alteram tabulam.Alij aliter interpretantur. Sed non multum moror. *Pœnitentia secunda tabula*

Ijs ita positis,est veniendum ad definitionem claram, quæ omnes causas comprehendat, Possumus itaque dicere mea sententia:Pœnitentiam esse mutationem vitæ , quæ suscipitur à voluntate,cum summo dolore,de peccatis admissis,ex fide,ad honorem Dei,& ad propriam salutem consequendam.Explicabitur nunc per partes.Genus ponitur mutatio.Mutationes autem secundùm philosophos multiplices sunt.Nam si accipiatur in substantia,constituunt generationem esse,si in quantitate,augmentum & decrementum,si ab vno loco ad alterum tendas , dicunt motũ localem.At si fiat hæc mutatio in qualitatibus à contraria in contrariam tendendo,faciũt quartam mutationem,alterationem. Huc pertinet pœnitentia:non abijcimus animum neque corpus:sed fit alteratio quædam in qualitatibus,ab impuritate ad puritatem:à vita corrupta ad sinceram. De subiecto videndum est:totus homo mutatur quo ad qualitates , sed qræcipuè voluntas:in ea parte animi pœnitentia collocatur. Penes illam enim est imperium & administratio aliarum virium. Alij in facultate irascente ponendam putarunt, quòd sit de re quadam ardua. Suscipit ergo voluntas istam mutationem non fictè sed vehementer,vt magnus ibi sit dolor de peccatis admissis:est enim dolor,affectio quædam. Ideò non dixi dolorem:nam fit cum ratione: Iste tamen dolor statim adest,iuuat,cooperatur,2.Corinthiorum septimo capite,dolor qui est secundùm Deum,operatur pœnitentiam in vobis. Ad honorem Dei:nam ex suo damno quidam dolere possunt. Ex fide. Iam hìc videmus rationem causæ efficientis,quæ est donum Dei:vt Deus dat fidem,ita etiam pœnitentiam.Alioqui si fides non adsit,non prodest pœnitentia. Fides autem interdum vera est,interdum temporaria:& qualis est fides,talis sequitur pœnitentia. Si sit vera,vera comitatur pœnitentia. De quibus peccatis est pœnitendum?omnium debet nos pœnitere,vt rectè Tertullianus in libro de Pœnitentia dixit: siue dicto siue facto peccauerimus.Qui inquit,illis omnibus destinauit supplicium per iudicium,veniam etiam per pœniteniam spopondit. Aliqua sunt ex istis quæ in definitione posita sunt , qnæ ad genus,aliqua quæ ad differentias pertinent.Genus est mutatio.Differentia,alteratio vitæ:altera differentia,suscipiatur voluntariè.Sunt enim quæ nobis non volentibus fiunt:alia,propter peccata commissa. Causa formalis, conuersio,mutatio. Materia ipsa voluntas. Obiecta,peccata de quibus dolemus,& virtutes ad quas contendimus.Efficiens,fides & Deus.Finis,honor Dei,salus nostra. Definitione si explicata,veniendum est ad distinctiones. *Definitio pœnitentiæ.* *Genus pœnitentiæ mutatio* *Subiectũ eius.* *Causa efficiẽs.* *De quibuspeccatis sit pœnitendum.* *Breuis explicatio definitionis.*

Tertullianus distinxit pœnitentiam in bonam & malam:malam dicit esse , si nos rectè factorum pœnitet,vt feciſse eleemosynam,ignouisse hostibus,suscepisse sacramenta. Bona verò est quando fit commutatio in melius. Pro ratione termini ad quem,bona vel mala dicitur.Altera distinctio, quædam est rudis & informis,alia formata & absoluta. Vnde sumemus hanc ex eo quod voluntas est quæ suscipit,ipsa verò natura sua cæca est,oportet vt intelligentia præeat.In hominibus qui sunt extra Christum quid prælucet?interdum humana quædam honestas,vita quæ sit,vt loquuntur philosophi,secundum naturam.Legunt Ethica Philosophorum, vident ideas virtutum , cùm apprehenderit intellectus hanc honestatem,vident quàm ab ea distent,& experiuntur se propterea reprehendi,surgit quædam pœnitentia.Laertius tradit quendam iuuenem impurum & lubricum,semel cum suis sodalibus ebrijs & ipsum ebrium cum corona irruisse in scholam Xenocratis. At Philosophus non perturbatus eorum aduentu,perrexit in sua tractatione,loquebatur de temperantia adeò acriter,vt sensim verba pertingerent ad cor,iste coronam deponeret , & inciperet philosophari.Sed eiusmodi conuersio non est laudanda omninò , ex genere suo potest commendari,sed non est Christiana omnino,de qua loquimur,quam oportet esse ex fide,& erga Deum:vt Paulus dicit cap.20.Act.se prædicâsse pœnitentiam erga Deum,& fidem in Christum.Sunt alij in quibus hæc rudis pœnitentia alia producitur.Cùm suscipiatur à voluntate & illa sequatur rationem,rationi aliquid prælucere oportet. Habent generalem fidem aut opinionem , quòd Deus sit & vltor malorum,& remunerator bonorum. Contemplantur etiam quæ mandauit in lege : cùm videant præcipi, quæ ipsi non faciunt,commouentur timore,& pœnitet illos quoquo modo.Adducunt quidam locum Isa.26. Concepimus à timore tuo,& peperimus spiritum salutis: sed non facit ad rem : attamen verum est, in aliquibus pœnitentiam sic inchoari. Hæc potest esse noxia, *Pœnitentiæ distinctiones.* 1 2 *Pœnitentia Ethnica.* *Pœnitentia ex fide generali, aut opinione.*

Vera pœnitentia.

quia nisi quidpiam aliud accesserit, parit desperationem. Ita Cainum, Iudam, Esau pœnituit. Cùm res hoc pacto habeat, tum in electis Dei accedit fides: condonatio prædicatur: per Christum amplectuntur eam, tunc vera & solida pœnitentia succedit. Quando voluntas suscipit istam pœnitentiam, prælucet intellectui ipse Christus cum remissione peccatorum. Succedit etiam spiritus sanctus: vnde vires conferuntur ad deponenda peccata, & succedunt fructus pœnitentiæ: vt pro sceleribus bona facta edantur. Sancti patres dixerunt hoc esse agere pœnitentiam: & sacræ literæ idem ostendunt. Actorum 2. audientes de remissione peccatorum per Christum, compuncti sunt corde: iam pœnituerat eos, tamen Petrus dicit, agite pœnitentiam, requirit igitur vt fructus succederent.

Pœnitentiam agere quid sit.

Refutatio eorum qui pœnitentiã tollunt.

Hanc pœnitentiam Christianam nonnulli euerunt: alij quodammodo tollere voluerunt, & isti confutandi sunt. Videri, inquiunt, stultum vt nos pœniteat earum rerum quæ iam gestæ sunt: peccata transierunt iam, non possumus efficere quin lapsi simus, non ergo oportere affligi. Ratio infirma est. Verum est, opera mala transijsse, sed quod nihil eorum maneat, non est verum: memoria & conscientia manet: item reatus, id est, obligatio ad pœnas æternas: manet etiam deformitas animi & facultatum eius. Præterea dicere possumus rationem secus concludere ac isti velint. Dictum est philosopho cuidam ne lugeret filium iam defunctum, quòd nullum remedium afferret lamentationibus. Imò, inquit, hoc maximè doleo, quòd hæc res aliter fieri non possit. Sic pijs dolere debet, quòd peccauerunt, & iam aliter fieri non possit, quin peccârint & violârint legem Dei. Alij dicunt, cùm Deus rectè vtatur etiam peccatis nostris, & regat ad eas fines, quas vult habere, quid ego dolebo me peccâsse? Non rectè loquuntur. Etsi peccatum ita subintrauit, vt abundaret gratia, non propterea in peccato manendum dicit Paulus. Si Deus vult vti, an tu propterea debes peccare? Dei est omnia regere, tu facito quod tibi mandatum est. Hoc argumento non tantùm nos vexamur, sed illi etiam qui permissionem tantùm ponunt. Deus enim permittit non inuitus, Deinde exemplum affertur. Quædam sanctimonialis peperit magistrum sententiarum & Gratianum, cùm videret tanta lumina, dicebat, se non posse pœnitere. Confessor eius dixit, tantum doleas te non posse dolere.

De Nouatianis

Fuerunt qui tollere voluerunt pœnitentiam vt Nouatiani, Cathari illi qui soli volebant sapere: eorum sententia vel ipsum Constantinum offendit. Nam vt in Ecclesiastica historia refert Socrates libro 1. cap. 10. Sozomenus libro 1. cap. 22. Cùm habita esset Synodus Nicena, aduocauit ad se Episcopum Acesium Nouatianum, interrogauit eum quid sibi videretur, an de homousio & paschate rectè esset constitutum, ille probauit. Cur igitur, inquit imperator, non communicas cum cæteris? Ille cœpit narrare quæ Decij Imperatoris tempore acciderunt: quidam ceciderant, postea voluerunt recipi, at Episcopi repellebant eos. Pone scalam, inquit Imperator & solus ascende in cœlum. Notauit eius superbiam: quòd solus cum suis vellet esse in cœlo. Quidam existimant Constantinum Imperatorem fauisse adeò pœnitentiæ certa quadam ratione. Sozomenus libro secundo, capite quinto refert, Græcos male existimasse de Constantino, dixisse crudelem fuisse, multos cognatos occidisse, inter alios filium Crispum: cùm turbaretur, Sopatrum philosophum consuluisse, an purgari posset: illum dixisse, istorum criminum nullam purgationem esse. Consuluit igitur Episcopos Christianos, qui dixerunt vera pœnitentia purgari posse, ideoque amplexatus est fidem Christianam. Sozomenus refert, sed confutat vt indigna & conficta in odium Christianæ religionis. Primùm ait, Constantinus ipse fuit imbutus Christiana religione à tenera ætate, & habitabat illo tempore in Britannia & Gallia. Non autem probabile est, Sopatrum, qui in Græcia docebat, ad istas regiones venisse. Deinde filium Crispum consortem fecit Imperij, multæ leges id testantur, editæ communi nomine Crispi & Costantini, & vixit ad vigesimum annum imperi Constantini. Sed facito ita fuisse, & Sopatrum secum habuisse, aut scripsisse ad eum non potuit dicere, in religionibus Ethnicorum non esse lustrationem. Nam multæ erant, vt suprà diximus. Ideo respondit, Fauebat pœnitentiæ, vt Christianus & peritus literarum. Mirandum est Nouatianos apud Ezechielem non vidisse: Quacunque hora ingemuerit peccator, non amplius recordabor peccatorum eius Item exempla Dauidis, Ezechiæ, Manasis, Petri, qui post lapsum locum in Apostolatu tenuit: neque attendisse, quòd Dominus dixit Petro interroganti, quoties ignoscendum esset proximo: Non dico septies, sed septuagies septies. Cùm ista tam euidentia testimonia extent, quomodo Nouatiani lapsis pœnitentiam negabant? Videntur moti duobus locis in Epistola ad Hebræos: Capite decimo: Voluntariè peccantibus (inquit) post acceptam cognitionem veritatis, non vltrà pro peccatis reliqua est hostia, sed formidabilis quædam expectatio iudicij. Hîc verò non agitur de quouis peccato, sed de peculiari & vniuersali quodammodo, cùm homines abdicant fidem, & se prorsus à Christo alienant, &

Constantinus fauit pœnitentiæ.

Confutatio Nouatianorum.

nant, et se ei opponunt: hoc est peccatum in Spiritum Sanctum, quod ita plectitur, vt non condonetur, neq; in hoc neq; in altero seculo. Melius explicatur ex altero loco ad Hebr. 6. cap. Impossibile est, vt qui semel illuminati sunt, gustaueruntque donum cœleste, & participes facti sunt Spiritus sancti, gustaueruntq; bonum Dei verbum: si prolabantur, denuò renouentur per pœnitentiam. Non lapsus quilibet intelligitur, sed quo omnia repudiantur, & à fide receditur. Ibi non est remissio: quia non potest esse pœnitentia. Si enim fidem habere debet quæ præluceat, & illa abdicata est prorsus, non reformantur per pœnitentiam. Isti non distinxerunt inter abdicationes, quæ spectare videntur ad peccatum in Spiritum sanctum. Nonnulli labebantur in persequutionibus: intus in animo non abdicabant fidem exterius sacrificabant, vt Marcellinus Episcopus Romanus, & Petrus qui Christum ore negabat: cùm radicem interius retinerent, locum habebat pœnitentia. Redibant ad Ecclesiam: Episcopi videbant eos non prorsus abdicasse fidem, sine qua pœnitentia esse non potuisset. Nouatiani verò nullo modo pacem eis dabant. Est quidem verum, peccatum in Spiritum sanctum non habere remissionem: quia non habet pœnitentiam, cùm fides prorsus abdicata sit. Qui abiurârunt fidem, grauissimè peccârunt. Sed cùm pœnitentiam egerint, Ecclesia eos recepit. At fictè agunt, inquis. Sacerdos spectat quæ fiunt, non explorat animos. Eucebolius Sophista, cùm ab initio Imperatores non essent Christiani, religioni & ipse aduersabatur: postea sub Constantino fauebat. Sub Iuliano iterum desciuit: postea sub Iouiniano redijt, in porta templi iacens, dixit ingredientibus: Calcate me insipidum sal Varius fuit, Ecclesia tamen eum recipiebat. Loca ergo illa benè intellecta, nouatianos non. iuuant.

Induximus duplicem distinctionem pœnitentiæ, sequitur alia adinuenta à Papistis, eam tradunt Colonienses in suo Antididagmate. Vnam Ethnicis dicunt prædicandam, alteram lapsis post Baptismum. Fingunt ipsi hanc, vt euitent argumenta, quæ ostendunt, gratis constare salutem per Christum. Dicunt sic inuitandi sunt ad salutem Ethnici, vt credant in Christum. Ibi non lachrymæ, ieiunia, & aliæ satisfactiones requiruntur: sed gratis si pœniteant, habent remissionem peccatorum. At si facti sunt Christiani, & labuntur in peccata, aliter agendum est, vt per suspiria, eleemosynas, ieiunia, & alias satisfactiones habeant remissionem peccatorum. Vt confirment, adducunt locum ad Romanos. Sine pœnitentia sunt dona & vocatio. De prima inquiunt, pœnitentia intelligitur, vocationem illam sine pœnitentia esse. Adducunt Ambrosium, qui sic intelligat illum locum. Sed falsa dicunt. Nam si vera sit pœnitentia, comitatur eam dolor, nec potest esse pœnitentia in illis, qui ad Christum veniunt, sine dolore: quomodo non possunt non lugere & confiteri se peccasse? Secúda ad Corinthios septimo dicitur: Operari dolorem secudùm Deum pœnitentiam in nobis. Ita esse ostendunt Niniuitæ, qui audita prædicatione Ionæ pœnitentiam egerunt in sacco. In Actis Apostolorum secundo capite legimus, Hebræos cùm audiuissent concionem Petri, compunctos esse. Augustinus priusquam babtizaretur, & sensim ad Christum rediret, in multis suspirijs & lachrymis egit, vt patet ex libro Confessionum, illa erat prima conuersio. De Ambrosio & loco ad Romanos, non est quòd multum litigem. Non de pœnitentia hominum, sed Dei ibi agitur. Ostenderat Deum elegisse Hebræos: ideò non credendum eos in totum repudiasse. Si Ambrosius aliter dicit, ipse viderit. Verum est in primitiua Ecclesia, cùm accederent ad Baptismum, non per lachrymas & suspiria probari solitos fuisse ab Episcopis, sed tantùm catechisabant eos: non exigebant probationes pœnitentiæ, vt postea si lapsi essent. Sed isti quàm vellent hodie prædicari pœnitentiam, cùm omnes pueri baptizentur? Nullam certè, qua gratis peccata remittantur per fidem, sed illam tantùm, quæ remissionem habet per opera satisfactoria, eleemosynas, oblationes, & quæ ad quæstum ipsorum spectant. Inepta est ergo eorum partitio.

Alia distinctio pœnitentiæ.

Confutatio huius distinctionis.

Alij dicunt aliam quandam esse priuatam, aliam publicam, aliam solennem. Priuatam, quæ priuatim, publicam quæ publicè agatur: solennem, quam Episcopus tantùm imponat, & quæ fiat magna pompa. Excludit peccantes à templo: vt Adamus ex Paradiso pulsus est. Post annum elapsum, in magna hebdomada volunt vt sistantur. Huius meminit Magister Sententiarum libro quarto Distinctione decimaquarta. Origenes Homilia vigesimaquinta in Leuiticum eius videtur mentionem facere, dicit rarò eam concedi. Canonistæ de pœnitentia solenni, volunt ideò habeatur, vt alij absterreantur, & semel tantùm volunt eam haberi. Ad ordines sacros non ampliùs eos admittunt, quos sic solenniter pœnituerit: nec concedunt illam clericis & ministris Ecclesiæ. Cur istam solennem pœnitentiam non repeterent, rationem affert Magister sententiarum: ne medicina eiusmodi vilescerat. Quam rationem Augustinus in quadam Epistola ad Macedonium videtur assignasse. Is præses erat prouinciæ, sæpè eueniebat vt pro hæ-

Quarta pœnitentiæ distinctio.

Pœnitentia solennis.

reticis Augustinus & alij Episcopi intercederent, inter cætera scribit Augustino, se miracl an benefaciant, præsertim cùm post pœnitentiam actam, eam denuò non imponant. Refert Augustinus, non negari eis communem illam, sed humillimam illam pœnitentiam non repeti, ne vilescat. In Enchiridio ad Laurentium capite sexagesimoquinto, etiam rationem reddit, cur certa tempora præscribantur: non quòd tardus sit Dominus ad remittendum verè pœnitenti, sed homines hoc non intelligunt, recipiendus est ille in Ecclesiam, nec facilè agnoscunt an eum pœniteat, præscribitur temporalis probatio. Quomodo illo tempore tractarentur à populo, dum solenniter pœnitentiam agebant, obseruaui in tractatu Augustini in Psalmo sexagesimoprimo ad finem, digito quendam ostendit, qui ad artes diuinatrices deflexit cùm esset Christianus, iste inquit ita lapsus est ab Ecclesia, vt iam diceret hominem non facere adulterium, sed stellam Veneris: non facere homicidium, sed stellam Martis: multos iste decepit, iam redit ad Ecclesiam, petit reconciliationem: diu inquit, pulsauit ante pascha, nõ adhuc admissus est: vos obseruate illum, considerate actiones eius, & vt deprehenderitis mihi significare. Quare autem noluerint admittere ad sacros ordines qui solenniter pœnitentiam egissent, ratio affertur. Si postea in ministerio essent, renouaretur in mente scelus commissum: viles essent, cùm in honore habere ministros oporteat. Deinde qua fronte castigabunt scelus in alijs, cuius ipsi rei fuerint? In ista ceremoniola externa, prudentes & soliciti esse volunt: at in ordinandis nihil eis huiusmodi in mentem venit. Cur ordinant facinorosos, & quos adhuc non pœnituit? Quanquam Hieronymus contra Luciferianos contendat, Episcopis pœnitentiam solennem esse suscipiendam. Luciferiani negabant. Certè sæpè factum legimus, vt Episcopi, qui à Donatistis veniebant, in sua dignitate reciperentur, tantùm imponebantur eis manus: ita vt canones de pœnitentia solenni non sint seruati: nunc prorsus obsoleuerunt.

Quinta pœnitentiæ distinctio.

Sequitur alia distinctio: dicunt aliam esse virtutem, aliam Sacramentum. Nam virtutem ipsam pœnitentiæ dicunt manere in hominibus perpetuo: Sacramentum suscipi certis temporibus. Et ista virtus cùm sit moralis, ad capitalem aliquam ex quatuor illis esse referendam, nempe ad iustitiam: reponitur enim Deo honor: iustitiam etiam vindicantem, quia in seipsis scelera quæ commiserunt, videntur punire. Sed non est propriè vt tradunt vlciscens iustitia. Nam in illa qui patitur, sæpè vltionem inuito animo suscipit, sed in ista vltro & sponte vult. Deinde vltrix illa iustitia tantùm respicit læsionem, aut damnum datum, & hoc vult puniri, sed hic offensio Dei respicitur. Tales vltiones aut restitutiones nos minimè negamus, sed non sunt ponendæ tanquam precium quo mereamur remissionem peccatorum, quemadmodum illi ponunt. Nam cùm conferunt virtutem pœnitentiæ cùm Sacramento, dicunt vtranq; causam esse remissionis peccatorum, id loco suprà adducto Magister sententiarum testatur. Huic opponunt Sacramentalem. Faciunt tres eius partes: Contritionem, Confessionem, Satisfactionem. Quanquam Pighius dissentit: dicit non propriè partem esse: sed sequelam. Fortè quoniam videt pastorem absoluere pœnitentem, priusquam facit quæ iniunguntur. Sed vbi relinquunt isti (qui sic pœnitentiam partiuntur) absolutionem, cùm tamen sit præcipua res? Thomas Aquinas alicubi dicit, eam posse formam videri, alias partes, esse tanquam materiam. Absolutio est prædicatio remissionis peccatorum per Euangelium, est clauis illa qua soluuntur credentes: clauis quæ ligat, est qua dicunt incredulos manere in peccatis. Illam prædicationem remissionis peccatorum, certum est fide comprehendi. Christus dicit, Confide fili, remittuntur tibi peccata.

Pœnitentia virtus non est iustitia vltrix.

Pœnitentiæ Sacramentalis partes.

Absolutio.

An pœnitentia sit Sacramentum.

Quo ad istam distinctionem pœnitentiæ propositam, dubium assumitur, quòd non constat, an pœnitentia sit Sacramentum: illi omnes dicunt. Vt intelligamus, videndum quid sit Sacramentum. Sacramentum significat rem occultam, & arcanam, non enim omnes intelligunt cùm proponuntur Sacramenta, tantùm patent initiatis; hoc est, credentibus. Veniat Ethnicus, videbit aquã, panem, vinum, quid sit non agnoscet: fidelis quid referant intelliget. Græci μυστήρια vocant: Latini Sacramentum dixerunt. Erat Sacramentum militare, quo milites imperatoribus obstringebantur, & vicissim imperatores militibus. Sunt tesseræ quibus nobis obstringitur Deus & nos ei Hęc de nominibus. Quo ad definitionem, quidem dicunt, Sacramentum esse rei sacræ signum: sed hac ratione infinita Sacramenta haberemus, omnes enim actiones bonæ sunt significationes rei sacrę, id est, fidei, spei, charitatis, quæ latent in nobis. Cùm in Papatu habeant multas consignationes, gestus, vestes, omnia essent Sacramenta, Ideo contraxerunt rem alia definitione, & dixerunt esse visibile signum inuisibilis gratiæ. Vt sit signum aspectabile, & non omnia sacra referat, sed gratiam tantùm inuisibilem. Addiderunt deinde impiam vocem, præsertim Magister sententiarum, non tantùm esse signa & imagines, sed etiam causas gratiæ. Si dicerent instrumenta quædam visibilia quibus vtatur Deus, quemadmodum externo verbo vtitur ad excitandam fidem, non malè dicerent: sed dicere causam esse gratiæ, non rectè dicitur. Deinde quid matrimonio facerent, volunt

Quid sit Sacramentum.

Sacramen-

Sacramentum esse, & dicunt nullam ex isto conferri gratiam. Volunt septem esse Sacramenta, sed vnde habeant, ex diuinis literis ostendere non possunt. Vetustiores patres non nisi duo habuerunt: aliquando mentionem patientiæ faciunt. Hæc scripsit Augustinus ad Ianuarium, in libro 3. De doctrina Christiana cap. 16. Ambrosius de Sacramentis ista duo tractat. Igitur oportet aut istos oblitos esse Sacramentorum, aut tantum numerum non fuisse receptum ista ætate. Oblitos esse non dicendum est, nam instituebant de ea re tractationem: turba igitur ista Sacramentorum illo tempore non fuit recepta.

Sed redeamus ad definitionem. Pyghius etiam definit Sacramentum, & dicit, esse signum efficax diuinitus institutum, quo significatur nobis certus quidam effectus opis & gratiæ Dei, qui semper adest, modo non obstet aliquid in vtentibus. Quoad primum, dicit signum esse aut ritum diuinitus institutum, verum est! non enim est in potestate hominis Sacramenta instituere: sunt testimonia diuinæ voluntatis, & sigilla quædam: non est autem hominum obsignationes inuenire. Deinde habemus hoc ex sacris literis: Christus interrogat scribas & pharisæos de Baptismo Ioannis vnde esset, si dixissent ex hominibus, apparebat rem friuolam esse. Nam cùm Sacramenta ad rationem fidei pertineant, oportet vt ex sacris literis, vnde colligitur ipsa fides, hauriantur. Et homines qui sua authoritate conantur Sacramenta instituere se deos faciunt. Et ita in religione agere, esset mandatis & traditionibus hominum colere Deum, quod Christus prohibuit fieri. Postremò cùm homo sit & prædicetur in scripturis mendax, quæ ab eo instituuntur solidam veritatem non habent: non ergo Sacramenta ab hominibus instituenda sunt. Dicit deinde, isto signo significari nobis certum quendam effectum: quia complecti vult multa Sacramenta, non ad vnum effectum, remissionem peccatorum, vult astringere. Effecta dicit varia esse, vtpote remissionem peccatorum, quæ offertur in Baptismo & Eucharistia: sed præterea alia indicat effecta operis Dei, vt in matrimonio sit copula indissolubilis, in ordine sacro vis habeatur regendi Ecclesiam: & sic de alijs: nisi obstet aliquid in vtentibus, vt efficaciam Sacramentorum ostendat: nam quòd aliqui vtantur & non assequantur, inde est quòd irreligiosè accedunt & sine fide. Si sequatur istam suam definitionem, existimat se posse multa Sacramenta complecti. Sed è diuerso qui gratiam condonationis peccatorum significari dicunt, ad duo tantùm se contrahunt, Baptismum & Eucharistiam.

Pyghij definitio Sacramẽti.

Si definiendum sit Sacramentum, possemus dicere: Sacramentum est promissio diuina de remissione peccatorum per Christum, symbolo externo seu visibili significata & consignata ex diuina institutione, ad id vt in nobis erigatur fides, ac magis magisq; obstringamur Deo. Hæc mihi plena videtur definitio. Duo continet, signum externum, & rem significatam. Quia significata res, præcipuum locum tenet, ideò primam posui, & dixi promissionem Dei esse, ac versari circa remissionem peccatorum per Christum. Nam Sacramenta quæ in sacris literis sunt, illius præsertim faciunt mentionem. Deinde ista promissio consignatur, quod ostendit scriptura quæ appellat circunciſionem σφραγίδα sigillum. Sunt enim symbola & sigilla quædam diuinarum promissionum. Sed quoniam hæc externa instrumenta sunt elementa, ex seipsis habere non possunt vt significent & obsignent, ideò adiectum est, ex diuina institutione. Finis, vt excitetur fides nostra per Spiritum sanctum: non habent externa istam vim vt hæc præstent: vtitur Spiritus sanctus istis instrumentis, fides autem tendit vt magis Deo obstringamur. Habetis causas: forma est significatio & obsignatio: materia quæ obsignatur & circa quam versatur, promissio Dei de remissione peccatorum: efficiens institutio diuina: finis, excitatio fidei nostræ, quo Deo coniungamur. Et recipio quod vulgo dicitur: Sacramenta esse visibilia verba: excitant homines per visum & sensus alios. Rectè dicit Chrysostomus, Si nos essemus spiritus, non opus esset illis organis, at sumus compositi ex spiritu & corpore, sensus corporis excitant animum.

Alia definitio Sacramenti.

At si persequamur istam definitionem, excluditur coniugium, pœnitentia, ordo, confirmatio, extrema vnctio. Quemadmodum sigillatim declarabo, si prius vnum fuero præfatus: posse aliquos hîc dicere, quid nodum quæritis in scirpo? voluerunt isti septem ista insignire nomine Sacramentorum, quid vestra refert? Non est nobis cura magna de nomine, de re agimus. Scimus licere Christianis vti vocabulis, modo non subsit impietas: sed videndum quid voluerint significari ista voce. Dicunt Sacramentum esse formam visibilem inuisibilis gratiæ, & addunt, causam esse: ita vt ista Sacramenta instrumenta salutis faciant. Tunc si accipere volunt quosdam ritus, & subijcere isti notioni, impium est: non possunt ab hominibus constitui visibilia elementa, quæ obsignent promissiones. Aut ergo mutent notionem, & dicant Sacramentum non ista significare, & tunc concedemus eis, aut abstineant à nomine si ista notione vti volunt. Magister Sententiarum ait, veterum Sacramenta non esse propriè Sacramenta, quia non contulerint

Cur contendendum cum aduersarijs de nomine Sacramentorum.

gratiam. Indignum est auferre hanc proprietatem ab institutionibus diuinis, & attribuere humanis inuentis. Vt res dilucidior euadat, considerate, plura esse quæ in Sacramento requirantur: primùm occurrit elementum externum, deinde accedit verbum promissionis: Augustinus dicit, accedit verbum ad elementum & fit Sacramentum: tertiò est mandatum Domini, vt sic fiat. Quod attinet ad elementum, illud corpore excipitur; cùm sit res externa: promissio verò admittitur animo. Oportet accedat verbum, vt elementum significationem habeat ad hoc significandum. Cùm ita res habet, Sacramenta quæ exclusimus excutiamus, sed paucis. Ordo sacer occurrit, ibi est signum visibile impositio manuum: hanc non reijcimus, videtur habere verbum Dei. Paulus ad Timotheum dicit, Ne temerè cuiquam manus imponas, cùm dicit non temerè faciendum, dicit graui-ter & considerate faciendum. Deinde dicit, excita gratiam quæ in te est per impositionem manuum. Signum ergo externum agnoscimus: at quæ ibi est promissio? non vtique de condonatione peccatorum: cùm ordinantur ministri, facultas ad prædicandum verbum Dei promittitur. Illi dant facultatem vt conficiant Christum: & rectè quidem vt conficiant quantum in ipsis est. Dicunt in Cœna Christum ordinasse Apostolos, & plus illi rei tribuunt quàm verbo. Vnctionem insuper adiecerunt, sed Christus non vnxit Apostolos. Putant præterea imponendo manus, vim se habere dandi Spiritum sanctum. At Augustinus in libro de Baptismo contra Donatistas tertio, capite decimosexto dicit, nihil aliud esse illam impositionem manuum, quàm orationem pro homine, quasi eum Deo commendent. Non est igitur ordo Sacramentum eo modo vt dictum est, quia ibi non agitur de condonatione peccatorum, quæ vnica est promissio, quam vera Sacramenta obsignant.

Quæ requirantur in Sacramento.

De Sacramento ordinis.

Pœnitentiam non esse Sacramentum.

De pœnitentia quoq; dicendum est: nam hanc impositionem manuum transtulerunt etiam ad pœnitentiam, sed Deus non iussit. Veteres tamen faciebant, vt Cyprianus in multis Epistolis testatur. Hoc aliud nihil erat, quàm Deum orare pro eo, vt in illo proposito constantiam daret. Alij fuerunt qui dicerent, gemitus & suspiria, signum esse visibile in pœnitentibus, sed hoc signum referebat mutationem consilij, pœnitentiam internam, sed propter ista non appellabitur Sacramentum, quia non refert aliquam promissionem. Interiora quæ dicitis significari, non sunt promissio Dei de remissione peccatorum, sed dolorem testantur. Melius dixerunt qui impositionem manuum signum externum dixerunt, & significatum esse remissionem peccatorum: sed illa potiùs verbo Domini significatur, quàm impositione manuum. Signum illud est figmentum, vt daretur pœnitentibus, non est in verbo Dei.

Confirmationē non esse Sacramentum.

De confirmatione sciendum est, hanc eius originem fuisse. Cùm tincti fuerunt homines in infantia, nec fidei confessionem ediderunt, decretum est, vt cùm venissent ad maturiorem ætatem, vocarentur ad Episcopum, & publicè fidem suam profiterentur: tunc Episcopus manus imponebat eis, hoc est, orabat pro eis, vt in vera fide persisterent. Politia tantùm erat externa: at non præcipiebatur, non ergo Sacramentum fuit, deerat mandatum. Marci decimo, Christus pueris manus imponebat, sed non requirebat fidei professionem. Apostoli baptizatis manus imposuerunt, vt dona Spiritus sancti inuisibilia descenderent in eos. At hodiè ista fiunt: qui confirmant, gratias illa non largiuntur hominibus: cùm res cessârit, signa retinent. Dicunt, Consigno te, signo crucis, & confirmo te charismate salutis, in nomine Patris, &c. quod est verbum Dei in his? Adiunxerunt oleum, deinde plus tribuerunt suo ritui, quàm Baptismo: Baptismus à singulis sacerdotibus, illa tantùm ab Episcopo tribuitur. Attamen Hieronymus contra Luciferianos scripsit, quòd baptizatis Episcopus manum imponat, commissum eis esse ad honorem sacerdotij, non ex necessitate præcepti. Inutilis ergo est confirmatio nisi primo modo seruetur. Deinde Episcopus dat alapam illis quos confirmat: volunt scilicet eos, quos confirmant sic docere, se hoc Sacramento ad pugnam instrui: sed hæc sunt mera nugamenta.

Extremam vnctionē non esse Sacramentum.

Extrema vnctio non est Sacramentum, dedit quidem Christus oleum Apostolis, Marci sexto capite, vt sanarent ægrotos. At vim sanandi isti non habent: si res abest, cur symbolum afferunt? Adhæc symbolum sanationis non tantùm oleum erat: semicintia, sudariola, vmbra Petri sanabat homines, Christus sputum accipiebat & puluerem, ac inungebat cæci oculos, cur ergo hæc non dicunt Sacramenta? Verbum Dei non habet: cùm promissio sit sanationis & illa non extet, quid faciunt cum oleo suo? Orant, inquis, pro eis, vt condonentur eis peccata, vt ait Iacobus. Quid ad hanc rem opus est oleo? Est iam superstitiosa res. Serpens æneus dum sanandi facultatem habuit aspicientes in se, rectè seruabatur: postea cùm desijt ea vis, non rectè retinere voluerunt. Sic cùm oleum sanationis effectum suum ampliùs non habeat, superstitio est. Adhæc inuocant ibi mortuos & peregrina lingua vtuntur.

Superest

Supereſt vt de matrimonio videamus. Hîc nullum ſymbolum eſt externum à Deo præceptum. Alicubi dant dexteras ſibi inuicem: alij dant anulum. Sed non præcepit hoc Deus: ergo non eſt Sacramentum. Dicet quiſpiam: Ipſa coniunctio maris & fœminæ, ſymbolum eſt coniunctionis cum Eccleſia. Fateor hoc ſignificare. At ſi Sacramenta omnia ſunt, quæ Chriſtum referunt, infinita habebimus. Fermentum ſignificat regnum cœlorum, erit ergo Sacramentum. Sic granum ſinapeos, vitis, oſtium, paſtores, & ſimilia referunt Chriſtum: ergo erunt Sacramenta. Tot erunt Sacramenta quot ſimilitudines afferri poſſunt, ſignificantes Chriſtum. At Paulus μυστήριον Sacramentum appellat ad Epheſios. Reuera id quod ſignificatur in matrimonio, res eſt arcana. In Sacramentis abſconditũ eſt partim res ſignificata, partim in ſignis viſibilibus, quòd vim habent ſignificandi diuinitus impoſitam. Hîc myſterium refertur ad id quod ſignificatur, coniunctio Chriſti & Eccleſiæ. Sæpè vtitur hac voce, ad Romanos vndecimo: Fratres myſterium vobis dico, ne ſitis ſapientes apud voſipſos, &c. Prima ad Corinthios decimo quinto capite, agens de reſurrectione, myſterium vobis dico, non omnes moriemur. Ad Epheſios tertio, vocationem Gentium, myſterium vocat. Ad Coloſſenſes primo, vocat myſterium à ſeculis abſconditum. Prima ad Timotheum tertio: Verè myſterium magnum eſt, Deus manifeſtatus in carne. Non agit de Sacramentis, vt nunc de illis loquimur. Sed mittamus hæc. Quas promiſsiones habet? Procreationis liberorum, & vt ſcortationis ſit remedium. Hîc nulla fit mentio de remiſsione peccatorum. Deinde illa promiſsio non tantùm ſub Euangelio, ſed etiam ſub Lege fuit & ante Legem. Quomodo ergo nouæ Legis Sacramentum vocant? Idem de pœnitentia dicere poſſumus. In Lege & ante Legem fuit pœnitentia. Cur ergo Sacramentum nouæ Legis appellant? Non concordant. Gratianus cauſa prima, quæſtione prima, in capite Arianos, ad finem capitis, videtur negare pœnitentiam eſſe Sacramentum. Rationem affert, quia ſæpè repetitur. Ratio videtur inepta: nam ſic actio Cœnæ Domini non eſſet Sacramentum, quia repetitur. Sed ſi diligentius expendas, videtur pœnitentiam priuatorum hominum cum illa ſolenni conferre: & videtur ſtatuere, illam tantùm Sacramentum eſſe, alteram non, quia illa non repetebatur. Sed mittamus eum.

Matrimonium non eſſe ſacramentum.

Certè Dionyſius, qui creditur à quibuſdam Ariopagita, non niſi tria agnoſcit, Baptiſmum, Cœnam Domini & Chriſma: extremam vnctionem videtur agnoſcere. In eius Hierarchia miniſter inducitur, qui cadauer inungit. Gregorius tantùm tria agnoſcere videtur, cauſa prima quæſtione prima, in decreto, in capite multi: Baptiſmum, Cœnam Domini & Chriſma. Bernhardus vnum adiecit, Lotionem pedum, dicit Sacramentum eſſe retinendum in Eccleſia. In ſuo Sermone de Cœna Domini. Sacrifici qui exorciſant ſalem, addunt vnum. In nomine ſanctæ Trinitatis efficiaris Sacramentum, ſalutare ad fugandum dæmonem. Sed quid tam multa quærimus? Ipſi qui ponunt ſeptem Sacramenta, ordinem ſacrum in ſeptem diſtinguunt, ſcilicet oſtiarios, lectores, acoluthos, exorciſtas, ſubdiaconos, diaconos, ſacerdotes. Alij Epiſcopatum addiderunt, & officium pſallendi. Ita nullus eſt certus numerus Sacramentorum. Non querantur de nobis, quòd numerum minuamus, de ipſis potius conqueri debemus, quòd numerum auxerunt.

Variæ opiniones de numero ſacramentorũ.

Diuiſa fuit pœnitentia in illam quæ eſſet Sacramentum & illam quæ eſſet virtus, quæ pertineret ad iuſtitiam: diximus non eſſe Sacramentum: nunc videndum de altero membro, quòd nõ ſit virtus. Non agnoſcitur vt virtus quædam in ſacris literis, quæ ſit qualitas animi, & bona parte temporis ſit otioſa. Excogitarunt eam, quia præceptum eſt Domini vt pœnitentiam agamus, non autem ſemper pœnitentiam agere poſſumus: virtutem ergo dixerunt eſſe in animo, quæ ſuo tempore faciat officium. Iſta non ſcripturis, non patribus, non canonibus probantur. Chriſtus dicebat: Pœnitentiam agite: actio requiritur, non habitus quidam. Iob dicebat, vitam hominis eſſe militiam ſuper terram, non eſt habitus, ſed actio. Bernhar. aiebat: Qui non progreditur in via Domini, & non proficit, is deficit. Idem dicebat: Cùm deſinis velle fieri melior, tunc deſinis eſſe bonus. Vita ſanctorum dicitur via quædam eſſe, ſemita, curſus, eundum eſt non ſtandum. Secunda Corinth. tertio ſcribitur, nos transformari in imaginem Chriſti, ex claritate in claritatem: quia hoc difficile eſt, addit, tanquá à ſpiritu Domini. Proinde illi qui meditantur quæ ſuę ſunt vocationis, pœnitentiam agere dicuntur: quia abſtrahunt ſe à peccatis: quicquid agant interea, ſi mens ſit pergere in vocatione ſua, illos verè pœnitet. Sed aiunt, hoc videtur fieri non poſſe, in pœnitentia eſt dolor ſecundùm Deum. At nos quandoq; gauderè cum gaudentibus debemus: illa ſimul fieri non poſſunt. Non pugnant hæc: quia habent diuerſa obiecta. In Deo poſſumus gaudere, in nobſipſis dolere, habemus luctum miſtum cum gaudio, & contra. Dicunt: Oportet quandoq; dormire, tũc actus noſtri interrumpuntur. Et Ariſtoteles dicebat, Tempore quo dormimus, etiamſi ſimus felices, non diſtamus à miſeris. Reuocemus in mentem dictum Pauli: Qui comedit, Domino comedit, qui non comedit, Domino non comedit, &c. Siue ergo viuimus, ſiue moriamur, Domini

An pœnitentia ſit virtus.

An ſimul dolere & gaudere poſſimus.

sumus. Sic dicere possumus, Qui dormit Domino dormit. Et Paulus dicebat, Siue editis, bibitis, siue aliud facitis, in gloriam Dei facite. Sic de somno possumus dicere: paretur enim Domino, qui sic constituit naturâ nostram. Si hoc obseruamus, non peccamus. In summa omnia opera sanctorũ sunt pœnitentia, semper enim à malo receditur, quia sunt renouationes quædam, & nouæ obedientiæ Dei, ad parendum Deo, & si non sint, debent esse. Et pro ista conuersione, semper sancti orant, Erraui sicut ouis quæ perijt, quære seruum tuum. Remittas nobis debita nostra, Deus propitius esto mihi peccatori. Et similia. Ista sunt vota sanctorum in omnibus actionibus suis, de perpetua renouatione. Igitur virtus illa ociosa relinquatur Philosophis, & Sophistis Theologis: nos verò nobis sentiamus præceptum vt agamus pœnitentiam.

De partibus pœnitentiæ.

Progrediamur nunc, & de partibus pœnitentiæ videamus. Illi suas fecerunt, Contritionem, Confessionẽ, Satisfactionem: quàm autem verè & benè postea videbimus, & quæ sint veræ partes pœnitentiæ simul indicabimus. Aliqui dixerunt duas, Contritionem, & Fidem. Contritione inquiunt, dolemus de peccatis multis præteritis, ibi quodammodo consternamur & pauemus. Fide autem amplectimur consolationẽ de remissione peccatorum: & hoc dicunt se facere docendi causa. Alij negant fidem esse partem pœnitentiæ. Sed qui contendunt partem esse, hanc præsertim afferunt causam: quod in pœnitentia maximè agatur de condonatione peccatorum: illa autem maximè constat fide. Itaque si non semper adhibuerimus fidem, non potest constare pœnitentia. Alij dicunt hoc non esse bonum argumentum. Pœnitentia sine fide est inutilis, ergo fides est pars pœnitentiæ: alioqui esset pars Cœnæ Domini & Baptismi: hoc nemo dixerit. Cur ergo magis ponitur pars pœnitentiæ? Deinde aiunt: Sacræ literæ cùm meminerunt pœnitentię & fidei, tanquam de duabus rebus distinctis loquuntur. Christus dicit, Pœnitentiam agite, & credite Euangelio. Paulus Act. 20. dicebat, se prædicasse Ephesijs pœnitentiam in Deum, & fidem in Christum Iesum. Hæc duo ponebat tanquam distincta. Ego considerata vtraque parte dicerem fidem non esse partem pœnitentiæ, sed esse coniunctam. Videmus in homine animum & corpus esse coniuncta, attamen corpus non est pars animæ, nec contra anima pars corporis. Ita de fide & pœnitentia est dicendum. Idem videmus in Sole: ibi est figura corporis rotunda & globosa, est lux & splendor: tamen coniuncta cùm sint, neq; figura est lucis, neq; lux pars figuræ. Sic fides & pœnitentia coniunctæ sunt in sanctis, non tamen vna est pars alterius. Fides, Spes, Charitas, tres virtutes sunt semper coniunctæ: vna tamen istarum virtutum non est pars alterius virtutis, sed sunt distinctæ. Quomodo igitur coniungetur fides cùm pœnitentia? Est tanquam illius principium, quemadmodum dixi, & oportet vt præluceat menti pœnitentis. Cùm autem mens amplexa fuerit bonitatem Dei, & remissionem peccatorum per Christum, tùm sequitur renouatio, vt deponamus veterem vitam & assumamus nouam. Fides ergo non est pars, sed inchoatio quædam pœnitentiæ. Pœnitentia verò consequens vt effectum adiunctum.

An fides sit pars pœnitentiæ.

Fides est cõiuncta pœnitẽtiæ.

Quomodo fides coniungatur pœnitentiæ.

Veræ partes pœnitentiæ.

Meo iudicio duæ erunt pœnitentiæ partes. Vna, recessus à malo, altera accessus ad bonum. Et hoc rectè dicitur. Nam cùm pœnitentia constituta sit mutatio, & cùm omnis mutatio constet duobus terminis, à quo & ad quem, sequitur etiam pœnitentiam hos terminos habere. Et certè lex ista est contrariorum, vt cùm amouetur vnum, succedat alterum. Amouetur prauitas, oportet vt succedat sanctitas. Et sacræ literæ isto ordine recensent. Dicit Isaias cap. 1. Lauamini, mundi estote, remouete malum manuum vestrarum ab oculis meis. Quiescite agere peruersè discite benè facere. Et in Psal. Recede à malo & fac bonum. Paulus Apostolus de ijsdem testatur partibus, & semper vult vt abijciamus veterem hominem, & induamus nouum. Renouamini, inquit, spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui conditus est secundum Deum in iustitia & sanctitate veritatis. Ad Ephes. 4. Fides ergò semper coniuncta est: alioqui esset inutilis.

De contritione.

Nunc essent excutiendæ illæ tres Papisticæ partes, Contritio, Confessio, & Satisfactio. Quod ad contritionem attinet, ita tractari solet à Scholasticis, vt dicant, dolorem esse voluntate susceptum propter peccata. Et reuera si quis consideret hanc partem diligentiùs, videbit esse ipsam totam pœnitentiam, cuius initium est fides. Sed illi longè aliter agunt. Nomen videntur accepisse ex diuinis literis. In Psal. 51. Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum, Psal. 147. Qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. Isaiæ 66. dicit Deus se respecturum esse super humilem, & contritum spiritum. Metaphoram esse agnoscunt, & dicunt hominem alienum à Deo rigidum esse, & obstinatum quodammodo in suo proposito: vt sequatur salus oportere cor eius quodammodo frangi. Et hoc facere contritionem aiunt. Sed quia faciunt partem Sacramenti, adijciunt oportere ibi propositum esse & confitendi & satisfaciendi. Quàm verè, postea dicetur. Distinxerunt hîc inter Attritionem & contritionem, perstantes in eadem Metaphora. Quædam enim res duræ ita franguntur, vt in maiores partes terantur: quædam, vt in puluerem redigantur.

Contritionis & attritionis discrimen.

Perfectiorem

Perfectiorem hanc dixerunt Contritionem: alteram attritionem. Aug. in Psal. 146. hanc rem attingit. Ille, inquit, dicitur conteri, qui punit seipsum de culpa admissa, & iudicium seuerissimum aduersum se exercet. In quo autem consistat hæc contritio declarat: Cùm animaduertimus legem in membris nostris repugnantem legi Dei, & captiuos abducentem nos in legem peccatorum, siue illi assentiamur, siue blandiamur, oportet clamare cùm Apostolo, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? &c. Qui sic clamat, se quodammodo conterit. Et similitudinem accipit à medicis, qui si membra offerantur distorta & deprauata, illi vt emendent franguut, iterũ quodammodo luxant, & faciunt nouum vulnus, vt distorta illa membra corrigantur & sanentur. Nos, inquit, sumus praui cordi, sumus torti cordi, nihil ferè probare possumus, quod Deus probat. Mandata eius non placent nobis, de illo conquerimur. Ideò non est aliud remedium, quàm vt ista praua corda conterantur. Et nihil aliud significat vestra tonsio pectorum, non quòd ossa peccauerint, sed vos. Deus alligat contritiones vestras. Cùm homines ita se habent, oportet vt flectant oculos ad verbum Dei, & promissiones alligatas Sacramentis & obsignatas: at tunc perfecta redditur sanitas. Hæc August. Hæc omnia eius dicta benè habent, sed Scholastici res inuertunt. Aliqui eorum dicunt contritionem esse actum charitatis, quo detestamur peccata propter Deum. Sed dicere potius potuissent, motum animi nostri esse ex fide, quo desideramus iustitiam & detestamur peccata. Sed illi totum volunt tribuere charitati, quasi iustificemur ex operibus aut meritis nostris. Volunt enim esse meritum quoddam & dispositionem & iustificationem siue condonationem peccatorum, quasi per ista mereantur homines iustificationem, & condonari sibi peccata. Et adeò distinguunt istam contritionem à iustificatione, vt Caietanus Cardinalis dixerit: etiam cùm sufficiens fuerit ista contritio, & adfuerit auxilium Dei speciale, attamen condonatio peccatorum non illicò datur: expectat Deus tempus, prout visum est ei. Et dum hæc dicit, aufert omnem certitudinem salutis & iustificationis. Facito enim aliquem contritum esse quantum potest: adhuc non est iustificatio & condonatio peccatorũ. Scripturæ sanctæ secus nos docent. Ezechiel dicit, Quacunq; hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor amplius. Sed hoc intelligendum est fide apprehendente: alioqui nihil ad rem facit ille gemitus.

Scholasticorũ sententia de contritione confutatur.

Aiunt, si quis vehementer doleat de peccato suo, sed tantummodo propter pœnam, quam sibi timet irrogandam, iste non contritus, sed attritus. Ego hanc nec contritionem, nec attritionem dicerem, sed peccatum: quia non est ex fide. Nam si ex fide esset, in Deum dirigeretur. Quicquid enim non est ex fide, peccatum est. Quid isti quærunt suis dispositionibus (nam sic appellant) nisi vt statuant hominem puris suis naturalibus viribus & facultatibus, aliquid posse facere, quod prouocet Deum ad se iustificandum? Hoc alienissimum est à veritate: homines enim vt sunt eorum vires obcæcatæ, nihil possunt facere, nisi quod prouocet Deum ad indurandũ nos & condemnandum. Sed dices, Eo statu prouocabimus ad peccandum: quia prædicamus pœnitentiam impijs. Infirma est ratio. Cùm prædicamus pœnitentiam nomine Dei, illam requirimus ex fide, non ex naturalibus tantùm nudis & puris viribus. Pœnitentia sana probatur Deo: illa verò quam isti fingunt, non potest nisi inflare homines, & implere quadam fiducia sui admodum impia. De illis possumus dicere, quòd ignorantes iustitiam Dei, &c. Fortasse aliqui eorum zelum Dei habent: verùm non secundum scientiam. Si ergò sic accipiatur attritio, quæ non sit ex fide, dico & affirmo peccatum esse. Durum videtur, at multis testimonijs diuinarum literarum potest probari. Christus dicebat. Arborem malam non posse facere fructum bonum. Malæ sunt arbores, cùm non habent fidem, nec sunt regenerati: ideoq; fructum bonum facere non possunt. Dicit idem hominem ex thesauro bono proferre bona, ex malo mala. Et: Si oculus tuus tenebrosus fuerit, tenebræ quantæ erunt? In ijs autem qui adhuc non sunt iustificati & regenerati, omnia tenebrosa sunt. Item: Mundus me odit, quia testimonium perhibeo ei, quòd opera eius mala sint. Qui extra Christum sunt, mundi sunt, & opera eorum mala. Paulus de seipso dicebat, Scio quòd non habitet in me, id est carne mea bonum. Quod natum est ex carne caro est. Illi cùm non sint renati, nihil superest nisi vt dicantur caro. Et Deus in Genesi inquit, Non rixabitur spiritus meus cum homine, quia caro est. 6. cap. Figmentum cordis hominum, malum tantummodo est. Et in 8. additur, à pueritia & à prima ætate. Et ad Rom. sensum siue prudentiam carnis inimicitias esse aduersus Deum. Et ad Timoth. dicuntur huiusmodi homines capti teneri ad voluntatem Satanæ. In epist. ad Roma. dicuntur venundati sub peccatum. Ad Ephes. 2. tales homines describuntur, qui sint sine Christo, alieni à Repub. Dei, sine spe in mundo, & sine Deo, peregrini à testamentis promissionis. Et ad Ephes. 4. cap. dicuntur ambulare isti in vanitate animi, in tenebris cordis, &c. & tamen istas contritiones, & attritiones eius generis volunt placere Deo. Epistola ad Hebræos dicit, Impossibile esse absq; fide placere Deo. Ad Ephes. mortui in peccatis dicimur. Quid

Dolere tantùm propter pœnã attritio dicitur.

Attritio hæc absq; fide est peccatum.

mortui conferunt ad suam regenerationem, vt iterum viuant? Sunt filij iræ. Et omnè quòd non est ex fide, peccatum est, vt apertissimè testatus est Apostolus. Hæc volo satis esse ad ostendendum istam attritionem peccatum esse.

Scoti sententia de attritione.

Progreditur idem Scotus in 4. Sentent. dist. 14. q. 2. & dicit quandoq; hominem ex puris naturalibus addita tantùm communi influentia Dei, posse pœnitentiam agere suorum peccatorum, & detestari peccatum, considerando quatenus sit contra legem Dei, quatenus impediat suam salutem, & quatenus iusligat supplicium & pœnam æternæ damnationis. Istam appellat attritionem, cui si addatur gratia Dei mouens, quæ eliciat hunc actum, addit fieri contritionem, & haberi remissionem peccatorum & iustificationem. An autem statim vel cum aliqua dilatione detur illa gratia, non consentiunt omnes. Et ita tota res incerta redditur: primùm quoad tempus: quia nesciunt homines quando recipiendi sint in gratiam: deinde causa requisitæ diligentiæ: quia nesciunt an verè sint contriti: voluntque hominem verè contritum odisse peccatum, supra omnem rem odiosam & detestabilem. Attritum faciunt odisse, sed nõ tanto excessu, non vltra omnem rem odiosam & detestabilem. Et distinctionem ponunt inter hæc duo: nõ ex vehementia doloris: nam quandoq; fieri potest, vt quis magis doleat de proprio peccato quàm quòd Deũ offenderit. Sed distinctio est attendenda ex iustissima ratione. Propterea distinguunt, vt motus ille fiat per gratiam & propter Deum. Deinde vt adsit propositum non peccandi, etiamsi offerantur omnia commoda mundi. Hoc non habet ille, qui dolet tantummodo pœnarum ergò. Nam si proponatur peccatum tantùm & auferatur pœna, remotis pœnis diliget suas voluptates. Multa certè dicunt absurda. Nam ponunt charitatem ante iustificationem & remissionem peccatorũ. Volens Christus ostendere mulierem peccatricem consecutam esse remissionem peccatorum, à consequentibus id facit: remissa sunt illi peccata, quia multum dilexit. Illi inuertunt & faciunt antecedens: multũ dilexit: idcirco condonata sunt illi peccata. Sed quidnam iudicant de attritione illa, quam descripserunt, & fit propter pœnas tantùm & naturæ impulsu? Aiunt bonam esse, quòd sit via ad iustificationem: modò absit illa exceptio actu qua dicunt: nisi propositæ essent pœnæ, ego peccarem.

Absurda huius sententiæ.

Nominalium sententia de hac re.

Sunt & inter eos aliqui, qui Nominales dicuntur, qui senserunt non exigi necessariò in contritione propositum non peccandi. Et dicere audent, talis propositi in sacris literis non esse mentionem. Atqui nõmen pœnitentiæ debuit eos monere: nam quid est pœnitentia, nisi mutatio mentis, qua à malo ad bonum procedimus, quantũ patitur humana infirmitas? & oportet vt ibi sit desiderium iustitiæ. Ezechiel ait: Si pœnitentiam egerit iniquitatem suarum, & seruet mandata mea. Et Christus petebat ab illis quos sanauerat, ne amplius peccarent. Quare hallucinantur isti. Et ipsa detestatio peccati non debet tantummodo respicere tempus præsens & præteritum, sed etiam futurum. Excludendi ergo sunt. Quidam eorum dicunt, fieri posse vt sit attritio ex viribus naturalibus cum communi influentia Dei, vt homo doleat se peccasse propter Deum. Probant, quoniam si possum dolere me offendisse amicum quendam, quare non licet etiam humanis actionibus id concedere, vt doleant naturaliter homines, quòd Deum offenderint: cuius bonitatem in creatione, & multis eius beneficijs potuerunt agnoscere? Quamobrem isti discrimen ponunt inter Contritionem & Attritionem: non ex obiecto, quòd vnus pœnitentiam agat propter Deum, & alter propter metum pœnæ, sed à causa efficienti, quòd tunc velint esse Contritionem, quando gratia Dei eam elicit. Vnam desumunt à naturalibus facultatibus, alteram à gratia quæ præueniat. Quid igitur fieri volunt, cùm quispiam attritus est? Accedat ad Sacramentum Pœnitentiæ & tunc imperfectio illa Attritionis tolletur, & placebit Deo vi clauium, cùm tamen ille putauerit se contritum, & adhibuisse omnem diligentiam, alioquin nihil ei prodesse poterit absolutio. Sed quorsum tam sunt subtiles? Qui dolet de peccatis vix discernere aliquando potest, an propter Deum, an propter pœnas faciat. Qui audit illa quomodo cognoscet? ex attrito fit cõtritus dicunt, vi clauium: quando? si omnem diligentiam adhibeat: quomodo hoc intelliget? Imò nunquam adhibebit illam diligentiam, tanta est virium nostrarum infirmitas. Quin & ipsi Nominales dicunt: qui omnem adhibuit diligentiam accipiet condonationem peccatorum, etiam antequam eat ad confessionem, alioqui in desperationem adigi, si non habeat copiam sacrificij. Si dicerent cõtritionem ipsam esse pœnitentiam, si ex fide oritur, rectè dicerent: illas eorum attritiones quæ fiant humanis viribus, quæ non fuerunt aliud quàm pœnitentia Caini, Saulis, Iudæ, tantùm abest vt probemus, vt dicamus nihil aliud esse quàm dubitationem de remissione peccatorum. Promissiones Dei irritas faciunt, ad opera nos vocant: Paulus verò ad gratiam sine operibus. Qui sibi ista persuadere non potest, Deum mendacem facit. Tertul in lib. de pœnitentia dicit, Deum iurasse & iuranti credendum esse, cui iniurato credere debebamus. Quia pœnitentia non interponitur vt precium vnde iustificationem emamus: & vt diximus, cum agitur de pœnitentia, illam intelligere debemus

bemus quam Christus in nobis excitat, qua scinduntur corda, non vestimenta, vt Ioel dicit, quæ veros dolores habeat. Dubitant quidam an sancti in cœlis habeant secum pœnitentiam: quia ibi non sunt lachrymę, non dolores: in Apocal. dicitur Deus lachrymam abstergere ab oculis suorum. Integra pœnitentia locum in eis non habet, voluntate quidem detestantur peccata, nobis autem in hac vita cum dolore pœnitentis datur. Hæc de prima parte. *An sancti in cœlis habeant secum pœnitentiam.*

Adijciunt Confessionẽ: sed nomen æquiuocum est, oportet ergo in sua significata distribuere. Confiteri est aliqua agnoscere beneficia Dei, & prædicare: sancti se mutuum hortantur ad hanc confessionem. Alia est confessio peccatorum, & ea quoq; multiplex, vna ciuilis, qua rei coràm iudicibus confitentur quæ admiserunt: hæc est opus iustitiæ: Iosue ad Achan dicebat, Da gloriam Deo. Est alia confessio, quæ fit in animo coràm Deo, cùm agnoscimus nos peccasse: ista valdè est necessaria. Psal. 32. Peccatum meum cognitum tibi feci, Confitebor iniustitiam meam aduersum me. Psalmo 51. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Dan. 9. cap. Peccauimus, inique egimus. 1. Ioan. 1. Si confiteamur peccata nostra, Deus fidelis est vt remittat. In Ecclesia veteri Leuit. 16. Confessionem istam coràm Ecclesia in festo Purificationis Deus voluit fieri à sacerdote: manum imponeb at super hirco, & confitebatur peccata populi. Esdras & Nehemias tales faciebant confessiones pro populo. Nos dicimus, Remitte nobis debita nostra: confitemur nos debitores esse coràm Deo. Ista confessio comprehenditur in contritione: non enim possumus inuocare Deum, nisi nos miseros agnoscamus. Est alia confessio, quæ fit coràm homininibus: vt cùm quis meminit se læsisse alterum, fatetur se peccasse, nimirum ad illum placandum: hoc nobis commendauit Seruator noster Matth. 5. Est etiam quædam confessio peccati enormis, & publici quòd offenderit totam Ecclesiam: vt in hæresi cùm publicè eam damnant. Confitentur aliqui sua peccata amicis, viris doctis, vt consilium & consolationem habeant. *De cõfessione. Confessio laudis. Confessio peccatorũ coràm Deo. Confessio peccatorũ ciuilis. Confessio peccatorum coràm hominibus.*

Est ad extremũ confessio Papistica, de qua illi contendunt: vt necessariũ sit ad salutem, omnia peccata recensere sacrificio, statuunt iuris diuini esse. Canonistę ius dicunt, Ab Episcopis constitutum: aliqui media ratione putant se litem dirimere, vt peccata cõfiteri ministris ius diuinũ sit: sed formam & tempus constitutione Episcopali adiecta esse. Rationes audiamus quibus mouentur, vt statuant confessionem auricularem ius diuinum esse. Christus leprosos misit ad sacerdotes, vt iudicent de lepra, ergo qui lepra spirituali contaminati sunt, ire debent ad sacerdotes. De Lazaro excitato legitur quòd fascijs ligatus fuerit, Christus iubet eum soluere: sic qui excitantur à morte peccati, sunt soluendi. Qui ad Ioannem Baptistam veniebant, confitebantur peccata sua. Acto. 19. Epheſi erant multi qui credebant, illos non tantùm pœnituit, sed annunciarunt peccata sua: afferebant libros superstitiosos. Iacobi 5. Confitemini alterutrum peccata vestra. Dicunt, claues datas ministris, vt quicquid soluant sit solutum: sed quomodo soluere possunt si scelera ignorant? Prouerbiorum 27. præcipitur, agnoscendo agnoscas vultum pecoris tui: sed quomodo nota erit facies pecoris pastori, nisi omnia eorum facta examinet? Postremò est in Ecclesia res non recens, diu viguit, non ergo credendum esse humanum inuentum. Hæ sunt propemodum firmiores eorum rationes, sed inualidę sunt. Nam qui se opponunt, aiunt & verè: Istius auricularis confessionis deprehenduntur initia, & omnino videntur humana esse. In Decret. in titulo de Remissione peccatorum & pœnitentia, cap. Omnis vtriusq; sexus: lex fuit Innocentij III. quæ statuit, vt tàm mares quàm fœminæ si venerint ad annos discretionis, confiteantur omnia peccata sua, idq; vel semel in anno, & adijcit, sacerdoti suo: deinde satisfactionem susciplant: quod si secus egerint, arceantur ab ecclesia, denegetur eis sepultura. Deinde ostendunt ex Sozomeno lib. 6. cap. 16. initium fuisse ex constitutione Episcoporum, præsertim Occidentalium, & adijciunt per Nectarium sublatam: hęc indicia sunt inuentionis humanæ. Addunt nullum præceptum extare in sacris literis. Nam condonatio peccatorum non est iudicium ministrorũ ecclesiæ, sed tantùm exequntio beneficij Dei. Facere suum officium possunt sine agnitione singularium peccatorum istius aut illius: mandatum habent peccata remittendi, sed non cognoscendi. Alioqui totum negotium salutis incertum redderetur, nemo de plena confessione certus esset. Christus omne iudicium sibi datum dicit, cur ergo singularia facta iudicare volunt? vt constituant certos annos, & pœnas pro singulis peccatis: pro peccato mortali septem annos. Tanti faciunt sua decreta, vt pro illis violatis homines ab ecclesia eijciant, & per consequens ab æterna salute. Apud Isaiam dicit Deus, Ego sum, & non alius præter me, qui condono peccata. Cùm ergo ista res adeò sit inuoluta, & tyrannis quædam, non est liberum eam vsurpare à talibus: putant enim quidam se non malè facere si se subijciant huiusmodi tyrannidi. *Papistica confessio. An hæc confessio sit iuris diuini. Confessionem hanc esse humanum inuentũ. Nihil de hac præcipitur in scripturis.*

Quòd attinet ad argumentum eorum de leprosis, dicimus infirmissimum esse: & mirum videtur quomodo hodiè ad se non pertrahant externæ lepræ cognitionem, cùm veteres sacerdotes *Confutantur argumenta aduersariorum.*

eam iussu Dei exercuerint. At dicunt allegoriam esse, peccatum animi lepram dici. At argumentum allegoricum firmũ non est. In allegorijs quisq; ludit vt sibi visum fuerit. Sed agnoscant translatum sacerdotium in Christum: is nunc est noster pontifex: illi igitur confiteamur peccatum. Ea fuit actio quædam ciuilis illorum temporum: non astringit nos ista state. Christus misit illos ad sacerdotes: qui tum temporis lex Mosaica vigebat: nolebat Christus malè audire, quasi auferret eam suis miraculis. Multò minus efficiunt altero loco ex historia Lazari. Christus excitauit eum à mortuis, iussit soluere fascias sepulchrales, quos astantes: ergo confitendum esset alijs omnibus, non tantùm sacrificis. Christus excitat Lazarũ, illi igitur confiteamur peccata. Solui voluit, ne fœtum fieri putarent: voluit aperto vultu ipsum agnosci. Veniebant ad Ioannem Baptistam, confitentes peccata sua: non mirum, quia baptismus est externum symbolum pœnitentiæ: immerguntur homines & emergunt in baptismo, vetus homo deponitur, nouus assumitur. Confitebantur se peccasse: at publica fuit confessio non auricularis. Cùm sermo sit de confessione ante baptismum: quid ad auricularem confessionem? Papistæ enim non sentiunt confitendum esse ante baptismum, impertinens igitur est locus. In Actis veniebant Ephesij, annuntiabant facta sua, quemodo decepti essent à satana, attulerunt libros superstitiosos vt comburerentur. Testatio fuit publica, quid ad confessionem auricularem? Iacobus dicit: Cõfitemini inuicem peccata, & orate pro vobis mutuò vt seruemini. Duo voluit, primùm vt homines suas infirmitates effunderent in sinum alicuius viri boni, quo consolationem acciperent, consilium & auxilium precum. Deindè si quis læsisset alterum, mutuum sibi condonarent, agnoscentes suam infirmitatem, non se iustificarent. Sic Christus docet Matthæi quinto cap. si offendisset totam ecclesiam similiter erat faciendum. Si Iacobus de auriculari confessione loqueretur, sacrificos etiam laicis confiteri oporteret. De clauibus: Quæ ligaueritis super terrã, erunt ligata etiam in cœlis: possemus dicere, vt ipsi prius de clauibus illis conueniant, postea nobiscũ disputent. De clauibus enim quisq; fingit quod vult: aliqui ponunt esse claues scientiæ, alij potestatis, alij iurisdictionis. Nobis verò aliud nõ sunt quàm prædicatio Euangelij, qua ministri promittunt resipiscentibus condonationem peccatorum. Quid dicent, qui fatentur plerosque ex ministris indoctos esse, qui rectè vti nesciant clauibus? Quid agent, qui se ad eos conferunt, & dubitant an benè vtantur clauibus scientiæ? Prouerbior. 27. Agnoscendo agnoscas vultum pecoris tui, &c. Præceptum hoc est salubre, quod docet, vt homines recta ratione œconomiæ curent sua bona: si Deus dedit opes, non sinant perire, vtantur suis rebus, abstineant alienis. Et cùm hæc temporaria bona nobis concessa adeò fluxa sint, & corona, id est gloria operum non semper duret, opus habet aliqua cura & diligentia. Illi ad sacrificos transferunt, vt cognoscant faciem gregis sui, hoc est omnia facta eorum examinent per clanculatias confessiones. Quomodo hæc obseruantur? Episcopi nullas ferè audiunt confessiones, relegant ad fratres Mendicantes: illi interea volunt esse pastores, & fruuntur opibus. Cõfessiones nõ audiunt, imò conducunt vilissimos homines pro frusto panis, vt illi audiant. Malè ergo interpretantur. Deinde iuxta suam interpretationem non seruant. Prouerb. 28. habetur: Qui abscondit scelera sua, non dirigetur in terra: qui aũt confitetur & recedit, is misericordiam consequetur. Iuxta horum interpretationem in veteri Testamento fuisset illa confessio. Nam si ex illis locis probare volunt, oportuit fuisse. Loquitur autem de confessione, qua confitemur coram Deo peccata, & veniam petimus. Id illic promittitur.

Confessionis antiquitas refutatur.

Dicebant fuisse confessionis perpetuum vsum in Ecclesia, inde concludebant à Christo dimanasse, hoc falsum est. Antiquitus species confessionis fuit in Ecclesia, sed hominum facinorosorum erat exomologesis, nihil huc pertinebat. Potuissent Episcopi sine illa pœnitentes recipere & admittere in Ecclesiam: tamen non faciebant propter præscriptas cautiones, ne fallerentur. Videbatur illis indignum, qui iam crassè peccasset, reciperetur. Verebantur ne Ecclesia malè audiret. Probat hoc prius commemorata historia Sozomeni, quam nunc melius explicabo. Dicit fuisse ex constitutione episcoporum præsertim Occidentalium, & maximè Romanorum: nõn quidem Nouatianorum episcoporum, qui post baptismum lapsis pœnitentiam non dabant. Continebat autem, vt vnus constitueretur in Ecclesia presbiter pœnitentialis. Isti verò dicunt conferri hoc omnibus sacrificis, cùm inaugurantur ab Episcopis. Vnicus ille audiebat accedentes, agnoscendo peccata orabat pro eis: certa tempora precum & ieiuniorum imponebat. Cæterum dum quædam matrona nobilis sub istis pœnitentialibus versaretur in Ecclesia Constantinopoli, constuprata est à diacono. Illa res plebem vehementer commouit. Nectarius itaq; confessionem illam sustulit, habita graui deliberatione, putabat se hoc posse facere: omnes episcopi, qui erant in illa ecclesia, consenserunt. Nectarius propter istam causam nõ habitus est hæreticus, nec depositus ab officio. Apparet igitur eam non semper fuisse in ecclesijs, nec ab omnibus receptam. Si Nectarius parum

autho-

authoritatis videatur, qui tamen maximæ fuit, audiatur Chrysostomus successor eius, qui eius sententiam etiam probauit. In Psalmo 51. scribit homilia 2. Se non requirere vt dicamus peccata cuipiam homini, sed Deo in cordibus nostris. Et de incomprehensibili diuina essentia contra Anomæos, homilia 5. iubet vt confiteantur Deo peccata sua: in epist. ad Hebræos & ferè semper hoc repetit. Quòd si Nectarius confessionem sustulit propter stuprum vnum admissum quod publicatum fuit, quid fieri debet hodiè quando fomentum est lenocinij? Sed ne videantur soli Græci sapuisse, audiamus Latinorum scripta. Leo papa quemadmodum recitat Magister Sentent. distinct. 17. & habetur de Pœnitent. in Decretis distinct. 1. cap. Quamuis, cùm esset antiquitus confessio illa publica, vidit rem esse periculosam: nam ait, Multa sunt quæ non expedit sic publicè dici, nec homines facilè dicunt propter inimicos, ne exprobrent, & ne ad tribunalia rapiantur. Ideo istum improbabilem morem, publicam pœnitentiam, remouet, satis sit vt accedat sacerdotem, qui oret pro illis, & clàm dicat. Vides igitur eum clancularian instituere confessionem loco illius publicæ. Ambrosius citatur in distinct. 1. de Pœnitentia cap. Petrus: & habetur lib. 10. cap. 22. super Lucam. Petrus inquit fleuit & doluit quia errauit vt homo. Non inuenio quid dixerit, inuenio quòd fleuerit. Ostendit remissionem peccatorum habere non ex confessione externa. Magist. Sentent. in 17. dist. dicit Ambrosium dixisse, se non legisse, sed non ideo confici, Petrum non confessum esse. At Ambrosius multum fidei & contritioni tribuere voluit. Addit Magister Sentent. fortasse tunc non erat instituta pœnitentia, & tamen iam dixerat Christus se daturum claues, &c. Si locus ille conficit necessitatem confessionis, iam erat instituta. Idem Magister Sentent nec non decreta de Pœnitentia distinct. 1. in cap. Porrò in initio, Prosperum in libro 2. cap. 7. de vita Contemplatiua adducunt, qui rem faciat liberam. Ioannes ille glossator Decretorum ab initio primæ distinctionis de pœnitentia ventilat quæstionem an confessio ex iure diuino sit, an hominum inuentum. Et dicit Ecclesiasticam traditionem esse: addit Græcos non admisisse decretum huiusmodi. Scotus autem in eum inuehit, & vult iuris diuini esse. De Græcis ait incertum esse confiteantur necne: si non faciant degenerare vt in alijs.

Concluditur ergo peccata Deo ipsi dicenda, non vt illum moneamus, nouit enim corda nostra, sed vt nosipsos cognoscamus, nostramq; videamus miseriam, qua animaduersa vehementius gratiam diuinam imploremus. Dicit Paulus, Probet se homo, non dicit, probetur ab alijs: quòd si nos iudicaremus, non dijudicaremur. Est & praxis quædam ex historijs colligenda & spectanda. Fuit monachatus à tempore quo cœperunt vexationes ecclesiæ, admodum in vsu: quod necessitas fecit in vsu, cœpit postea placere, vt pios se crederent, si in solitudinibus viuerent. Reperti sunt qui per septendecim, quindecim, viginti annos soli vixerunt vt neminem viderint, vbi confitebantur illi peccata? Prima igitur ecclesia non nouit illam confessionem clancularian. Omnes adstringunt suo decreto, quid ergo facient cùm homine muto? Confessiones ex scripto non recipient. Dicent nutibus aget: intelliget ne hoc sacrificus? quomodo circumstantias exquiret? Facito peregrina lingua aliquem loqui: dicent, aget per interpretem: quasi verò interpretibus etiam quis sua patefacere velit. Cùm volunt peccata omnia hominem confiteri, inepti sunt, delicta enim quis intelligit? Ieremias, Prauum est cor hominis & inscrutabile: innumera latitant in corde. Aiunt oportet facere quod in se est: at nunquam certus est, se requisitam adhibuisse diligentiam. Dicunt, aget de negligentia pœnitentiam, at quî sciet? Aut conijcient homines in desperationem, aut facient hypocritas, vt si credant se præstitisse, credant quod non præstiterunt. Quin potius doceant & agant coràm Deo vt ille publicanus Lucæ 18. cap. Nos scimus rationem remittendi peccata. Eadem est ratio omnium hominum, non oportet alias formas confingere, agnoscamus nos peccasse. Christus dicebat, Fides tua te saluum fecit: non requirit confessionem. Dicunt homines per confessionem retineri à scelcribus: sed si magis pudeat nos coràm sacrificio quàm Deo, non est probandum. Summus pudor, si in nobis sit mica fidei, oritur ex cogitatione præsentiæ Dei. Sunt multi qui contemnere sacrificum possunt. Verus pudor est, si Deum admittimus in cor nostrum. Dicunt, oportet audiatur confessio, quoniam est præceptum Dei. Ostendite, proferte vbi est? Oportet inquiunt vt sit confessio, quia homines non sunt certi de sua contritione. At de confessione tàm dubij erunt quàm de contritione: dubitationi vni mederi volunt per aliam. Nemo dicunt potest iudicare de sua causa: hîc non est iudicium, quando per verbum Dei fit remissio: ministri tantùm exequutionem habent alieni beneficij. Deus non respondet, inquiunt, an velit remittere peccata, per sacerdotes oportet respondeat. Respondet per oracula sacrarum literarum. Addendum est aliud vitium: habent casus reseruatos, ita vt non possit quilibet à quolibet de quauis re absolui: papa multa vult à se tractari, non relaxari ab alijs. 17. Distinctione, capite Huic sedi. Episcopi multos casus sibi reseruarunt. Extra. de Sententia excommuni-

Peccata Deo confitenda.

Veteres monachi non potuerunt confiteri.

Nõ omnes possunt confiteri.

Non omnia peccata nota sunt.

Obiectiones quædam confutantur.

Casus reseruati.

cationis capite Tua, incendiariorum crimen reseruatur Papæ aut episcopis: ita homicidij 23. quæstione octaua, capite, Pessimam, & in capite, Si membrum. Christus nihil sibi seruauit, iussit Apostolos prædicatione sua soluerent. Sed apud illos omnia comparata sunt ad quæstum. Non tollimus vtilitatem quæ ex confessione esse posset, quæ sit homini docto & pio: nempe vt homines consolationem habeant, & instituantur: modò libera relinquatur. Vnde si confessio eiusmodi quæ sit libera, nec adigat ad enumerationem peccatorum, alicubi retineatur, non schisma propterea facimus, modo non constituant peculiarem cultum Dei. Si quis commodum sibi inde prouenire putet, non debet huiusmodi auxilium detrectare.

Confessionis vtilitas non tollitur.

De satisfactione.

Satisfacere quid sit.

Scholasticorũ sententia de satisfactione.

Nunc missa illa parte, ad satisfactionem veniamus. Multa de illa scribuntur & confinguntur, resecabo quantum possum & brevibus agam. De vocabulo loquamur. Satisfacere apud bonos authores est sese approbare cuipiam officijs. Cicero in prima Epistola familiari. Ego omni officio ac potius pietate erga te, cæteris satisfacio omnibus, mihi ipse nunquam satisfacio. Asconius dicebat, Satisfacio est tantum facio quantum satis est irato ad vindictam. Sed scholastici, de quibus præsertim agimus, aliter loquuti sunt de satisfactione. Magister sententiarum distinctione 15. ex Augustino satisfacere ait esse præcidere causas criminum, & peccatorum, & suggestionibus earum alium non amplius indulgere. Alij dixerunt, esse recompensationem illatæ iniuriæ ad iustam æqualitatem, quando tantum rependimus, & quantum abstulimus de re aliena. Et volunt vt homines quibusdam operibus tantum rependant, quantum eos pro peccato pati oportuit. Dumque volunt satisfactionem eius generis instituere, primum assumunt condonari quidem culpam hominibus, pœnam etiam quo ad æternitatem, sed tamen supereſſe aliqua ferenda illis vt Deo satisfaciant. Imò aiunt propterea institutam confessionem, quo sacrifici intelligant, quid reponere Deo debeant: rationesque adducunt, Deum quidem magna misericordia ignoscere peccatis hominum, at non absque iustitia. Ac quanquam Christus morte sua rependerit, Christi tamen satisfactionem locum habere Deum nolle, nisi quo ad eos qui cooperentur morti Christi: hoc est, qui quibusdã actionibus pro peccatis vna cùm Christo satisfacere volunt. Testimonia eiusmodi producunt. In Deuteronomio, Iuxta delicti modum, sit etiam modus plagarum. In Apocalypsi, Quantum se glorificauit, & quantum fuit in delitijs, tantum date tormenti. Ioannes, Facite fructus pœnitentiæ. Romanor. sexto capite. Membra vestra sicut exhibuistis seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ. Et maximè confirmari suam sententiam putant verbis Christi, Quicquid ligaueritis in terris, ligatum etiam erit in cœlis, &c. Solutionem enim non modo quo ad peccata, sed etiam quo ad pœnas intelligunt. Hanc autem distributionem pœnarum mandatam volunt sacerdotibus, quicquid statuerint claue non errante firmum habeant.

Argumenta aduersariorũ.

1 2 3 4 5 6 7 8

Remissa culpa manere pœnã.

Pœnam adhuc ferendam manere, remissa culpa, confirmant exemplo Dauidis, qui bis peccauit, remissa ei est culpa, superfuerunt tamen pœnæ ferendæ. Nec dubium Moysi fuisse condonatum peccatum, manſit attamen pœna, vt periret antequam ingrederetur terram Chanaan. Postea litigant inter se, an istæ pœnæ sic impositæ, post confessionem reddi debeant Deo ab innocentibus, vel etiam persolui possint à recidiuis. Scotus affirmat, quia inquit pœnæ tantùm istæ sunt & res temporariæ, siue à digno siue indigno fiant non refert, modo fiant satis est. Alij negant & dicunt, nulla opera Deo satisfacere, posse, nisi grata sint. Opera verò eorum qui sunt in peccatis non placent Deo, ergo non satisfaciunt. Relinquunt rem in medio, in summa tamen consentiunt, hominem posse Deo satisfacere pro peccatis. Distinguunt satisfactionem Christi & nostram: tribuunt illi maiorem perfectionem, fuit enim, dicunt, Deus & homo, & erat vnum suppositum, & ibi diuinitas operabatur per humanitatem. Homines verò non tàm plenè, tamen satisfaciunt ex gratia sibi collata. Concludunt actiones hominum absolutorum mereri de condigno, vt auferantur pœnæ quæ ferendæ fuissent. Christum dicunt pro culpa satisfeciſſe, satisfactiones pro pœnis reſiduis valere. Si rogas, Quî potestis satisfacere, cùm iam actiones vestræ omnes sint obligatæ Christo? Respondent. Deum potuisse hominem obstringere vt omnia facta debita essent, tamen noluisse, sed pro sua bonitate multa libera reliquisse. Nec intelligunt ij cùm Deus mandauit vt eum ex tota anima, ex toto corde, & ex omnibus viribus diligamus, nihil amplius liberum nobis relinqui. Progrediuntur vlterius & aiunt, etiam in illis actionibus mandatis diuina lege, possumus Deo satisfacere pro pœnis. Quia præcepit quidem actiones, at nos Domini sumus actionum, cùm libera voluntate faciamus, libera actione Deo satisfaciamus. Nec pro nobis tantùm, dicunt, sed pro alijs etiam satisfacere possumus, vt in rebus ciuilibus, vnus pro alio potest soluere. Et quo videantur suam sententiam scripturis colorare, afferunt

Qui persoluãt istas pœnas.

Satisfactio Christi et nostra quid differant.

Quomodo actiones nostræ satisfaciant cũ sint obligatæ Christo.

Pro alijs possumus satisfacere.

afferunt locum ad Coloſſenſes, Gaudeo ſuper afflictionibus meis pro vobis, & ſuppleo quod deerat afflictionum Chriſti in carne mea pro corpore ipſius, quod eſt Eccleſia. Inquiunt, Paulus homo erat, & ſuis paſsionibus dicit ſe implere quod deerat. Addunt, Chriſti paſsioni non dicimus quicquam defuiſſe, ſed quia membra Chriſti ſumus, bona quæ facimus Chriſti dicuntur. Hinc orum indulgentiæ habuerunt, dicunt Papam diſpenſatorem eſſe paſsionum Chriſti, & ſanguinis Martyrum ac laborum aliorum ſanctorum. Magnum verò inde quæſtum faciunt: eò enim res perducta eſt, vt communicent alijs etiam opera ſua, qui ſunt in eorum ſocietate: imò dicunt fieri poſſe, vt quis prius pro alio quàm pro ſeipſo ſatisfaciat. At Paulus dicebat ſe ſupplere quæ deeſſent paſsioni Chriſti, quòd oportebat eam prædicari gentibus, hoc Chriſtus per ſeipſum non fecit, erat miniſter circumciſionis: hoc autem non potuit fieri ſine afflictionibus, & Paulus iſtis non triſtabatur, ſed dicit ſe gaudere. Dicunt attamen poſſe fieri quandoque, vt non requiratur ſatisfactio pro iſtis pœnis, verùm liberè condonentur, nempe in Baptiſmo. Quia videbant veterem Eccleſiam venientibus ad Baptiſmum, non imponere confeſsionem publicam. Fabricati ſunt rationem: quia, inquiunt, in Baptiſmo mors Chriſti operatur per ſe, citra noſtrum arbitrium: non autem in pœnitentia. Miror eos hæc audere proferre, quaſi venientes ad Baptiſmum non vltrò veniant, & fidem ſuam volentes profiteantur. Dicunt non opus ibi eſſe diſpoſitionibus, ſatis eſſe ne obex ponatur, hoc eſt, ne peccatum actu nobis placeat. Altero caſu aiunt condonari cùm quis prævenitur martyrio. Opera verò ſatisfactionis permulta faciunt, ſed reuocant ad tria, ieiunium, preces, eleemoſynam. Adhibent interdum humicubationes, peregrinationes. Et ne videantur abſq; ſcripturis agere, adducunt locum ex Daniele, Eleemoſynis redime peccata tua. Ex Luca, Date eleemoſynam & omnia munda erunt vobis. Ioelis 2. Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, in fletu, & planctu. Multa exempla precum adducunt, quibus vſi ſunt Prophetæ.

Indulgentiæ.

Pœnas quandoq; condonari abſq; ſatisfactione.

Opera ſatisfactionis.

Audita iam eorum ſententia, contra eos agendum eſt. Primum ſtatuendum nobis eſt, poſt iuſtificationem, non auferri ab hominibus prauam concupiſcentiam, vitium naturæ & contaminationem, qua impediuntur homines vt opera plena non faciant. Paulus ſentire ſe dicit aliam legem in membris ſuis. Ad Galatas, ita pugnat caro aduerſus ſpiritum, vt nõ quæ vultis ea faciatis. Cùm igitur abſoluta opera non edamus, quomodo ſatisfacient Deo? Chriſtus dicit, Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata: at perfectè ſeruanda ſunt. Sin minus, ex merito iſtorum operum vitam habere non poſſumus. Conſiderent præterea ſi quid boni faciunt, non ex ſe facere, ſed ex Dei gratia, non ergo ſatisfacimus ex noſtro. Si Deus vellet cum hominibus agere rigore iuſtitiæ ſnæ, certè ſi omnes ſanctos qui ſunt in cœlis deturbaret, nullam iniuriam eis faceret: ſed non poteſt quia obligauit ſe ſua promiſsione. Dauid dicebat Deum nos coronare in miſericordia & commiſerationibus, nõ in ſatisfactionibus. Nõ iuſtificabitur dicit idẽ, in cõſpectu tuo vllus viuẽs. Fingamus Deum ſedere pro tribunali. accedat quiſpiam ex iuſtitiarijs, dicet ei Deus, Quid affers quod tibi non dederim? Luc. 17. Cùm feceritis hæc omnia, dicite ſerui inutiles ſumus, quæ debuimus fecimus: eramus obſtricti legibus. Etiam Ariſt. id vidit, dicit enim, Parentibus & Dijs æqua compenſare non poſſumus. Paulus ad Rom. dicit 8. cap. Non ſunt condignæ paſsiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis: iſti tamen iactans interim meritum de condigno. Sed cùm dicimus ſatisfacere, inquiunt, Satis non perfectam ſatisfactionem innuit, ſed aliquam portionem quam poſſumus. Sed quid dicunt? nihil: nam quod damus non eſt noſtrum: nihil poſſumus niſi per gratiam facere. Deinde cadit eorum definitio, recompenſationem eſſe ſecundũ æqualitatem: eſt relatio in hac, non tantùm vires noſtræ ſpectandæ ſunt, ſed res quæ compenſatur. Deinde ſi volunt ſatisfactiones eſſe pro pœnis, librare ſatisfactiones oportet, vt habeant ad pœnas proportionem. Quis autem conſiliarius fuit Deo, vt ſciat quantum punire vnumquodq; peccatum velit? Quid requiſiuit Chriſtus à latrone? Quid mulierculæ peccatrici pœnarum impoſuit? Adulteræ dicebat, Vade, noli amplius peccare. Si Chriſtus ita ſe geſsit, quid illi confingunt nouos modos?

Confutatio aduerſariorum.

Concupiſcentia manet in iuſtificatis.

Ex Dei gratia bona facimus.

Obiectio.

Sed Eccleſia, inquiunt, antiquitus ſatisfactiones habuit. patres de illis agunt. Non inficior: ſed quales fuerunt? Significationes veræ pœnitentiæ: nolebant antiquitus enormes peccatores ſtatim recipere: volebant vt Eccleſia benè audiret. Sed hodie iſtud genus ſatisfactionum eſt abolitum, nec ipſi Papiſtæ rettinent. Imò in ſuis ſatisfactionibus ordinem vetuſtum inuerterunt. Olim priuſquam abſoluerentur, ſatisfactiones iſtæ requirebantur. At iſti prius abſoluunt & recipiunt peccatorem, poſtea volunt vt faciat neſcio quæ. Talis fuit ordo antiquitus in Eccleſia: qui pœnitentes erant manebant ſeorſim, audiebant conciones, intererant precibus, ſed in gradu pœnitentium: cùm veniretur ad Sacramentorum adminiſtrationem, abibant, ſed hæc obſoleta ſunt. Paulus ad Corinth. ſeptimo capite dicit: Ecce iſtud ipſum, quod ſecundum ipſum contri-

Quales eccleſia vetus ſatisfactiones habuerit.

Locus Pauli.

stati fuistis, quantam in vobis genuit solicitudinem, imò satisfactionem, &c. Græcè est ἀπολογίαν, excusatio: quòd Corinthij correpti à Paulo satisfecerint ei, id est, excusârint, & approbarint se ei istis actionibus: nam eiecerunt incestum. Instant & aiunt, opera pœnitentium dici à Patribus satisfacere etiam Deo, non tantùm Ecclesiæ quam offenderunt famosi. Videndum est quomodo hoc intellexerint. Certè Patres non putârunt istis actionibus pœnitentium homines accipere condonationem peccatorum: sciebant hoc vni Christo deberi: sed intellexerunt homines, dum sic ex fide operantur, sese approbare prout possunt Deo. Cùm venium petunt peccatorum præteritorum, quodammodo se purgare & satisfacere. Cùm quis læsit quempiam, satisfacere solet ei, dolendo, interponendo preces, & offerendo sua obsequia: læsus dicit, iam mihi satisfactum est, quamuis iniuriæ illatæ recompensatio facta non sit. Nos verò si agendum sit de vera satisfactione, illam tantùm Christo tribuimus: ille est propitiatio pro peccatis nostris . . nec nostris tantùm, sed totius mundi. Quando autem ille satisfecerit Patri, in pauca contraham. Putârunt aliqui, mortem Christi & obedientiam illam, qua est humanæ naturæ, finitæ esse dignitatis, nec satisfeciisse Patri nisi quatenus acceptam habuit: non volunt concedere si res consideretur per se, fuisse rem æquivalentem: addunt etiam Deum potuisse alijs modis agere, sed eum hunc acceptasse. Altera via est, quæ mihi videtur longè melior, obedientiam Christi & mortem eius, considerandam esse non penes naturam humanam tantùm quia actiones sunt, vt loquuntur, suppositorum, personarum, individuorum. Christi persona etsi duas naturas habet, vna tamen est, ideo actiones illæ sunt Filij Dei, nec considerauda seorsim natura humana: naturam diuinam operatam dicamus per humanam. Sic actiones illæ verè merebantur remissionem peccatorum, & erant condignæ ac æquiualentes. Sed erant debitæ, inquiunt, creatura enim erat Christus, & debebat omnia opera sua. At ipse erat Deus & Patri consubstantialis: habuit plenitudinẽ gratię, sed non emendicatam. Satisfecit ergo, & non tantùm culpam, sed pœnas etiam sustulit. Si pij affliguntur, fit alia de causa, quemadmodum audiemus. Non ergo alias satisfactiones quærere debemus: hæc datur gratis. Isaias, Sine argento, inquit, redimemini.

Quomodo opera pœnitentium Deo satisfaciant.

Quomodo Christus Patri satisfecerit.

Cur Deus operibus nostris multa promittat.

Dicunt, Deus tamen operibus nostris multa promisit. Isaias, Frange esurienti panem, & dabit Deus tibi requiem, &c. Deus agit cum homine more humano, cùm volumus aliquem inuitare ad benè agendum, præmia proponimus. Affertur exemplum: Pater vult filio gratis dare vestem, tamen vt eum ad discendum inuitet, Dabo tibi vestem, inquit, si hæc vel illa memoriter recitare possis. Sic Deus agit, cùm gratis largitur, & opera non sint causæ præmiorum, aut dignitate cum eis conferri possint: non tamen negamus homines benè viuendo, mitigare cruces huius mundi, quia Deo placet illa obedientia. Paulus dicebat, Si nos iudicaremus, non vtique iudicaremur. Iudicare seipsum non est aliud quàm dolere de peccatis admissis, sanctè viuere, mutare vitam. Adhibentur lachrymæ, gemitus, quia sunt effecta veri doloris. Vt ostendant istis operibus multum deberi, afferunt loca scripturæ: Date eleemosynam, & omnia munda erunt vobis. Multi hac sententia vt Augustinus de ciuitate Dei, & in Enchiridio ad Laurentium dicit, abusi sunt, vt putârint si incerent in sordibus peccatorum, seruandos tamen modò eleemosynas dedissent. Christus arguebat scribas & pharisæos quòd immundi essent, & exteriùs splendorem bonorum operum retinerent, & dicit eos non rectè agere: nam catinum & calicem in mensa prius intus, deinde foris munda esse debere. Hortatur eos ad interiorem munditiem: cùm homines repurgati sunt intus, exterius officia charitatis exequuntur, quæ sub nomine eleemosynæ Christus comprehendit, & tunc omnia sunt munda. In Daniele dicitur, Redime peccata tua eleemosynis. Isaias cùm dixisset, Lauamini, mundi estote, adijcit, Tunc contendite mecum in iudicio: Si fuerint peccata vestra vt coccinum, albescent vt nix. Respondemus, bona opera non exigi à Deo nudè, vt sunt externa facta, sed cùm fide vera, tunc si cum fide præstita fuerint, non est mirum si promissio quædam fiat illis, quæ tantùm fide apprehenditur. Quia in illis actionibus, vt ait Augustinus, radicem spectare debemus. Vel peccata, pœnas pro peccatis interpretari possumus, quas Deus in hac vita irrogat: illæ mitigantur. Reuera ista bona opera piorum habent rationem precum. Qui exorare aliquid volunt, mutant vestem, interponunt lachrymas, & cùm hæc fiant in fide, à Deo audiuntur: non quòd tanta operum sit dignitas vt hæc vel illa mereantur. Cyprianus libro primo, epistola tertia ait de lapsis, qui inter pœnitentes continebantur, volebant pacem sibi statim dari, hoc faciunt, ne Christus exoretur precibus & satisfactionibus. Testatur ergo satisfactiones ad preces pertinere, non pœnarum recompensationes esse. Idem Cyprianus contra Demetrianum, cùm hinc, inquit, discessum fuerit, nullus erit pœnitentiæ locus, aut satisfactioni. Cur hoc loco non attendunt Papistæ suum euerti purgatorium? & sanè satisfactiones scholastica purgatorium & indulgentias pessima monstra pepererunt. Affirmant satisfactiones à verbo Dei pendere, præceptas esse, sunt igitur debitæ:

Responsio ad quædam loca scripturarum.

Opera pœnitentiæ habent rationem precum.

quomodo

quomodo postea constare volunt operibus supererogationis liberis? Secum igitur pugnant. Item cùm statuunt eum qui confessus est peccata sua, & testantur sibi displicere, nolle tamen suscipere satisfactionem, absoluendum esse, & remittendum ad purgatorij pœnas: hoc aduersatur patribus, non enim eum absoluissent. Absoluunt præterea impœnitentem, nam qui satisfactiones suscipere non vult, non agit pœnitentiam: satisfactionem enim tertiam eius partem constituunt. Breuiter vehementer secum pugnant. *Aduersarij sibi ipsis & patribus aduersantur.*

Sed fundamentum eorum est, remitti culpam, pœnam retineri. Respondemus, quòd castigentur homines in hac vita, non negandum: pij etiam afflictionibus inuoluuntur: sed Deus condonauit culpam, condonauit & pœnam. Si paternè vult nos corripere, non est pœna: nam pœna ab irato infligitur. Vult his ostendere quantum ei peccata displiceant, vult illos instigare vt doleant, alios vult deterrere, & exercere suos. Sunt etiam testimonia immortalitatis animarum. Nec semper Deus post iustificationem homines affligit, sed quandoq;. Deinde situm est in manu eius ista temperare, lenire, aggranare, non est hoc in manibus sacerdotum. Proinde super satisfactiones intelligerent sanctam vitam, preces, eò quòd essent approbationes & fructus pœnitentiæ, nullum verbum commutaremus: sed quia pœnarum æquales compensationes dicunt, concedere non possumus. De Christo habemus apud Isaiam, quòd Deus omnia peccata nostra in ipsum posuerit, quòd languores nostros tulerit. Oseas. Ero mors tua ô mors. Sustulit mortem igitur & satellites eius. Satisfactionis ergo proprietas cùm Christo tribui debeat, non transferenda est in creaturas & opera hominum. *An remissa culpa pœna retineatur.* *Christo proprie tribuitur satisfactio.*

Durant quidem mortificationes corporis, sed satisfactiones non sunt. Nec ferri debet vt dispensentur à sacrificis, non enim habent ius. Dicunt se clauem non errantem habere, quando non errabit ista clauis? Si Deus hoc eis præcepisset, & imponerent pœnas, constanter retinere debebant. At inuenerunt indulgentias quæ condonant multa de istis pœnis, & pœnitentiæ iniunctæ imminuuntur. Si fuisset purgatorium, eorum erat monere ne peccarent, ne inciderent in illas pœnas, si peccassent vt forti animo propter Christum illa tormenta vellent ferre, quæ Deus voluisset. Sed hoc pacto duas redemptiones habemus, Christus à culpa redemit, homines à pœnis redimunt. Ieiunia non imponunt vt caro frenetur, preces non vt aliquid impetretur à Deo, eleemosynas non vt iuuentur proximi, sed tantùm vt recompensatio fiat pœnarum. Dicũt, habent testimonia quòd sint bonæ actiones, sed non cum istis formulis & numeris, ac peregrinationibus, nec ad id vt recompensent pœnas. Est admirandus ille locus in Decretalibus de Pœnitentia & Remissione peccatorum, cap. Cùm exeo: ex concilio Lateranensi, sub Innocentio III. Iam ponunt indulgentias, & volunt valere pro remissione peccatorum, deinde ad imminuendas iniunctas satisfactiones. Hoc negare cœperant Papistæ, qui scripserunt contra D. Lutherum, dicunt, neminem dixisse, Indulgentias pro peccatis satisfacere: sed pro pœnis tantùm: ibi astringendi sunt, dicitis, neminem dixisse, & Innocentius hoc dicit in ipsa formula. *Sacrifici non habent dispensandi potestatem.* *Dicunt satisfactionem valere pro remissione peccatorum.*

Tandem suis satisfactionibus aliud non agunt, quàm quòd Euangelium & dignitatem Christi obscurant: quin & legem deformant. Ponunt aliqua opera libera indebita, supererogationis quasi lex nou omnes motus hominum astringat. Nos autem in ista mala non incidimus. Etsi ponimus leniri cruces, non ponimus fieri ex operibus indebitis, sed inchoata obedientiæ quæ placet Deo. Quæ dicunt sunt laquei conscientiarum, traditiones hominum, non cultus, [illegible]. Nos minimè negamus sanctos iam iustificatos carnem cohercere: sed id nõ fit impositione hominum, quisque facit prout sentit opus esse. Paulus, Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Clamant nos ocio aperire fenestram, ipsi potius id faciunt: nam vera fides & pœnitentia nunquam sunt ociosæ. Satisfactionem si accipiamus pro sancta vita, dicimus alteram esse partẽ pœnitentiæ. *Legem & Euangelium obscurant hæ satisfactiones.*

Restat vt argumentis aduersariorum respondeamus. Quod dicunt Deum ita condonare culpam, vt tamen velit aliquas infligere pœnas, falsum est. Deus per Christum condonat culpam, & pœnam aufert. Id testatur scriptura. Quacunque hora ingemuerit peccator, peccatorum eius amplius non recordabor: sed si quis vult puoire recordatur eorum. Ezech. Si pœnituerit eos, pœnitebit etiam me mali quod constitueram eis inferre: loquitur de malo pœnæ. Oseas, Ero mors tua ô mors. Si quandoque postea conuersi vexantur, proprie non sunt pœnæ. Dicebant confessionem ad id inuentam, vt sacerdotes librare pœnas possent. Falsum est: facta sunt hæc vt satisfieret ecclesiæ, testarentur se verè pœnitere. Auricularis confessio data est, vt consolationem acciperent, institutionem, auxilium precum, & similia. Mortem Christi, dicunt, quo ad dignitatem satisfeciisse pro omnibus, sed tamen Deum voluisse mortem efficaciam non habere, nisi quo ad eos qui suis pœnitentijs morti Christi cooperantur. Et quia membra eius sumus, bona nostra opera eius esse dicuntur. Sed si eius sunt, nostra nõ sunt, oportet qui verè satisfaciunt, de suo satis- *Responsio ad argumenta aduersariorum.* 1 2 3

faciant. 1. Timoth. 2. de Christo dicitur, qui dedit seipsum redemptionem pro omnibus: non dicit pro collaborantibus: ad Ephes. 1. Coloss. 1. In quo scilicet Christo habemus redemptionem. 1. Corinth. 1. de Christo agitur, qui factus sit pro nobis sapientia, iustitia, sanctificatio & redemptio. Afferebant locum ex Deuteronomio: iuxta delicti modum sit etiam modus plagarum. Ciuilis ea est ratio: iubebat vt cùm quis cædendus esset, quadraginta ictus pateretur. Infrà potuerunt inferre pro delicti modo? Sed si volunt præcepta ciuilia retinere in confessione, cur non etiam statuunt, vt cùm quis furatus fuerit bouem, quinque reddat, si ouem vnam, quatuor? Miror ex Apocalypsi protulisse locum: Quantùm se glorificauit, quantum fuit in delitijs, tantum date tormenti. Hæc in eorum caput recidunt. Ibi agitur de meretrice, cum qua fornicati sunt principes: quantum in delitijs fuit, tantum tormentorum accipiet: non arbitrio sacrificorũ, sed iudicio Dei. Facite fructus pœnitentiæ: amplectimur hanc sententiam: Dicimus præceptum esse Domini, nos ponimus fructus pœnitentiæ. Minus valet illud: Sicut exhibuistis membra vestra arma immunditiæ & iniquitati, &c. Ista sunt officia vitæ nostræ. Hæc facere debemus absoluti per Christum. Si præcepta sunt, non sunt opera supererogationis. Dicunt commissam sacerdotibus dispensationem: sed scripturas ostendere non possunt: proferunt: Quicquid ligaueritis in terris, &c. Semper habent suam clauem errantem: quia claues sunt adulterinæ, fabrefactæ traditionibus: quid ipsi sciunt, quota pars sit retinenda?

4. 5. 6. 7. 8.

De pœnitentia Achabi.

Qui volunt pœnitentiam valere, etsi satisfactio non accedat, obijciunt pœnitentiam Achabi, qui adhuc in peccato erat, odium contra prophetas nondum deposuerat: vineam Nabothi adhuc retinebat, tamen aiunt illam pœnitentiam Deo placuisse. Augustinus in Sermone de Tempore dicit temporariam tantùm fuisse, & idcirco quoquo modo placuisse, interpretatur hęc verba: Humiliatus est coram me, id est mei causa. Alij putant non fuisse temporariam, sed hypocriticam, quam extorserit tantùm metus. Minatus ei erat Helias, quem sciebat non vanum esse. Qualicunque ergo fide, non iustificante, sed collecta ex experientia, horruit. Deus aliquid dedit illi pœnitentiæ, vt disciplinæ externæ, quemadmodum hypocritis dat, vt ad tempus magni fiant. Deus posuit illum ordinem rerum, vt hæc vel illa sequantur: non tamen placent Deo. Quid concessit Dominus Achabo? parum: distulit aliquantulum supplicium, sed tandem occisus est, & canes linxerunt sanguinem eius. Nec verum est quod dicebant, Deum posse omnia facta nostra sibi obstringere, sed noluisse. Imò omnia nostra sibi obstrinxit, dicens: Diliges me ex toto corde, & ex tota anima, & ex omnibus viribus tuis. Dicebant etiam: Debitis operibus possumus satisfacere. Sumus enim Domini nostrarum actionum. Magna est arrogantia, quòd actionum præsertim bonarum se dominos faciunt: Non est volentis neq; currentis sed miserentis Dei, Facito nos dominos esse nostrarum actionũ, nonne lex exigit vt sponte ista fiant? Non pro seipso tantùm, aiebant, sed pro alijs etiam potest quis satisfacere. At si non possunt pro seipsis, minus pro alijs. Addo neminem esse in mundo quo ad forum Dei, qui habeat hoc ius vt pœnas remittat: potest quidem precibus alium iuuare.

Omnia nostra facta esse Deo obstricta.

Quid mali sequatur ex aduersariorum doctrina de pœnitentia.

Si partes pœnitentiæ istorum expendamus, videbimus omnia incerta esse. Volunt homines perpetuò dubitare an sint contriti. Incerta est confessio: nunquam quis scire potest se omnia confessum. Incertæ sunt satisfactiones: quia oportet in gratia fieri, at de gratia dubitant. Indulgentiæ incertæ sunt sunt: nam contritis & confessis eas concedunt: illa autem dubia sunt. Si quis videre velit quàm incertæ sint, legat textum & glossam Extra. de Pœnitentia & Remissione peccatorum. cap. Quod autem. Quinq; aut sex opiniones recensetur, quæ conantur explicare, quomodo valeant indulgentiæ aut nõ, & vna earũ est minus probabilis quàm altera, & semper posterior est deterior. Istæ cùm sint tam incertæ, nullum sunt donum: donum enim dubium, nullum donum est. Suis indulgentijs corrumpunt bona opera: nam eleemosynis auferunt suum finem, gloriam Dei, dicunt dari, vt tollantur pœnæ. Indulgentias dicunt pias fraudes esse, quibus alliciantur homines ad bene agendum. Mirum est eos clamare in nos, quòd aperiamus fenestras peccatis: cùm ipsi portas ad nequitiam patefaciant. Cùm homines sciunt se indulgentias habere posse, liberiùs peccant. Licentia omnes deteriores efficimur: quid verò sunt indulgentiæ nisi licentia ad peccandum? Deinde intolerabilem [illegible] habent, qui non est dies excidit ab indulgentijs. Remittunt indulgentijs iniunctas pœnitentias: at relaxari non debebant, sed inculcari eleemosynæ, ieiunia, preces, &c. Cùm fuerunt ista opera pœnitentiam in Ecclesia, pertinabant ad quandam externam politiam, illi confuderunt cum spiritualibus. Non erant illa de substantia Euangelij, nec necessarium est vt hodie reuocentur. Responsum est argumentis eorum.

Adhortatio ad veram pœnitentiam.

Restat vt veram pœnitentiam ex fide amplectamur & citò: res non est procrastinanda, alioqui illa ficus quæ terram frustra occupat excindetur. An ignoras, inquit Paulus, quòd benignitas

Dei ad

Dei ad pœnitentiam te inuitat? Ioannes dicebat, securim iam ad radicem esse positam: nemo scit quando hinc sit migrandum. Christus dicebat, Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Si volumus eum amplecti, non quæramus eam in nobis, postulemus eam à Deo: tunc dat Christus eam, quando suam prædicationem efficacem reddit in animis nostris. Pœnitentiam donum Dei esse testatur Apostolus ad Timoth. cùm monet episcopum vt sedulò doceat sanam doctrinam si fortè Deus det illis pœnitentiam. Ambrosius in egregio suo opere super Lucam lib. 10. cap. 22. Homines tunc agunt pœnitentiam, inquit, quando Christus eos respexerit: & vt id persuadeat, subijcit, Primùm negauit Petrus, & non fleuit, Dominus enim eum non respexerat: secundò negauit, & non fleuit: quia Dominus eum non respexerat: tertiò negauit & fleuit: quia Dominus respexit eum. Et vt rem adhuc magis explicaret, subiecit, Cùm Petrus negauit, ad focum inter famulas & ancillas erat inferius, Dominus autem intus & superius, ergo non exteriore oculo respexit eum, sed oculo clementiæ. Deinde misericordia Dei latenter Petro subueniebat: cor tetigit, in memoriam reuocauit, & gratia sua Petrum visitauit. Idem pater lib. 6. scribit, Quos Deus dignatus fuerit, eos vocat, quos voluerit, facit religiosos: cùm ista faciamus, pro pœnitentia Deus rogandus est. Adeò placuerunt ea verba Augustino, vt adduxerit in libro de Gratia Dei contra Pelagium & Celestinum cap. 45. & 46. Petamus autem veram: sunt multi qui dicunt se pœnitere, sed retinent ablata, Petamus constantem ex fide. At dicis, conponatio incerta est, cur aliàs dixisset Petrus Simoni mago, Resipisce, & ora si fortè Deus remittat tibi iniquitatem tuam? Non hoc ideò dicit, vt velit nos de condonatione peccatorum incertos esse: sed quia de se quisque certus esse potest, non de altero. Ideò sic loquitur, quia incertus erat an Simon crederet. Deinde magis incendere voluit ad pœnitentiam, vt intelligeret graue esse peccatum, nec vulgari oratione opus esse. Cùm inuocaueri mus Deum pro pœnitentia impetranda, superest vt verbis eius nosipsos extimulemus, prædicanda est alijs & nobisipsis, & quibus verbis Dei maximè eiiciatur, paucis potest comprehendi. Si diligenter mors Christi prædicetur: tum enim homines vident quot & quanta Deus voluerit pati Filium suum pro tollendis peccatis. Paulus Rom. 5. & 6. Multum etiam prodest si vita Christi explicetur, eius pietas ostendatur, vt per antithesin intelligamus quantum distemus à Christo. Deinde si inculcentur promissiones, & amplificentur quàm honorificè sint, & quòd peccatum nos ab eis excludat: tertiò, si lex ipsa vrgeatur, & rectè explicetur, vt videamus, quid requirat, & quanti simus debitores. Possunt etiam addi exempla pœnitentum ex scripturis, eorum qui etiam dignitate humana excellentes fuerunt: qualis fuit Dauid, Ezechias, Manasse, Nabucadnezar, & Petrus. Ista exempla ostendunt istam viam sequendam quam Christus docuit. Effecta sunt expendenda: vt est refectio. Christus dicit, Ego reficiam vos. Ista resipiscentia mira gaudia operatur, primùm in nobis, deinde in Ecclesia, item inter cœlites. Christus dicit maius esse gaudium in cœlis de vno peccatore agente pœnitentiam, quàm de nonaginta nouem iustis. Hunc locum tractat Augustinus in suis confessionibus. Nam Victorinus illo tempore Romæ conuersus erat ad fidem, cuius confessionem edidit: excitatum fuit magnum gaudium in Ecclesia. Ad extremum misericordia Dei proponenda est, quomodo paratus sit excipere pœnitentes. Huc pertinet filij prodigi narratio: deinde quòd Christus dicebat de pastore qui vnam ouem relicto grege quæsitum iuit: item de muliere quæ drachmam inuenit, Lucæ 15. Hæc de Pœnitentia dixisse sufficiat.

Quomodo ad eam perueniamus.

FINIS COMMENTARIORVM IN DVOS LIBROS SAMVELIS.